www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

£ 106

TAYLOR INSTITUTION.

BEQUEATHED

TO THE UNIVERSITY

BY

ROBERT FINCH, M.A.

OF BALLIOL COLLEGE



www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE
BORUSSICAE

CONTINUATA.

GEORGIUS PACHYMERES.
VOLUMEN PRIUS.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXV.

www.libtool.com.cn

GEORGII PACHYMERIS

DE MICHAELE ET ANDRONICO PALAEOLOGIS

LIBRI TREDECIM.

RECOGNOVIT

IMMANUEL BEKKERUS.

VOLUMEN PRIUS.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXV.

www.libtool.com.cn



www.libtool.com.cn

P. POSSINI DEDICATIO.

SANCTAE MEMORIAE
U R B A N I . VIII.
SUMMI PONTIFICIS
GEORGIUS PACHYMERES
EIUS BENEFICIO REDIVIVUS
IMMORTALES GRATIAS.

Synagogae veteris pontificibus sacrae literae memorant singulari privilegio tributum, ut morte sua panderent reditum exulibus. plus posse novae legis et Christi ecclesiae pontifices feliciter experior hodie a Te, cuius gratia dudum mortui iampridem et ipse mortuus lucem aspicio. propagasse me putaram vitam brevem in posthumae immortalitatis perennitatem, scribenda dum viverem historia mei temporis, et actis non indignis cognitu principatuum duorum, quibus et nos aliquod nomenque decusque gesseramus, ex oculata notitia duplici volumine vulgandis: sed quam sint incertae spes et providentiae humanae sero deprehendi, post cineres demum sentiens ista duo a me longis elucubrata vigiliis, at parum faustis auspiciis opera pro arce Minervae quam eis desponderam, nihil nisi carcerem Latonae reperisse, ubi tenebrosis constricta vinculis famam secum meam oblivionis quodam tumulo conditam premerent. nempe illa Othomanica tempestas, quae deleto imperio Orientali, subiugata Constantinopoli, opes literatae Graeciae funesto naufragio submersit, meae quoque historiae exempla barbaricis fluctibus absorpsit pleraque, tabulis duntaxat truncis, et reliquiis exilibus in quaedam velut littora ac portus bibliothecarum eiectis. harum in Augustana congestum cumulum vidit olim Wolfius, sed velut ille evangelicus Levita in occursu Hiericuntini viatoris latronum iniuria saucii, cum esset secus locum et videret, pertransiit: quid enim aliud

www.libtool.com.cn

fuit, omisso edendi vertendique officio, lemmatum ac titulorum exscriptione facili defungi? aliquanto plus sacerdos fecit, eruditissimus Petavius, qui qua via veterum monumentorum scrutandorum descendebat, forte nactus narrationum mearum fragmenta nonnulla, qualia invenerat edidit Parisiensibus typis. verum et ipse praeterivit, merito detrectans interpretandi operam, in tam corrupto, quale nactus erat, exemplari utique perdendam. equidem (fatendum enim est) peiori longe oco eram quam vulneratus ab Hiericuntinum iter obsidentibus sicariis viator, ille siquidem utcumque confossus spirabat adhuc tamen, ego animam exhalaveram sensu plane cassus ac spiritu, non minus quam ille memoratus in libris Regum, quem qui humaturi exierant, instantium latrunculorum metu festinantes in sepulcrum Elisaei coniecerunt, casu ipsi fortunato: etenim contactu ossium prophetae revixit mortuus. par mihi felicitas ex Te contigit. os tuum et caro tua, Eminentissimus Franciscus Cardinalis Barberinus, me conclamatum depositum exanimem colligens tollens amplectens, tandem ut viverem effecit, tuis scilicet obsecutus votis et mandatis: Tu enim exemplum mei operis integrum accersitum e quodam angulo Graeciae illius fidei vivens commiseras, hortans instansque ut edendum aliquando curaret. in hoc ille nulli operae contentioni sumptui pepercit. misit egit movit multa longo tempore, quoad longanimitate atque efficaci perseverantia obstaculis perruptis optati compos, mihi derelicto atque abiecto verus benefícus Samaritanus sospitator extitit. ille humo me sublatum ac pulvere, isti a quo sum latinitate donatus interpreti velut stabulario commendatum, denariis multo ultra quam duobus descriptionis et excusionis ab amanuensibus ac chalcographis necessaria mihi vulgando opera redempta, tum caeteris omnibus in lucem emergendi subsidiis non munifice solum sed magnifice etiam instructum, in hunc literariae celebritatis meridiem protulit, ubi mea historia, tanquam illa Memnonis statua, insueti sibi solis percussa nunc primum radiis, erumpat in voces immortale Tuum ac Tuorum, Sanctissime Pontifex, in me ac rem literariam meritum orbe late toto praedicaturas.

www.libtool.com.cn

PETRUS POSSINUS
L E C T O R I.

Quod nunc primum e Graeciae naufragiis emergit Georgius Pachymeres, historicus non minus alioqui luce dignus Latina quam multi eius aequales ac posteri iam pridem typis et literis evulgati nostratibus, non sola infelicitas sed culpa eius quaedam fecit. retrusus et antiquarius scriptor, quem loqui cum vulgo quidquam piget, praeterea perplexus et hiantis sententiae compositor, tot tenebris suas vigilias obvolvit, ut eruditissimorum, quibus innotuit, interpretum a sui editione tentanda curas conatusque deterruerit; idem passus quod sepias aiunt atque torpedines, qui pisces quod rarius mensarum honore dignentur, caligini quam offundunt, torpori quem afflant, imputent, illa oculos, hoc manus et brachia piscantium a nisu eos e nativo gurgite tollendi soliti repellere.

II. Erat tamen haud dubium operae pretium in eius publicatione historiae, quae res magnas ac memorabiles per annos fere octoginta saeculi obscuri ac testium inopis gestas, si minus semper diserta, saltem prudenti diligenti morata et plerumque fideli narratione prosequatur; quae postremae quasi scenae Orientalis imperii sub domo Palaeologa ita principia exhibet, ut in iis causas tragicae catastrophes, qua Turcis et Muhammedi Constantini regia succubuit, advertere prudens lector manifestas queat; quae plurima docet nusquam alibi notata; quae a Niceta et Acropolita ad Cantacuzenum, hiatum quendam explens publicae memoriae, viam quasi regiam insternit albis velut quadrigis historicae veritatis, qua nostra usque ad tempora nuspiam haerente aut abrupta triumphi pompa invehatur; quae denique negotium omnis aevi maximum et cele-

berrimum, conciliationis ecclesiarum Graecae cum Latina, sic a primis originibus evolvit, sic a deliberationum arcanis verisque rationibus, per anfractus inde fucosarum artium hinc fidei sincerae, ad suos exitus perducit, ut asserere non dubitem id argumentum ingens a nullo plus Graeco scriptore lucis accipere.

III. Non me fugit intercedi adversus haec speciosa et plausibili exceptione posse a merito querentibus Pachymerianam hanc historiam non raro Graecorum schismati favere, Latinorum res et iura deterere narrando, auctoris pronum in partem sequiorem, multis modis studium ostendere. non nego, non excuso; et ita factum, et large in hoc peccatum a nostro confiteor. tamen contendo utilem publico et ipsi quinetiam in his laesae veritati atque orthodoxae fidei optabilem talis libri evulgationem esse. neque ad hoc evincendum utar praeiudiciis ecclesiae, historias Eusebii Caesariensis, Ariani a multis habiti; Socratis et Sozomeni, palam Novatianorum; Nicephori Callisti e faece licet interdum haurientis haeresum, et alias suspectorum pariter scriptorum, legi sinentis et probantis. aio, vel si omnes quos nominavi exterminarentur; peculiari nomine interesse Apostolicae sedis et Romanae communionis universae, subiici oculis et teri manibus cunctorum hoc Pachymeris opus, quoniam in eo sanitas doctrinae de processione Spiritus Sancti ex patre filioque, de primatu Papae et iure provocationis ad Romanam sedem ex quocumque patriarchatu; sincera caritas et vera sanctimonia Gregorii X aliorumque Romanorum per ea tempora pontificum; Ioannis Vecci Constantinopolitani patriarchae, partes Latinorum studiosissime amplexi, constantissime tuiti, eruditio maxima, liberrimum idemque perspicacissimum ingenium, veracitas intrepida, vita inculpata, mores sancti, divinis etiam illustrationibus probati, palam magnificeque praedicantur, idque ab oculato teste, et quod caput est, domo adversantium producto, ipsoque haud dissimulanter adversariis studente, ut quod dicit nobis favens, expressum evidentia veritatis, quod contrarium immiscet, educationis vitio inolitum, subornatum adulatione, ambitiosis spebus, obnoxiis a vi tyrannica timoribus contra officii conscientiam extortum, merito debeat intelligi. ausim dicere: si to-

www.libtool.com.cn

tus orthodoxus esset Pachymeres, minus iuvaret. sunt veneno carentes et prorsus innoxii serpentes: sed ii theriacam non faciunt. viperis opus est exitiali succo turgidis, lethali dente infestis, unde salutare alexipharmacum possit existere. adeo malis interdum etiam et pestibus sua inest utilitas! habes cur non tolerabilis solum, sed etiam expetibilis schismatici scriptoris editio sit. caeterum etsi non magis periculum esse video ne Catholicus e Pachymeris lectione schisma discat, quam ne Christianus, deorum falsorum passim occurrente in libris Veterum Graecis Latinisque vulgo tritis mentione, in idololatriam pertrahatur, dedi tamen diligentem operam in Notis ad singula loca maculosa, ne calumniae ac mendacia impune auctori, fraudi lectori forent.

IV. Quod superest, editionis huius consilia causas facultates totamque rationem edisserenti operam mihi ne, quaeso, gravere, lector, brevem commodare. sanctae memoriae URBANUS pontifex eius nominis Octavus duo historica Pachymeris opera, totidem distinctis transmarinae ac perantiquae manus exarata voluminibus, in suo thesauro librario servabat, integra et haud paulo saniora quam quae Augustanus Wolfio visus codex habuit. prior tomus in libros tributus sex Michaëlis Palaeologi res gestas ante imperium et in imperio enarrat, alter libris septem magnam partem actorum longi principatus Andronici Senioris exhibet. utrumque illum a se perlectum commentarium, pro ea qua valebat Graecae linguae peritia doctissimus is pontifex, dignum qui Latine legeretur indicabat; idque ut procuraret familiarissimo et fidissimo sibi capiti, Eminentissimo Cardinali FRANCISCO BARBERINO Fratris Filio, saepe impenseque commendavit. quam ad hoc ille per hos annos viginti, et quod excurrit, diligentiam adhibuerit, infinitum sit minute persequi. satis fuerit dixisse nihil in hoc genere quod utcumque tentari posset, ab eo unquam uspiamve praetermissum. obtulit, invitavit, rogavit, promisit, voce coram, scriptis literis, per amicos conventis viris doctis: nihil denique non egit, quo Pachymeri Latini alicunde interpretis suppeteret copia, missis etiam procul extra Italiam ipsis codicibus, archetypis, quasi ut suam per se ipsi causam agerent et miserationem praesentes ac supplices moverent;

www.libtool.com.cn

quos tali occasione multis annis in viri doctissimi facuisse scriniis multi sciunt. successus fuit, qualem comitiorum de regno arborum sacer apologus memorat, ut nimirum vite, oliva, ficu, cunctis pro se quaque plantis felicibus recusantibus, ad rhamnum res devolveretur. licet eram mihi conscius suppellectilis curtae, minoris facultatis, temporis diversissimis occupationibus addictissimi, tamen cognitis desideriis viri summi de me optime meriti, verecundiae meae vim facientibus et imperiorum occupantibus partes, audere supra vires non dubitavi, eiusque onus negotii subire, in quo sustinendo defungendoque vice otii ingeniique omnis studium mihi esse deberet atque obsequium.

V. Sic ad eum laborem aggrediens, in recensendo vertendoque fundum habui Barberinum codicem, eum de quo multa dixi, omnium, opinor, qui extant uspiam integerrimum et optimum, in charta transmarina, vetustatis auctori Pachymeri aequalis, manus non speciosissimae quidem aut lectu facillimae, caeterum eruditae et exactae. duos consului alios in dubiis, Vaticanum et Allatianum. priori a bibliotheca Pontificia, ubi asservatur, nomen feci. fuit is quondam V. C. Aloysii Lollini episcopi Bellunensis, qui eum moriens cum aliis mss, quae multa collegerat, Vaticanae bibliothecae legavit. hunc ut inde domum auferrem, ibique ad continuum et liberiorem usum multis mensibus tenerem S. D. N. ALEXANDRI VII praestans benignitas concessit. tertium humanissime suppeditavit e privato peculio librario Illustrissimus Leo Allatius praefectus bibliothecae Vaticanae. praefert is antiquitatem quadringentorum facile annorum chartae et scripturae specie ac *πίνῳ*, sed est *ἀκέφαλος καὶ ἀτελής*, decem circiter capitibus primis mutilus, finem item lacunis interpellatum et iniuriis aevi ac tempestatum corruptum habens. Vaticanus longe recentioris est manus. in Barberino codice pertusis casu quodam foliis duobus, in capitibus 5 et 6 libri I hiatus totidem fuere, quos explere non potui ex Allatiano, qui primis, ut dixi, capitibus decem caret, nec ex Vaticano, qui non tam apographum historiae Pachymeris quam compendium est, diversis pleraque verbis exprimens, non paucis praetermissis. recurri ergo ad exemplar asservatum in bibliotheca

www.libtool.com.cn
regis Christianissimi Parisiensi, unde meo rogatu R. P. Philippus Labbe, quod opus erat anababus lacunis coaequandis, diligenter exscripsit et misit.

VI. Interpretationis non anxie addictae, sed et in paraphrasim aliquando redundantis haec peculiaris excusatio est in hoc omnium, qui Graece historias ediderunt, obscurissimo scriptore. lectorum alii Graece sciunt, alii (quae maior turba est) non item. neutrorum accommodatam rationibus putabam versionem scrupulose sedulam, balbutientem et illautam, quae ieiuna squallidis, intricata perplexis, ambigua confusioribus mutaret. nam Graece quidem docti, si queis cupido insit indolem noscendi Pachymerianae dictionis, longe id assequentur facilius Graeco ipso contextu protinus visendo, quam male terso intuendo velut quodam speculo interpretamenti sesquibarbari, latinitatem invitissimam per omnia graecismi vestigia lutulento tramite raptantis. caeterorum qui una freti Latinae linguae peritia historiam hanc in manus sument, manifestum est non id votum aut destinatum esse, noctium et labyrinthorum ambagiosi scripti experimentum praesens capere, potius quam absconditae defossaeque illic fidei gestarum vere rerum liquido lucidoque testimonio doceri. studui ergo, quo his obsecundarem, indagatum magno plerumque labore meo huius scriptoris sensum quam clarissime proponere, adeoque, ubi res posceret, distincta e confusis, ex horridis nitida, plana e pravis, aperta ex aenigmaticis reddere.

VII. Erunt tamen (scio) quibus nec factum nec facti defensio probabitur. hi vero vel ostracismo me, licet, exterminent, modo testae causam adscribant: *proscriptum te volumus, quod tenebricosissimum scriptorem primo aspectu intelligibilem feceris.* sed meliora Venusinus auguretur, e diverso responsans

solventur risu tabulae, tu missus abibis.

enimvero si mentem scripti non assequitur, si affingit aliena, si non repraesentat quidquid subest, iure vapulet interpres: donec quidem latentia producit, involuta exerit, obruta eruit, dum nucleum, succum intimum, meram medullam sententiae abstrusae fracto extractam cortici, velut cibi cocti et conditi paratum legenti ferculum apponit, sinant isti morosi serviri

www.libtool.com.cn

suis commodis, et vereantur id damnare unde, nisi dissimulant, se quoque ipsos iuvari sentiunt. nec eo tamen haec trahi velim quasi nuspiam offendisse me arroganter asseverem, aut ubi meruerim, culpari abnuam. unum deprecor, ne iudicium praecipitetur, neve ad primam naevi speciem veru ac nigrum theta plagosus censor expediat. cognoscere prius ne gravetur in Glossario et Notis, quae me ad sic interpretandum causae impulerint. vel absolvet, vel ignoscet, vel mitius forte castigabit perspecto quid in re sit. typographi menda ne imputentur mihi cur postulem, quod ipsa ultro aequitas largitur? ne multa graviaque intervenirent, cura est non mediocri certatum: ne ulla vel levia irreperent vitare ultra humanam facultatem fuit. index praecipuorum appensus ad calcem Observationum est, cuius admonitu manu adiuvet qui adverterit, et benefacti locum occupet. chronologicas controversias (nam erant et hic nodi eius generis digni vindice) in librum proprium seposuimus, cui ἐπίμετρον superiectum est *Specimen sapientiae Indorum veterum* *). liber tertio succedentium invicem translationum gradu ex Indico Persico Arabico Graecus factus, et velut tunc notissimus Constantinopoli, ab imperatore ibi apud hunc nostrum concionante laudatus, quaerendi sui necessitatem imposuit haud aliter intellecturis locum in quo memoratur. inventus in locuplete talium penu, museo Illustrissimi Allatii, eius benigna gratia visus a me Latineque redditus, eiusdem iudicio et hortatu editus hic integer est, non invenusta, ni fallor, peregrinitate placiturus. vale.

---

*) Eum libellum (Hitopadesa barbare vocatur) nec tum fuisse incognitum et deinde plurimas in linguas conversum vulgo legi ostendunt Careius (*Hitopadesa or salutary instruction in the original Sanscrit, printed at Serampore* p. IV *et* X) et Iacobus Grimmius (*Reinhart Fuchs* p. CCLXXIII sqq.). nihil igitur causae erat cur diutius adhaereret libro cum sua mole gravi tum a Possino benignius quam oportebat ornato.

I. B.

www.libtool.com.cn

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΧΥΜΕΡΗ

ΜΙΧΑΗΛ ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΣ.

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΧΥΜΕΡΗ
ΜΙΧΑΗΛ ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΣ.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ ΒΙΒΛΟΥ. 1. προοίμιον τοῦ ξυγγραφέως, καὶ περὶ τῆς ἀληθείας τῶν λεγομένων. 2. διὰ τί τὰ τῶν πρότερον βασιλευσάντων ἐνθάδε οὐ μνημονεύεται. 3. ὅπως οἱ παλαιοὶ κατωχύρουν τὰς ἄκρας. 4. ὅπως τῶν ἐν ταῖς ἄκραις ἐπεμελοῦντο ἀνδρῶν καὶ πραγμάτων. 5. ὅπως ἁλούσης πάλαι τῆς πόλεως παρ' Ἰταλῶν ἐξησθένησε τὰ κατὰ τὴν ἀνατολήν. καὶ περὶ τοῦ Χαδηνοῦ. 6. ὅπως οἱ Πέρσαι κατέσχον τὰ Ῥωμαΐδος ὄρη. 7. ὅπως ἐπὶ βασιλέως τοῦ Ἰωάννου ἐπὶ τῇ εἰς βασιλεῖς πίστει ὁ Παλαιολόγος Μιχαὴλ κατησφαλίζετο. 8. ὅπως ὁ δεύτερος Λάσκαρις πολλοὺς τῶν ἐν ἀξιώμασιν ὑπερορῶν ἑτέρους ἀντικαθίστησι. 9. ὅπως ὁ Κότυς τὸν Παλαιολόγον παρασκευάζει ἀντροπολῆσαι πρὸς Πέρσας. 10. ὅπως ὁ Παλαιολόγος ἐπανελθὼν καὶ δεχθεὶς στέλλεται στρατηγὸς ἐν τοῖς κατὰ τὴν δύσιν. 11. ὅπως ἀποστέλλεται Χαδηνὸς ἀγαγεῖν αὐτὸν σιδηρόδετον. 12. ὅπως νοσῶν ὁ βα-

GEORGII PACHYMERIS
MICHAEL PALAEOLOGUS
SIVE
HISTORIA RERUM A MICHAELE PALAEOLOGO
ANTE IMPERIUM ET IN IMPERIO GESTARUM
INTERPRETE PETRO POSSINO S. I.

CAPITA LIBRI PRIMI. 1. *prooemium. de auctore huius historiae, et qua fide is scripserit.* 2. *cur omissa priorum principum acta.* 3. *ut arces a veteribus munitae fuerint.* 4. *ut curaverint praesidiarios arcium et res ipsorum.* 5. *ut recepta olim ex Italis urbe, debilitatae res Orientales fuerint; et de Chadeno.* 6. *ut Persae occuparint Romani limitis montes.* 7. *ut imperante Ioanne Michaelis Palaeologi fides erga Imperatores firmata fuerit.* 8. *ut iunior Lascaris plures e magistratibus contemptim amoverit, aliis suffectis.* 9. *ut Cotys Palaeologo persuaserit fugam ad Persas.* 10. *ut reversus et bene exceptus Palaeologus missus fuerit dux in Occidentem.* 11. *mittitur Chadenus ducturus Palaeologum catenis vinctum.* 12. *ut imperator aegrotans omnes veneficiorum ac prae-*

www.libtool.com.cn

σιλεὺς πάντας ἐπὶ μαγείαις ὑπώπτευε. καὶ τὰ κατὰ τὴν Μάρθαν. 13. Θάνατος τοῦ βασιλέως Θεοδώρου, καὶ τὰ ἔτι ζῶντος αὐτοῦ κατορθώματα. 14. ὅπως ἐπαιδεύετο ὁ Λάσκαρις παρὰ τοῦ πατρὸς Ἰωάννου εἰς βασιλείαν ἀναγόμενος. 15. ὅπως ὁ πρωτοβεστιάριος Μουζάλων τοῦ μειρακίσκου βασιλέως Ἰωάννου ἐπετρόπευεν. 16. δημηγορία τοῦ πρωτοβεστιαρίου Μουζάλωνος. 17. ἀπολογία πρὸς τὴν δημηγορίαν τοῦ Παλαιολόγου. 18. ἐπίθεσις τοῦ στρατοῦ κατὰ τῶν Μουζαλώνων. 19. ὅπως παρὰ τοῦ στρατοῦ ἐτολμήθη ὁ φόνος τοῖς Μουζάλωσιν. 20. ὅπως τῶν μεγιστάνων διὰ ταῦτά τινες ὑπεχώρουν, οἱ δὲ διεφυλάττοντο. 21. ὅπως ἐφιλονείκουν οἱ ἄρχοντες περὶ τὴν τοῦ βασιλέως κηδεμονίαν. 22. ὅπως προετιμήθη εἰς τοῦτο τῶν ἄλλων ὁ Παλαιολόγος. 23. ὅπως Παλαιολόγος ἐτιμήθη εἰς μέγαν δοῦκα. 24. ὅπως νοσήσας ὁ βασιλεὺς Ἰωάννης πολλὰ τοῖς πένησιν ἐχορήγησεν. 25. ὅπως ἐπιπολαίως ὁ μέγας δοὺξ τῶν βασιλικῶν χρημάτων ἁπτόμενος περιεπολει ἑαυτῷ τὴν εὔνοιαν. 26. ὅπως ἐλθόντος τοῦ πατριάρχου πολλὴν ὁ μέγας δοὺξ ἐπεδείξατο τὴν ὑπόπτωσιν. 27. ὅπως κατεδημαγώγουν τοὺς πλείστους οἱ περὶ τοῦ μεγάλου δουκὸς λέγοντες, καὶ δεσπότης γέγονε. 28. ὅπως ὁ πατριάρχης συνήνει τοῖς ὑπὲρ τοῦ Παλαιολόγου λέγουσι. 29. ὅπως ὑποποιούμενος ὁ Παλαιολόγος τοὺς πολλοὺς ἀπήτει δι' αὐτῶν καὶ τὸ μέγιστον. 30. ὅπως ὁ ἐν τῇ δύσει δεσπότης Μιχαὴλ κατεπήρθη τῶν πραγμάτων. 31. ὅπως τῆς Ἀχαΐας ὁ Πρίγκιψ Ῥωμαίοις ἑάλω. 32. ὅπως ὁ Μιχαὴλ δεσπότης νικᾷ Ῥωμαίους καὶ αἱρεῖ Καίσαρα.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ. 1. ὅπως ὁ πατριάρχης Ἀρσένιος ἐν φροντίσιν ἦν περὶ τῆς ἀρχῆς. 2. ὅπως ἀνίεσαν τὸν Παλαιολόγον ἀρῶν αἷς ὑπέκειτο. 3. ὅπως ὤμνυον καὶ ἐπ' ἀμφοτέροις δουλείας ὅρκον Ῥωμαῖοι, καὶ ἐν ποίοις διορισμοῖς. 4. ὅπως ὤμνυεν ὁ Παλαιολόγος ἐπὶ τῷ παιδὶ καὶ οἱ μεγιστᾶνες. 5. ὅπως ὁ Παλαιολόγος καταστὰς εἰς τὴν βασιλείαν ἐφιλοτιμεῖτο τὰ μέγιστα. 6. ὅπως τὰς ἄκρας ὠχύρου

stigiarum suspectos habuerit; et de Martha. 13. *mors Theodori Augusti, et ipsius dum viveret res praeclare gestae.* 14. *ut Lascaris a patre Ioanne ad imperium eruditus fuerit.* 15. *ut protovestiarius Muzalon pueri principis Ioannis tutelam susceperit.* 16. *concio protovestiarii Muzalonis.* 17. *responsio Palaeologi ad concionem protovestiarii.* 18. *seditio exercitus in Muzalones.* 19. *ut Muzalones ab exercitu interfecti sint.* 20. *ut quidam magnatum propter haec recesserint, alii aliter sibi caverint.* 21. *contentio inter principes de tutela principis pueri.* 22. *ut praelatus caeteris Palaeologus fuerit, demandata ei tutela imperatoris.* 23. *ut Palaeologus magni ducis honore auctus fuerit.* 24. *ut aegrotans imperator Ioannes multa pauperibus erogaverit.* 25. *ut magnus dux levi delibatione regiae pecuniae hominum sibi benevolentiam conciliaverit.* 26. *ut venientem ad se patriarcham dux magnus summa demissione exceperit.* 27. *ut magnus dux ingenti amicorum ambitu despota renunciatus fuerit.* 28. *ut patriarcha faventium Palaeologo studia comprobarit.* 29. *ut delinitis Palaeologus plerisque principum summum honorem eblanditus sit.* 30. *ut in Occidente despota Michael elatus in spem maiorem nova molitus sit.* 31. *ut Achaiae princeps captus a Romanis sit.* 32. *ut Michael despota Romanos vicerit et Caesarem ceperit.*

CAPITA SECUNDI. 1. *ut Arsenius patriarcha in solicitudine fuerit ob res imperii.* 2. *ut Palaeologum antistites solverint iuramentis et diris quibus tenebatur.* 3. *ut fidelitatis iuramentum utrique principi de novo praestiterint; et quibus de novo additis cautionibus.* 4. *ut Palaeologus et proceres imperatori puero iureiurando caverint.* 5. *ut Palaeologus evectus in imperium regia liberalitate cunctos demerserit.* 6. *ut*

καὶ μήπω στεφθεὶς ὁ Παλαιολόγος. 7. ὅπως παρελογίσατο τὰς συνθήκας τῆς στεφηφορίας ὁ Παλαιολόγος. 8. ὅπως ἐστέφθη ὁ Παλαιολόγος καὶ τὸ παιδίον παρεωράθη. 9. ὅπως στεφθεὶς ὁ Μιχαὴλ ὑπεπιῖτο τοὺς πολλοὺς καὶ λόγοις καὶ πράξεσιν. 10. ὅπως ὑποστραφεὶς ἡ Νύμφαιον μετὰ τοῦ παιδὸς πρέσβεις ἐδέχετο πανταχόθεν. 11. ὅπως ὁ τοῦ βασιλέως αὐτάδελφος Ἰωάννης τὰ ἀξιώματα ἐλάμβανε. 12. ὅπως Μιχαὴλ ὁ δεσπότης στενοχωρηθεὶς πέμπει τὴν σύζυγον καὶ τὸν υἱὸν παρὰ τὸν βασιλέα. 13. ὅπως τοὺς μεγιστᾶνας ἀξιώμασιν ἐτίμα ὁ κρατῶν. 14. ὅπως διὰ σπουδῆς εἶχεν ὁ βασιλεὺς τὸ τὴν πόλιν ἑλεῖν, καὶ ὅπως Σηλυβρίαν εἶλεν. 15. ὅπως ὁ πατριάρχης Ἀρσένιος τοῦ πατριαρχείου ὑπεξίσταται. 16. ὅπως ὁ τῆς Ἐφέσου Νικηφόρος πατριάρχης ἀκεκατέσθη. 17. ὅπως ὁ Σάρδεων καὶ ὁ Θεσσαλονίκης ἐπὶ τούτοις οὐ συνεφώνουν τοῖς ἄλλοις. 18. ὅπως ὁ Σάρδεων κατὰ τὴν Σηλυβρίαν μοναχὸς ἀπεκείρατο. 19. ὅπως πολλοὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν δι' ὀλίγου θνήσκουσιν. 20. περὶ τῆς κατὰ τοῦ Γαλατᾶ φρουρίου τοῦ βασιλέως προσβολῆς. 21. περὶ τοῦ νεκροῦ τοῦ βασιλέως Βασιλείου Βουλγαροκτόνου. 22. ὅπως ὁ πατριαρχεύων Νικηφόρος σὺν ἅμα βασιλεῖ καταλαμβάνει τὸ Νύμφαιον. 23. ὅπως ὁ βασιλεὺς τὸν νέον Ἰωάννην ἀπεσεύάσατο. 24. τὰ κατὰ τὸν χαλυφᾶν καὶ τοὺς Πέρσας, ὅπως Τοχάροις ὑπετάγησαν. 25. ὅπως εἶχον οἱ πρὶν βασιλεῖς περὶ Τοχάρους ἀνομίνους. 26. περὶ τῶν κατὰ δύσιν· καὶ ὅπως Καῖσαρ προσέβαλεν ἐκ παρόδου τῇ πόλει. 27. ὅπως ἑάλω ἡ πόλις τοῖς Ῥωμαίοις. 28. περὶ τοῦ Πρωτασηκρῆτις Σενναχηρείβ, τί ἔπραξε διὰ τὴν τῆς πόλεως ἅλωσιν. 29. ὅπως ἤκουσαι τῷ βασιλεῖ ἡ τῆς πόλεως ἅλωσις. 30. Δημηγορία βασιλέως ἐπὶ τῇ ἁλώσει τῆς πόλεως. 31. ὅπως ὁ βασιλεὺς εἴσησιν εἰς τὴν πόλιν μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν ἀρχόντων. 32. ὅπως προσυνέγκατο βασιλεὺς ταῖς τῶν Λατίνων φυλαῖς εἰσελθών. 33. ὅπως ἐτάχθησαν τὰ κατὰ τὴν πόλιν παρὰ βασιλέως. 34. ὁποῖαι ἦσαν αἱ περὶ τοῦ πατριάρχου Ἀρσενίου τῶν ἀρχιέρεων βουλαί. 35. ὅπως ὁ βασιλεὺς ἐκ ποδῶν

arces munierit nondum coronatus Palaeologus. 7. ut pacta conventa in coronatione transgressus sit Palaeologus. 8. ut Palaeologus coronatus, puer vero despectus fuerit. 9. ut coronatus Michael multitudinem deliuierit verbis et factis. 10. ut Palaeologus reversus cum puero Nymphaeum undecumque legatos exceperit. 11. ut imperator frater Ioannes ad dignitates sit promotus. 12. ut Michael despota in arcto positus coniugem et filium ad imperatorem miserit. 13. ut proceres dignitatibus imperator honoraverit. 14. ut imperator studium adhibuerit ad recuperandam urbem; et ut Selebriam ceperit. 15. ut patriarcha Arsenius patrierchatu cesserit. 16. ut Ephesi episcopus Nicephorus patriarcha sit factus. 17. ut Sardensis et Thessalonicensis episcopi non consenserint in subrogationem patriarchae. 18. ut Sardensis apud Selebriam in monachum sit detonsus. 19. ut multi ecclesiasticorum brevi tempore sint mortui. 20. de oppugnatione arcis Galatae per imperatorem. 21. de cadavere imperatoris Basilii Bulgaroctoni. 22. ut patriarcha Nicephorus simul cum imperatore venerit Nymphaeum. 23. ut imperator puerum Ioannem exauctoraverit. 24. de Chalypha et Persis, ut Tocharis sint subiecti. 25. ut se habuerint priores imperatores audita fama Tocharorum. 26. de rebus Occiduis; et ut Caesar obiter urbem tentaverit. 27. ut urbs capta sit a Romanis. 28. de primo a secretis Sennacherib, quid is egerit audito urbis captae nuncio. 29. ut audita sit ab imperatore urbis expugnatio. 30. concio imperatoris super expugnatione urbis. 31. ut imperator comitantibus principibus ingressus in urbem sit. 32. ut se gesserit imperator cum diversis Latinorum post ingressum in urbem. 33. ut res urbis ordinatae sint ab imperatore. 34. deliberatio antistitum de patriarcha Arsenio. 35. ut imperator puerum Ioannem amoverit; et

www.libtool.com.cn

τὸν νέον Ἰωάννην ἐποίει. καὶ ὅπως κατοικίζοντο Ἰταλοί. 86. τὰ κατὰ τοὺς εἰς τὸν πάπαν καὶ τοὺς Ἰταλοὺς πρέσβεις τοῦ βασιλέως.

ΤΗΣ ΤΡΙΤΗΣ. 1. ὅπως ἐσκέφατο ὁ βασιλεὺς τὰ κατὰ τὸν πατριάρχην Ἀρσένιον. 2. ὅπως μετακληθεὶς ὁ πατριάρχης εἰς τὴν πόλιν εἰσάγεται, καὶ στέφει αὖθις τὸν βασιλέα. 3. ὅπως ὁ βασιλεὺς διεπρεσβεύετο πρὸς Τοχάρους κήδη ποιῶν, καὶ πρὸς Αἰθίοπας. 4. περὶ καμηλοπαρδάλεως, ὁποῖόν ἐστι. 5. ὅπως αὐξηθέντες Αἰθίοπες τὰ κατὰ Συρίαν διεπράξαντο. καὶ τὰ κατὰ τὸν Νόγαν. 6. ὅπως οἱ τρεῖς βασιλίδες ἀνδράσιν ἡρμόσθησαν καὶ ὁποίοις. 7. τὰ κατὰ τὴν δέσποιναν Ἀλαμάναν Ἄνναν. 8. τὰ κατὰ τὸν ἀδελφὸν Ἄννης τῆς δεσποίνης Μαφρὲ καὶ τὸν Κάρουλον. 9. ὅπως σανίσιν ἀννψοῦντο τὰ πρὸς τῇ θαλάσσῃ τείχη, καὶ διὰ τί. καὶ περὶ ἑτοιμασίας τοῦ βασιλέως. 10. ὅπως τὸν Ἰωάννην ὁ βασιλεὺς ἐκποδὼν ποιῶν ἐξετύφλου. 11. τὰ περὶ τοῦ Ὁλοβώλου Μανουήλ, καὶ τῆς τῶν λοιπῶν ὑποβλέψεως διὰ τὸν Ἰωάννην. 12. τὰ κατὰ τοὺς Ζυγηνούς, ὅπως ἀπεστάτησαν βασιλέως διὰ τὸν Ἰωάννην. 13. ἀπολογία τῶν Ζυγηνῶν πρὸς ἀλλήλους ὑπὲρ τοῦ ὃν ὡς Ἰωάννην ὑπεδέξαντο. 14. ὅπως διετέθη ὁ πατριάρχης μαθὼν τὰ συμβάντα, καὶ ὅπως τὸν βασιλέα ἀφώρισεν. 15. ὅπως διὰ τῶν τριήρεων ἠνδραγάθουν ὁ τοῦ στόλου τῆς Ῥωμαΐδος λαός. 16. ὅπως οἱ ἀδελφοὶ τοῦ βασιλέως τὰς τῶν δυτικῶν ἐνεχειρίσθησαν διοικήσεις. 17. τὰ κατὰ τὸν παρακοιμώμενος Μακρηνὸν Ἰωάννην. 18. πρεσβεῖαι πρὸς πάπαν, καὶ ὅπως ὁ βασιλεὺς τὰ περὶ τὸν Λίμον διατεθείκει, αὐτὸς ἐπιτάττων τοῖς στρατηγοῖς τῶν δυνάμεων οἷκοι καθήμενος. 19. ὅπως ὑπερχόμενος ὁ βασιλεὺς τὸν πατριάρχην τὴν τοῦ ἀφορισμοῦ λύσιν ἐζήτει. 20. ὅπως συνῆλθον ἐν ταυτῷ κατὰ συνθεσίας οἱ δέσποται Ἰωάννης τε καὶ Μιχαὴλ ὁ τῆς δύσεως. 21. ὅπως ὁ δεσπότης Ἰωάννης ἀπαλλαγεὶς τῶν δυτικῶν τοῖς κατ' ἀνατολὴν ἐχθροῖς προσβάλλει. καὶ μερικὸς ἔπαινος τούτου. 22. ὅπως ἐνόσει ἀπολλύμενα τὰ κατὰ Μαρνανδήνους, τὰ

ut Italis domicilium attributum fuerit. 86. de legatis ad papam et Italos ab imperatore missis.

TERTII. 1. quid consilii ceperit imperator circa patriarcham Arsenium. 2. ut revocatus patriarcha invectus in urbem sit, et illic rursus coronaverit imperatorem. 3. ut imperator legationem miserit ad Tocharos affinitatem cum iis contrahens, et ad Aethiopas. 4. de camelopardali, quale animal sit. 5. ut aucti viribus Aethiopes in Syria rem gesserint, et de Noga. 6. ut tres reginae traditae viris, et quibus fuerint. 7. de domina Anna Alamanna. 8. de fratre dominae Annae Manfredo, et de Carolo. 9. ut moenia urbis, qua mare spectant, suggestu tabularum aucta sint, et quam ob causam. tum de caetero imperatoris apparatu. 10. ut amotum ab imperii consortio Ioannem imperator excaecaverit. 11. de Holobolo Manuele, et de suspicionibus odiisque in reliquos Ioannis causa. 12. de Zygenis sive montanis; ut in imperatorem rebellarint Ioannis causa. 13. allegata montanorum inter sese pro eo quem ut Ioannem acceptum apud se habebant. 14. ut affectus fuerit patriarcha audita excaecatione Ioannis; et ut imperatorem excommunicaverit. 15. ut navales Romanorum copiae triremibus bene rem gesserint. 16. ut fratribus imperatoris Occiduae provinciae commissae fuerint. 17. de Ioanne Macreno Augusti cubiculi praefecto. 18. legationes ad papam; et ut imperator rem ad Haemum absens et domi residens bene gesserit. 19. ut patriarcha convento et suppliciter rogato imperator excommunicationis absolutionem petierit. 20. ut de pace convenerint inter se ambo despotae Ioannes et Michael in Occidente dominans. 21. ut despota Ioannes perfunctus expeditione in Occiduos, cum hostibus in Oriente sit congressus; et laudum eius distinctior praedicatio. 22. ut pessimo in statu fuerint

Bουκελλάριά τε καὶ ἡ Παφλαγονία. 23. *τὰ περὶ τοῦ φανέντος κομήτου ἐκ βορρᾶ ἐπὶ μηνὶ τοῖς θέρους, καὶ τῆς ἐπὶ δύσιν ἐκστρατείας τοῦ βασιλέως. καὶ περὶ τοῦ πατριάρχου Ἀρσενίου.* 24. *τὰ περὶ τοῦ Βέκκου καὶ Ξιφιλίνου τῶν τῆς ἐκλησίας ἀρχόντων.* 25. *τὰ περὶ τοῦ Σουλτὰν Ἀζατίνου, καὶ τὰ περὶ τῶν Τοχάρων.* 26. *ὅπως ὑπεδέξατο ὁ πατριάρχης ἐλθόντα τὸν βασιλέα, καὶ μεθ' ὅσου ἐλέγχου καὶ ζήλου.* 27. *κῆδος ἐπί τε τῇ θυγατρὶ τῆς Εὐλογίας Ἄννῃ καὶ Νικηφόρῳ δεσπότῃ υἱῷ τοῦ δεσπότου Μιχαήλ.* 28. *περὶ τοῦ φημισθέντος ψεύδους διὰ Τοχάρων ἐπιδρομὴν κατὰ Νίκαιαν.*

ΤΗΣ ΤΕΤΑΡΤΗΣ. 1. *δημηγορία βασιλέως πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς περὶ τῶν κατ' αὐτόν.* 2. *ὅπως τὸν τοῦ Γαλησίου Ἰωσὴφ πρὸς τὸν πατριάρχην ἀπέστειλεν ὁ κρατῶν, ζητῶν λύσιν τοῦ ἀφορισμοῦ.* 3. *ὅπως λίβελλος κατηγορίας κατὰ τοῦ πατριάρχου ἐδόθη τῷ βασιλεῖ.* 4. *ὅπως καὶ ὅπου ἐζητοῦντο τὰ κατὰ τὸν πατριάρχην Ἀρσένιον.* 5. *ὅπως ὁ πατριάρχης πρὸς βασιλέα ἀφίκοιτο καὶ ὅπως παρὰ μικρὸν παρελογισθείη.* 6. *ὅπως συναχθέντων τῶν ἀρχιερέων τὸ τέλειον μήνυμα καὶ ἐπὶ τούτῳ ἡ ἀσφάλεια γέγονεν.* 7. *ὅπως ἀπελθόντες τρεῖς ἀρχιερεῖς ἐξ ἀποστολῆς τῶν ἄλλων τῷ πατριάρχῃ τὰ τῆς καθαιρέσεως παρεδήλωσαν.* 8. *ὅπως κίνησις ὁ βασιλεὺς ἐξάγει τοῦ πατριαρχείου τὸν πατριάρχην, καὶ τὰ τότε συμβάντα.* 9. *ὅπως οἱ τῆς ἀνατολῆς πατριάρχαι, ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ Ἀντιοχείας, περὶ τὴν καθαίρεσιν τοῦ πατριάρχου διετέθησαν.* 10. *ὅπως ἤθελεν ὁ πατριάρχης ἐπὶ τῆς τιμῆς ὧν ἀνακαλεῖσθαι ὡς ἀρχιερέα τὸν Σάρδεων.* 11. *δημηγορία τοῦ βασιλέως περὶ τῶν σχιζομένων.* 12. *ὅπως ψηφίζεται ὁ τῆς Ἀδριανοῦ Γερμανὸς εἰς τὸ πατριαρχεῖον, καὶ ὁποῖος οὗτος.* 13. *ὅπως ἀνάγεται Γερμανὸς εἰς πατριαρχεῖον, καὶ τί διαπράττεται.* 14. *ὅπως τὸν Ὁλόβωλον μεταγαγὼν ὁ πατριαρχεύων εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν ὀφφικίῳ ῥήτορος ἐτίμα καὶ*

plane perditae Maryandenorum Bucellariaque et Paphlagonia. 23. *de cometa ex parte Boreali apparente mensibus aestivis, deque expeditione imperatoris in Occidentem; denique de Arsenio patriarcha.* 24. *de Vecco et Xiphilino primarias praefecturas in ecclesia gerentibus.* 25. *de Sultane Azatino et de Tocharis.* 26. *ut exceperit patriarcha redeuntem imperatorem, quam acri reprehensione ac zelo.* 27. *affinitas inter imperatorem et despotam Michaelem contracta, Anna Eulogiae filia sororis Augusti, Nicephoro despotae Michaelis filio in uxorem data.* 28. *de vulgato Nicaeae falso nuncio invadentium eam urbem Tocharorum.*

QUARTI. 1. *oratio imperatoris ad episcopos de rebus suis.* 2. *ut praepositum Galesii Iosephum ad patriarcham allegaverit imperator, petens absolutionem ab excommunicatione.* 3. *ut libellus accusationis contra patriarcham datus sit imperatori.* 4. *quomodo et ubi quaesitum de patriarcha Arsenio sit.* 5. *ut patriarcha ad imperatorem accesserit; et ut parum abfuerit quin deciperetur.* 6. *ut congregatis patribus ultima citatio et post eam damnatio contigerit.* 7. *ut missi a synodo ad patriarcham duo episcopi suam ei damnationem significarunt.* 8. *ut mittens imperator eduxerit patriarchali domo patriarcham; et quae tunc contigerint.* 9. *ut Orientales patriarchae Alexandrinus et Antiochenus circa patriarchae depositionem affecti fuerint.* 10. *ut Arsenius in patriarchae dignitate adhuc constitutus restituere in integrum voluerit episcopum Sardensem.* 11. *oratio imperatoris de schismate avulsis.* 12. *ut suffragiis electus sit in patriarcham Adrianopoleos episcopus Germanus; et qualis hic fuerit.* 13. *ut evectus Germanus in patriarchalem sedem fuerit; et prima eius acta.* 14. *ut Holobolum patriarcha Germanus translatum in dei ecclesiam officio rhetoris honoraverit et magistrum consti-*

διδάσκαλον καθίστα. 15. ὅπως ἐγκληθέντες τινὲς τῶν τοῦ παλατίου καθοσιώσεως, καὶ τὸν πατριάρχην εἰσῆγον Ἀρσένιον. 16. ὅπως ὁ συγγραφεὺς σὺν ἅμ' ἀρχιερεῦσιν εἰς ἐκεῖνον πέμπεται, καὶ περὶ ὧν αὐτοῖς συνέβη. 17. ὅπως ὁ βασιλεὺς βουλεύετο τὰ περὶ τῆς ἑαυτοῦ λύσεως, καὶ πρὸς τίνος. 18. ὅπως ὁ Ἰωσὴφ τῷ Γερμανῷ συνεβούλευσεν ἀποθέσθαι τὴν πατριαρχίαν. 19. περὶ Ταυήθου, ὅστις καὶ ὅθεν, καὶ τῶν περὶ αὐτόν. 20. ὅπως καὶ διὰ τοῦ Σάρδεων Χαλαζὰ ἐπιχειρεῖ ὁ βασιλεὺς τῷ πατριαρχοῦντι Γερμανῷ. 21. ὅπως ἐξῆλθε τοῦ πατριαρχείου ὁ Γερμανός. 22. περὶ τοῦ Ἀδριανουπόλεως Βασιλείου εἴτ' οὖν Βαρλαάμ. 23. ὅπως εἰς πατριάρχην ψηφίζεται παρὰ τῶν ἀρχιερέων Ἰωσήφ. 24. ὅπως παραδοκιμηθέντος τοῦ Ἡρακλείας Πιναχᾶ, ὡς ὄντος τῆς χειροτονίας τοῦ Γερμανοῦ, ὁ Μιτυλήνης Γρηγόριος χειροτονεῖ τὸν Ἰωσήφ. 25. ὅπως ἐλύθη τοῦ ἀφορισμοῦ ὁ βασιλεὺς παρὰ τοῦ Ἰωσήφ. 26. περὶ τοῦ κήδους τοῦ τε Ταρχανειώτου Ἀνδρονίκου καὶ υἱοῦ τῆς τοῦ βασιλέως ἀδελφῆς Μάρθας, καὶ τῆς θυγατρὸς τοῦ θυτικοῦ Ἰωάννου. 27. ὅπως καὶ ὁπόσαις δυνάμεσι στρατηγοῦντος τοῦ δεσπότου, καὶ ἐπὶ τοῖς θυτικοῖς συχνάκις ἐπεχωριάζοντος, τὰ ἀνατολικὰ ἀπώλοντο. 28. περὶ τοῦ κατ' ἐκκλησίαν σχίσματος, καὶ περὶ τῶν Παντεποκτηνῶν μοναχῶν. 29. ὅπως ἀποστέλλεται εἰς Παιονίαν μετὰ τοῦ μεγάλου δουκὸς τοῦ Λάσκαρι ὁ προπατριαρχεύσας Γερμανός, κἀκεῖθεν ἦγαγε νύμφην τῷ τοῦ βασιλέως υἱῷ, καὶ προεστέφθησαν. 30. τοῦ μεγάλου κονοσταύλου τοῦ Ταρχανειώτου πρὸς τὸν πενθερὸν αὐτοῦ Ἰωάννην αὐτομόλησις. 31. ἐκστρατεία τοῦ δεσπότου Ἰωάννου συνάμα χιλίασι στρατοῦ πρὸς τὸν Ἰωάννην, καὶ τὰ τῆς ἀνδραγαθείας τοῦ Ἰωάννου. 32. ὅπως κατὰ θάλασσαν ὁ πρωτοστράτωρ Φιλανθρωπηνὸς νικᾷ τοὺς Ἰταλοὺς κατὰ κράτος, συνεργοῦντος ἔξωθεν καὶ τοῦ δεσπότου Ἰωάννου.

ΤΗΣ ΠΕΜΠΤΗΣ. 1. ὅπως μεταξὺ λύπης καὶ ἡδονῆς ἐγένετο ὁ κρατῶν διὰ τὰ συμβάντα ἐν τῇ δύσει. 2. ὅπως σχιζομένων τῶν

tuerit. 15. *ut accusati palatinorum quidam laesae maiestatis patriarcham Arsenium in eandem secum criminationem involverint.* 16. *ut auctor huius historiae una cum episcopis ad Arsenium missus sit; et quid iis contigerit.* 17. *ut modos quaesierit imperator suae absolutionis impetrandae, et a quo.* 18. *ut Iosephus Germano suaserit abdicationem patriarchatus.* 19. *de Hyacintho, quis et unde esset; ac de ipsi adhaerentibus.* 20. *ut per Sardensem Chalasam iterum imperator Germanum patriarcham tentaverit.* 21. *ut Germanus patriarchatu cesserit.* 22. *de episcopo Adrianopoleos Basilio sive Barlaam.* 23. *ut suffragiis episcoporum in patriarcham electus fuerit Iosephus.* 24. *ut posthabito Heracleota Pinacha, quod is ordinatus fuisset a Germano, Mitylenensis Gregorius Iosephum ordinaverit.* 25. *ut solutus anathemate imperator fuerit a Iosepho.* 26. *de nuptiali foedere inter Tarchaniotam Andronicum filium Marthae sororis imperatoris, et filiam Ioannis in Occidente dominantis.* 27. *ut Romanis maximis copiis, duce despota Ioanne, crebro in Occiduos tractus aversis, Orientales pericrint.* 28. *de ecclesiae schismate et Pantepoptenis monachis.* 29. *ut missus in Pannoniam cum magno duce Lascari expatriarcha Germanus inde sponsam imperatoris filio duxerit; utque novi sponsi coronati sunt.* 30. *magni conostauli Tarchaniotae ad Ioannem ipsius socerum transfugium.* 31. *expeditio Ioannis despotae cum multorum milium exercitu adversus Ioannem ducem; et de huius facinore insigni.* 32. *ut mari protostrator Philanthropenus Italos vicerit, adiuvante a terra despota Ioanne.*

QUINTI. 1. *ut medius inter moerorem et gaudium imperator fuerit ob ea quae in Occidente evenerant.* 2. *ut schismate per Orientem*

κατ' ἀνατολὴν ὁ πατριάρχης διὰ ταῦτα τοῖς ἐκεῖ ἐπιδημεῖ. 3. ὅπως τῷ Βουλγάρων βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ ἡ τῆς Εὐλογίας θυγάτηρ εἰς γάμον ἐξεδόθη. 4. τὰ περὶ τοῦ Νογᾶ καὶ Τοχάρων, ὅπως εἶχον τὸ πρίν, καὶ περὶ τοῦ πρώτου βασιλέως καὶ νομοθέτου αὐτῶν. 5. τὰ περὶ τοῦ Μντζῆ, καὶ ὅπως δέδωκε βασιλεῖ τὴν Μεσέμβρειαν. 6. περὶ τοῦ πρὸς τοὺς Σέρβους κήδους τοῦ βασιλέως, καὶ διὰ ταῦτα τῆς τοῦ πατριάρχου ἐπιδημίας ἐκεῖσε. 7. τὰ περὶ τὸ Δυρράχιον, καὶ τοῦ σεισμοῦ τοῦ ἐκεῖ ἐπακήψαντος. 8. τὰ κατὰ τὸν ῥῆγα Κάρουλον, καὶ ὅπως στόλον ἐξηρτύετο. 9. ὅπως πρέσβεις ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν ῥῆγα Φραγγίας ἀπέστειλεν. 10. ὅπως ἀκουομένου τοῦ στόλου τὰ κατὰ πόλιν ὁ βασιλεὺς παρεσκεύαζετο. 11. ὅπως σταθέντος πάπα τοῦ Γρηγορίου, ὁ βασιλεὺς πρὸς τὴν μετ' ἐκείνου εἰρήνην ᾠκονομεῖτο. 12. ὅπως ὁ βασιλεὺς τοὺς τῆς ἐκκλησίας κατηνάγκαζε διὰ τὴν εἰρήνην. 13. ὅπως ὁ Χουμνὸς Ἰωάννης κατηγόρει τοῦ χαρτοφύλακος Βέκκου. 14. τὰ περὶ τοῦ τόμου ὃν ἀπέστειλε πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ὁ βασιλεύς. 15. ὅπως ὁ Βέκκος εἰς φυλακὴν εἱργμένος, ὅμως βιαζόμενος κατετίθετο. 16. ὅπως ὁ πατριάρχης γνωματεύων ἐγγράφως ἄμυνε μὴ καταδέχεσθαι τὴν εἰρήνην. 17. περὶ τῶν ἀποκρισιαρίων τοῦ βασιλέως, καὶ τῆς τοῦ πατριάρχου ἀποχωρήσεως. 18. περὶ τῆς τοῦ βασιλέως πρὸς τοὺς κληρικοὺς ἀνάγκης. 19. ὅπως εἰς ὑύσνοιαν διαβαλλόμενοι οἱ κληρικοὶ ἠνοχλοῦντο. 20. τὸ κατὰ τὸν ῥήτορα τῆς ἐκκλησίας διήγημα, καὶ τοῦ συγγράφεως σχετλίασις. 21. ὅπως οἱ πρέσβεις τοῦ βασιλέως κατὰ θάλασσαν ἐκινδύνευσαν. 22. ὅπως ὁ πάπας ἐμνημονεύετο, ἀργήσαντος τοῦ πατριάρχου. 23. περὶ τοῦ σχίσματος καθόλου τῆς ἐκκλησίας. 24. περὶ τῆς ἐκλογῆς τοῦ χαρτοφύλακος Βέκκου εἰς τὸ πατριαρχεῖον. 25. ὅπως μὴ φέρων ὁ βασιλεὺς τὴν παρὰ τοῦ πατριάρχου ἐνόχλησιν τὴν τρίτην ἔταττεν. 26. ὅπως καὶ αὖθις πρὸς τὸν πάπαν πρέσβεις ἐστέλλοντο. 27. ὅπως Ἰκάριος προσχωρήσας τῷ βασιλεῖ καθίσταται ἐπὶ τοῦ στόλου. 28. ἔτι τὰ κατὰ τὸν

involescente, eo se patriarcha contulerit pacis conciliandae gratia. 3. *ut regi Bulgarorum Constantino filia Eulogiae Maria in uxorem data sit.* 4. *de Noga et Tocharis, originibusque gentis, deque primo eorum rege ac legumlatore.* 5. *de Mytze, et ut is imperatori Mesembream dederit.* 6. *de foedere imperatoris cum Serbis, deque profectione patriarchae in Serbiam ea de causa.* 7. *de Dyrrhachio, et de terrae motu quo est illa civitas eversa.* 8. *de rege Carolo, ut is classem armaverit.* 9. *ut legatos imperator ad regem Franciae miserit.* 10. *ut ad famam venturae infestae classis in urbe imperator praeparaverit quae necessaria putabantur ei tuendae.* 11. *ut constituto papa Gregorio imperator cum eo tractari pacem procuraverit.* 12. *ut imperator ecclesiasticos urserit ad pacem.* 13. *ut Ioannes Chumnus accusaverit chartophylacem Veccum.* 14. *de scripto quod misit ad ecclesiam imperator.* 15. *ut Veccus carcere detentus, et ibi nihilominus solicitatus, attractus in partes fuerit.* 16. *ut patriarcha sua palam scripto edita sententia iuraverit se in pacem non consensurum.* 17. *de legatis imperatoris et secessu patriarchae.* 18. *ut imperator quam potuit vehementissime clericos urserit.* 19. *ut calumniam passi clerici quasi parum fideles imperatori essent, vexati eo nomine fuerint.* 20. *narratio supplicii atrocis irrogati rhetori, et de eo lamentatio historici.* 21. *ut legati imperatoris in mari periclitati fuerint.* 22. *ut papae commemoratio facta in sacro sit, exauctorato patriarcha.* 23. *de schismate universam ecclesiam turbante.* 24. *de electione chartophylacis Vecci in patriarchalem dignitatem.* 25. *ut non ferens imperator molestiam, quam ei nimis crebrae patriarchae pro egentibus supplicationes facessebant, tertiam ipsi feriam ad admissionem assignaverit.* 26. *ut iterum ad papam legati sint missi.* 27. *ut Icarius ad imperatorem transfugiens classi praepositus fuerit.* 28. *rursus de expatriarcha*

πατριαρχεύσαντα Ἰωσὴφ καὶ τὸν Βέκκον. 29. ἔτι τὰ κατὰ τὸν πατριάρχην Ἰωσήφ. 30. ὅπως τοὺς κατὰ τὴν πόλιν Γενουένσας ἐτάπεινον ὁ βασιλεύς.

ΤΗΣ ΕΚΤΗΣ. 1. ὅπως καὶ ἐκ ποίων τῶν αἰτιῶν τὰ κατὰ τὸν Αἷμον καὶ αὖθις παρεκινοῦντο. 2. ὅπως ἡ Μαρία κατεσοφίσατο τὸν Σφεντισθλαβον. 3. τὰ κατὰ τὸν Λαχανᾶν ἀρχῆθεν· καὶ ὅπως τὸν Κωνσταντῖνον πεφόνευκεν. 4. ὅπως ὁ βασιλεὺς τῇ θυγατρὶ Εἰρήνῃ τὸν Ἀσὰν εἰς γάμον ἥρμοσεν. 5. ὅπως ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τούτῳ πέμψας ἐζήτει βουλὴν καὶ παρὰ τοῦ πατριάρχου. 6. ὅπως καὶ τὸν Μιχαὴλ ἐκ δύσεως ἐπελθόντα γαμβρὸν ἐποιήσατο. 7. τὰ κατὰ τὴν Μαρίαν, καὶ ὅπως τῷ Λαχανᾷ συνῴκησε. 8. ὅπως Μαρία μὲν παρεδόθη βασιλεῖ, Ἀσὰν δὲ Τερνοβιώταις παρεδέχθη. 9. ὅπως Ἀσὰν ἐκ Τερνόβου ἀπεχώρησεν. 10. ὅπως κατηγορίαι κατεσκευάσθησαν κατὰ τοῦ πατριάρχου Βέκκου. 11. ὅπως βασιλικὴ νεαρὰ προβαίνει ἐπὶ τοῖς σταυροπηγίοις. 12. τὰ συμβάντα τῷ πατριάρχῃ διὰ τὴν τῶν Κολύβων ἀποστολήν. 13. ὅπως παρητήσατο τὸν θρόνον ὁ πατριαρχεύων Ἰωάννης. 14. τὰ κατὰ τοὺς πρέσβεις τοῦ πάπα καὶ τὸν πατριάρχην Ἰωάννην. 15. πληροφορία βασιλέως πρὸς τοὺς τῆς ἐκκλησίας διὰ τὰς παραλόγους ἀπαιτήσεις τῶν πρέσβεων. 16. ὅπως ἀπεστάλησαν οἱ πρέσβεις ἰδεῖν τοὺς ἀποκλείστους ἐν φυλακῇ. 17. ὅπως ἀνήχθη ὁ Ἰωάννης ἐς τὸ πατριαρχεῖον τὸ δεύτερον. 18. τὰ κατὰ τὸν Ἰγνάτιον καὶ Μελέτιον ὅπως εἰς τὸν πάπαν ἀπεστάλησαν. 19. πάλιν τὰ κατὰ τὸν Λαχανᾶν, καὶ ὅπως παρὰ τοῦ Νογᾶ πεφόνευται. 20. ὅπως ἐκστρατεύει ὁ βασιλεὺς Ἀνδρόνικος εἰς ἀνατολήν. 21. ὅπως αἱ Τράλλεις ἀνακτισθεῖσαι ὑπὸ τῶν Περσῶν ἐάλωσαν. 22. ὅπως ὁ Πορφυρογέννητος Κωνσταντῖνος εἰς τὰ κατὰ δύσιν ἀποστέλλεται. 23. ὅπως ὁ Βέκκος γράφων δι' ἣν αἰτίαν καὶ περὶ τῶν δογμάτων ἐκίνει. 24. ὅπως εἰς τὸ ὄρος τοῦ ἁγίου Ἀὐξεν-

Iosepho et de Vecco. 29. *adhuc de Iosepho quondam patriarcha.* 30. *ut Genuensium in propria ipsorum urbe degentium fastum depresserit imperator.*

SEXTI. 1. *ut et quibus de causis ad montem Haemum turbari pax coeperit.* 2. *ut Maria Sphentisthlabum deceperit.* 3. *initia Lachanae, et ut is Constantinum interfecerit.* 4. *ut imperator filiae Irenae Asanem coniugem dederit.* 5. *ut imperator de affinitate cogitata consilium a patriarcha per missos quaesierit.* 6. *ut Michaelem etiam ex Occidente ad se profectum imperator generum fecerit.* 7. *de Maria, ut Lachanae nupserit.* 8. *ut Maria quidem tradita imperatori, Asan autem intra Ternobum admissus fuerit.* 9. *ut Asan Ternobo recesserit.* 10. *ut accusationes adornatae sint contra patriarcham Veccum.* 11. *ut perlata promulgataque fuerit imperatoria novella de stauropegiis sive locis sacris proprie patriarchae subiectis.* 12. *quid contigerit patriarchae ex missione Colyborum.* 13. *ut patriarcha Ioannes throno renuntiaverit.* 14. *de legatis papae et patriarcha Ioanne.* 15. *oratio qua imperator certo persuasa ecclesiasticis sua in proposito constantia, praemunivit eos ne turbarentur ad inconvenientes petitiones legatorum.* 16. *ut deducti sint legati ad custodias publicas, visuri eos qui illic clausi tenebantur.* 17. *ut Ioannes in patriarchales aedes inductus denuo sit.* 18. *de Ignatio et Meletio, ut ii ad papam missi fuerint.* 19. *rursus de Lachana, et ut is a Noga interfectus fuerit.* 20. *expeditio imperatoris Andronici in Orientem.* 21. *ut Tralles restauratae a Persis captae sint.* 22. *ut Porphyrogenitus Constantinus in tractus Occiduos missus sit.* 23. *ut Veccus scribere aggressus, ea occasione de dogmate controversiam moverit.* 24. *ut ad montem sancti Auxentii iverit patriarcha; et de actis impe-*

www.libtool.com.cn

τίον ἐκπλεῦσαν ὁ πατριάρχης. καὶ περὶ τῶν τοῦ βασιλέως ἐκεῖ. 25. περὶ τοῦ Καλοειδᾶ καὶ περὶ τοῦ Ἰωάννου τοῦ Δούκα. 26. τὰ κατὰ τὸν λογοθέτην τοῦ γενικοῦ Μουζάλωνα. 27. ὅπως ἐκ δύσεως ὑπέστρεψεν ὁ Πορφυρογέννητος, καὶ τὰ κατὰ τὸν Κοτανίτζην. 28. θάνατος τῆς δεσποίνης Ἄννης καὶ τὰ τότε συμβάντα. 29. ἐκστρατεία Μιχαὴλ βασιλέως πρὸς Σάγγαριν, καὶ τὰ γεγόνοτα ἐκεῖ. 30. τὰ κατὰ τοὺς πρὸς τὸν πάπαν Μαρτῖνον ἀποκρισιαρίους. 31. περὶ τῶν διαθηκῶν τοῦ πατριάρχου Ἰωσήφ. 32. ὅπως συνέβη τὰ κατὰ Βελλάγραδα. 33. θρίαμβος τῶν ἁλωκότων κατὰ τὰ Βελλάγραδα. 34. τὰ κατὰ τὸν ἄρχοντα τῶν Λάζων Ἰωάννην, καὶ ὅπως αὐτὸν ὁ κρατῶν ἐπηγάμβρευσεν. 35. ὅπως ὁ βασιλεὺς μετεκαλέσατο Τοχάρους κατὰ τοῦ σεβαστοκράτορος Ἰωάννου. 36. ὅπως κινδυνεύων κατὰ θάλασσαν ὁ βασιλεὺς ὕστερον ἐξῆλθεν ἐτελεύτησεν.

ratoris illic. 25. de Caloido et de Ioanne Duca. 26. de logotheta generali Muzalone. 27. ut ex Occidente redierit Porphyrogenitus; et de Cotanitza. 28. mors dominae Annae; et quae tunc contigerunt. 29. expeditio Michaelis imperatoris versus Sangarim, et ibi gesta. 30. de Apocrisiariis ad papam Martinum missis. 31. de testamento patriarchae Iosephi. 32. ut res ad Bellagrada gesta contigerit. 33. triumphus captorum ad Bellagrada. 34. de Lazorum principe Ioanne, ut eum imperator sibi generum fecerit. 35. ut imperator Tocharos accersiverit contra Ioannem sebastocratorem. 36. ut in mari periclitatus imperator, deinde postquam exscendit, sit mortuus.

A.

Γεώργιος Κωνσταντινουπολίτης μὲν τὸ ἀνέκαθεν, ἐν Νικαίᾳ δὲ P 4
καὶ γεννηθεὶς καὶ τραφείς, ἐν Κωνσταντίνου δὲ καταστὰς αὖθις
ὅτε θεοῦ νεύματι ὑπὸ Ῥωμαίων ἐγένετο, ἔτη γεγονὼς εἴκοσιν
ἑνὸς δέοντος, τηνικάδε καὶ κλήρῳ σωθεὶς θείῳ καὶ ἀξιώμασιν
§ *ἐκκλησιαστικοῖς διαπρέψας καὶ ἕως καὶ ἐς πρωτεκδίκου φθάσας*
τιμήν, ἔτι δὲ καὶ ἐν ἀνακτόρων εἰς δικαιοφύλακα τιμηθείς, τάδε B
ξυνέγραψεν, οὐ λόγους λαβὼν ἄνωθεν ἁμαρτύρους, οὐδ' ἀκοῇ
πιστεύων μόνον, ὥσπερ πολλάκις συμβαίνει τῷ βουλομένῳ γρά-

I.

Georgius Constantinopolitanus genere, ortus et enutritus Nicaeae, Constantinopolim rursus translatus, quando ea, sic deo annuente, sub Romanorum dominium rediit, annos tunc natus undeviginti, clero adscriptus ac primis ecclesiae dignitatibus ornatus, adeo ut usque ad protectici honorem eveheretur, in palatinis quoque officiis dicaeophylacis magistratu honoratus, haec literis tradidit, non rumores longe petitos nulloque testimonio probatos excipiens, neque solum famae fidens, uti

www.libtool.com.cn

φειν, ἤν τις λέγοι ἑωρακὼς ἢ καὶ ἀκούσας αὐτός, πιστοὺς δ' ἀξιοίη τοὺς λόγους, εἰ μόνον λέγοι, λογίζεσθαι, ἀλλ' αὐτόπτης τὰ πλεῖστα οὕτως ξυμβὰν γεγονώς, ἢ καὶ μαθὼν ἀκριβῶς παρ' ὧν τὸ πρῶτον ὡράθη πραχθέντα, πλὴν δ' οὐκ ἀμάρτυρα ἀλλὰ
C καὶ πολλοῖς ἄλλοις συνηγορούμενα, ὡς ἂν μὴ ὁ ξύμπας χρόνος φύσιν ἔχων τὰ πολλὰ κρύπτειν συχναῖς κυκλικαῖς περιόδοις καὶ τάδ' ἀφανίσῃ κατὰ μικρὸν ἑξίτηλα τῇ παραδρομῇ γιγνόμενα διὰ τὸ φανέντα κρύπτεσθαι πάντα ἀνάγκην εἶναι, ὥς πού τις τῶν σοφῶν ἔφη καὶ ἀληθῶς ἐγνωμάτευσεν. οὐ μὴν ὥστε καὶ τὸ ἀλη-
θὲς περὶ ἐλάττονος τοῦ ψεύδους ποιήσασθαι περὶ τοιούτων λέ-
γοντα· ἱστορίας γάρ, ὡς ἄν τις εἴποι, ψυχὴ ἡ ἀλήθεια, καὶ τὸ τῆς ἀληθείας χρῆμα ἐπάναγκες ἱερόν, ὁ δὲ πρὸ ταύτης τὸ
D ψεῦδος ἄγων ἄντικρυς ἱερόσυλος. ἄλλως τε καὶ ἡμῖν ἥκιστα πρόθεσις τοῖς πραχθεῖσι μέγεθος ἐντιθέναι, ὥσανείπερ κινουμένοις ἐκ μίσους ἢ μὴν εὐνοίας, ὡς ἂν πλέον ἢ εἰκὸς ἢ τὸ κακῶς ξυμβὰν διασυρείη ἢ τὸ εὖ ξυμπεσὸν ὑμνηθείη, τοῦ λόγου τὰς ἀκοὰς γοητεύοντος. ἐπειδὴ γὰρ τὰ ῥᾳουδήπου πραχθέντα ἔστι μὲν καὶ διεξιέναι, οἷς δὴ καὶ λέγειν βουλομένοις ἐστίν, ἔστι δὲ καὶ ἐᾶν ἄρρητα, μὴ ἀνάγκης ὑπούσης, νικᾷ κατ' ἐμὴν γνώμην
E τὸ σιωπᾶν ἢ τὸ λέγειν ἄλλως ἢ ὡς ἐπράχθησαν, καὶ κρεῖττον δήπου τοῖς ἀκούουσι τὸ μὴ μανθάνειν ὅλως ἢ τὸ μανθάνειν ἄλλως ἢ ὡς ἦ ὄντως ἱστορία βούλεται, ὡς ἐκεῖθεν μὲν τῆς ἁπλῆς εἰσα-

saepe scribenti usuvenit, dum nimis facile creditur omni qui dicat se audisse aut vidisse, verum qui per me ipse pleraque viderim sic contigisse ut refero, vel si ab aliis acceperim, diligenter excusserim a quibus primum ea sint visa dum fierent, ac nec sic unius testimonio credederim, sed multorum affirmationi concordi. scripsi autem, ne tempus suapte natura involvens ac tegens multa, crebrisque suis circuitionibus obruens, haec quoque deleat fugientia ipso decursu. necesse quippe est, quae aliquando visa sunt, contegi tandem, ut doctus quidam asseruit ac vere pronuntiavit. sed neque par est de his rebus dicentem mendacio minoris facere veritatem. historiae namque, uti quis dixerit, anima veritas; et veritas ipsa revera res sacra est. is igitur qui pluris facit mendacium, aperte sacrilegus est. at neque propositum nobis est gestis aliorum pondus addere, quasi vel odio vel benevolentia moveremur, ut et quod male accidit, plus aequo laceretur, et quod belle cecidit, impensius celebretur; historia legentibus imponente. quandoquidem enim quaecunque, ubivis terrarum gesta sunt, licet quidem narrare argumenta dicendi quaerentibus, licet et omittere indicta, nulla necessitate scribere cogente, satius profecto sit, ut ego quidem arbitror, silentio praeterire quam secus ac gesta sunt tradere. praestat enim legentibus nihil eorum scire quam contra ac vere acta sunt doceri. illinc enim inscientia quaedam, et simplex illa quidem, innascitur, nullam inurens turpitu-

www.libtool.com.cn

γομένης ἐκείνης ἀγνοίας, ἐξ ἧς οὐ μῶμος προστρίβεται, ἐντεῦθεν δὲ τῆς διπλῆς, ὡς τὸ μὴ εἰδέναι συμβαίνειν τὸν εἰδέναι οἰόμενον, οὗ δὴ καὶ χεῖρον οὐδέν. οὐ μὴν ἀλλ' οὐδ' αὐτὸς ἐγχειρήσα ἂν τῇ γραφῇ, ἦν μοι μὴ ἐπῄει ἐλπίζειν προϊόντος τοῦ χρόνου τὰ χείρω καὶ ἔτι ξυμβαίνειν, ἐκ τῶν παρόντων καὶ τὰ P 5
ἐσαῦθις στοχαζομένῳ, ἢ μᾶλλον ἐκ τῶν συμβάντων λογιζομένῳ τὰ συμβησόμενα. πολλῷ γὰρ δήπου εἰς ἀκοὴν ὠτίου θαυμασιώτερον ἐκ τοιαύτης, ἧς δὴ καὶ γεγεύμεθα, ἡσυχίας καὶ καταστάσεως εἰς τάδε ξυμφορᾶς τὰ πράγματα προελθεῖν, ἢ τοιαῦτα φανέντα καὶ οὕτως τῆς προτέρας εὐθαλείας δεινοῦ χειμώνος ἐπεισρήσαντος καταρρεύσαντα εἰς τὸ ἀκμάζον καταναυθῆναι, ὥστε μὴ ὑπώραν εὐθαλεῖν, ἀλλ' οὐδὲ ζωτικῆς τὸ πνεῦμα παράπαν μετέχειν κινήσεως.

2. Τὸ γοῦν ἀνατρέχειν ἐπὶ τοὺς πρότερον ἢ καθ' ἡμᾶς B
ἄρξαντας, κἀντεῦθεν ἄρχεσθαι τὰ ἐκείνων ἐπιόντας, ὅπως ἀσφαλῶς καὶ μεθ' ὅτι πλείστης τῆς εὐβουλίας, ἧς οὐδὲν ἄμεινον, διώκουν τὰ πράγματα, τὴν ἀρχὴν ἐντεῦθεν κατοχυροῦντες, καὶ ταῦτα περιγραφείσης εἰς μικρὸν ταύτης αὐτοῖς ἐπὶ τρισὶ καὶ μόναις ἐπιπολαζούσαις ἀρχῇθεν ταῖς πόλεσι, Νικαίᾳ Προύσῃ τε C
καὶ τρίτῃ Φιλαδελφείᾳ, τῆς πατρίδος ἐκπεσοῦσιν ἐξ ὧν αἰτιῶν ἴδμεν μαθόντες, οὔ μοι δοκεῖ, κἂν λέγειν θέλωμεν, ἄνυστα τῷ τε πολλὰ καὶ μεγάλα ξυμβῆναι μεταξὺ κρατούντων ἐκείνων καὶ

disen: hinc duplex oboritur ignoratio, homine scire se putante quod omnino nescit; quo sane nihil peius. verumenimvero nec ipse scribendi provinciam aggrederer, nisi futura ex praeteritis aestimans magnopere timerem difficiliora asperioraque imminere in posterum. multo enim videlicet auditu mirabilius est ex tanta, quam degustavimus, tranquillitate in hanc ultimam calamitatem decidisse res nostras, quam haec nunc ita composita quae cernimus, procella quadam nova ingruente, ex hac prosperitate deturbari in perturbationem adeo miseram, ut ex specie ac flore omni prioris felicitatis tempestas atrox ingruens vix tantum satis agrisque modo virentibus reliqui facint, quanto esset opus, non dicam perducendis ad maturitatem fructibus, sed vel ad vitam intus vegetabilem, cum spe prodituroram iterum quandoque germinum, aegre ac misere tuendam.

2. Caeterum non facile opinor fuerit, vel si maxime caperemus, recurrere ad priora tempora, et ab eorum qui ante nostram aetatem rebus praefuerunt principatibus actisque repetendis huius quam modo meditamur initium historiae ducere, exponendo ut secure consultissimaque, qua nihil praestantius, prudentia rempublicam gubernaverint, imperium ea maxime cura munientes, utcunque angustis illud ipsum circumclusum finibus, trium videlicet duntaxat reliquarum tum ipsis civitatum, Nicaeae Prusae et tertiae Philadelphiae, in quas exclusi patria, in quas didicimus cadis, confugere ibique se continere coacti fuerant. magna sane ac scriptione nec brevi digna imperantibus illis evenerunt: verum,

www.libtool.com.cn

πολλῆς εἰπεῖν μάλιστα δεόμενα ἀσχολίας, καὶ τῷ μηδ' ἡμᾶς ἐς
τἀκριβὲς εἰδέναι τί καὶ ἐφ' οἷαις ταῖς αἰτίαις ξυνέπεσεν ἕκαστα,
D ἄλλως τε ὅτι καὶ ἄλλοις εἰπεῖν ἐπῆλθε περὶ ἐκείνων, οὐ πεπλα-
νημένους, οἶμαι, καὶ ὥστε μὲν σφᾶς ἑαυτοῖς ἀσφαλῶς πιστεύειν
ἐπεξιόντας καθ' ἕκαστον, ἀλλ' ἀκριβῶς καὶ ὡς εἰδότας ἐξ ὧν
ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἦσαν καὶ περιῆσαν ἔτι εἰς τέλος πραχθέντων
καὶ τὸ τοῦ χρόνου μηχάνημα ἄπρακτον ἦν, ἅμα πραττομένων
καὶ ἅμα γραφῇ δεδομένων, ἀντιμαχομένου καὶ ἀντισκοποῦντος
οἷον τοῦ Ἑρμοῦ τῇ Λητοΐ, ἢ καὶ μᾶλλον τὴν ἐκείνης πρόοδον
E ἀνακόπτοντος. ταῦτ' ἄρα καὶ τὰ κατ' ἐκεῖνο συμβάντα τοῦ
χρόνου ἐατέον ἡμῖν ὡς οὐκ ἀνυστὰ καὶ ἄλλως τοῦ προκειμένου
σκοποῦ ἐξαγώνια. ἓν δὲ καὶ μόνον τέως λεκτέον ἐστί, καὶ ἴσως
οὐ περιττόν, ὅτι καὶ μόνον ἐκεῖνό τινες αἰτιῶνται καὶ τῆς τότε
τῶν πραγμάτων ἀσφαλείας καὶ καταστάσεως καὶ τῆς νῦν ἀνα-
P 6 τροπῆς καὶ συγχύσεως, πλὴν οὐ κατὰ ταὐτὸν οὕτως ἔχον, ἀλλὰ
παρὸν μὲν καὶ ὡς ἐχρῆν τελούμενον ἀσφαλείας, ἀπὸν δὲ καὶ ὡς
οὐκ ἐχρῆν παρορώμενον τῆς παρούσης συγχύσεως.

B 3. Ἐκεῖνοι τοίνυν δυοῖν μέσον ἐχθροῖν ἐναπειλημμένοι,
ἔξ ἑω μὲν Περσῶν ἐκ δύσεως δ' Ἰταλῶν οὐ μόνον τὸ πρὸς τῇ θα-
λάσσῃ ἀλλὰ καὶ τὸ ἀνώτατον κατασχόντων, καὶ εἰς στενὸν κο-

4. μὲν] μηδὲ?

ut dixi, nobis perdifficilia narratu, tum quia rerum illius temporis haudquaquam exacta certaque ad nos est memoria perlata, consiliorum praesertim ac causarum, ex quibus quidque tunc gestorum contigit suscipi; tum quod istud argumentum praeoccupatum ab aliis iam est, non mala, ut equidem arbitror, fide in eo versatis, sed ex praesenti notitia eventus in ipsorum oculis tum viventium patratos fideli prosecutis historia, quae res, prout gerebantur, ex visu et experientia statim in litteras mitteret, sic machinationes eludens temporis, conantis semper obumbrare veritatem, et suorum flexibus lapsuum involutam, quasi ne extet, obruere, commissis invicem videlicet ac iacula contra infesta minantibus, ut Graeci aiunt, Mercurio et Latona, aut illo potius huius artes ac vim praevertente, ac quasi machinam rumpente. quare acta eius temporis indicta intentataque nobis relinquantur, utique ad rem quam agimus non pertinentia. unum ex illa tantum praeterita memoria resumendum hic nobis non inutiliter, ni fallor, est, propterea quod illud tale est, cui soli quidam adscribendam putant et securitatem tranquillitatemque quae tunc fuit rerum, et perversionem ac confusionem quae nunc cernitur, una causa contrarios effectus non eodem statu ac modo producente, sed tranquillitatem quidem operante quoad praesto fuit et praesens adhibita est, postquam vero (quod minime oportuit) neglecta eadem omissaque est, perturbationem inducente qua nunc laboratur.

3. Illi ergo duplici utrinque obsessi genere hostium, Persis quidem ab Oriente, ab Occasu Italis, non oram modo maritimam sed et supe-

www.libtool.com.cn

μηδ' ἀμφοτέρωθεν κατασπάντες ὡς μηδ' ἐλευθέρως ἀναπνεῖν ἔσθαι, τῇ μὲν Ἰταλικὸν ἔχοντες συμμαχικὸν ἐπῆσαν Πέρσαις, τῇ δὲ Σκυθικὸν προσλαβόμενοι ἄρτι τότε φανέν τε καὶ προσληφθὲν ἀνώθουν τοὺς Ἰταλούς. σκοπὸς δ' ἦν ἐκείνοις ἀσφαλέσ-
τὸ μέσον κατοχυροῦν. καὶ τὸ μὲν πρὸς θάλασσαν οὐκ εἶχον C
ὀχυρώματι ἄλλῳ ἢ θαλάσσῃ κατασφαλίζεσθαι· οὐδὲ γὰρ ἦν, θαλασσοκρατούντων τῶν Ἰταλῶν καὶ προσκατεχόντων τὰ πρόσω, ἀσφαλῶς τὸ λοιπὸν διάξειν· τὸ δὲ πρὸς ἕω ὀχυροῦν εἶχον ἐρυμνοῖς τε καὶ δυσβάτοις ὄρεων, εἰ προλάβοιεν. καὶ διὰ ταῦτα
ἐπὶ οὐκ εἶχον ἅμα πρὸς ἑκάτερα μάχεσθαι, καὶ ὅτι τὰ μὲν πρὸς ἕω ὄρη μέχρι πολλοῦ ἀνέχοντα καὶ τὸ ἀσφαλὲς κατεγγυῶντα Ῥω- D
μαίοις, Πέρσαις δὲ ὡς εἰπεῖν ἀμελούμενα, προσδοκίαν παρεῖχεν αὐτοῖς κατασχεῖν κἀντεῦθεν ἀσφάλειαν κατακτήσασθαι, τῷ δὲ τῆς θαλάττης μέρει οὐχ οἷοί τ' ἦσαν χρήσασθαι ὀχυρώματι πρό-
τερον ἢ τοὺς Ἰταλοὺς ἐκβαλεῖν, διὰ τοῦτο πλέον μὲν ἐσπένδοντο Πέρσαις καὶ ἀνακωχὴν ἐδίδουν τῷ πολέμῳ τῷ πρὸς ἐκείνους, ἐτήσιον τέλος τάξαντες, ὃ δὴ καὶ ἐδίδουν οὐχὶ μικρόν, τοῖς δ' Ἰταλοῖς ὅλαις ἐπεῖχον ὁρμαῖς. συχνοῖς δὲ πόνοις καὶ ἀκαταγωνί- E
στοις πολέμοις ἐνιδροῦντες ἐκείνους μὲν ἐξῶσαν, καὶ ναυσὶν οἰ-
κείαις παραπλέειν παρεσχηκότες τὴν θάλασσαν ἱκανὴν τοῖς ἐκεῖσε

12. post *ἀμελούμενα* omisi *ἦν*.

riora occupantibus, et valde in angustum undecunque contrusi, vix ut libere respirare sinerentur, aliquando quidem usi auxiliaribus Italis Persas incursabant, aliquando Scythicis adiuti armis, quae non ita pridem apparere in his partibus et societate nobis iungi coepere, repellebant Italos. hoc autem in istis difficultatibus potissimum spectabant, ut quod hinc atque inde medium inter ipsos et hostes ipsorum erat, munitis et valido praesidio insessis arcibus firmaretur. ac maritimis quidem locis non aliud adiicere munimentum potuerunt quam ipsum mare: non enim licebat, dominantibus mari Italis et partem continentis praesidio tenentibus, ita illum munire limitem, ut nihil inde timeretur. confinium Orientalium alia natura erat. praetentis enim ab ea parte altis et praeruptis montibus, magna spes erat intercludendi hostibus transitus, si iuga et angustae fauces subiacentium vallium praeoccuparentur. quare cum pares non essent binis e diversa parte sustinendis hostibus, ut saltem interim pax a Persis esset, arcibus eos inde praesidiisque obiectis summovere decreverunt. nec nimis difficile id fuit, quod et longus ibi tractus erat asperorum montium, et custodia vallium, per quas artus erat transitus, ferme ab Orientalibus alio intentis negligebatur. dilato ergo consilio muniendi oppida maritima in id tempus quo Italos continenti ejectos longe submovissent, in quo tunc potissimum laborabatur, quietem istàrea redemerunt a Persis pactione tributi annui, quod ipsis non modicum pendebant; sicque toto in Italos impetu ruerunt, crebrisque laboribus ac bellis difficillimis insudantes eos tandem expulsos propriis

www.libtool.com.cn

τῶν Ῥωμαίων οἰκοῦσιν ἐδίδουν ἀσφάλειαν, εἶτα νῶτα στρέψαντες ἑκόντων ἀκόντων Περσῶν τοῖς ὄρεσιν ἐπιβάλοντο, συχνοῖς δὲ τοῖς πανταχόθεν ἐποίκοις καὶ ἰσχυροῖς κατασφαλισάμενοι ἐρυμνὰ τείχη καὶ οἷον δυσεπιχειρήτους θριγκοὺς τῇ Ῥωμαΐδι
P 7 ταῦτα κατέστησαν. (4) οὐ μὴν δὲ καὶ ἀτημελήτους τοὺς πρὸς τοῖς ὄρεσιν οἰκοῦντας εἴων, ὡς ἑτοίμους μεταναστάντας, εἴ που ἀμηγέπη ὡς ἐναντίοι προσβάλοιεν, μηδὲν ἔχοντας τὸ πεῖθον μένειν καὶ παρὰ δύναμιν, εἴ ποι παρείκοι, πρὸς ἐκεῖνα ἀνδρίζεσθαι· ἀλλ' ἀτελείαις μὲν τοὺς πάντας, προνοίαις δ' ἐκ τούτων τοὺς ἐπιδοξοτέρους, καὶ οἷς τολμοῖεν τὸ φρόνημα, γράμμασιν
B ἐσωροῦντο βασιλικοῖς. καὶ δὴ τοῦ χρόνου προϊόντος ηὔξανον ταῖς περιουσίαις, καὶ πλοῦτος ἐπέρρει σφίσι συχνός. παρ' ὅσον δ' ἐκείνοις ἐνενθηνεῖσθαι ξυνέβαινε τοῖς κατὰ τὸν βίον, παρὰ τοσοῦτον καὶ πρὸς τοὺς ἐναντίους ἐθάρρουν, καὶ πολλοῖς τοῖς ἐκεῖθεν ἐτρύφων, νυκτολοχοῦντες καὶ ὀσημέραι τὴν τῶν ἐναν-
C τίων περικόπτοντες καὶ τὰ πολλὰ ληίζόμενοι. ἐξ ὧν συνέβαινεν αὐτοῖς μὲν ὁμόσε τοῖς ἀντιπάλοις χωροῦσι προβεβλῆσθαι τῶν ἐνδοτέρων, τοὺς δ' ἐξαρτωμένους τὰς ἐλπίδας ἐκείνων ἐπὶ τῆς οἰκείας διατρίβειν ἀνέδην καὶ ταῖς οἰκείαις προσανέχειν φροντίσιν, τοὺς μέντοι ἐπὶ τῶν ἀρχῶν τῆς στρατηγίας ὄντας, τῶν ὄπισθεν

7. ὡς] οἱ? 10. τολμᾷη? 19. φροντίζειν P (i. e. ed. Possiniana).

navibus trans mare deportarunt, magna sic stabilita tranquillitate Romanis illic degentibus. inde a Persis, vellent nollent, deficientes, muniendorum montium cura resumpta, multis et robustis undique convocatis advenis sedes in iis stabiles assignarunt, iisdemque custodiendas commiserunt munitissimas, quas extruxerant opere solidissimo, ac fere inexpugnabiles arces. quo modo Romanorum res optime sane loco posuerunt. (4) caeterum istos sic obiectos hostibus et ad praesens, si Persae ingruerent, defectionis et transfugii periculum expesitos, utpote nihil habentes quod in fide ac statione constantiam suaderet, haudquaquam imperatores necessaria in tali periculo destituerunt providentia, sed tales effecerunt ut ipsis expediret, et omnino vellent, etiam supra vires Persis obsistere. id consequebantur plena immunitate tributorum ac vectigalium limitem hunc incolentibus indulgenda, annuis quoque ex fisco pensionibus illustriores ipsorum honorando. unde procedente tempore aucta isti plurimum re familiari magnas plerique opes congesserunt. porro quo meliori ac commodiori loco res domesticae ipsorum ac fortunae erant, eo fortius alacriusque in hostes irruebant, illecti ad hoc ipsum frequentandum audaciusque tentandum gustu praedae non semel nocturnis insidiis abactae, assiduisque inde incursionibus hostem vexantes, eiusque sic infringentes impetum, vastantes quin etiam agros ac terras lateque populantes, manusque obvias caedentes, ac ipsa interiora Persidis latrociniis et excursionibus infesta solicitaque reddentes, eademque opera Ro-

www.libtool.com.cn

ἀσφαλῶς ὡς οἷόν τε ἔχοντας, τὴν μάχην ἐτέρωσε τρέπειν καὶ μὴ οἷόν τε εἶναι τοῖς ἐπιθέσεσιν ἐρεθίζειν, καὶ φθάνειν κακῶς διατιθέντας ἑτέρους πρότερον ἢ ἀναμένειν πάσχειν ἑτέρωθεν τὰ δεινά. τὸ δὲ D
ἅπαν ἦν κατορθούμενον τῶν ἄκρων καλῶς ἐχουσῶν καὶ μηδ' εἰ τί καὶ γένοιτο τῶν ἐκεῖ καθυπειξόντων ἀνδρῶν, εἴ τι καὶ ἀντιτείνειν τολμῷεν οἱ ἀντικείμενοι, καὶ ταῦτα καὶ τῆς ἀρχῆς ἐγγύθεν οὔσης, ἀνθεξούσης ἑτοίμου πρὸς ἅπαν τὸ ἀντιστησόμενον. καὶ τὰ μὲν πρότερα τοιαῦτα καὶ οὕτως ἔχοντα, οὐ μόνον ὡῖς ἐρρίθη ἀτελείαις τε καὶ προνοίαις ἀλλά γε καὶ καθημεριναῖς φιλο- E
τησίαις βασιλικαῖς τῶν τὰς ἄκρας οἰκούντων βρενθυομένων, καὶ οὐδὲν ὅτι μὴ πλούτου σημεῖον ἐχόντων, κἀντεῦθεν καὶ ἀρραθυμότερον μὲν φυλασσόντων, θαρραλεώτερον δ' εἰσβαλλόντων καὶ ἀντισχόντων τοῖς, εἴ πῃ ἰσχύσειαν, κακοποιοῦσι τὰ ἡμέτερα.
(5) ἐξ ὅτου δ' ἡ Κωνσταντίνου πόλις Ῥωμαίοις ἑάλω καὶ ἦν με- P 8
τανιστρέφειν ἀνάγκη τῇ πατρίδι τὰ τέκνα, καὶ πρότερον τῶν ἄλλων οἷς ἦν τὸ κρατεῖν, ξυνέβαινε μὲν ἔνθεν ἐξασθενεῖν ἐκείνους τῇ διαστάσει τῶν βασιλέων, ἔδει δ' ἐκείνοις πάντως προνοίας, καὶ μᾶλλον ἐφ' ᾧ καθ' ἑαυτοὺς οὐδὲν ἧττον θαρροῖεν,

manis laeta domi et opulenta otia praebentes, secure desinceps ac sine hostili ullo metu familiaria curantibus. indidem ducibus quoque Romanae militiae, quippe quos iam nihil retro vereri ac respicere cogeret, securitas et facultas aderat vim alio vertendi, ultroque, cum operae pretium erat, lacessendi hostes alios, praevertendique bella imminentia, consiliisque suspectarum gentium mature praeoccupandi, saluberrimo auxilii genere, non expectante malorum exortum, et praecavere damna publica satius habente quam ulcisci aut saeve grassantia depellere. hi fructus erant insessarum validis istiusmodi praesidiis arcium. quae ne unquam desererentur retrocedentibus praesidiariis ob vim maiorem urgentium eos interdum aerius Persarum, satis providebatur collocatis opportune non procul ab illo limite Romanis castris, unde auxiliorum quantum esset opus, in tempore submitti laborantibus posset. hic status tum illic rerum fuit, imperatoribus, qui ea tempestate reipublicae praeerant, utilissimam istam limitaneorum militum alacritatem in hostes foventibus non modo immunitatibus et pensionibus quas dixi praestandis, sed et quotidianis extra ordinem largitionibus operam insigniorem et clariora quae ferrentur arces obtinentium facinora regie remunerando. unde passim praesidiariorum iterum tantum animi creverant, ut minima pars ipsis offidi videretur tueri commissas arces, quod ludibunde ac nullo negotio praestabant, nisi audacissime longissimeque incursarent hostiles terras, apparatusque Persarum, si procederent ad perfectum, rebus nostris perniciosos futuros, in exortu protinus ipso primaque molitione disiicerent. (5) ex quo autem recepta Constantinopolis a Romanis est, et reducere quemque filios in patriam oportuit, principes maxime, contigit praesidia finium Persicorum debilitari ob imperatorum in urbem reversorum distantiam; ex qua fiebat ut pensiones ad diem prius reddi solitae nequa-

www.libtool.com.cn

εἰ μηδ' ἄλλοθεν, ἀλλ' οὖν νεῦρα πολέμου τὸν σφῶν πλοῦτον
B ἔχουσιν. ἀλλὰ χρόνῳ ὕστερον τῆς βασιλείας μεταπεσούσης Χα-
δηνός τις, ᾧ δὴ καὶ τὸ τῆς ἐπαρχίας ἀξίωμα ἐσαῦθις ἐπέθηκεν ὁ
κρατῶν, τὰ πολλὰ παρ' ἐκείνῳ δυνάμενος ἐξ αἰτιῶν ὅσον οὐκέτι
ῥηθησομένων (ἐκεῖθεν γὰρ καὶ ὁ παρὼν λόγος εἰς κατάστασιν τὴν 5
πρέπουσαν ἀναχθήσεται), ἐκεῖνος τοίνυν συμφέρον δοκεῖν ἐθέλων
συμβουλεύειν τῷ βασιλεῖ (Παλαιολόγος δ' οὗτος ἦν Μιχαὴλ)
βουλὴν εἰσάγει τήνδε καὶ λίαν ἐπισφαλῆ, ὡς τὸ πρᾶγμα ἔδειξεν
C ὕστερον. καὶ δεχθεὶς ὡς δῆθεν συμφερόντως λέγων, πέμπεται
καταπρᾶξαι ἃ φθάσας βεβούλευται. καὶ δὴ ἐπιστὰς ταχέως τοῖς 10
τόποις (οὐ γὰρ ἦν πρὸς τὰ ἐπεσταλμένα βραδύνειν ὅλως αὐτὸν κα-
ταρξάμενον), ἄνδρας βαθυπλούτους εὑρὼν καὶ κτήμασι καὶ
θρέμμασι βριθοντας, στρατεύει τούτους ἐκ τῶν σφετέρων ἐκεί-
νων καὶ οἷς ὁ ἑκάστου βίος συνεκεκρότητο, καὶ εἰς τεσσαράκοντα
νομίσματα τῷ ἑνὶ συμποσώσας, καὶ τούτων τὸ πλεῖστον ἐκ τῶν 15
D αὐτοῦ, τὸ λοιπὸν τοῦ τεθέντος τέλους, οὐκ ὀλίγον ὄν, τῷ βα-
σιλικῷ ταμιείῳ εἰσκομίζεσθαι ἔταξεν. ὃ καὶ πραχθέν, πρώτως
παθόντων τῶν ἀνδρῶν ἃ οὐκ ἤλπισαν πώποτε, ἐπέκλασέ τε τὴν
προθυμίαν βουλομένοις, καὶ καθυφείκεσαν τῆς δυνάμεως.
E (6) ἐντεῦθεν καὶ τοῖς τῶν Περσῶν μαχίμοις καὶ οἷς ἐν μαχαίρᾳ 20
τὸ ζῆν, τῶν ἄλλων ὑποκλιθέντων τοῖς Τοχάροις ἄρτι κατασχοῦσι
τὴν τῆς Περσίδος ἀρχήν, συμφέρον ἐδόκει ἀφηνιάζουσι καταφεύ-

quam ea fide solverentur, qua tunc opus vel maxime fuerat ad excitandos militares animos, ut vellent atque auderent quantum iis locis, et temporibus publicae necessitates poscebant. tamen aliquatenus huic incommodo medebatur, quod illis abundabant opes propriae, quae belli nervos subministrarent, donec posteriori tempore, in deteriorem statum imperio prolapso, Chadenus quidam, cui et praefecturae dignitatem deinde imperator contulit, multum in aula pollens ex causis paulo post memorandis (ab huius enim mentione nostra in suum finem historia procedet) consilium suggessit imperatori (fuit is Michaël Palaeologus) valde perniciosum eventu deprehensum, cum ipse utile putaret; eoque probato, executor ipse missus est qui suaserat. quare is celeriter in illas Orientalis limitis profectus arces, cum degentes in iis reperisset praedivites homines latifundiis agrorum, gregumque atque armentorum proventibus opulentos, militari censu habito initaque pecuniae cuiusque summa, stipendium singulis nummorum quadraginta constituit, quod reliquum erat, pretii non parvi, ex annuis illorum tractuum vectigalibus, fisco deinceps praecepit reddi. hinc evenit primum ut praesidiarii, quae minime timuerant passi, frangerentur animo et antiquam alacritatem bellandi perderent, moxque, ut fit, minutis copiis multo infirmiores redderentur. (6) posthaec viris fortibus inter Persas, quibus omnis vivendi spes et conditio in armis erat, caeteris inclinatis ad Tocharos, qui nuper imperium Persarum occuparant, rebellantibus, visum opportunum est refugere

www.libtool.com.cn

γειν πρὸς τὰ τῶν ὀρῶν ὀχυρώτερα καὶ τὰ πλησίον κατατρέχοντας
νόμῳ λῃστῶν ἀποζῆν. ὃ καὶ γεγονὸς συνέστησαν κατ' αὐτοὺς P 9
πλεῖστοι, καὶ συχνάκις ἰσχυροὶ ἐπετίθεντο ἀσθενέσι γενομένοις
τοῖς ἡμετέροις, καὶ περιόντες κατ' ὀλίγον ἀδυνατούντων ὑπείκειν
ἐποίουν. καὶ τάχα ἂν ἐσχωροῦντες ὁσημέραι τοῖς ἐναντίοις τῶν
θρηκῶν παρεχώρησαν, εἰ μή γε ταχθείσαις ῥόγαις (τὰ γὰρ σφέ-
τερα οὐκ εἶχον κατέχειν) μόγις ὑπεῖκον προσοικοῦντες ἀντέχειν.
καὶ ἀντεῖχον τέως, τὰ πλεῖστα μὲν καὶ ἐξ ἑαυτῶν, ἦν δ' οὗ καὶ
πολλῶν ἐπεισφρούντων τῶν ἐναντίων δῆλα τιθέντες τῷ ἡμετέρῳ B
στρατεύματι καὶ ἄπρακτον πολλάκις τὴν ἐκείνων ἐπισύστασιν κα-
θιστῶντες. καὶ ταῦτ' ἦσαν ἕως ἐδίδοντο ῥόγαι καιροῖς ὡρισμέ-
νοις κατὰ τὸ σύνηθες. πλὴν φυλάσσεσθαι μόνον ἦν τὸ κακὸν
ἐπιόν, καὶ μὴ προσχωρεῖν σφᾶς ἔτι μηδὲ περιγίγνεσθαι, μηδ'
αὐτοὺς ζητεῖν κακοῦν τὴν ἐκείνων καταστρέψαντας, ἀλλ' ἑαυ-
τοὺς συντηρεῖν ἐπὶ τῆς οἰκείας μένοντας, ὡς μαχουμένων μὲν
ὅτε ἐκεῖνοι ἐπὶ μέσου τῆς ἡμετέρας τὸν πόλεμον ἐξενέγκαιεν, μὴ
μαχουμένων δὲ εἰ μὴ ἐκεῖνοι θέλοιεν πολεμεῖν. ἐπεὶ δὲ καὶ περὶ C
ταύτας οἱ ἄρχοντες ἐγλισχρεύοντο, καὶ μόλις καὶ ὑπερήμερον
καὶ παρὰ τὸ ἀρχαῖον μεῖον ἦν τὸ διδόμενον, ἐφ' ᾧπερ καὶ οἱ
κατὰ καιροὺς τῶν στρατευμάτων ἡγεμόνες μερίτας ἐκ κλεμμάτων
ἑαυτοὺς εἰσῆγον, ἀπώλετο μὲν ἡ πληθὺς ἐκείνων, τῶν μὲν ἐρ-

17. δὲ deerat.

ad claustra castellaque montium, et inde vicina incursando raptu ac praedis victum quaerere. id consilium quo executioni mandarent, convenerunt plurimi, validaque identidem conflata manu infirmiores iam nostros sunt adorti, et paulatim circumveniendo tenues opibus et prioris parte haud modica potentiae destitutos facile coegerunt sibi cedere. et arces quidem ipsas quo minus quotidianis valentiorum insultibus fracti desererent hostibusque dederent, sola prohibuit stipendiorum ab imperatore solutio, eatenus satis certa fide facta. cum enim propria iam non haberent quae defenderent, solo illo recte numerati stipendii vinculo utcunque in officio continebantur, eatenus tantum ut contra oppugnantes e vicino Persas propugnacula castellaque tuerentur; ac si quando maiori ea vi Persae coëuntes adorirentur, necessaria e nostrorum castris auxilia evocarent, quibus saepe in tempore adiuti conatus hostium reddiderunt irritos. res eo loco fuerunt, quamdiu processerunt ex imperatoris fisco statis pensionibus repraesentata stipendia de more. toto enim illo tempore praesidiarii non quidem ut quondam longe submovebant Persas et damna ipsis reponebant, excurrentes in terras eorum et illorum agros regionesque vastantes: tamen, ut dixi, loca obtinebant ipsis credita, castrisque ac vallo clausi fortiter obstabant oppugnantibus, cessantibus, et negotium non facessentibus de caetero non molesti. at postquam parcius deinde ac malignius coeperunt stipendia persolvi, et neque ad diem ne-

www.libtool.com.cn

γον μαχαίρας γεγονότων, τῶν δὲ καὶ προσχωρησάντων τοῖς ἐναντίοις, ἄλλων δὲ καὶ ἀλλαχοῦ που, ἐπεὶ ῥᾳδὺ ἦν ἐκεῖσε προσμέ-
D γουσι φευκτὰ τὰ δεινά, μετοικησάντων καὶ ὡς εἶχον διαγαγόντων τὸν βίον, κατὰ πολλὴν δὲ τοῦ χωλύσοντος ἐρημίαν κατέσχον αἱ ἐναντίοι τὰ ὀχυρώματα, ἐξ ὧν καὶ κατατρέχειν οἷοί τ' ἦσαν ὅσάκις ἦν αὐτοῖς βουλομένοις, καὶ κακῶς ποιεῖν οὐχ ὅπως τοὺς προσχώρους (τοῦτο γὰρ εἶχον αὐτόθεν) ἀλλὰ καὶ ὧν ἐς μακρὰν ἀπεῖχαν. τοῖς δὲ τῶν Ῥωμαίων στρατεύμασιν ἀσχολίαν παρεῖχαν οὐ τὴν τυχοῦσαν, πρὸς ἐκείνους ἐφ' ᾧπερ ἐπισχεῖν ἐς ὰεὶ
E ῥέπουσι, καὶ τῶν ἄλλων ἀφειμένοις οὐκ ὀλίγης χρηζόντων ἐπικουρίας, καὶ μᾶλλον τῶν πρὸς δύσιν, ἃ δὴ καὶ κενωθέντων τῶν ἀνατολικῶν ἐκεῖσε τάξεων πρὸ τέλους ἦ ταῦτα γενέσθαι μὴ ὅτι γε τὰ ἑῷα πρασεζημίουν, ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτὰ ἀπέρως εἶχον τῶν δυτικῶν ποτὲ μὲν ἐφ' ἡμᾶς ποτὲ δ' ἐπ' ἐκείνους τρεπομένων, καὶ τῇ τῆς γνώμης ἀστασίᾳ τριβὴν ἐμποιούντων τοῖς ἀμφοτέροις, ὡς παρόντων μὲν τῶν στρατευμάτων χωρὶς ὑποκλίνειν ἀνάγκης, ἀνακωχῆς δὲ γενομένης ἐπὶ σμικρὸν πρὸς θάτερα αὖθις ῥᾳδίως τρέπεσθαι, εἰ μόναι ἴοιεν μεθ' ὅπλων ἐπ' αὐτούς. οὕτω δ'
P 10 ἐχόντων τῶν τῆς ἀνατολῆς καὶ οὕτω τῶν δυσχερῶν ἐπιόντων, ἐς ὃ τύχης ὕστερον τὰ κεῖθι πράγματα προύβησαν ἐσαῦθις ἐροῦμεν, προσθέντες καὶ τὰς αἰτίας· τέως δ' οὖν ἐπαναλαβόντες τὸν λόγον, τὴν ἀρχήν, ἐξ οὗπερ καὶ οὐ χεῖρον ἄρχεσθαι, μεταστήσομεν.

6. ὅπερ P.

quo pari ac prius summa pecuniae militibus numerabantur, quin etiam missi eo certis intervallis duces exercituum praedae ex hoste partae divisores se constituerunt, parte videlicet maiori sibi ipsis excepta, Romanorum illum limitem tuentium multitudo varie dilapsa consumptaque est, plerisque caesis, multis qua vi qua coacta deditione hosti subiectis. sic demum arces in Perserum venerant potestatem; ex quibus erumpentes agerent ferrentque Romanum limitem quoties liberet, Romanisque exercitibus molestissimum negotium praeberent, alia, praesertim in Occiduis partibus, quantumvis urgentia et ope vel maxime indigentia, ut his obsisterent, omittere coactis. quae erat misera et reipublicae damnosa inactatio copiarum nostrarum, nunc a Persis, cum eos minuto numero citra magnum periculum instantes cernerent, ad Romanos se convertentium, rursus cum redire illidem fortiores formidolosioresque suntinrentur; eo respectantium totaque vi occurrentium, ista quadam incertitudine consiliorum ac desultoria violentudine bellandi magnum securim infligente successibus ac tranquillitati publicae. hoc statu Orientalium rerum, et in hunc modum ingruentibus adversis, quo tandem res nostras fortuna detruserit, deinceps narrabitur expositis eventuum causis. adeoque hinc sumpto, exordio historiam auspicabimur.

7. Ἤδη μὲν αὐτοκρατοῦντος μετὰ πατέρα τοῦ Λάσκαρι Θεοδώρου, ὁ ἐπὶ θυγατρὶ αὐτανεψίου ἐκείνου γαμβρὸς ὁ Παλαιολόγος Μιχαὴλ τῷ τοῦ μεγάλου κονοστανύλου διαπρέπων ἀξιώματι (τὸ δ' ἀξίωμα πρωτόμιον εἶχεν ἐκ παλαιοῦ εἰς χεῖρας ἄγειν ἱππέων ἔχοντα τοῦτο ἅπαν τὸ ἐξ Ἰταλῶν στρατιωτικὸν καὶ ὑπήκοον) ὕποπτος μὲν εἰς βασιλείαν ἀεί ποτ' ἦν καὶ δῆλος, ἐξ ὧν ὑποκαθημένων εἶχε, νεωτερίσων εἰ καιροῦ λάβηται, τὰ πιστὰ δὲ δοὺς τῷ τοῦ κρατοῦντος πατρὶ ἀσφαλέσιν ὅρκοις, καὶ δὴ καὶ ἀρχιερατικαῖς ἐμπεδωθεὶς ἀφοριζούσαις τῶν πιστῶν ἐκεῖνον ἀραῖς, εἴ που καὶ ἀποστατεῖν προαιροῖτο καὶ δυσνοεῖν ὅλως τοῖς βασιλεύουσιν. καὶ ταῦτ' ἐπράττετο ὅτε πλὴν τῶν δυσικῶν ἐμπεπιστευμένος παρὰ τοῦ βασιλέως ἀρχὴν αἰτίαν ἔσχε τοῦ συνθήκας ποιεῖν δι' ἀπορρήτων πρὸς τὸν δεσπότην τῶν δυσικῶν Μιχαὴλ τὸν Ἄγγελον, ἐφ' ᾧ κατεγγυῆσαι τὸν δεσπότην ἐκείνῳ τὴν ἰδίαν παῖδα πρὸς γάμον, αὐτὸν δὲ παραδοῦναι τὴν τοῦ βασιλέως χώραν, καὶ ὑπ' ἐκείνῳ γενόμενον συμπράττειν ὡς εἰκὸς τὴν ἀρχὴν τῷ δεσπότῃ καὶ πιστεύῳ. προσαγγελθεὶς δ' ἐπὶ τούτῳ πρὸς βασιλέα πρὸς οἰκέτην, ᾧ δὴ καὶ τὰ τῆς βουλῆς, ὡς ἐκεῖνος κατηγορῶν ἔλεγε, προσανετίθετο, ἀνήρπαστό τε τὴν ταχίστην παραλυθεὶς τῆς ἀρχῆς, καὶ τῇ φυλακῇ σιδηρόδετος ἐρριπτεῖτο. μὴ δήλου δὲ γε-

6. ἦν] ἂν P. 17. παρ' οἰκέτου?

7. Imperante iam Theodoro Lascari post patrem, qui filiam nepotis eius ex fratre matrimonio sibi iunxerat, Michaël Palaeologus, magni constabuli dignitate conspicuus, et istius magistratus veteri iure ac privilegio Italicos omnes copias in potestate habens, semper obnoxius suspicionibus affectati regni, vota eius generis mente clam intima subsidentia frustra ipso celante, cum ultro indiciis erumperent, manifestum argumentum praebuisse visus est ambitionis iubilantis novitatibus, et ad aliquid audendum prorupturae, si se ulla rei cum spe aliqua tentandae opportuna occasio praeberet. fidem ille tamen parenti imperatoris firmissimo iureiurando adstrinxerat; et se ultro subiiciens pontificalium anathematum diris quam maxime horrendis, si unquam aut deficere aut omnino dissidere ab imperatoribus in animum induceret, persuasisse videbatur se constantem in officio futurum; cum Occidentis procuratione sibi ab imperatore credita, initarum occulte pactionum cum Occidentis despota Michaële Angelo insimulatus est. nimirum inter eos convenisse ferebatur, ut despota filiam desponderet Palaeologo, ille vicissim, pro ea qua polleret apud imperatori subiectas gentes et apud exercitum auctoritate, ambitu et suffragatione sua viam ad imperium socero muniret. hac de re apud imperatorem per familiarem delatus (quem totius consilii, ut ipse accusando aiebat, participem fecerat) actutum comprehensus et reductus in ordinem catenisque constrictus carceri traditur. ac quamquam nullo satis evidenti extante tanti criminis indicio, merito dubitare-

www.dbtbudapest.hu

νέσθαι δυναμένου τοῦ κατηγορήματος, ἄδηλον ὂν εἴτ' ἀληθεύοι
ὁ προσαγγέλλων, ὡς ἐκεῖνος ἰσχυρίζετο, εἴτε συκοφαντοίη, ὡς
ὁ Παλαιολόγος ἀντεπιφέρων ἕτοιμος ἦν ὑπὲρ ἀληθείας μονομα-
E χεῖν κατά τι κρατῆσαν ἐπὶ τοῖς ἀδήλοις τῶν προσαγγελιῶν ἀρ-
χαῖον ἔθος τοῖς βασιλεῦσιν, ὅμως τὴν ὑποψίαν οὐκ εἶχε διολι- 5
σθαίνειν καὶ τὸ τῆς ἀπιστίας ἔγκλημα εἰς τέλος διαδιδράσκειν,
ἀλλ' ἐφ' ἱκανὸν χρόνον τῇ φυλακῇ κατείχετο δέσμιος, καὶ ἡ
ὑποψία προσῆν. ὡς δ' οὐκ ἦν ὑπὲρ ἐκείνου ἄλλον τολμᾶν καὶ
P 11 πρεσβεύειν τῷ βασιλεῖ, ὁ τηνικάδε πατριαρχεύων Μανουὴλ ἐπὶ
μησὶ πλείστοις συνδιάγων κατὰ Λυδίαν τῷ βασιλεῖ, ἐπεὶ πρὸς 10
ἔξοδον ἦν καὶ δῆλος ἦν ὁ κρατῶν πρὸς χάριν τελεῖν τι τῷ ἱερεῖ
προθυμούμενος, αὐτίκ' ἐκεῖνος ἀφεὶς τἄλλα τὴν ὑπὲρ τοῦ σωθη-
ροδότου πρεσβείαν εἰσῆγε, καὶ ὡς συκοφαντούμενον ἱκέτευε κα-
τοικτείρειν. "εἰ δ' οὖν ἀλλὰ μὴ παρὰ σοὶ καθαρῶς" ἔφη "τῆς
ὑποψίας ἀφεῖται, ὦ βασιλεῦ, ἀλλ' ἐκεῖνος τὸ πιστὸν δώσει πρὸς 15
B τοὐπιόν, τὰς τῆς ἐκκλησίας ἐφ' ἑαυτὸν ἐπιτιμήσεις καταδεξάμε-
νος, αἷς καὶ μάλα κατεμπεδούμενος καὶ αὐτὸ δὴ τὸ ἀκατέργα-
στον τοῦ νοὸς περὶ ἀποστασίας ἐνθύμιον οὐ προσήσεται, ἀλλά
γε Χριστιανὸς ὢν τὴν τοῦ θεοῦ δίκην φυλάξεται, καὶ ἀδόλως
ἐμμενεῖ τοῖς ὅρκοις εἰς τὴν πρὸς σὲ πίστιν καὶ τὸ γένος τὸ σόν." 20
οὕτως εἰπόντα δυσωπεῖ τὴν δέησιν ὁ κρατῶν, καὶ ἐπινεύει πρὸς
τὴν τοῦ κατακρίτου συμπάθειαν, εὐμενῆ συνόλως ἐκείνῳ τὴν
C ἰδίαν γενέσθαι ψυχὴν κατεγγυησάμενος, εἰ κἀκεῖνος τὰ τῆς εἰσ-

tur verane delator ferret, ut ipse contendebat, an calumniaretur, uti contra pertendebat Palaeologus, paratum se exhibens ad suam innocentiam singularis certaminis experimento comprobandam, quae dubiarum accusationum purgandarum ratio antiquo imperatorum comprobata usu invaluit, tamen nec sic amoliri suspicionem aut plene diluere cogitatae defectionis crimen valens longo tempore vinctus detinebatur. cumque diu nullus esset qui pro tam suspecto reo imperatorem alloqui auderet, extitit tandem tunc patriarchatus honore praefulgens Manuël, qui cum iam plures menses in Lydia una cum imperatore fuisset atque in procinctu esset ad reditum, appareretque imperatorem ita in eum affectum ut non gravate concederet, si quid gratiae loco posceret, omnibus aliis omissis preces obtulit pro Palaeologo, et ut eius tanquam calumniam passi misereretur oravit. "quodsi, o imperator," aiebat, "suspicionem de illo non plene deponis, at ille quidem in posterum qualicumque ac quantocumque voles fidei pignore tibi cavebit, seque censuris ecclesiae subiiciet, quarum incurrendarum metu vel ipsam defectionis umbram aversaturus omnino sit. homo enim Christianus iudicium utique dei pertimescet, et eius comminatione sancitis firme stabit promissis; nec obligatam tali ceremonia tibi ac tuo generi fidem umquam in animum inducet fallere." haec loquentem illum imperator reveritus damnati carcere liberationem

ἔπειτα πρὸς αὐτὸν εὐνοίας, ὡς ὁ ἱερεὺς ὑπέσχετο, πιστὰ κατα-
στήσειε. καὶ δὴ περί που τὴν Ἀχυράους ὁ ἱερεὺς γεγονώς, συν-
άμα καὶ πλείστοις ἀρχιερεῦσι, στέλλει πρὸς τὸν κρατοῦντα,
ὅπως ἐκείνου πρὸς τὸν ἀρχιθύτην συνταξαμένου καὶ οὕτω τά-
ξαντος, τινὰ τῶν αὐτοῦ οἰκείων καὶ ἱερωσύνῃ κοσμούμενον, ὃν
ὁ κρατῶν δεξάμενος ἀνίησι μὲν παραυτίκα τὸν κατεχόμενον τῶν
δεσμῶν, ἀπολύει δ' ἀσμένως πρὸς τὸν ἱεράρχην, ὅπαδοὺς αὐτῷ D
συνεξαγαγών. ἅμα γοῦν ἐπέστη καὶ ἅμα παρὰ τῆς συνόδου τὰ
εἰκότα ἐνωτισάμενος τὴν ἐκείνων ἐπιτίμησιν εἰς ἀσφαλῆ τῶν πρὸς
βασιλέα ἰδίων ὅρκων βεβαίωσιν δέχεται. καὶ πρὸς τὸν κρατοῦντα
αὖθις ἐπανιὼν πολλῆς τῆς παρ' ἐκείνου εὐμενείας ἐτύγχανεν.
οὕτω τοιγαροῦν ἔχων καὶ οὕτω σπεύδων ἑαυτὸν φυλάττειν πάσης
καχυποψίας ἀνώτερον, καὶ μᾶλλον ὅτι καὶ ἀξιώματος ἐπέβη με-
γίστου, πολλῷ πλέον πρὸς τὸν μετ' αὐτὸν τὸ κράτος ἔχοντα ἁλῶ-
ναι τῆς ὑποψίας διεφυλάττετο.

8. Ἀλλ' ἐπειδὴ θερμὸς ἦν ἐκεῖνος πρὸς πάντα, ἔτι δὲ καὶ
τὴν τοῦ καταφρονῆσαι δόξαν (ἡ γὰρ νόσος ἐπεισπεσοῦσα καὶ μᾶλ- P 12
λον τρύχουσα ἔπειθε δεινὰ ὑπιδέσθαι), παραλύει μὲν τοῦ ἀξιώ-
ματος εἰς πρωτοβεστιαρίου τεταγμένον τιμὴν τὸν Ῥαοὺλ Ἀλέξιον,
ἀντεισάγει δ' εἰς ταύτην τὸν ἐξ Ἀτραμυττίου Γεώργιον τὸν Μου-

ansuit, pollicens insuper animo se in illum plane benevolo futurum, si is quoque pro se, uti patriarcha spondebat, suum erga principem studium fidemque praestaret. hinc cum apud Achyraum patriarcha cum pluribus simul praesulibus aliis adesset, mittit ad imperatorem, prout ipse discedens praescripserat, e familiaribus unum sacerdotio praeditum, quo imperator excepto auditoque solvit continuo Palaeologum vinculis et ad ipsum patriarcham perlibenter mittit, cum comitibus pariter liberatis. eo cum pervenisset, postquam audivit graves in synodo et accommodatas causae ac tempori admonitiones et comminationes patrum, obnoxie professus nihil recusare se canonicae animadversionis ac poenarum, si deinceps peccaret, novum fidelitatis inviolatae iuramentum proprie sibi dictata ab iis formula concepit. sicque ad principem reversus magna est eius benevolentia et significatione gratiae dignatus. hoc ille suarum statu rerum invigilabat sibi acriter, undique circumspiciens ac solicitissime observans, quo se omni superiorem prava suspicione servaret. in eaque cura custodiaque perseverabat eo intentius, quo se in maximae apice dignitatis magis expositum invidiae imperantiumque offensioni cernebat, praesertim iunioris ipsorum et successoris in principatu designati; a cuius praesertim suspicaci animo sibi et timebat et quantum poterat cavebat.

8. At quoniam hic ingenio ardenti cum praeceps in alia cuncta ferebatur, tum facillimus erat ad opinandum sese contemni (morbus enim quo tenebatur et multum urgebatur, opportunum eum paratumque talibus credendis rebusque quas audiret aut cerneret in partem sequiorem interpretandis faciebat) Raulem Alexium protovestiarii dignitate ornatum privat magistratu, et eius in locum promovet Georgium Muzalonem Atra-

ζάλωνα, συνοικίσας αὐτῷ καὶ τὴν ἐκ Καντακουζηνῶν Θεοδώραν, τοῦ Παλαιολόγου οὖσαν ἀδελφιδῆν, τὸν δὲ μετ' ἐκεῖνον Ἀνδρόνικον μέγαν δομέστικον, Κλοϊστᾶ τὴν τοῦ Ῥαοὺλ θυγατέρα οἱ συναρμόσας, τὸν δὲ τρίτον τῶν ἀδελφῶν προβάλλεται πρωθιερα-
B κάριν, ἄνδρας οὐκ εὐγενείας μὲν μετέχοντας τὸ παράπαν, εἰς παιδοποίλους δὲ αὐθεντοπουλευομένῳ τεταγμένους αὐτῷ. δύο μέντοι γε τῶν μεγιστάνων τῶν ὀμμάτων στερεῖ, ὧν ὁ μὲν εἷς υἱὸς ἦν τοῦ Στρατηγοπούλου Ἀλεξίου, ὁ Κωνσταντῖνος, ὃς ἠξιοῦτο καὶ κήδους (τὴν γὰρ ἀδελφιδῆν τοῦ βασιλέως Ἰωάννου ἐκείνου διδόντος εἶχε) περιφανοῦς καὶ μάλα λαμπροῦ, ἕτερος δ'
C Φιλῆς ἦν Θεόδωρος. καὶ πόλλ' ἄττα ἐκαινοτόμει, τὴν ὀφρὺν τῶν πρὸς αἵματος καθαιρῶν, καὶ τὸ ἀσφαλὲς ἐντεῦθεν ἑαυτῷ, ὡς ᾤετο, προμηθούμενος· οὐ γὰρ ἀναπνεῖν εἴα ἐκεῖνον ἡ νόσος, νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τὰ μὴ καλὰ φανταζόμενον.

9. Τότε δὴ καὶ τοῦ Παλαιολόγου εἰς κεφαλὴν τεταγμένου
D Μεσοθυνίας καὶ αὐτῶν ὀπτιμάτων ἐκείνου προστάξαντος, καὶ τὰ πολλὰ κατ' Ἰταλῶν πράττοντος, προσῆν τις τοῦ παλατίου, Κότυς ἐπώνυμον τῷ ἀνδρί, καὶ εἰς τὰ μάλιστά οἱ τῶν φίλων ὤν. καὶ δῆλος ἦν περὶ τούτῳ ἀγωνιῶν ἐξ ὧν πρὸς αὐτὸν διεξῄει, καὶ "εἰ μὴ φυγαδείᾳ χρήσαιο" ἔλεγεν, "ἡμερῶν ὀλίγων εἰς μέγα συμφορᾶς τὰ κατὰ σὲ προβήσεται. ἀλλ' οὐδ' ἐμοὶ τοὐντεῦθεν

17. προσῄει? an παρῆν?

myttinum, cui et Theodoram e Cantacuzenorum gente, Palaeologi neptem ex sorore, dedit coniugem. huius quoque fratrem minorem Andronicum magnum domesticum creat., collocata ipsi in matrimonio Cloista Raulis filia. tertium denique horum fratrem prothieracarium sive summum accipitrariae venationis et regii aucupii praefectum nominat, homines patriciae nobilitatis prorsus expertes, sibi vero puerili familiaritate notos ac commendatos, quod ipsi ab infantia inter honorarios ephebos apparuissent. duos quin etiam ex optimatibus oculis privavit; quorum alter filius fuit Alexii Strategopuli, viri perillustris ac in primis splendidi, Constantinus nomine, dignatus ab ipso affinitate regia, siquidem neptem imperatoris Ioannis illo tradente uxorem habuit. alter Theodorus Philes erat. haec ille et alia multa nova exempla edebat in dies, intentus deprimendo supercilio principum regii sanguinis, inde securitatem sibi prudenti, ut quidem arbitrabatur, consilio parans. non enim respirare illum sinebat morbus diu noctuque prava imaginantem.

9. Tum enimvero Palaeologo Mesothyniae praefecto, praepositoque ipsis optimatibus iussu imperatoris ac strenue contra Italos rem gerenti, adfuit e palatio quidam cognomento Cotys, ex intimis eius, vultu qui significaret eum non parum angi iis quae dicturus veniebat; quibus expositis "ac nisi te fuga proripis" adiunxit, "paucis diebus in magnam calamitatem res tuae prolabentur. sed neque mihi tuta hic deinceps

www.libtool.com.cn

ἀκίνδυνον μένειν, ἀλλ' αὐτομολητέον πρὸς Πέρσας καὶ ἀμφοτέρως, εἴ σοι μέλει τῶν ὀφθαλμῶν." ταῦτα λέγει, καὶ πείθει πλημμυρῶν φίλος ὢν τὸν ἀεὶ περὶ ἑαυτῷ δεδιότα διὰ τὴν ὑποτρέχουσαν τῆς ἀρχῆς ὑποψίαν. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τὸν θεῖον τούτου εἰς μέγαν χαρτουλάριον τεταγμένον, Παλαιολόγον Μιχαὴλ καὶ αὐτὸν ἀκούοντα, ἀκίνδυνον εἶα ἡ ὑποψία, ἀλλὰ περὶ τῆς ἀρχῆς ἐρωτηθέντα ἁπλοϊκῶς φάναι λέγεται ὡς εἰ κεχρεώστηταί τῳ πρὸς θεοῦ τὸ ἄρξαι, ἀνυπαίτιος ὁ καλούμενος· οὗ δὴ χάριν καὶ νεμεσηθεὶς οἷον παρὰ τοῦ κρατοῦντος, εἰ τοιοῦτος ὢν τοιούτοις μεταιρίζει τὸν νοῦν, τῇ φυλακῇ δίδοται δέσμιος. τότε τοίνυν μαθὼν καὶ ὡς εἰκὸς δείσας, εἰ μένων μὲν κινδυνεύοι, δεινὸν ἡγεῖτο καὶ λίαν ἐλεεινόν, τὸ δ' αὐτομολεῖν αὖθις πρὸς ἀλλοτρίους σωτήριον μὲν ἀλλ' ἐπίμωμον ἔκρινε. τέως δὲ δυοῖν νομιζομένοιν κακοῖν, τοῦ φόβου προστιθέντος, αἱρεῖται τοὔλαττον. καὶ δὴ ἐκ πολλῶν, ὡς εἶχε, προμηθευσάμενος τὸ ἀφώρατον, παραλαβὼν καί τινας τῶν οἰκείων καὶ τὸν ποταμὸν περαιωθεὶς Σάγγαρ, τὴν εὐθὺ Περσίδος ἀνὰ κράτος ἴεται καὶ τῷ σουλτὰν προσχωρεῖ. ὁ δ' ἀσμένως δέχεται τοῦτον καὶ τιμᾷ τοῖς προσήκουσι. τέως δέ γε κἀν τῇ ἀλλοδαπῇ σημαίαις βασιλικαῖς παραταξάμενος σὺν ἐκείνοις κατὰ τῶν ἐχθρῶν τοῦ σουλτὰν ἀριστεύει, τὸν βασιλέα, εἴ που ἀκούσοι, ἐντεῦθεν ἐκμειλισσόμενος. εἶτα μεταμεληθείς, οἷον καὶ παλινδρομεῖν προαιρούμενος, τῷ τηνικάδε

P. 13

mora est, verum transfugiendum ad Persas pariter utrique nostrum, si oculorum cura tibi est." haec ille; quae facile persuasit amicus amico, sibi semper timenti propter clam grassantem de se suspicionem affectati imperii. nam ne patruum quidem eius in magnum chartularium cooptatum, qui et ipse Michaël Palaeologus vocabatur, sine periculo esse patiebatur suspicio. cum enim is interrogatus de imperio candide respondisse diceretur, si cui divinitus deberetur, illum impune capessere qui vocaretur, eo dicto relato invisus exosusque imperatori, rem indignam nec ferendam arbitrato talem virum in eiusmodi cogitationes mentem attollere, custodiae vinctus traditur. quibus ille auditis, sibique non immerito metuens, hinc quidem grave et perquam miserandum putabat cum tanto periculo remanere, inde vero ad externos transfugere salutare quidem, ad probrosum iudicabat. quare cum utrumque malum videretur, urgente ad eligendum alterum periculo praesenti, quod minus e duobus est visum optavit. itaque multa adhibita ad latendum attentione ac diligentia, adscitisque quibusdam e familiaribus, transmisso flumine Sangari recta in Persidem magnis contendit itineribus, Sultanemque convenit, qui hominem cum gaudio et quibus par erat honoribus excipit. hoc interim spatio apud exteros sub regiis vexillis cum hostibus Sultanis congressus fortissime se gerit, imperatorem inde, si forte audiret, sibi conciliandum aut saltem deliniendum sperans. inde palam poenitens transfugii, ac

www.libtool.com.cn

Ἰκονίου προσέρχεται, καὶ οἱ μεσίτῃ χρᾶται πρὸς βασιλέα, εἴ πως τὰ πιστὰ γράμμασι δόντος ἐκείνου, ἦ μὴν τὴν ὀργὴν καθαρῶς ἀνασχεῖν, αὐτῷ καὶ πάλιν ἐπανελθεῖν γένοιτο. τοῦ δὲ ἱεράρχου γράμμασι σχεδιάσαντος τὴν πρεσβείαν ὁ κρατῶν κατένευσε τὴν
D συμπάθειαν, καὶ βασιλικαῖς συλλαβαῖς ἐπ' ἀσφαλείᾳ τοῦ μή τι 5 παθεῖν ἀνήκεστον ἐξ ὀργῆς ἐπάνεισιν. ὁ δὲ καὶ δέχεται τοῦτον πρόφρων ταπεινωθέντα, καὶ ἀγκαλίζεται προσιόντα, καὶ ὁμολογοῦντα ὡς ἑαυτῷ σύνοιδε πταίσας ἀσύγγνωστα συμπαθεῖ, καὶ ἐπὶ τῆς προτέρας ἔχων τιμῆς. (10) ἐπεὶ δὲ τῆς κατὰ δύσιν
E Ἐπιδάμνου κατειλημμένης πρὸς τῶν ἡμετέρων ἠγγέλλετο τὸ συμ- 10 βάν, καὶ τοῖς ἐκεῖσε ἔδει μὲν ἀρχιερέως ἔδει δ' ἡγεμόνος καὶ στρατιωτίδος τάξεως, ἀρχιερέως ἐπικηρυχθέντος τοῦ Χαλκούτζη, ὃς καὶ τὴν τοῦ μεγάλου σκευοφύλακος ἐπὶ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας εἶχε τιμήν, τούτῳ συνεκπέμπει κἀκεῖνον ἡγεμονεύσοντα τῶν ἐκεῖ, προστάξας συμπράττειν τὸ δόξαν καὶ ἄλλοις μὲν ἀρχηγοῖς τοῖς 15 ἐκεῖ, μάλιστα δέ γε τῷ ἱερεῖ. ὡς Θεσσαλίας διὰ ταχέων ἐπέβησαν καὶ ἤδη πρὸς τὸ περαιοῦσθαι τὸν ποταμὸν Βαρδάριον
P 14 ἦσαν, περαιοῦται μὲν ὁ ἡγεμὼν σὺν ταῖς τάξεσι πρότερον, εὑρίσκει δὲ τὰ τῇδε συγκεχυμένα καὶ πρὸς ἀπιστίαν κλίναντα, ὅ τε καὶ ὁ τοῦ δεσπότου Μιχαὴλ ἐκ νοθείας σκότιος παῖς 20 Μανουὴλ τυχὼν ἐκεῖσε σὺν ἱκανῷ στρατεύματι, καὶ συμπλακεὶς τῷ πολέμῳ, τὰ πρῶτα μὲν ὁμόσε χωρήσας τῷ ἡγεμόνι τῷ κοντῷ

9. δὲ] καὶ P. 16. ὡς] ὡς γοῦν?

recurrere ad suos certus, ei qui tunc Iconiensi ecclesiae praecerat consilium communicat, illoque deprecatore utitur apud imperatorem, si forte impetrare posset regias literas, quibus sibi fides certa fieret irae imperatoris plane sedatae, sicque tutus ipsi et securus contingeret reditus. at praesule negotium urgente missis sine mora literis imperator annuit veniamque concessit, chirographo cavens homini, nihil asperum ab ira aut grave passurum. reversum benigne excipit, demittentem se et accedentem amplectitur, et fatenti nullam se mereri veniam parcit, eumque pristinae restituit dignitati. (10) quoniam vero de Epidamno in Occidente capta sermones et literae nostrorum perferebantur, ibique desiderabatur et praesul et dux et militaris acies, renuntiato praesule Chalcutze, qui magnae Constantinopolitanae ecclesiae praecerat sacrario, cum hoc missus una Palaeologus est, ut ducis ibi munere fungeretur, cui mandatum nominatim ut in decernendis rebus cum caeterorum qui isthic essent ducum, tum in primis praesulis consilio uteretur. hoc itinere celeriter transgressi Thessaliam, cum iam Bardarium flumen transmissuri essent, traiicit primum dux cum copiis, ubi omnia perturbata et ad defectionem inclinantia reperit, quando et Michaëlis despotae nothus et obscurus filius Manuël cum haud sane contemnendo exercitu forte eo veniens, conserto praelio, primum quidem aggressus ducem lancea pro-

www.libtool.com.cn

συνωθεῖ καὶ ῥιπτεῖ, ἔπειτα δὲ συστάντος καὶ ἐπικαθεσθέντος τῷ ἵππῳ παρ' ἐκείνου καιρίαν βάλλεται μὴ λαβὼν ἴσην. (11) ἀλλὰ B
τῷ Δυρραχίου πρὸς Θεσσαλονίκην ὑποστραφέντος διὰ τὴν σύγχυσιν, κἀκείνου ὡς εἰκὸς διαπονουμένου ἐφ' ᾧ συσταλείη τὸ ἀνθιστάμενον, φήμη προτρέχει τὸν τῶν βασιλικῶν ἵππων κόμητα Χαδηνὸν ὅσον οὐκ ἤδη καταλαμβάνειν Θεσσαλονίκην ἀγγέλλουσα, οὐκ ἄλλου χάριν ἢ τὸν Παλαιολόγον καθέξοντα ὡς βασιλέα δέσμιον ἐνεγκεῖν. καὶ ὃς (ἔφθασε γὰρ διατρίβων ἐν Θεσσαλονίκῃ C
τῷ τηνικάδε) ἀκούσας τὸ φημιζόμενον δεινὰ ἐποίει, καὶ στρέφων ἦν ἐπὶ λογισμῶν τί ποτε ἄρα τῷ βασιλεῖ δόξαν ὡς ἑαυτὸν οὐχ ὡς ἔπεμψεν ἐπανάγει, ἀλλὰ τιμῇ προπέμψας ἐπανελθεῖν ἀναγκάζειν θέλει μετ' ἀτιμίας, καὶ ὃν συμπαθείας ἠξίου διὰ γραμμάτων καὶ οὕτω καρτερῶς ἀμνημονεῖν ἐῴκει τῶν πεπραγμένων ὡς καὶ ἡγεμονίας ἀξιοῦν μεγίστης, τοῦτον, τὰς συνθήκας ἀναλαμβάνων, ὡς ἐφ' ὁμολογουμέναις καθοσιώσεσι κατακρίνει. ὅμως οὐκ D
ἔχων ὅποι τῶν λογισμῶν καὶ τῶν ὁδῶν τράποιτο, ἐπὶ θεὸν καταφεύγειν ἔγνω. κοινοῦταί τε τῷ Δυρραχίου τὰ κατὰ γνώμην, καί οἱ τῆς πρὸς τὸ θεῖον ἱκετείας συνάρασθαι δέεται. εὐθὺς τοίνυν (ἐδόκει γὰρ αὐτόθεν καὶ τὸ πρᾶγμα θεοφιλὲς) ἐπὶ τῆς τοῦ Ἀκατονίου μονῆς ὑμνολογεῖται παράκλησις νυκτὸς ἀφ' ἑσπέρας, E
τῆς ἐπιγενησομένης ἡμέρας ἐν νῷ θέντος τοῦ ἀρχιερέως τὴν ἱερὰν

2. βαλὼν? an λαβόντος?

pellit et proiicit, deinde cum is assurrexisset et equo insedisset, vulnus ab eo letale accepit, nec par reposuit. (11) verum Dyrrhachii praesule Thessalonicam ob eas turbas reverso, eodemque, prout res poscebat, satagente ut mitterentur qui tumultuantibus obsisterent, rumor praecurrit imperatorii equitatus comitem Chadenum quamprimum perventurum Thessalonicam, non aliam ob causam quam ut Palaeologum comprehensum vinctumque ad imperatorem duceret. at ille (versabatur enim et ipse tunc Thessalonicae) audito quod ferebatur, sane quam aegre ferebat, secumque ipse animo multa versabat, disquirens quae causa tam inopinati consilii fuisset imperatori, ut tam diverso modo de se statueret, et quem tam honorifice modo miserat, statim tam ignominiose revocaret, cuique regiis literis venia paulo ante securitateque stabilita cum plena oblivione veterum delictorum gratiae non vulgaris locum apud se tribuerat, dignatus ipsum honore maximo, eum nunc pactis conventis momento rescissis, velut criminis detestabilis compertum, repente damnaret. caeterum cum quid consilii caperet quove se verteret non haberet, ad divinam petendam opem sibi confugiendum esse duxit; communicataque cum Dyrrhachiensi cura, eum ut sibi adesse divina pro se ope imploranda ne gravetur rogat. quo facile annuente (res enim per se pia deoque grata videbatur peti) in Acatonii monasterio a vespera nocturnae decantatae sunt preces: postera quippe die sacrum facere praesul decreverat.

www.libtool.com.cn

τελέσαι μυσταγωγίαν. ὡς γοῦν ἐπέφωσκεν ἡ ἡμέρα καὶ τὰς νομιζομένας ὥρας διελθεῖν ἔμελλεν ὁ ἀρχιερεὺς ἐφ' ᾧ λειτουργήσειε, σιγὴν μὲν ἐπισκήπτει τοῖς ἔξωθεν, αὐτὸς δὲ κατὰ μόνας ὡμίλει θεῷ, καὶ τὰς συνήθεις καὶ προτελεστικὰς εὐχὰς μεθ' ὅτι πλείστης ἀπειδίδου τῆς ἡσυχίας. τότε δὴ τότε λέγεται ἀκοῦσαι φωνῆς τῆς αὐτῆς ἐκείνον ἐκ τρίτου, οὐχ ἅμα ἀλλ' ἐν τῷ μεταξὺ
P 15 καιροῦ διαλείποντος. καὶ ἡ φωνὴ λέξεως οὐ συνήθους, οὔτε μὴν οὐχ ὅπως Ἑλληνική, ἀλλ' οὐδέ τινι ἑτέρᾳ γλώσσῃ προσήκειν δοκοῦσα· ΜΑΡΠΟΥ γὰρ ἐλέγετο, καὶ πλέον οὐκ ἦν. ἐφ' ᾧ δὴ θαυμάσαντα τὸν ἀρχιερέα εὐθὺς προσελθεῖν τῷ Θεσσαλονίκης
(ὁ Δισύπατος ἦν Μανουήλ) καὶ ἀπαγγεῖλαι ὅπως τε σταθείη εἰς
B τὴν μετ' ψαλμῳδίας ἐντυχίαν θεοῦ, καὶ ὅπως ἀπροόπτως ἀφίκοιτο ἡ φωνή, λογιζομένῳ περὶ ὧν λογίζεσθαι ἔφη. καὶ ἐφ' ἱκανὸν τὴν λέξιν σκεψάμενον, τὸ συμβὰν ἐπὶ τὸ πάλαι ΒΕΚΛΑΣ λαβεῖν ἐπὶ λογισμῶν, καὶ τὰ στοιχεῖα τῆς λέξεως ἀναπτύξαντα ἀριδήλως φάναι τὴν βασιλείαν Ῥωμαίων τῷ Παλαιολόγῳ μνηστεύεσθαι· Μιχαὴλ γὰρ Ἄναξ Ῥωμαίων Παλαιολόγος Ὀξέως Ὑμνηθήσεται, ὡς ἔλεγε, τὴν λέξιν δηλοῦν. εἰσὶ δ' οἵτινες λέγουσι μήτε τὸν Δυρραχίου τοιαῦτα ἀκοῦσαι μήτε τὸν Θεσσαλονίκης τοιαῦτα φοιβάσασθαι, ἀλλὰ σοφὸν ἐκεῖνον ὄντα, καὶ περὶ
C τοιαύτας βίβλους αἰ δὴ καὶ βασιλείας ἐς τοὐπιὸν διατυποῦσιν ἐπτοημένον, φιλοπονώτερον ἐρευνῶντα περὶ τοιούτων ἐγνωκέναι.

4. ὅτι] οἷον P. 19. τὸν] τοῦ P.

ut igitur illucescente die statas ac solemnes horas percurrere, divinam facturus rem, coepit, silentium indicit populo, solusque secum ipse deum intentissime alloquens, quae ante sacrificium rite fundi consueverunt preces summa tranquillitate recitabat. tum enimvero vocem inaudisse tertio eandem intermisso tempore dicitur. erat autem vox insueta plane, nullius affinis notae linguae, nedum Graecae. ΜΑΡΠΟΥ nimirum pronuntiari audiebat, et nihil aliud. quod praesul admiratus, statim Thessalonicensem convenit (is erat Disypatus Manuēl), eique nuntiat agenti sibi cum deo per sacram psalmodiam, et ea mente versanti quae se cogitasse referebat, missam et clare prolatam quam retulimus vocem. eam cum ille diu attenteque considerasset, aliquid in ea simile suspicatus est ac deprehensum fuisset alias in vocabulo divinitus pariter edito ΒΕΚΛΑΣ; unde singulas eius ignoti nominis excutiens literas, planissime asseruit Romanorum imperium Palaeologo promitti. has enim hisce literis designari voces: Michaël Augustus Romanorum Palaeologus Oxyus Vocabitur. sunt tamen qui dicant haec neque a Dyrrhachiensi audita neque a Thessalonicensi fuisse dicta, sed hunc ingenio atque arte rem totam commentum. erat nimirum Thessalonicensis mire deditus lectioni ac meditationi librorum qui artem profitentur divinandi futuras quorumdam evectiones ad imperia, toteque in isto qualicumque artificio praecodorandi eventura plu-

καὶ δὴ γνωρίσαι θέλοντα ταῦτα ᾧ γε καὶ ἡ τῆς βασιλείας κατηγ-
γεῖτο περιωπή, καὶ ἀναφέρειν οἷον ἐκεῖνον τῆς λύπης, ἐπεὶ καὶ
περὶ αὐτῇ τῇ ζωῇ ἐδεδοίκει, τὸ μὲν ἐκ βίβλων εἰδέναι λέγειν μὴ
ἔχειν ἐκείνῳ πιστεύειν (οὐδὲ γὰρ ἀραρότως εἶχε ταῖς βίβλοις ἐπ'
ἐδήλοις ταῖς ἀποβάσεσι), τὸ δ' ἐκ θεοῦ φανερῶς ἀκοῦσαι, μὴ
καὶ πολλάκις τὸν λόγον πιστεύειν διαπεσεῖν δεδοικέναι, καὶ διὰ D
ταῦτα τῷ Δυρραχίου περὶ τῶν τοιούτων κοινολογησάμενον αὐτῷ
μὲν ὑποθέσθαι λέγειν τῆς φωνῆς ἀκοῦσαι, ἐκεῖνον δ' ἀναπτύσ-
σειν προσποιεῖσθαι πρὸς ὅπερ καὶ βούλοιτο τὴν παρ' αὐτοῦ συν-
τιθῆσαν λέξιν. ἃ δὴ τῷ Παλαιολόγῳ πιστεύοντες καὶ ἀμφότεροι
ἐκεῖνον μὲν ἐπ' ἀγαθαῖς ἐλπίσιν εἶχον μετεωρίζειν, ἑαυτοῖς δέ,
εἰ μὴ οὕτως ἀποβαίη, παραίτησιν ὑπελείποντο ὡς ἁμαρτοῦσι τῆς
ἔξηγήσεως, ἄλλο τι τῆς φωνῆς τάχα δηλούσης ἢ ὡς ἐκείνοις ἐξή-
γητο. πλὴν ἀλλ' ἐν τοσούτῳ φθάνει καὶ ὁ τῶν βασιλικῶν ἱπ- E
πων κόμης ὁ ἀηλωθὴς Χαδηνός, καὶ ἐπιβαίνει ἀπτέρῳ τάχει
Θεσσαλονίκης, καὶ αὐτίκα τὸ πιστὸν τῆς φήμης ἔδειξε πράξας,
τὸν Παλαιολόγον ἐν ἀσφαλεῖ κατασχών. σιδήρους μέντοι οὐκ
ἔγνω δεσμεύειν τὼ πόδε, ὡς δή οἱ καὶ προστεταγμένον ἦν, οὐκ
αἰδ' εἴ τε τὸ τοῦ ἀνδρὸς αἰδούμενος εὐγενὲς εἴτε τι καὶ φιλίας
πρὸς ἐκεῖνον· τὸ γὰρ ὑπονοεῖν τι περὶ ἐκείνου τῶν ἀγαθῶν τὰ
τῆς ὀργῆς οὐκ ἐδίδουν. τέως δ' ἀφοσιωσάμενος ἐκείνῳ τὰ τῆς

rianum exercitatus. ergo cum res istius generis curiosissime investigans necdo quid de imperaturo Palaeologo comperisse sibi esset visus, aiunt ista eum notitia oppertune uti voluisse ad exhilarandum Palaeologum eundem tanto tunc oppressum animi moerore, ut de vita eius metueretur. non sperasse autem se ipsi persuaserum quod volebat, si ex libris id se hausisse affirmaret, quoniam ob multas praedictiones tales eventu frustratas haud erat verisimile huic eum tranquille ac secure acquieturum. propterea finxisse manifeste sibi auditam missam a deo vocem; cui signo utpote raro et mire facilius creditum Palaeologum putabat. inde re cum Dyrrhachii praesule communicata, illi penitus suasisse ut is vocem laudisse diceret: se prout liberet eamdem a se conflctam explicare simulaturum. quibus Palaeologo veluti ad aurem ab utrisque creditis, in magnam spem hominem erexerunt, sibique, si eventus ad extremum falleret, excusationem probabilem reliquerunt, quasi quos coniectura induxisset in errorem, non satis feliciter interpretatos vocem aliud re vera indicantem, prout eventa monstrarent, quam quod ipsi suspicati tum fuissent. interea dum haec geruntur, imperatorii equitatus dictus iam comes supervenit Chadenus, Thessalonicamque ingreditur perceleriter, statimque quod communi fama atque omnium sermonibus vulgatum fuerat, re ipsa ostensa confirmavit. nam Palaeologum secura custodia tenuit, parvus tamen eum ferrea stringere compede, quamvis id haberet in mandatis. quod ille utrum tantae nobilitatis verecundia an amicitiae quodam instinctu fecerit, haud affirmaverim. vereor enim ut satis veri-

P 16 τιμῆς ὡς οἷόν τε ἀσφαλῶς, μὴ καὶ ἐπὶ πολλῶν ἐντὸς ἀτιμῷτο
τῆς πόλεως τοῖς σιδήροις πεδούμενος, νυκτὸς ἐξεισιν. ἐπεὶ δ᾽
ἱκανῶς τῆς πόλεως ἀπηλλαττέτην, ὁ μὲν γνωρίζει τὰ ὁρισθέντα,
καὶ ὡς αὐτὸς ἐν προνοίᾳ τινὶ τῆς ἐκείνου χάριν τιμῆς καταπεφρο-
νήκει τῶν ὁρισθέντων, οὐκ ἐς πλέον· δὲ τὰ τῆς τόλμης (οὐ γὰρ
ἀσφαλῶς ἀμφοτέροις) προβαίνειν ἐβούλετο· ὁ δ᾽ αὖθις καὶ χάριν
ὑπὲρ τούτου πολλὴν ἐοικὼς εἰδότι, ἕτοιμον παρεῖχεν ἑαυτὸν
ἐκείνῳ τοῦ τὸ προσταττόμενον ἐκτελεῖν. καὶ δὴ σιδήροις περιβα-
λών, ὥστ᾽ ἐκεῖνον καὶ ἐπὶ θάτερα τῶν πλευρῶν τῷ ἵππῳ ἐπικα-
B θέζεσθαι, οὕτω σὺν ἐκείνῳ τὴν ὁδὸν ἦνυον καὶ ἀμφότεροι. συν-
έβαινε δὲ καί τις τότε τὴν ὁδὸν ἀνυόντων, ὡς λέγεται, ἀγαθὸς
ὄρνις καὶ οἷον προφοίβασμα τοῖς μικρὸν γεννησομένοις ὕστερον.
τὸ δ᾽ ἦν, διήρχοντο μέν, ὡς εἰκός, ὁ μὲν πρὸς τὸ μέλλον ἀ-
λύων, ὁ δ᾽ ἀναφέρων ὡς εἶχε τῆς λύπης ἐκεῖνον καὶ μεταβάλλειν
πειρώμενος πρὸς τὸ εὐθυμότερον· ἐπεὶ δέ ποτε τῆς πολλῆς ἀνα-
πνεύσας ἐκεῖνος λύπης προσέταττε ψάλλειν καὶ ὃ παρασταίη κατὰ
C νοῦν ἐκείνῳ καλλιφωνεῖν (ἦν γάρ, ὡς ἔοικεν, εἰδῆσιν καὶ ὁ φέ-
ρων ἔχων πρὸς ταῦτα), ὡς ἄν, φησίν, ἐντεῦθεν καὶ μικρὸν
ἀνεθείημεν, τηνικάδ᾽ ἐπῇει ἐκείνῳ παραυτίκα ἐμμελῶς ψάλλειν
"νῦν προφητικὴ πρόρρησις πληρωθῆναι ἐπείγεται," οὐκ ἀνειμέ-

similiter suspicari liceat ministrum irae tam atrocis tam humanos sensus atque affectus, dum saevum imperium exequitur, animo versare potuisse. tamen ille qualicumque ex causa sic eius dignitatis rationem habuit, non permittendo talem virum intra civitatem in oculis civium ferreis vinctum compedibus ignominiose traduci, ut simul satis provideret ne qua posset elabi. quare illum magno suorum ambiens comitatu nocte educit; ac ubi iam ambo aliquantum extra urbem processissent, mandata, quae acceperit quaeque honoris eius gratia omiserit, indicat, simul admonens non audere se amplius indulgere suo in eum affectui: id enim utrique periculosum fore. ad quae ille iis verbis respondit quae multum se ipsi eo nomine debere significarent, gratiasque agens plurimas, paratumque se continuo exhibuit ad subeundam omnem acerbitatem imperatorii mandati. quare mox volens ferreas induit compedes, inseditque equo pendentibus in latus alterum ambobus cruribus ferro devinctis. in hunc modum cum coepto uterque itinere pergerent, aliud quoque ipsis euntibus, ut fertur, oblatum est augurium prosperum et velut omen eorum quae paulo post erant eventura. tale autem id fuit. ibat Palaeologus praesentis, ut par erat, mali sensum frontis moestitia praeferens, consolari eum, prout poterat, et avocare a tristitia dolentem animum ad quamdam hilaritatem conante Chadeno. cuius officiosis eius generis hortatibus quasi ut cedere se Palaeologus monstraret, composito vultu ad quamdam speciem respirantis ab aegritudine animi, "quin tu" inquit (nam belle illum

www.libtool.com.cn

νως ἄλλως καὶ ἀναβεβλημένως, ἀλλ' ἐνθουσιαστικῶς οἷον μάλα
ὑπερφωνοῦντι καὶ ὑπὲρ δύναμιν. ἐφ' ᾧ δὴ καὶ τὸν δεσμώτην
τότε μεταβαλεῖν πρὸς τὸ εὐθυμότερον καὶ ἡσθῆναι δόξαι, ὡς
μὲν ἦν δοκεῖν καὶ τῷ φαινομένῳ, τῇ μελῳδίᾳ, τῇ δ' ἀληθείᾳ
καὶ ὡς οὐκ ἦν τὸν μελῳδοῦντα ὑπονοεῖν, τῷ ἐπὶ τοῖς παροῦσι D
δόξαντί οἱ χρηστῷ ὄρνιθι. ἀλλ' οὕτω μὲν ἐφ' ἡμέραις τὴν ὁδὸν
ἐξανσάντων καὶ ὡς βασιλέα φθασάντων, ἐμφανίζεται μὲν ὅσον
τάχος ὁ πεμφθεὶς τῷ κρατοῦντι καὶ ἀπαγγέλλει τὴν ἄφιξιν, τὸν
δὲ μηδὲ τὸ παράπαν εἰσαχθέντα ἡ εἱρκτὴ ὡς κατάκριτον δέχεται.
ἦν δ' ἄλλως ὑπονοούμενον τοῦ ἐνευκαιρήσαντος τοῦ κρατοῦντος
ἐξετάσει τἀκείνου δοθήσεσθαι μείζονι ἢ κατὰ τὸν τότε καιρόν.
ἀλλὰ χρόνος ἐτρίβετο μεταξὺ νοσοῦντος τοῦ αὐτοκράτορος, κἀ- E
κεῖνον εἶχε δεσμώτην ἡ φυλακή, πλὴν οὐχ ὡς ἐφ' ὁμολογουμέ-
ναις καθοσιώσεσιν. οὐ γὰρ ἦν ἔγκλημα τὸ παράπαν, εἰ μή γε
τὴν ὑποψίαν καὶ τὸ πολλοὺς ἐν ἀπορρήτοις ἐκφέρειν, πρὸς οὓς
ἦν πιστεύειν ὑποφωνοῦντας τὸ μόρσιμον, ἔγκλημα θείη τις τῷ
κατεχομένῳ. ἐδόκει δὲ τέως καὶ ἡ πρόφασις ἔγκλημα· ἡ δ'
ἦν — ἀλλ' ἀνακτέον τὸν λόγον, ἵν' εὐμαθέστερον τῶν προκειμέ- P 17
νων ἔχοιμεν.

10. τοῦ expunxerim.

psallere siebant) "aures et mentem mihi demulces modulando aliquo cuiuscunque argumenti cantico, quod tibi cumque primum in buccam venerit?" tunc ille quamdam subito cantilenam exorsus est, cuius hoc erat initium "nunc prophetica praedictio impleri festinat." exorsus est autem non sane remisse ac leniter, sed impetu paene fanatico vocem ultra omnem modum ac prope supra vires attollens, contentione summa; unde contigit recreari vinctum atque hilarescere, non tantum (quod solum videri cupiebat) suavi vocis sono, sed potissimum recordatione per id carmen ingesta vaticinii sibi regnum olim polliciti, cuius fidem hoc casu inopinati cantus velut novo quodam divinae significationis auspicio confirmari tacite sibi blandiens gratulabatur. interim diebus aliquot confecto itinere, imperatorem primo statim accessu adit comes, nuntiatque adventum Palaeologi; quem admissione minime dignatum carcer excipit uti iam damnatum, quamquam ipse, ut diximus, arcana ex divinis ostentis fiducia de se prosperiora mente versabat. dilata est autem eius causae accurata cognitio in tempus quo imperatori per valetudinem liceret ei rei attendere. diuturna haec fuit mora, pertinacius durante principis morbo, et vincto tamdiu in custodia perstante, non illo quidem veluti convicto criminis maioris: solis enim fere suspicionibus laborabat antiquis illis sed de novo eventilatis afflatu maligno delatorum, subinde clam insusurrantium imperii praesagitiones de Palaeologo iactatas. ea erat vera detentionis eius causa, cui obtendebatur crimen affectati regni. verum altius repetenda narratio est, ut proposita res ad captum lectoris accommodatius tractetur.

B 12. Νόσος ἦν ἐνσκήψασα τῷ κρατοῦντι, καὶ ἦ νόσος δεινή· ἐπείληπτο γὰρ καταπίπτων συχνάκις. τὸ δ' ἦν, ὡς ἔοικεν, ἐκ ζέσεως φυσικῆς ἐγκαρδίου. δθεν, οἶμαι, καὶ τὸ εὐφυὲς ἐκείνῳ καὶ ὑπὲρ τὸ προσῆκον ἦν, οὐ στέγοντος τοῦ μορίου τὸ πάθος κἀντεῦθεν ἐκτρεπομένου τοῦ εἰκότος, ὡς μηδὲ χρησίμους πολλάκις ἀναπέμπειν τῷ ἐγκεφάλῳ τὰς ἀναπνεύσεις, ὅθεν καὶ τὸ λογίζεσθαι. ἐν τούτῳ γὰρ καὶ φιλοσόφων ἔριν περὶ τοῦ C φρονεῖν συμβιβάζειν τις ἔχοι· πηγὴ γὰρ λογισμῶν ἡ καρδία, πλὴν ἀναγομένων πρὸς τὸν ἐγκέφαλον, ὡς ἐκεῖνος συμμετρίας ἢ μὴν ἀσυμμετρίας ἔχοι, οὕτως εἰδοποιεῖσθαι συμβαίνει τὸ ἀναγόμενον. τότε τοίνυν ἐπιπιπτούσης συχνάκις τῆς νόσου, οὐκ οἶδ' δπόθεν, μήνιμα εἶναι τὸ πάθος ὁ πάσχων ἐκ μαγγανείας δαιμόνιον ὑπελάμβανε. καὶ οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἔξω, οἷς ἦν τὰ τοιαῦτα πιστεύειν, τὸ ἔγκλημα προσέτριβον τοῖς Μουζάλωσι, παρὰ λόD γον, καὶ ὡς οὐκ ἂν προσεδόκησαν, τῶν ἀξιωμάτων τυχοῦσι· τῷ μέντοι γε πάσχοντι πᾶς ὕποπτος ἦν, εἰ μόνον τις ἐπὶ μαγγανείαις κατηγοροίη. δθεν καὶ πλεῖστοι καὶ τῶν τυχόντων συνελαμβάνοντο, εἴ πού τις γρύξειεν ἐγκαλῶν. καὶ ὁ μὲν διώκων μαγγανείας ἄλλον ὑπὲρ ἑαυτοῦ πολλάκις ἢ τοῦ πλησίον προύβαλλε τοὔγκλημα, ὡς δίκας ληψόμενος ἀποδείξας· ἀναγόμενον δὲ πρὸς

5. εἰκότως P.

12. Invaserat imperatorem morbus, et is quidem gravis, epilepsia, qua subinde apprehensus concidebat. origo eius verisimiliter imputabatur naturali effervescentiae cordis; quam et causam ei fuisse reor roboris in vultu flagrantis*), haud sese videlicet capiente ardore principis illius membri, quin foras usque in os et genas erumpente interni aestus indicio se proderet. sed et fuligines ex isto incendio sursum in cerebrum perlatae rationis usum perturbabant. quod quemadmodum fiat, quantumvis philosophi rixentur inter sese, certum tamen experientiae suffragio est fontem recti iudicii cor esse, et prout exhalantur ex eo accommodati ad sanum temperamentum capitis aut ei adversarii vapores, ita delirare hominem aut sapere. tunc igitur istiusmodi caliginum incommodo in cerebrum appulsu subinde perculsus aeger laborare se vi saeva mali daemonis magorum artibus immissa iudicabat. ac vulgus quidem ad talia credulum crimen eius maleficii impingebat Muzalonibus, quasi qui non contenti dignitatibus concessis ad maiores, quibus inhiabant, viam sibi eo scelere sternerent. aegro autem suspectus quivis erat, quem quomodocumque insimulari praestigiarum audiret. quare statim ad primos susurros vel temere deferentium obvii passim quique comprehendebantur. quo animadverso qui aliquem oderant, certam eam inibant rationem eius male multandi, ut iam delatio magiae indicium esset irae iniustae poenas per

*) cf. Possin. Glossar. alter. v. *Εὐφυής*.

www.libtool.com.cn

βασιλέα τὸ ἔγκλημα· ἐκ τοῦ παραυτίκα (οὐ γὰρ ἦν σιωπᾶν ἀκού- E
σαντα), ὁ δὲ οὐχ ὑπὲρ ἄλλου του ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτοῦ συνόλως
ἀγωνιῶν προσέταττεν ἐξετάζεσθαι. παράστασις δὲ τοῦ μὴ ψήφοις ἁπάσαις τὸν κρινόμενον αἱρεῖσθαι οὐ μαρτύρων παραγωγαί, οὐ προτεινόμενοι ὅρκοι, οὐ βίων τῶν πρὸ τοῦ ἐξετάσεις, οὐκ ἄλλ' ἄττα οἷς τὸ ψεῦδος ἐλέγχεται· ἀλλ' ἓν καὶ μόνον ἦν τὸ σῶζον τοὺς ἡλωκότας, εἰ μύδρον ἐκ πυρὸς ἤδη ζέοντα, ὃ δὴ P 18
καὶ ἅγιον ἐπεφήμιζον, τολμώσῃ χειρὶ κύψαντες ἀναλάβοιεν καὶ τρὶς βηματίσειαν ἔχοντες, πρότερον τριαὶν ἡμέραις τοῦ ταῦτα γίνεσθαι νηστείᾳ καθηγνισμένοι καὶ προσευχῇ, ἐπισεσημασμένοι καὶ τὴν χεῖρα κεκρυφάλῳ καὶ βούλλῃ, ὡς μήτις ἐπιχειροίη ἀλείφων τισὶν ἐφ' ᾧ μὴ ψαῦσαι μηδὲ καῦσαι τὸ πῦρ. καὶ εἶδεν ὁ γράφων, ἤβῶν τῷ τότε, ὑποστάντας τινὰς τοιαῦτα, πλὴν ἀλωβήτως ἀπαλλάξαντας, τὸ θαυμάσιον. τότε τοίνυν ὥριστο μὲν B
καὶ ἄλλοις παρὰ τοῦ κρατοῦντος λαμβάνειν εἰς γάμον εὖ τοῦ γένους ἐχούσας, κἂν ἐκεῖνοι πολλάκις ἐκ σπερμάτων ἦσαν οὐκ εὐγενῶν· πλὴν τὸ εὐγενὲς ἐκείνοις πρὸς τοῦ κρατοῦντος ἔρρεπε, καὶ ὡς σφᾶς ἔδει σεμνύνεσθαι ἀξιώμασιν, ἐν εὐεργεσίας μέρει καὶ ἀμφοτέροις τὸ κῆδος ὁ κρατῶν ἐτίθει, ὥστ' ἐκείνους μὲν ταῖς ματρώναις, ὡς ὁ Ῥωμαῖος εἶπεν, ὡς εἰκὸς μεγαλύνεσθαι, ἐκείνας δ' αὖθις συμμετέχειν τῶν ἀξιωμάτων τοῖς ἀγομένοις. προστάττει τοίνυν σὺν τοῖς ἄλλοις καί τινι τῶν εἰς παιδοπούλους C
ταχθέντων ἐκείνῳ τοῦ πατρὸς ζῶντος, Βαλανειδιώτῃ τοὐπίκλην, τὴν τῆς αὐταδέλφης τοῦ Παλαιολόγου Μαρίας, εἴτε καὶ Μάρ-

calumniam de inimico repetentis. perlata autem ad imperatorem accusatione (non erat enim liberum ei dissimulare quod eius generis auditum fuerat) statim is turbatus, et aestuans tamquam non in alium quam in sese qui deferebatur noxias artes intendisset, disquiri de re iubebat. elabendi autem e iudicio atque innocentiae probandae una erat ratio, non in calculis iudicum aut laudibus testium aut iureiurando dato aut vitae prius inculpate actae suffragio sita, sed in innoxia pertractatione ferri candentis, quod sanctum vocabant. huius purgationis hic ritus erat. qui se ad illam offerret, triduo prius ieiunio et oratione se parabat, custoditus interim et manu velo involuta, cui sigillum esset regium impressum, ne quis eam unctionibus adversus ignis sensum roborantibus muniret. tum productus in medium audacter arripiebat ignitum globum nuda manu, et eum per tria conclavis spatia portabat. vidit qui haec scribit in aetatem iam tum puberem adultus quosdam isti examini subiectos citra ullam defunctos noxam candentis metalli tactu, mirantibus qui aderant, illaesos integrosque recedere. cum autem per id tempus non raro soleret imperator viris haud nobilibus praemii loco vel gratiae nobilissimarum virginum coniugia decernere, inter alia eius generis exempla cuidam adolescenti e regiis ephebis, Balanidiotae nomine, Theo-

θας, κόρην Θεοδώραν, ἣν τῷ Ταρχανειώτῃ μεγάλῳ δομεστίκῳ ἐκείνη γεγέννηκεν, εἰς γάμον νόμιμον ἀγαγέσθαι. καὶ ἦν ὁ λόγος τοῦ βασιλέως αὐτοῖς βεβαία τις κατεγγύησις, κἀντεῦθεν, ἐπεὶ καὶ πρὸς τὸν γάμον τὰ μέρη ἦσαν συγκάταινα, ὡς γαμβρὸς ἀνέ-
D δην τὴν τῆς κόρης οἰκίαν εἰσήρχετο. ἀλλὰ παρερρύη χρόνος ὀλίγος ὁ τὴν μνηστείαν ἐκείνην ἐπιμετρῶν, καὶ οὐκ οἶδ' ὅ τι παθὼν ὁ κρατῶν, πλὴν ἀλλ' ἡ ἐξουσία κρεῖσσον δικαίου, τῷ τοῦ Καβαλλαρίου υἱῷ Βασιλείῳ εὐγενεῖ τε ὄντι ἐξεδίδου εὖ γένους ἔχουσαν τὴν ῥηθεῖσαν. ὁ δ' ἐν εὐεργεσίας μέρει δέχεται ἀσμένως τὸ δωρηθὲν καὶ κατεπείγει τοὺς γάμους. ταῖς μέντοι γε γυ-
ναιξὶ πρὸς τὸ πρῶτον ῥεπούσαις συνάλλαγμα, προκατειλημμέναις ἄτιμον ἐχούσαις τὸ μεταβαίνειν, ἀπόστοργος ὁ νυμφίος ἦν.
E τέως δὲ (ὁ γὰρ κρατῶν προσέταττεν) ἑκουσῶν ἀκουσῶν ἐκείνων τὰ νομιζόμενα ἐτελεῖτο καὶ περιφανῶς οἱ ὑμέναιοι ἤγοντο. ἀλλ' ὁ νυμφίος ἐφ' ἡμέραις οὐκ ἐπλήρου τῇ κόρῃ τὰ τῶν ἀνδρῶν. καὶ πυνθανομένου τοῦ βασιλέως ὅπως τοῦτο γένοιτο, ὁ δὲ πρῶτον μὲν ὑπεσκίαζε τὸν ἀπόλογον ὡς μὴ θέλων ἀνακαλύπτειν δῆθεν, εἶθ' ὡς καὶ δραστικώτερον ἀνεκρίνετο, μαγγανείαν τὸ ἐμποδὼν ἔλεγε. καὶ εὐθὺς ὑποψία περὶ ἑαυτῷ τοῦ κρατοῦντος καὶ
P 19 θυμὸς πολλὰ δεινός, καὶ οὐδὲν ὑφεῖναι δοκῶν εἰ μὴ ὁμολογοῖτο ἡ μαγγανεία. εὐθὺς οὖν σάκκος ἀχυρμιᾶς, καὶ γυμνὴ συνάμα γαλαῖς ἡ εὐγενὴς γραῦς ἐντὸς συναπείληπτο, ὧν λύγοις ἔξωθεν

dorum Marthae filiam sororis Palaeologi, e magno domestico Tarchaniota genitam, desponderi iussit. celebrata consensu partium mandato principis rite sponsalia sunt, et aliquanto inde spatio is iuvenis sponsi fiducia aedes puellae frequentaverat, cum ecce nescio qua repentina mutatione imperator, iure ac pactis absoluta potestate susque deque habere iussis, inopinatissime imperat Tarchaniotae magni domestici filiam viro nobili Basilio Caballarii filio nubere. in magnae loco gratiae id Basilius habuit, et pro se rem urgebat. feminis, matri filiaeque, caritate sponsi prioris illigatis, et indecorum arbitrantibus resilire a conventis ac fidem fallere, negotium omnino non placebat; quare apud illas gratia carebat intrusus procus. tamen incumbente iteratis iussis in idem principe, volentibus nolentibus matre filiaque nuptiae palam ac splendide celebratae sunt. at multis inde diebus nuptialis coniugum congressus haudquaquam sequebatur. cuius rei forte cognitae percontatus ex Basilio causam imperator, ab eo primum eludebatur ambiguis responsis: tandem instans efficacius audivit nodum Veneris magico maleficio novis sponsis iniectum. hac mentione praestigiarum in familiares suspiciones revolutus princeps, et se quoque ipsum infernis artibus appetitum autumans ab eodem indicati fascini auctore, vehementer excanduit, extrema experiri quaeque certus ad artificem veneficii noscendum. saccus expeditur illico stramentitius, et in eum anus misera nobilissima matrona nuda coniicitur cum felibus, qui videlicet acubus immissis per textum tegetis compuncti un-

www.libtool.com.cn

μωπιζομένων ταῖς τῶν ὀνύχων ἀκμαῖς ἐπερονᾶτο ἡ πάσχουσα, ἐφ' ᾧ ἀναγκαζομένην καὶ ἄκουσαν ἐξειπεῖν τὸ ἀπόρρητον. ἀλλ' οὐκ ἦν πλέον παρ' ἐκείνης ἀκούειν ἢ τὸ μὴ συνειδέναι τι τοιοῦτον ἑαυτῇ πραξάσῃ, καὶ ὡς οὐκ οἶδ' εἰ ὁ νυμφίος μεμίσηται τῇ παιδὶ ἄλλῳ τῳ πρότερον κατηγγυημένῃ. ὁ μέντοι γε βασιλεὺς εἴτε B πρὸς τὴν ὑποψίαν καὶ ἔτι ἀμετάθετον ἔχων ὡς ἐκείνην μαγγανείαις εἰθισμένην εἰκὸς καὶ κατ' αὐτοῦ τολμῆσαι τοιούτοις χρήσασθαι, συννυποπτευομένου καὶ ταδελφοῦ ὑπ' αὐτῇ τραφέντος καὶ στεργομένου, εἴτε μὴν καὶ εἰς ἔννοιαν ἐλθὼν μή πως τῶν πραχθέντων ὡς εἰκὸς ἀκουσθέντων ὁ Παλαιολόγος ὑβριοπαθήσας ὡς ἀδελφὸς πρὸς νεωτερισμὸν ἀποκλίνειεν, οὕτως ἔχων πέμψας καὶ τῆς ἡγεμονίας ἐκεῖνον παραλύσας ἀνάγει δέσμιον, τῷ μὲν δοκεῖν περὶ τοῦ τῆς μαγγανείας ἐγκλήματος ἀπολογησόμενον, τῇ C δ' ἀληθείᾳ πρόσχημα ἦν τὸ πραχθὲν δειλίας, τοῦ μή τι νεωτερίσαι ἀκούσαντα. τὸ δ' ἦν δῆλον ἐκ τοῦ μὴ ὅπως μετ' ὀλίγον τῆς εἱρκτῆς ἐκεῖνον ἐσαῦθις ἀνακαλεῖσθαι καὶ συμπαθεῖν, ἀλλὰ καὶ περὶ ἑαυτῷ καὶ τοῖς αὐτοῦ πράγμασι δεδοικότα διὰ τὴν νόσον ἀνάδοχον ἀξιοῦν εἶναι τῷ γένει, καὶ ἀπομνημονεύειν τὴν χάριν αὐτῷ ἐν τούτοις, ὅτι παθεῖν κακῶς ἄξιον ὄντα διὰ τὰ φθάσαντα οὐδὲν ἐκεῖνον ἐκ συμπαθείας ἀνήκεστον ἔδρασε.

13. Τοῦ δ' αὐτοῦ χρόνου πρὸς τὸ φθινοπωρινὸν ἀποκλίνον- D τος ἐπὶ τέτρασι παισὶ μεταλλάττει τὸ βιοῦν ὁ κρατῶν, τρισὶ μὲν θηλυτέραις, ἑνὶ δ' ἐνναέτει ἄρρενι παππωνυμοῦντι τῷ Ἰωάννῃ.

guibus vetulam discerperent. ea immani quaestione sperabatur elicienda mulieri vera confessio. nihil tamen aliud expressum nisi se haud conscium talis sceleris: caeterum virginem sponsi prioris necessitudine devinctam a secundo abhorrere. haec audiens non ultra saevire imperator voluit, sibi metuens ab exercitata, ut suspicabatur, diris incantationibus ausa, ne vim maleficam in ipsum verteret, si amplius irritaretur; seu veritus ne Palaeologus tam atrocem sororis iniuriam defectione ulcisceretur. atque hoc quidem ut praeverteret, misso, ut diximus, Chadeno redactum in ordinem Palaeologum et vinctum ad sese curavit adduci, specie quidem ut veneficii causam diceret, re vera, quod indicavi, ne is audita contumelia germanae ad rebellandum induceretur. id enim patuit ex eo quod imperator eum paulo post eductum carcere non solum venia donavit et in integrum restituit, sed et suis rebus ob morbum ex quo periclitabatur, metuens, proprios ei liberos commendavit, gratiam in eum suam memorans ea indulgentia testatam, qua ipsum ob vetera utique crimina poena dignum, benigno affectu miserans, nulli atroci et immedicabili supplicio subiecisset.

13. Eodem porro anno in autumnum vergente moritur imperator, pupillos relinquens quatuor liberos, tres feminas et novennem unum marem avo cognominem Ioannem. nam filiae priores collocatae dudum

www.libtool.com.cn

αἱ γὰρ πρῶται τῶν θυγατέρων, ἡ μὲν τῷ Βουλγαρίας ἄρχοντι Κωνσταντίνῳ τῷ Τείχῳ, ἡ δὲ τῷ τοῦ δυσικοῦ δεσπότου Μιχαὴλ παιδὶ Νικηφόρῳ, πρὸς γάμον ἔφθασαν ἐκδοθῆναι. ὃ δὴ καὶ
E προεσήμηνέ τι σημεῖον· ἥλιος γὰρ ἐκλελοίπει ἐφ' ὥραν τρίτην τῆς ἕκτης ἡμέρας, καὶ βαθὺ σκότος τὸ πᾶν κατειλήφει, ὥστε καὶ ἄστρα φανῆναι κατ' οὐρανοῦ. καὶ δὴ ἁρπάζεται καὶ πρὸ ὥρας ἀνὴρ βασιλικῶς μὲν καὶ γεννηθεὶς καὶ τραφείς, βασιλικῶς δ' ἀναχθεὶς καὶ παιδευθείς, κἂν εἰ τῷ πατρὶ οὐ προσεώκει τὸ βαθύ τε καὶ συνετὸν πρὸς ὅ τι λέξοι καὶ πράξοι καὶ τὸ τῆς γνώμης στερρόν τε καὶ ἀμετάθετον, ἀλλ' οὖν ἐκ πάππου μὲν ἔχων
P 20 τὸ ἐς πάντ' ὀξὺ καὶ μεγαλόφρον καὶ ἀρεϊκόν, ἐκ δὲ μητρὸς τὸ φιλοδωρότατον, ὡς ὅλαις χερσὶ τοῖς ὑπηκόοις τὰ χρήματα ἐξαντλεῖν καὶ ἐξαντλοῦντα οὐχ ὅπως ἀνιᾶσθαι ἀλλὰ καὶ χαίρειν, φιλολογώτατος δ' ἐς τὰ μάλιστα ὤν, καὶ πᾶσι μὲν λογικοῖς εὐεργετικῶς προσφερόμενος, οὐχ ἧττον δὲ καὶ αὐτὸς λογικῇ παιδείᾳ
προσεσχηκώς, οὐ μᾶλλον ἐκ μαθήσεως ἢ φύσεως τὴν περὶ τὸ γράφειν δύναμιν ἔχων, ὡς καὶ πολλὰ ἐπιρρύδην ἐκτιθέναι, εἰ μόνον ὁρμήσειεν· ἔδει γάρ, καὶ σιωπῶ τὰ πλεῖστα, ἡ περιφα-
B νὴς ἁγίου ἐφειστήκει μνήμη, οὐδὲν προσθέντα, ἢ ὅπως μακρὸν τῶν πραγμάτων ἀνεθέντα, ἑνὸς τῶν τοῦ κλήρου σχολαιότερον τὸ προκαταρκτικὸν τοῦ ὄρθρου μονολογοῦντος ἐξάψαλμον κανόνα

3. ὃ δὴ] ὁ δὲ P.

fuerant in matrimonium, una quidem Constantino Techo Bulgarorum principi, altera vero Nicephoro Michaëlis despotae Occidentis filio. nec plane improvisus accidit hic casus, quippe praenuntiatus coelesti portento. etenim sol defecerat ad horam tertiam sextae diei, et densae tenebrae cuncta comprehenderant, adeo ut apparerent stellae per coelum. ita praeripitur acerba morte vir regie natus et nutritus, regie quoque educatus et edoctus, patri non ille quidem similis in profunda consummataque prudentia dictorum pariter et actorum, neque in immutabili constantia semel recte decretorum, caeterum ex avo habens celerem ad omnia, excelsum ac magnum belloque acrem animum, ex matre vero beneficentissimam naturam, quae ambabus manibus dona in subditos effunderet, nullo moerore largissime, immo effundere gauderet. studiosissimus in primis literarum, et literatos amplecti beneficiis solitus, meditationi quin etiam optimarum artium intentus, et non magis institutione quam indole magnam eleganter scribendi facultatem assecutus, ut multa diserte componeret quoties tanti duceret in id incumbere. cuius rei documentum (multa similia reticens) unicum proferam. ubi solemnius sancti cuiuspiam festum illuxerat, non alia adhibita praeparatione quam avocatione mentis a negotiis, uno modo clericorum sedatius distinctiusque pronuntiante senarium psalmorum qui praemitti consueverunt matutino cantui, elogium beati, quod vocant canonem, ex tempore pan-

www.libtool.com.cn

πλαττηναι τῷ μνημονευομένῳ ἐς ὅτι μάλιστα ἄριστον, ὥστε καὶ παληθὲς ἐκινδύνευεν εὐεργετεῖσθαι μὴ ὅτι τοὺς ψάλλοντας, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς τῶν ὕμνων ἀκροωμένους, κἂν τῶν προκοιτούντων ἦν τις κἂν τῶν ὁπλοφόρων καὶ σωματοφυλακούντων τῷ βασιλεῖ, κἂν ἄλλως ὑπηρετοίη τοῖς βασιλείοις, κἂν ἄλλως ἄλλοθεν ἐπιλθών. πᾶσι γὰρ ἐξ ἴσου τὸ βασιλικὸν ἀνεξαντλήτως ἔχευεν C
ἔλεος, στρατιώταις δὲ μᾶλλον καὶ οἷς ὁ λόγος τὸ σπούδασμα ἦν. οὐ γὰρ ἦν ἡμέρα, οὐ νύξ, οὐ καιρὸς δυσθυμίας, οὐχ ὥρα χαρᾶς, οὐκ ἀνατέλλων ἥλιος, οὐ δυόμενος, ὅτε τις εὐεργεσίας δίψα τὸν ἄνακτα, ἢ εὖ ἐκεῖνος πάσχων ἢ ἄλλων τὰ ἴσα πασχόντων, ὁρᾶν ἢ καὶ ἀκούειν εἶχε. τοιοῦτος δὲ ὢν βαρὺς ἔδοξε τοῖς ἐν τέλει, ὅτι οὐ κατ' εὐγένειαν καὶ κῆδος βασιλικὸν ἀλλὰ ἀριστίνδην τοὺς ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἐκλεγόμενος τοῖς προσήκουσιν ἐσέ- D
μνησεν ἀξιώμασιν. οἷς δὲ συνέβαινε προσγενέσιν εἶναι καὶ οἷ πρὸς αἵματος, ἀρκεῖν ἔκρινε τὸ τοιοῦτον καὶ ἱκανὸν εἰς λόγον σεμνώματος. τὸ δὲ ἦν, εἰ σχοποίη τις, ἀρετὴν ὀφέλοντος ἄρχοντος καὶ παρακαλοῦντος πρὸς εὐδοκίμησιν τὸ ὑπήκοον. οὐ γὰρ βλακείας χάριν ἀλλ' ἀριστείας καὶ τοῦ καλῶς ἄγεσθαί τε πρὸς ἐκείνου καὶ ἄγειν ἄλλους τὰς βασιλικὰς φιλοτησίας ἔκρινεν

19. ἄλλως P.

gebat, ei cuius memoria celebrabatur laudes quam scitissime contexens ornatissimo praeconio; quod tam liberali largitione cumulabat, ut spargere passim in quosvis ac paene proiicere dona videretur. adeo non psallentes, non dantes operam canentibus, indonatos relinquebat. seu quis in excubitorum ordine, seu in satellitum et corporis custodum munere, seu alio quopiam aulico ministerio imperatori appareret, sive etiam aliunde aliquis eo forte veniens tunc occurreret, in omnes ex aequo regiam beneficientiam extendebat, milites praesertim et literarum studiosos. non enim nox, non dies, non tempus moestum, non hora laetior, non oriens sol, non occidens ipsum vacantem a benefaciendo reperiret. videres audiresque circa eum semper aut qui munus acciperent, aut qui accepto recederent, qui non frustra peterent, qui nacti quod voluerant gratias agerent. atque hic tamen talis cum esset imperator, gravis erat primoribus procerum, idcirco quod in demandandis praefecturis non patricii generis aut necessitudinis cum principali domo rationem haberet; sed quemque viritim ex propria praestantia verisque dotibus aestimans, admovebat rei gerendae ad quam aptus erat, ac meritis dignitatibus ornabat. cognatis vero ac consanguineis suis censebat sufficere debere istum natalium honorem, et suam sortem ac claritudinem prosapiae abunde magnae dignitatis loco ducere. id autem et iudicium et factum erat, si quis recte consideraret, principis virtutem promoventis, et provocantis subditos ad studium omnis verae laudis. non enim auctoramenta inertiae, sed vel stadia vel praemia heroicae virtutis illustres esse magistratus; quos ita et illis demum debere committi decernebat qui et se

www.libtool.com.cn

διανέμεσθαι. καὶ τὸ φοβερὸν προσῆν, ὡς ἑτοίμως καὶ τὸν ἄλ-
E λως ἢ ὡς ἔδει ποιοῦντα κολάζεσθαι καὶ τὸν κατορθοῦντα εὐεργε-
τεῖσθαι. οὐ γὰρ μικρὸν τὸ τοῦ μεγιστᾶνος σφάλμα ἢ μὴν ἔμπα-
λιν τὸ κατόρθωμα, ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν ἐκτομίου πάθει προσέοικεν
ὡς τῇ τοῦ μορίου ἀφαιρέσει μέγαν ἔχοντος λόγον τῇ φύσει πάντα
συμπαρασπᾶσθαι καὶ παρατρέπεσθαι, τὸ δὲ κατόρθωμα τῷ τοῦ
κύκλου κέντρῳ, παμπόλλην ἀσφάλειαν τῇ περιφερείᾳ προσνέ-
μοντι, εἰ κατὰ χώραν ἐκεῖνο μένει. καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλεν τὴν
P 21 ἀρχὴν διοικεῖν κατὰ τὸ προσῆκον, ὅστις ὑπὸ τοιῷδε πατρί,
μηδ' ὄνομα βασιλείας ἔχων, ὧν ἐξ ἐκείνου καὶ μόνος, ὅμως ἀγε-
B λατεῖν ἀσφαλῶς προυδιδάσκετο; (14) ὃς ἐπεί ποτε καὶ χρυ-
σοφορῶν ἐξῄει εἰς κυνήγιον, ὑπέστρεφε μὲν ἐκεῖνος ἐκεῖθεν, συν-
ήντα δὲ κατὰ τὸ προστυχὸν τῷ πατρί. καὶ δὴ προσκυνήσαντί οἱ
μὴ βλέπειν ἐκεῖνος μηδὲ προσέχειν προσεποιεῖτο, καὶ προσιόντος
ἠμέλει. ὃ δὴ καὶ συμβαῖνον ὀργῆς πρὸς αὐτὸν πατρόθεν ση-
C μεῖον, ὅπερ καὶ ἀληθὲς ἦν, ἔδοξεν. ὅθεν ἀλύων καὶ ὅτι ἁμάρ-
τοι διανοούμενος καὶ ζητῶν πρόσεισιν οὐ μάλα θαρρούντως τῷ
πατρὶ κατ' ἰδίαν. ὁ δ' ἰδὼν εὐθέως καὶ ἀλαστήσας πρὸς ἐκεῖ-
νον οἷον τὴν τῆς ἀμπεχόνης ἀκαιρίαν ὠνείδιζε, καὶ "τί καλὸν

praeclare ipsos in iis gerere et alios commode salubriterque posse gubernare iudicentur. inerat eius moribus et terrificum quid, vultu sermoneque declarantibus haud impune laturos qui aliter ac oporteret agerent, uti et e contrario, qui prout par erat officio fungerentur, nequaquam mercede carituros. ingentis enim utramvis in partem omnino momenti est hominis in civitate primarii recte aut secus factum, prava siquidem vita et mala facinora nobilium par vitium reipublicae important ac virilium exectio humano corpori, quod inde universum debilitatur enerveque fit ac flaccidum. contra virtus et actio laudabilis principum virorum similis est centro circuli, quo recte constante ac situm immobiliter obtinente proprium status orbis ac circumferentiae totius fixus ac firmus permanet. enimvero quidni sperari debuit tanta consiliorum sapientia usurum moderateque ac utiliter praefuturum rebus illum principem, qui rudimentum imperandi sub tali tantoque iusti regiminis magistro, patre optimo, posuerit, a quo unicus licet et adultus filius in privatae sortis humilitate relictus, exclususque consortio ac nomine imperii, accurate otioseque praeexercitatus est in omnibus meditamentis artis spissae ac multiplicis homines regendi. (14) huic aliquando venatum egresso cum veste auro texta, indeque domum redeunti, occurrit forte pater, et cum se demississime venerantem nec aspectu dignatus velut inobservatum praeteriit, moxque ab adeunte contemptim se avertit. rapuit id frigus, nec male ratiocinatus, prudens filius in argumentum haud dubium paternae in se irae. unde postquam aestuasset aliquandiu et severe secum inquirens causam offensionis frustra in sua conscientia quaesiisset, privatim patrem convenit sane solicitus nec metu vacuus. quem ille statim iis intuens oculis qui quamdam indignationem prae se ferrent, exprobravit illi cultus istius ac vestitus insolentiam tali occasione

www.libtool.com.cn

συνειδὼς ἑαυτῷ δράσας Ῥωμαίους" ἔφη "τὰ ἐκείνων ἐκχέεις ἐν διατριβαῖς μηδὲν τὸ ἀναγκαῖον ἐχούσαις; ἢ γὰρ οὐκ οἶδας" φη- D
σὶν "αἵματα εἶναι Ῥωμαίων τὰ χρυσόσημα ταῦτα καὶ Σηρικά,
οἷς ὑπὲρ ἐκείνων ἔδει χρῆσθαι ἐκείνων γε οὖσι; ζητεῖς δὲ μαθεῖν
καὶ ὑπὲρ ἐκείνων πότε; ὅτε δηλαδὴ ἐπιστᾶσι πρέσβεσιν ἐξ ἀλλο-
δαπῆς τὸν ἐκείνων πλοῦτον λαμπρειμονοῦντες δηλοῦν ἔχοιμεν. ὁ
γὰρ βασιλέων πλοῦτος πλοῦτος τῶν ὑπηκόων λογίζεται, παρ' ἣν E
αἰτίαν καὶ τὸ εἰς δουλείαν καθυπείκειν ἑτέροις σφίσιν οὕτως
ἔχουσι καὶ λίαν ἀπώμοτον. οἷς σὺ διακενῆς χρώμενος οὐ λογίζῃ
τὸ πλημμελὲς ὁπόσον." οὕτω καὶ ἐπὶ τοιούτοις ὁ εἰς βασιλείαν
ἀναχθησόμενος ἐπαιδεύετο.

15. *Τότε δὲ θανόντος ἐκείνου, ἐπεὶ καὶ ὁ πρωτοβεστιά-* P 22
ριος Μουζάλων τὴν ἐπιτροπὴν τοῦ ἀφήλικος βασιλέως ἔχειν ἠγ-
γέλλετο παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ βασιλέως τὸν μοναχὸν ὑπελθόντος,
τῷ μὲν μειρακίσκῳ ἐκείνῳ ἄνακτι Ἰωάννῃ οὐχ οἵῳ τ' ὄντι διὰ τὴν
ἡλικίαν τὸ ἀσφαλὲς περιποιεῖν ἑαυτῷ προνοίας ἔδει πάντως τοῦ
μήτι παθεῖν ἀπροόπτως, πολλῶν ὄντων τῶν ἐπιβουλευόντων,
κἂν τι μικρὸν κινηθείη, εὐθὺς δρασειόντων τὰ μέγιστα. διὸ καὶ B

intempestivi. "nam quid" ait "tibi conscius es perfecisse te in Romanorum commodum, ut inde tibi licentiam partam putes abutendi opibus illorum in tuas remissiones ad privatum dumtaxat tui animi fructum, non vero ad ullam pertinentes utilitatem publicam? an nescis istas auro insignes et sericas vestes sanguinem esse Romanorum; quibus idcirco in eorum tantum commoda utendum est, cum res ipsorum sint. quaeres forte quando et quomodo illae in ipsorum bonum usurpentur. tunc videlicet quando admissa exterarum gentium legatione Romani populi opes ostentari in cultu et ornatu principis publici honoris interest, divitiae siquidem regum divitiae subditorum reputantur. extra quam causam publica insignia maiestatis ad privatas etiam relaxationes adhibere, id vero sit dominum se monstrare, non principem, et quasi servitutem indicere civibus, qui cum liberos se putent et haberi velint, ista vestium odiosa superbia sese velut in mancipiorum ordinem redigi detestantes indignantesque conquerentur. num iam igitur intelligis, ista levitate traducti ad venatorium usum regii ornatus quantum flagitii consciveris?" istiusmodi monitis, hac institutione tam severa heres imperii a patre optime ad moderatam et popularem principatus administrationem informabatur.

15. Hoc porro nunc mortuo, palam vulgatum est protovestiarium tutorem pueri principis a patre imperatore declaratum eo tempore quo morti proximus monachi habitum induit. sane succedenti in imperium huic puerulo Ioanni ea aetate, cui nec ad providendum sibi ratio neque ad se tuendum vires suppeterent, opus omnino erat idoneo praesidio, ne quid improvisum pateretur. [illegible]itorum quippe ipsi clam insidiantium infesta odia imminebant in occasionem ei nocendi; quos sane, si quis motus rerum vel levissimus existeret quo aliqua modo quidpiam novandi opportunitas daretur, avide illam captaturos et vel extrema quaeque

www.libtool.com.cn

τῷ κατὰ τὸν Ἕρμον τῆς Μαγνησίας φρουρίῳ ἐκεῖνον φέροντες ἐγκατέστησαν, συχνοὺς τοὺς ὀπτῆρας ἐπὶ βασιλικαῖς ὑπηρεσίαις τάξαντες. οἱ δὲ μεγιστᾶνες, οἱ μὲν ἐν ταῖς τιμαῖς ἔτι μένοντες, οἱ δὲ καὶ τῶν ὅπῃ ποτὲ γῆς ἀκηδέες ἥμενον ἐξ ὀργῆς γωνιῶν ἐξάλ-
μενοι, τῶν μὲν πραγμάτων ἐλευθέρως εἶχον, τῆς δὲ γλώσσης
οὔπω θαρροῦντες (οἱ γὰρ Μουζάλωνες ἐφειστήκεισαν) ἐβυσ-
C σοδόμευον τὰς ὀργάς, καὶ πάντες προσεποιοῦντο πρὸς ἐκείνους τὸ εὐπειθὲς ὡς ὑπὸ βασιλεῖ ὄῆθεν τελοῦντες τῷ μειρακίσκῳ, εἰ καὶ ὀδὰξ οἱ παθόντες παρὰ τοῦ πατρός, φαγόντος τοὺς τῆς ὀρ-
γῆς ὄμφακας καὶ κόνδυ πικρίας ἐκείνους ποτίσαντος, αἱμωδιᾶν ὠρέγοντο τὸν υἱόν. πλὴν καὶ οὕτως ἔχοντες δυσμενείας οἱ μὲν τῷ ἐπιτροπευομένῳ καὶ νέῳ οἱ δὲ τοῖς ἐφεστηκόσι, παθόντες μέν τι καὶ ἐξ ἐκείνων τὸ πρίν, οὐ μὴν δ' ἀλλ' οὐδ' ἡ νέμεσις ἠρε-
D μεῖν εἶα οὕτω παρὰ τὸ εἰκὸς τιμηθέντων μὴ δυσμεναίνοντας κα-
κουργεῖν, τῷ πρὸς ἐκείνους τέως φόβῳ συγκατεκλίνοντο. τότε δ' ὁ πρῶτος τῶν Μουζαλώνων, ὃς καὶ τῷ τοῦ πρωτοβεστιαρίου τετίμητο ἀξιώματι, ὁρῶν τὸν φθόνον πολὺν καὶ δεινὸν ὑφέρποντα, καὶ ὡς βασιλειῶν παρὰ πολλῶν ὑποπτεύοιτο, κἀντεῦθεν τὸν

strenue ausuros apparebat. quare illum in munitissimam arcem ad Hermum Magnesiae submovendum censuerunt, addito idoneo comitatu et solita regiae familiae ac palatini ministerii frequentia, studiose delecta ex fidis viris et ad invigilandum saluti pupilli principis gnavis et acribus. caeterum optimates, sive qui in usu honorum et functione magistratuum perstabant, sive qui varie dispersi indeque male animati erga exilii auctores hac conversione rerum prosilierant ex angulis, libere iam agere illi quidem audebant, continebant tamen linguas, et metu invigilantium acriter et quasi e specula susurros omnes aure anxia captantium Muzalonum taciti ringebantur, ira odioque penitus conditis et simulatione obsequii velatis. prae se ferebant enim parere se ipsis velle ut vicem gerentibus imperatoris parvuli, cui etiam per ministros et vicarios imperanti libenter obtemperarent. haec in speciem ostentabantur, interim dum ii praesertim qui nupero principatu passi adversa fuerant, mordicus in proposito contrario haerebant, ulciscendi videlicet in filii caput acceptas a patre iniurias, ac vehementer optabant efficere ut Ioanni filio dentes obstupescerent, ex eo quod Theodorus pater eius uvam acerbam irae immitis et ipse mandisset et expressum ex ea succi amari poculum ipsis propinasset. huius generis infestis sensibus atque affectibus arcano passim gliscentibus partim in adolescentulum principem paterna laborantem invidia, partim in potentes rerum, ut quisque ab iis alias se aliud quam quod optasset passum meminerat, pronum iudicatu est haudquaquam temperaturam a conatu laedendi nocendique capitibus exosis multitudinem iratam, nisi metus potentiae armatae conscium sibi exiguarum virium furorem privatum coerceret. neque hic tam suspectus et minax tumor rerum quorsum tandem erumperet non verebatur Muzalonum natu maximus, protovestiarii eminens dignitate. ergo is homo nec hebes nec incautus, perspecta non dubiis signis invidia contra se ingenti, cognito-

www.libtool.com.cn

μέγαν κίνδυνον ὑφορώμενος, ἔγνω συνετὸς ὢν πεῖρᾳ τὸ στράτευμα δοκιμάσαι, ἅμα δὲ καὶ τοὺς μεγιστᾶνας γνωρίσαι ὅπως ἔχοιεν ἑαυτῷ διαθέσεως, πολλὰ πρότερον ὑποταγῆς καὶ δουλείας σύμβολα πρὸς τὸν ἀφήλικα δεσπότην σπουδάζων οἷς λέγοι καὶ πράττοι ἐνδείκνυσθαι. τότε τοίνυν συγκαλεσάμενος ὅσον ἦν τὸ τῆς γερουσίας καὶ ὅσον τοῦ βασιλείου γένους ὅσον τε τῶν ἀρχόντων καὶ ὅσον τῆς στρατιωτικῆς τάξεως, παρόντων ἐκεῖσε καὶ τῶν τοῦ προπάππου τοῦ βασιλέως Λάσκαρι αὐταδέλφων, ὃς δὴ καὶ οὗτος τὸ πάλαι βασιλείας διέπρεπεν διαδήματι καὶ τὰ τῆς Ῥωμαΐδος πράγματα συγχυθέντα ὡς εἶχεν ἀνεκαλεῖτο, οὐδὲ τυφλῶν ἐκεῖθεν ἀπόντων (ὁ Στρατηγόπουλος δ' οὗτοι ἦσαν καὶ ὁ Φιλῆς), καὶ παντὸς ἄλλου μεγιστᾶνος συμπληροῦντος τὸν σύλλογον, ἐφ' ὑψηλοῦ στάς, ὡς ἂν ἅμα οἵ τε πρῶτοι ἀκούοιεν καὶ οἱ ὕστατοι, ἔλεγε τάδε. P 23

16. "Τὸ μὲν τὰ ἡμέτερα ἀρχῆθεν πρὸς ὑμᾶς ἀρτίως συντάττειν, εὐγενεῖς ἄνδρες καὶ σύντροφοι, περιττόν, οἶμαι, δοκεῖ καὶ τοῦ παρόντος ἔξω καιροῦ· ἀνάγκη γὰρ ἐπείγει ταῦτα παρέντας τοῦ κατὰ πόδας διεξιέναι. τέως δ' οὖν μόνον οὐ γεννηθέντες ἐν τοῖς βασιλείοις ὑπὸ πατρὶ ὑπηρετοῦντι κἀκείνῳ τοῖς B

18. τοῦ] τὰ?

que tacitis suspicionibus multorum designari se ac rem agi affectati per scelus imperii, indeque quantum suo capiti periculum impenderet, prudenter aestimans, sapienti consilio decrevit experimentum capere voluntatis studiique militum erga se, explorareque quemadmodum in se affecti optimates essent. igitur multis prius documentis palam exquisiti affectus fidei ac venerationis erga impuberem Augustum editis dicto factoque, ex quibus omnes intelligerent se ab omni cogitatione insidiandi capiti aut maiestati eius esse quam alienissimum, convocavit quotquot aderant senatores principesque universos regii sanguinis, quantumque magistratuum, quantum ex militari ordine cogi ex propinquo potuit. convenerunt quoque in eum coetum fratres proavi imperatoris, Lascaris, qui et ipse olim magnam sibi laudem peperit imperii praeclare administrati, rem Romanam ex afflicta et retro lapsa in multo meliorem revocans statum. ac caeci quidem abfuere Strategopulus et Philes, concurrentibus pro se quoque magnatibus similiter caeteris. quibus cunctis consessu speciosо ac venerabili conventum ornantibus apparuit stans in loco superiori protovestiarius, unde conspici pariter ab omnibus et a primis non minus quam ab ultimis audiri posset, statimque in hunc modum loqui coepit.

16. "Res nostras a principio apud vos hodierna oratione repetere, viri nobiles aequales et sodales mei, superfluum opinor videretur et alienum ab hoc tempore, quo aliud nobis obiicitur necessarium dicendi argumentum, isti utique praevertendum. obiter solum innuam nos tantumnon in palatio genitos a patre, ministro et ipso imperatorum, in aula

www.libtool.com.cn

C βασιλεύσιν ἐτράφημεν, καὶ προσληφθέντες ἀνήχθημεν παιδευόμενοι ὑπὸ τοῦ μακαρίτου βασιλέως ἡμῶν ὑφηγεμονεύοντος τῷ πατρί. καὶ ὡς πιστῶς ὑπηρετοῖμεν προσκείμενοι, ἐφ' οἷς ἂν καὶ προστάσσοι, ἀγάπην φόβῳ μιγνύντες, πάντες ἂν μαρτυρήσοιτε. οὐ γὰρ ἦν ἡμᾶς ἄλλο τι τρέπεσθαι ἢ καθυπουργεῖν ἀδόλως τῷ κυριεύοντι, κἂν ἴσως τὸ εὐδοκιμεῖν οὐκ ἦν ἐφ' οἷς πρου-
D θυμούμεθα· πίστιν δὲ μετὰ προθυμίας, κἂν μὴ ἀνύῃ τις, καὶ δύσνουν νικᾶν εὐδοκίμησιν οἴδαμεν. τὸ δὲ καὶ τιμὰς λαβεῖν ἡμᾶς καὶ τῶν ἀξιωμάτων παρ' ὃ προσεδοκῶμεν τὰ μέγιστα βασιλεύσαντος τοῦ δεσπότου, ἐκείνου θέλοντος ἦν. τί γὰρ ἡμῖν καὶ
ἦν εἰς τὸ θαυμαστόν, ὥστε καὶ τιμηθῆναι τοσαῦτα; ὅμως ἐδόκει τῷ βασιλεύοντι, καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τῶν ἀξιωμάτων ἦμεν, οὐ μὴν δὲ ὥστε καὶ κακεντρεχῶς ὑπέρχεσθαι τὸν καιρὸν καὶ τὰ ἐς βλά-
P 24 βην τισὶ πραγματεύεσθαι. οἶδεν εἰς τοῦτο τὸ ἡμέτερον συνειδός. οὔτε γὰρ τὸ τοιοῦτον ἦρξεν ἡμῖν τῆς τιμῆς, καὶ τὸ μετὰ ταῦτα κρατύνειν οὕτως αὐτὴν λίαν ἡγούμεθα τῶν αἰσχίστων· ἀνδρὶ γὰρ δυναμένῳ μέγα παρ' ἄρχοντι, εἰ τοὺς ἄλλους πτερνίζοι ὑποβάλλων τὰ μὴ καθήκοντα, οὐκ ἔστιν ὅστις οὐ δικαίως ἂν νεμεσήσειεν. ἀλλὰ καὶ τὸ μὴ θωπείαις ἀγεννέσι καὶ ἀνελευθέροις ὑποποιήσεσιν ὑποτρέχειν τὸν ἄρχοντα, καὶ πρὸς ἑαυτοὺς ἐφέλκεσθαι

educatos esse, et in palatinum paedagogium adscitos sub imperatore, quem modo mortuum lugemus, rudimenta puerilis institutionis prima posuisse. in eius obsequio sub patre dominantis adolevimus; et qua ei fide servierimus incumbentes impetu affectuque toto in ea quae iubebat, amorem cum metu miscentes, testari potestis universi vos. numquam enim vel tantillum defleximus a recta fidelis obsequii via, nec aliud studuimus quam sine fraude ac fuco sincere obedire domino, etiam in his ubi forte, quod studio summo conabamur, ad finem illi placendi non pertingeret. sic enim statuebamus, fidem cum officiosa voluntate, licet successu destitutam, praeferri debere obsequio quod non studiose nec benevolo suscipitur affectu, licet prospere ac cum agentis laude perpetretur. quod autem honores admisimus et dignitates expectatione nostra maiores, atque adeo maximas, imperante domino nostro, voluntati eius imputandum est. quid enim nos egimus tam egregium ut tantum honorari mereremur? tamen ita imperanti visum. et nos in dignitatibus sumus, non tamen ut astuta malignitate immineamus occasionibus nocendi, et in cuiusquam damnum potestate abutamur. testem in id damus conscientiam nostram. neque enim aut eiusmodi damnatae artes viam nobis ad crescendum munierunt; aut conducere putamus ad firmandam nobis possessionem honorum turpissimum istud genus astutiae. homini quippe apud principem potenti, si conetur supplantare alios, suggerens quod irritare adversus innoxios regnantem possit, nemo est qui non iuste succenseat et dira imprecetur. sed neque nos adulationibus vilibus et libero indignis assentatiunculis circumvenisse facilitatem principis, et ita in eius irrepsisse gratiam ut fores eius benevolentiae supra nos attraheremus

www.libtool.com.cn

τὰς θύρας τῆς ἐκείνου εὐμενείας τοῖς ἑτέροις ἐπιζυγοῦντας, ἔδει- B
ξω αἱ πολλαὶ τῶν ἐκείνου πληγῶν ἐπιφοραί, ὥστε πολλάκις
ἡμᾶς ἐγγίζειν τῷ θανάτῳ μαστιγουμένους. ὅπως δὲ καὶ πρὸς
ἡμῶν ἕκαστον ἀγάπης εἴχομεν, καὶ ὡς τὴν ὑμετέραν παρ' ἐκείνῳ
εὐοδοχὴν τοῦ παντὸς ἐτιμώμεθα, πολλοὺς οἶμαι γινώσκοντας
ἔχειν. εἰ δέ ποι καὶ μὴ ἀνύοιμεν ἱκετεύοντες, οὐ πρὸς ἡμᾶς
οἶδα τοῦτο. πλὴν τὸ δύσκολον τοῦ καιροῦ περιβάλλειν μείζοσιν
ὑποψίαις καὶ τοὺς μηδὲν δικαίως ἂν ἐγκληθησομένους, εἰ ὀρθῶς
τις κρίνοι, οὐδὲν ἀπεικὸς ἴσως. ἡ γὰρ τοῦ καιροῦ δυσκολία ἀψα-
μένη καὶ τῶν μεγίστων, καὶ οἷς οὐκ ἦν παθεῖν ἐκ δικαίου, ἐκεί- C
νοις μὲν συμφορὰν ἡμῖν δὲ ὑποψίαν (οὐ γὰρ κακίαν εἴποιμεν)
ἐκ τοῦ εἰκότος προσῆψε. πλὴν ἑκάστου κριτὴς τὸ θεῖον ὄμμα,
ὃς οἶδε κακίαν κολάζειν μηδὲν ἐχόντων παραλογίζεσθαι. οὕτως
ἡμεῖς ἐλεύθεροι τῶν τοιούτων, ἂν τισι συνέβη καὶ τὰ ἀνήκεστα.
τὸ γὰρ ἐκείνου θέλημα περιῆν παντὸς ἐμποδὼν ἱσταμένου, ᾧ δὴ
προσίστασθαι μὴ καὶ κίνδυνος ἦν ἐξ ἀνάγκης, καὶ ἡ ἀκαιρία
προσῆν· κρείσσων γὰρ βασιλεύς, ὅτ' ὀργίζοιτο χείρονι. καὶ D
ταῦτα μὲν ὥστε δεῖξαι μήτε τὰ ἀξιώματα σπουδάσαντας σχεῖν,

excludendis aliis, satis indicant inflictae nobis ab ipso liberis dictis offenso multae nec leves plagae, ita ut ad mortis saepe viciniam flagella nos eius admoverint. caros autem nobis vos omnes esse, et ut vestram cuiusque introductionem in eius gratiam commodorum etiam nostrorum ac fortunae damno procuraverimus, multos puto dicturos, qui praeclare norint. quodsi quid ex cuiuspiam voto impetrare supplicando nequivimus, non id imputandum nobis, utique consciis sincerissimi in eiusmodi officiis studii, sed tribuendum difficultatibus temporum, suggerentibus menti principis acres suspiciones in quosdam omnino inculpatos, si recte iudicaretur. quis enim moris humani sciens non ita evenire solere novit? temporum, inquam, certis momentis confusa quaedam maligne perplexitas summis etiam viris suspiciones iniquissimas aspergit, importatque calamitates iis qui multari ex merito non potuerant; nobis autem familiaribus principis suspicionem verisimilem non veri tamen criminis imponit, quasi causis et auctoribus malorum quae praevertere nequivimus. caeterum huiusmodi omnium iudex sit divinus oculus, qui scit malitiam punire; nec ei fraus cuiusquam valet obrepere. itaque si quae contigerunt talia, nobis invitis et plane innoxiis contigerunt. et quae poenae innocentibus deinde irreparabiles sic inflictae sunt, sine consensu, sine culpa sunt nostra inflictae, sola et nobis ineluctabili regnantis voluntate. dicet aliquis, potuit talibus praesens obiicere se medium et iniuriae obstare. potuit, sed patientibus inutiliter, sibi noxie: suam enim sic fortunam perderet, alienae non prodesset. vis contra maior et invicta necessitas ruebat, obstantia quaeque perruptura. praevalet enim rex, cum imbecillo irascitur. haec dicta sint, ut demonstretur neque quod dignitates, non studio quaesitas, acceperimus, neque si quae iratus princeps saeve in quosdam optimatum infesteque decreverit, crimini nobis iuste a quoquam verti posse. sed vel his causam praebuerit quis

www.libtool.com.cn

μήτε τῆς ἐπί τινας τῶν μεγιστάνων τοῦ βασιλέως ὀργῆς δικαίως ἔχειν ἡμᾶς αἰτιᾶσθαί τινας. ἀλλ' ἦν μὲν ἴσως καὶ πταῖσμά τινι, ἦν δ' ἄλλοις καὶ οὐκ ἐν ἀγαθοῖς ὑποψία, ἦν δὲ καὶ βασιλέως ἐπί τισι θέλημα θυμῷ συγκροτούμενον. καὶ ἄλλος ἀγαθὸς ὢν ἀδόκιμος ἔδοξε καὶ παρώραται, ἥκιστ' ἄξιος ὤν. ἦν οὖν ἐκείνων καιρός, οὕτω δόξαν τῷ κρείττονι. ἀλλὰ κῶν, οἶμαι, ἔστι καὶ τῆς ἀνέσεως. ἰδοὺ γὰρ ὁ κρατῶν ἐκποδών, καὶ ὁ ἐξ ἐκείνου ἄξιος ἄρχειν μειράξ ἐστιν, ὡς ὁρᾶτε, καὶ διὰ τοῦτο πολλῆς μὲν πιστοῦς οὖσι τῆς ἐπ' αὐτῷ δεῖ φροντίδος, συχνῆς δὲ τῆς ἐπιμελείας, ὡς ἂν καὶ πρὸς τοὺς ἐντὸς καὶ πρὸς τοὺς ἐκτὸς ἀγρυπνεῖν ὀφείλουσι, μή πως λαθόν τι τῶν ἀνηκέστων γένηται. ὅπως δὲ καὶ καλῶς ἔχει καὶ δίκαιον πιστοτέραν τὴν ὑπηρεσίαν νῦν ἢ τὸ πρότερον συντηρεῖν τῷ δεσπόζοντι, οὐδὲν ὑποστειλάμενος λέξω. πρῶτον μὲν τὸ νέαις τῆς ἡλικίας φροντίσιν ἀττάλλειν καὶ μηδὲν ὑπορύττειν τὸν βασιλεύοντα πρὸς τὰ παρὰ τῶν ἀρχομένων πρατόμενα ἐφέλκοντός ἐστιν ἐφ' ἑαυτὸν εὔνοιαν, μηδὲν ὑπονοούντων πείσεσθαι, καὶ τοῦ φόβου ἀπόντος μὴ δειλιῶντι καὶ περὶ ἑαυτῷ ἕτοιμος ἐσεῖται τὰ τῆς ἀγάπης ἐνδείκνυσθαι. τὸ γὰρ σπουδαῖον, ἐφ' ᾧ τις ὑπηρετοίη, ἢ φόβου ἢ μὴν ἀγάπης συνιστώντων, καὶ ἡμῖν ἀνάγκης πάντως οὔσης ὑπηρετεῖν, ἀπόντος τοῦ φόβου τῇ

8. πολλοῖς P.

lapsu quodam suo; alios tamquam non bonos falsa suspicio traduxerit; excesserit denique in aliquos ira consultrice non fideli usa voluntas principis. perque similes his causas evenerit ut qui bonus erat pro suspecto reiiceretur, praeteriretur non minus dignus assumpto. sic tum erant tempora. sic tunc visum summam habenti potestatem. at praeterito illi iam tempori aliud successit plane diversum, tempus remissionis et securitatis. ecce qui tunc regnabat sublatus e medio est; ei successit ex illo genitus dignus imperio. puer est, ut videtis. propter hoc fidorum plurium eget cura, frequenti etiam et solicita diligentia. custodibus tam cari capitis intendenda vigilia est, tam in eos qui intus quam in eos qui foris sunt, ne quod ei alicunde malum immedicabile clam obrepat. causas porro, cur fas et aequum iuri et officio consentaneum sit fidelius ministerium obsequiumque constantius pariter et alacrius nunc quam antea umquam exhibere nos ac navare communi domino, nihil dissimulans dicam. primum illa simplicitas domini, puerili sinceritate, sine arte ac fuco quidvis agentis, nihil occultando, nihil clanculum aut arcane machinando, nihil suspiciose cogitando de iis quae subditi faciunt, quid aliud quam trahit et ineluctabili quadam pellacia rapit ad sese omnium benevolentiam, studia, tenerrimos affectus, utique erga omni iam ex parte amabilem principem, a quo nemo quidquam quod nolit passurum sese vel cogitando possit fingere. excluso autem metu omni restat pura caritas et libera, cuius solius generoso ac laudabili impulsu pronum est

www.libtool.com.cn

ἀγάπῃ τὸ πᾶν περιστήσεται· παρούσης δὲ καθαρᾶς τῆς ἀγάπης B
καὶ ἀθολώτου οὐκ ἔστιν ὅστις καθυφήσει τοῦ πρὸς τὴν ὑπηρεσίαν
ἐκφάλλοντος ὥστε καὶ ἀμελεῖν. καὶ πρῶτον μὲν τοῦτο, δεύτε-
ρον δὲ καὶ ὅτι ὑπὸ νέῳ καθισταμένῳ δεσπότῃ βασιλευόμενοι, ὅτι
καὶ μὴ ἀναγκαίαν οὖσαν τὴν εὐεργεσίαν τὴν ἀπ' ἐκείνου πρὸς τὸ
ὑπήκοον ὁ καιρὸς ἀναγκαίαν ποιεῖ, οὐχ ὅπως ἐκφύγοιμεν κακῶς
παθεῖν μέλλοντες ζητήσαιμεν, ἀλλ' ὅπως εὖ παθεῖν ἡμῖν γένοιτο
ἐλπίζοιμεν προσδοκῶντες. ἑτοίμως δὲ καὶ ὥνπερ ἕκαστος θέλει,
εἰ μόνον ἄξιος κρίνοιτο, τυχεῖν ἔστι, καὶ τὸ δαψιλὲς τῆς εὐεργε- C
σίας προσέσται. νέος γὰρ ὢν ὁ κρατῶν καὶ ὑπὸ κηδεμόσι τελῶν
τῇ μὲν σφετέρᾳ βουλήσει, ὅθεν πολλάκις καὶ τὸ σφάλλεσθαι πρὸς
τὸ πρέπον ἐστίν, ἀρχοντικοῦ τύφου τοὺς λογισμοὺς ὑπερβαίνον-
τος, οὐχ ἕξει χώραν διδόναι. τοῖς δὲ κηδεμόσιν ἔστι καὶ προσ-
ελθεῖν ἐκ τοῦ παραχρῆμα, καὶ νύξαι λέγοντα συνεχέστερον. τῶν
νῦν ἐλπίζειν ἐντεῦθεν ῥᾳδίως τυχεῖν ὧν ἔραταί τις, πῶς οὐ μετὰ
ῥαστώνης ἁπάσης δουλευτέον τῷ βασιλεῖ; χωρὶς δὲ τούτων, καὶ D
σιωπῶ τὰ πλεῖστα, τότε μὲν γὰρ καὶ δέος ἦν μὴ κατορθώσας
παραχρουσθῇ τις, ἄλλων τὴν βασιλικὴν ὑποποιουμένων ὁρμὴν

13. δὲ deerat. 14. τῶν νῦν] τῷ γοῦν?

ut studium quisque ostendat in principem, unde quod sibi metuat plane nihil est. sane obsequia civium in reges harum fere altera causarum movet, timor aut caritas. quare cum nunc constiterit timori nullum locum esse, sequitur id totum imputandum caritati. ubi autem adest vera et sincera caritas, fieri non potest ut quidquam quisquam recuset, quidquam negligat eorum quae ad illius quem vere diligit obsequium pertinent. altera quae quod proposui suadet ratio, haec est. recens instituto principi beneficentia in subditos alio tempore libera, tali rerum articulo necessaria fit. non modo igitur metu vacamus, sed in spes optimas vocamur; nec tota nostra in securitate a malo felicitas sita est, quibus praeterea ostentetur expectanda copia bonorum. in promptu est quod quivis optet. velit modo, accedat: accipiet, si dignus iudicetur; votis quamvis avidis occurret largitas minime avari, quippe iuvenis, principis, eiusdemque non proprio arbitrio res dispensantis. quod si esset, timeri magis posset ne illi sua per se tractanti obreperet consuetus regum fastus ad spernendos subditos minusque curandas necessitates eorum. metueretur etiam ne non adiri posset, ne non illi vacaret attendere. nunc nihil oberit. habetis expositos ad vestros usus curatores eius; convenire licet quando et quoties libebit, instare quinetiam, iterare petitiones, quam crebro et quam assidue opus fuerit urgere. an non igitur iusta causa est facile ac prompta voluntate obsequendi principi, spes certa et fundata impetrandi et consequendi ab eo quae quiscumque concupierit? haec non essent, si res non gubernarentur per fidos et adhaesu facili cunctis expositos ministros. nam cogitate nupera, et conferte cum praesentibus. plurimas reticebo differentias, has tantum indicans. tunc metus erat ne qui etiam rectissime egisset, offenderet gratiaque excideret, aliis in eum principis iram concitantibus, his modis

τρόπους οἷς ἐκείνη πέφυκε κλέπτεσθαι, καὶ διὰ τοῦτό οὔτ' ἦν σπουδάζειν ἐπὶ τὸ μεῖζον ἢ κατὰ τοὺς ἄλλους πράττειν πειρᾶσθαι, τοῦ δυναμένου λέγειν πρὸς βασιλέα καὶ μαρτυρεῖν καθαρῶς οὐκ ὄντος, καὶ μάταιος ἦν ἡ σπουδὴ τῷ σπουδάζοντι παραλογιζομένῳ πολλάκις καὶ ζημιουμένῳ τὴν ἐφ' οἷς ἔπραξεν εὐδοκίμησιν. νῦν δ' ἀλλ' ἐπὶ τῶν κηδεμόνων τῶν πραγμάτων τελουμένων καλῶς ἂν ἔχοι τὴν ἑκάστην σπουδὴν φανερὰν εἶναι καὶ τοῖς ἀμείνοσιν ἀνταμείβεσθαι. διὸ καὶ σπουδαστέον ἡμῖν, ἐπεὶ οὐκ ἔστι τὸ τὸν βασιλέα δεδιέναι, τὸ ὑπὲρ τοῦ βασιλέως φοβεῖσθαι, ὡς ἐντεῦθεν ἢ εὖ, εἰ σώζοιτ' ἐκεῖνος, ἢ κακῶς, εἰ μὴ σώζοιτο, ἡμῖν ἐλπίζειν συμβαίνειν. καὶ ταῦτα μὲν πρὸς τοὺς ἐμοὺς συστρατιώτας ὑμᾶς καὶ συντρόφους· πρὸς δὲ τοὺς οἷς ὑπερέχει τὸ γένος καὶ διαπρέπει τὰ ἀξιώματα, ὑπέρχεταί μοι μετὰ παρρησίας καὶ τῆς προσηκούσης ἐλευθερίας εἰπεῖν ὡς ἀληθῆ λέξοντι. ἐγὼ οὔτ' ἰδίαις καὶ αὐτοβούλοις προαιρέσεσιν οὔτε μὴν σκοπῷ τινὶ καὶ μελέτῃ ταῖς τοῦ βασιλέως προσανέχειν ἐπιτροπαῖς ἦρημαι, ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἐπιστολὰς πληρῶν βασιλέως, ἔπειτα δέ. ἀλλ' οὐ βούλομαι λέγειν. πλὴν καὶ ὑμῶν θελόντων, οὕτω καὶ μόνον προσανέχειν καὶ ἔτι ταῖς ἐπιτροπαῖς βούλομαι. εἰ δ' οὖν, ἀλλ' ὑμεῖς μὲν τὸν ἐπιτροπεύσοντα ἐφιστᾶτε, ἐμοὶ δ' ἀρκέσει τὸ

20. ἐπιτροπεύσαντα P.

eaque arte quam ex observata natura eius atque indole fore intelligebant ad scopum intentum efficacem. hinc erat inutile contendere studium et cohari plura quam alios, cum nemo esset qui posset hoc ipsum imperatori significare ac debitum virtuti testimonium reddere. vanus, inquam, erat labor impendere se publico et magna in rem principis moliri, cum saepe contingeret delusum et circumventum, qui sic egerat, pro laude ac gratia damna et contumeliam referre. nunc rebus ministrorum fidelium curae commissis, nullum recte factum latebit, cuiusque virtus agnoscetur, studium palam erit, labor compensabitur condignis praemiis. quare augendum studium est, contendenda industria in obsequium principis, et a quo nihil timemus, ei cuncta timeamus. felices erimus si salvus sit: si quid illi acciderit, perierimus nos quoque. bona et mala nostra ex fortuna et prosperitate illius pendent. haec hactenus ad commilitones et sodales meos dixi: deinceps ad eos quorum eminet genus, quorum dignitates in republica praefulgent, haec dicenda iudicavi, cum ea libertate ac fiducia quam inspirat loquenti conscientia veritatis. ego non propria inclinatione privatisque consiliis ad tutelam principis accessi, nec arte aut ambitu incubui ut ab eius patre tam arduo negotio praeficerer, sed primum eo prosilui supremis mandatis imperatoris obsequens, deinde —. sed revoco me, neque isto genere orationis uti volo. id solum apud vos profiteor, ita me velle perseverare in hoc munere, si vos iubeatis. decernite igitur quod placet. praeficite isti curae, si videtur, alium: cedam libenter, redigique me patiar in ordinem, loco

www.libtool.com.cn

ἐπ' ἰσχύτοις τάττεσθαι. κἂν τις τὴν βασιλικὴν σωτηρίαν πρεπόντως πολυωροίη, καὶ ἰδιωτεύσας ἀγαπήσω, καὶ προσλιπαρήσω μὴ ὀργίζεσθαι τὸν δεσπότην, εἰ λυπεῖν τινὰς ὑμῶν δοκοίη τὸ ἐμὸν ἀξίωμα· κρεῖσσον γὰρ ὡς ἕνα τῶν στρατιωτῶν ἐξυπηρετοῦντα ἀσφαλῶς διάγειν ἢ φόβῳ καὶ ὑπονοίαις μετ' ἀξιώματος ζῆν. ἰδοὺ τοίνυν κατ' ἀγαθὴν πάντως πρόνοιαν τοῦ θεοῦ καὶ τὸ ὑπήκοον εὐπειθεῖ καὶ τὸ στρατιωτικὸν εὐτακτεῖ καὶ τὰ τῶν ἐχθρῶν ἠρεμεῖ. καὶ πολλοί τινες ὑμεῖς καὶ μεγάλοι, οἱ μὲν πρὸς C αἵματος τῷ κρατοῦντι, οἱ δὲ καὶ τοῖς ἀξιώμασι διαπρέποντες καὶ καθ' ὅ τι ἄν τις εἴποι καλὸν καὶ γενναῖον ὑπερτεροῦντες. καὶ ἀνάγκης οὔσης νεοκομεῖσθαι τὸν βασιλέα, ἐκλεγέσθω μὲν ὃ μὴ ἀπάδων, ἕψομαι δὲ κἀγὼ καὶ τῷ κοινῷ ψηφίσματι θήσομαι. οὐ γὰρ ἰδίας συστάσεις ἀλλὰ τὴν τοῦ βασιλέως προύργου παντὸς ποιούμεθα. κἂν οὐ θέλοι τις ἄλλων ψηφιζομένων, οὐδὲν ἀνύσειν ἂν μὴ θέλων ἐκεῖνος· ἡ γὰρ ὑμετέρα ὑπερτερήσει βούλησις. D οὕτως ἐγὼ δημοτικῶς ἔχω ὥστε καὶ μηδὲν ἐπὶ μηδενὶ ἀξιούμενος μεῖζον ἀγαπᾶν, καὶ θελόντων μὲν προφρόνων ὑμῶν ἐπὶ τῶν πραγμάτων μένειν αἱρεῖσθαι, μὴ θελόντων δὲ πάντ' ἐᾶν καὶ μηδὲν πολυπραγμονεῖν ἐθέλειν, κἂν ζημιοῦμαι τὰ ἔσχατα. παρακαλῶ

7. τὸ deerat ante στρ.

vel infimo contentus; vidensque a vobis delectum alium idoneum qui pupilli principis saluti, ut par est, invigilet, aequissimo animo privatae quietis sortem amplectar. agam quin etiam infimis precibus cum principe, ne moleste ferat recedere me ab eius cura, quod ea tanta tamque honorifica praefectura ornatum esse me quibusdam vestrum non probetur. praestabilius enim longe est in militis vel gregarii conditione ac fortuna reipublicae servire, quam metu et suspicionibus anxium in dignitate vivere. en igitur per beneficam providentiam numinis et subditi dociles ad parendum sunt, et disciplinam milites servant, et quiescunt quiescuntque nos sinunt hostes, et iste vester ordo amplissimorum principum abundat numero, quorum quidam imperatoris consanguinei, quidam primis sunt dignitatibus illustres, dotibusque omnis generis praeclaris, quae quemque commendare vel maxime possint, summe conspicui. ex his eligatur qui, quod res poscit et necesse est, tutelam pueri principis exerceat. assentiar, accedam, et communibus calculis meum adiungam: non enim privatas rationes status fortunaeque nostrae, sed principis utilitatem ac salutem ante omnia quaerimus et cunctis praeferimus. qui electus a vobis fuerit, si deprecabitur honorem, frustra erit: vincet enim consensus vester eius modestiam, nec sua eum verecundia iudiciis omnium vestrum ad extremum obniti patietur. me quod attinet, ita comparatus sum, ut nec, si vos insseritis pergere in suspecto munere detrectem, etiam nullo addito honore vel auctoramento maiori; et si alio animi vestri propenderint, statim sim acquieturus et tranquillo secureque animo recessurus domum, nihil inquirens de causis quae vos ad sic de me statuendum impulerint, etiamsi damna fortunarum et status in me

www.libtool.com.cn

τοίνυν μηδὲν ὑποκρυπτομένους καὶ ὑμᾶς ταληθὲς ἐρεῖν. τίς γὰρ ἡ τῆς δειλίας ἀνάγκη τοῦ μὴ παριστάμενον λέγειν; ὁ γὰρ ἀντιλέξων οὐκ ἔστι, καὶ φόβος οὐδείς, ἤν τις τὸ δοκοῦν λέγειν αἱρεῖται. αὐτόθεν τοιγαροῦν καὶ βουλευέτω τις καὶ πραττέτω σὺν ἄλλοις τὸ χρήσιμον, καὶ τὸ τινὶ παραστὰν εἰς γνώμην εἰπεῖν ἀσφαλές, ὡς εὐμενῶς ἀκουσομένων κἂν ὅ τι λέξειε. δεσπότῃ γὰρ προσκρούειν ἴσως οὐκ ἀσφαλές, ἐξ ἴσου δὲ προσφερομένῳ τῷ λέγοντι τὰ τῆς παρρησίας ἔχοι καιρόν, ὡς μεῖζονος ὂν ἢ κατ' ἐκείνους τὸ κρίνειν. ἀλλὰ καὶ τούτου νῦν οὐχ ὑπόντος, ὅ λέξων ὅ τι καὶ βούλεται ἑκατέρωθεν ἔχει τὸ εἰς αὐτὸν ἀκίνδυνον."

P 27 Ταῦτ' εἰπόντος τοῦ πρωτοβεστιαρίου ἄθρουν μὲν τὸ πλῆθος ξυμμιγῆ τὴν φωνὴν ἀφῆκαν, καὶ ὑπεραποδεχομένοις ἐώκεσαν τῷ ὑπ' ἐκείνῳ μετὰ τὸν βασιλέα τετάχθαι, ἐμφανεῖς τε ἦσαν ἐνασμενίζοντες μὲν τῷ κρατοῦντι, παρενείροντες δὲ κἀκείνῳ πλείστους καὶ παρὰ τὸ εἰκὸς ἐπαίνους ὡς ἀξίῳ μετ' ἐκεῖνον σφῶν ἄρχειν ἐθεράπευον τὸν καιρὸν οὐχ ἧττον, τὴν παρακινδύνευσιν δεδιότες, ἢ τὰ κατὰ νοῦν ἔλεγον. τῶν δέ γε μεγιστάνων ἄλλος

2. τοῦ] τό?

inde gravissima redundarent. oro igitur obsecroque vos ut et ipsi sine ullo fuco quod vere sentitis efferatis. quae enim est timendi causa? aut quae obtendi posset excusatio idonea ignavae dissimulationis ab eo qui sententiam de republica rogetur in hoc amplissimo et gravissimo concilio? promatur libere quidquid in animo est. excipietur aequis auribus, nec erit qui mera contradicendi libidine oppugnet. nullus denique metus impendet, quo revocari aut retardari quivis possit ab eo qualicumque proferendo, quod aut mentis iudicio senserit aut voluntatis arbitrio elegerit. agedum, statim ex nunc eatur in sententias, consulat quisque in medium, agatque quod vult, quod putat utile. securum et tutum est promere quidquid demum in mentem venerit. attentos, faciles, ad quidvis audiendum paratos en nos omnes. ubi princeps in senatu est, causa esse potest circumspiciendi quid quis dicat: prona enim est dicenti apud dominum offensio, nec ea si quae contigerit vacans periculo. quali non est expositus qui loquitur ad sibi pares. nullus hic principali eminens fastigio adstat dicendorum arbiter: similis conditio est omnium, et commune iudicium. quare hic liberae orationi et nihil metu reticenti, quamcumque in partem incubuerit sententia, hic profecto, si usquam, locus est."

Haec protovestiario locuto conferta quidem multitudo nescio quid mixtum confusis acclamavit vocibus, quae declarare viderentur libenter se illi post imperatorem subiici, apparebat ea dici studio assentandi principi. congerebant et in protovestiarium liberaliter laudes, etiam invidiosas, dignum videlicet eum qui ipsis imperaret praedicantes. quae magis servientium temperi et liberae orationis pericula caventium voces erant, quam quae veros animorum sensus exprimerent. optimatum vero

www.libtool.com.cn

ἄλλο τι πρὸς τὸ παρὸν ὑποφωνοῦντες δῆλοι ἦσαν τῷ καιρῷ χαρι- B
ζόμενοι, συμπολογοῦντες οἷον καὶ ἑαυτῶν ἐκεῖνον ὑπερτιθέμενοι. τῶν δὲ συμβάντων τοσοῦτον ἀπεῖχον ἐκεῖνον δοκεῖν αἰτιᾶσθαι, ὥστε καὶ τῷ βασιλεῖ μόνῳ τὰς αἰτίας προσῆπτον, καὶ ὡμολόγουν οὐκ ἔξω τοῦ δικαίου παθεῖν, εἰ μὴ δι' ἓν ἄλλο ἢ τὸ ὑπὸ δεσπότην τελοῦντας τὴν σφῶν εἰς χεῖρας ζωὴν ἔχοντα, ἐκείνῳ καὶ μόνον δοκοῦν ὑπευθύνους εἶναι καὶ τιμωρεῖσθαι. (17) ὁ δέ γε D
Παλαιολόγος Μιχαὴλ καὶ μέγας κονοσταῦλος τὸ τηνικαῦτα, ἢ καὶ ταῖς ἀληθείαις ὢν θεῖος ἐκ γυναικὸς ἐκείνου καὶ συμμετέχειν ὥσπερ τοῦ γένους ἐκείνῳ οὕτω καὶ τῆς δόξης οἰόμενος, ἢ μὴν καὶ θωπευτικῶς πρὸς τὸν καιρὸν ὑπερχόμενος, μετὰ τὴν τῶν ἄλλων ἀπολογίαν καὶ τὴν ἐμφαινομένην ὑπόπτωσιν παρρησιαστικώτερον πρὸς τοὺς λόγους ἀπελογεῖτο· "καὶ τί ποτε ἄρα τοιαῦτα P 28
λέγειν παρέστη σοι πρὸς ἡμᾶς ἀρτίως, ὃ ταῖς ἀξίαις ὑπερέχων καὶ τῶν ἄλλων κρίσει βασιλείῳ ὑπερφερόμενος; τί δέ σοι καὶ περὶ ἡμῶν ἤκουσται ὡς ἐγκοτεῖν δῆθεν δοκούντων διοικοῦντι τὰ βασιλέως; τίς δέ σε καὶ αἰτιάσαιτο δικαίως ὢν ὀργισθέντος τοῦ βασιλέως ξυνέβη οἷ παθεῖν; οὐδεὶς εἰς τόσον προελήλυθεν ἀγνοίας ὥστε καὶ βασιλέως ὀργὴν ἀγνοεῖν καὶ τὴν τοῦ καιροῦ μὴ εἰδέναι παιρίαν, ὁπόση ἦν καὶ ὅπως ἐφῆπται πᾶσι, καὶ μᾶλλον τοῖς B

alius aliud pro re praesenti submisse ac perfunctorie dixerunt, ita ut gratificari eos potientibus tunc rerum palam esset, laudabant protovestiarium, et sibi ipsis praeferebant: eorum vero quae gravia quibusdam et publice invisa contigerant, tantum aberant ab eo criminando, ut causas omnium in imperatorem diserte conferrent, addentes quo quasi eum excusarent, talia sese non plane iniuria passos, si non ob aliud, certe quia impositum cervicibus tulerant dominum vitae ipsorum arbitrium habentem, cui quod tantum ita videretur, reos se fuisse ac iuste punitos. (17) at Michaël Palaeologus magnus tunc conostaulus, vel vere favens illi cuius uxoris avunculum se meminerat, et communione generis in participationem quoque ipsius gloriae se venturum putans, vel quod et ipse adulationis haud expers captandam duceret occasionem insinuandi se in gratiam tunc praepollentium, post eas quas indicavimus responsiones aliorum et significatam submissionem, altius et quasi liberius vocem tollens sic ad concionem respondit, "qui tibi tandem" inquiens "in mentem venit hanc quam modo explicuisti ad nos orationem habere? quasi non meritis et dignitate praeemineas iudicio imperatoris praepositus cunctis. quae porro nos apud te falsa infamavit delatio, tamquam qui viderentur ei esse infensi qui vices imperatoris gereret? quis autem tibi iuste culpam imputet eorum quae ab ira forte mortui principis ipsi pati contigerit? nemo tam ignarus rerum est, cui nota non sit natura eius qui prius imperavit iracundior. quis etiam ignoret quanta fuerit acerbitas temporis illius, quae in omnes grassata est, et magis in propin-

www.libtool.com.cn

πλησιάζουσι. καὶ τίς γάρ, εἰ μὴ πόρρω τῶν ἡμετέρων ἔτυχεν
ὢν κἀκ γένους ἀλλοδαπός. πλὴν ἐπεὶ ξυμβαίνει δουλοῦσθαι ὅρ-
κοις καὶ συνθήκαις ἐπὶ πίστει συνισχημένους, οὐδὲν ἀπεικὸς καὶ
πάσχειν ἀνήκεστα δοκοῦν ἐκείνῳ, κἂν μηδεὶς ἐποτρύνῃ ἐπηρεά-
ζων τῷ πεισομένῳ. ὅπου τοίνυν τῆς αἰτίας καὶ ὁ δράσας ἀφεῖ-
ται τοῖς τὰ τῆς μοναρχίας ἐπισταμένοις ἴδια, σχολῇ γ' ἂν ἄλῳεν
ἄλλοι συκοφαντεῖν ὑπονοούμενοι καὶ ἐξάπτειν τὰ τῆς ὀργῆς. γέ-
C γονε ταῦτα καὶ παρῆλθε, καὶ τὸ περὶ τοιούτων ἀρτίως διεξιέναι
ὅμοιον ὥσπερ ἂν εἰ περὶ νεκρῶν ὅπως ἐντεῦθεν ἀπῆλθον ἐπολυ-
πραγμονοῦμεν· ὡς γὰρ ἐκεῖ τὸ χρεὼν ἀναγκαῖον κἂν νόσος ἐνσκή-
ψῃ κἂν μή, οὕτως ἐνταῦθα τὸ παθεῖν ἐγγὺς τοῦ χρεών, κἂν
εἶεν οἱ λόγους ὑποβαλλόμενοι κἂν μὴ εἶεν. καὶ τὸ τεταγμένον
ὑπ' ἄλλῳ καὶ δοῦλον ὄντα ὅσον εἰς λύπην παθεῖν δικαίως, το-
σοῦτον εἰς παραμυθίαν τὸ ἀδίκως κἂν τὰ μέγιστα πάσχοι παθεῖν.
D ποῦ τοίνυν καιρὸς τῶν τοιούτων ἡμῖν οὕτως ἔχουσι τῶν πραγμά-
των μεμνῆσθαι, καὶ μηδὲν προσῆκον ὑμῖν ἔγκλημα περιάπτειν;
τὸ δ' ὑμᾶς παρὰ τοῦ βασιλέως τιμᾶσθαι τοῖς μείζοσιν ἀξιώμα-
σιν οὐ θέλημα μόνον ἦν βασιλέως καὶ σχέσις περὶ ὑμᾶς ἄκμιρος
καὶ ὁρμή τις ἄλογός τε καὶ περιττὴ (μαίνοιτο ἄν τις εἰ οὕτως

1. τί P. 8. τοιοῦτον P. 12. τὸν P.

quiores. plane huius expers fuit fere nemo, nisi forte remotissimus a nobis et ortu exterus. verum ab eo cui fidem sacramento et pactis conventis obligatam ut principi habemus, etiam intolerabilia ferenda sunt, si ei libuerit, utcumque nemo eum impellat aut malignis delationibus irritet in miserum, cui est infensus. ubi ergo ipse qui nocuit iniuriae absolvitur, iure proprio regni cunctis noto, otiosum sane fuerit incessere alios suspicionibus calumniosarum suggestionum, quibus iram videlicet quasi non per se satis ardentem accenderint. fuerunt haec, et transierunt; et in his modo sermone retractandis immorari simile fuerit ac si de mortuis cur decesserint anxia instituatur inquisitio. ut enim ibi fatalis necessitas, sive morbus ingruerit sonticus sive non, causam absolvit, ita et haec nos pati fatum fuit, sive afforent sive deforent maligni suggestores. caeterum homini sub aliena potestate constituto et suae conditione fortunae mancipato servituti supremi domini, quantum dolorem auget inflicti mali culpae conscientia, qua se id iuste promeritum agnoscit, tantum ad consolationem valet etiam pessime multatis innocentia, cuius ipsi testes sibi sunt, et certa inde nata persuasio sese iniuste pati quae perferunt. quid ergo utique nobis vacat hoc reipublicae statu eiusmodi transactarum iam rerum et obliterandarum meminisse, crimenque vobis affingere a quo estis alienissimi? nam quod ab imperatore dignitatibus estis amplissimis ornati, non id imputandum solum gratiae et benevolo in vos studio faventis Augusti, quasi is intempestivo in vos indulgens affectui et impetum ratione carentem, ac nimium sequens id fe-

www.libook.com.cn

ὑπονοοῖτο). ἀλλὰ τὰ ὑμῖν προσόντα πλεονεκτήματα, καὶ τὸ
ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς εἰδέναι καὶ λέγειν καὶ πράττειν, καὶ ἡ πρὸς
ἐκεῖνον ἄδολος πίστις καὶ καθαρά, καὶ τὸ τῶν βασιλείων πρα-
γμάτων ὑπερπονεῖν, καὶ τἆλλα οἷς ἂν ὁ ἀληθὴς ἀνὴρ σεμνύνοιτο E
τοιαύτην ἔχων κατάστασιν, ταῦτα τὴν βασιλέως ἔπειθε γνώμην
καλῶς ἔχειν ὑμῖν καὶ τιμᾶν τοῖς προσήκουσι. τί δὲ παρὰ τοῦτο
καί τις ἠδίκηται; ὥσπερ ἂν οὐκ ἄλλως ἦν τοὺς ἄλλους τιμᾶσθαι,
εἰ μὴ ἐν ἐσχάτῃ τάξει ὑμεῖς τάττοισθε. εἰ μὲν γὰρ οὕτως ἦν τὸ
τοὺς ἄλλους τιμᾶσθαι ἐκ τοῦ ὑμᾶς παρορᾶσθαι, καλῶς ἂν εἶχεν
ὑμᾶς ἐν αἰτίαις εἶναι· ἐπεὶ δὲ ἦν ἅμα καὶ ὑμᾶς τιμᾶσθαι καὶ τοῖς
ἄλλοις οὐδὲν ἧττον τὰ τῶν ἀξιωμάτων ὡς εἰκὸς προσνέμεσθαι,
καὶ τοὺς μὲν τὰ οἰκεῖα ἔχειν, τοὺς δὲ καὶ λαμβάνειν παρὰ βασι- P 29
λέως τὰ σφίσι προσήκοντα, ποῦ δίκαιον, εἰ μὴ ἦν ἄμφω καὶ
ἐνεχώρει, οὕτω δοκοῦν βασιλεῖ, ὅμως ὑμᾶς, δεξιᾶς πειρωμέ-
νους τῆς τύχης, αἰτίους τῆς ἐκείνων δυσπραγίας κρίνεσθαι;
παῦσαι τοίνυν τοιούτους λογισμοὺς στρέφων ἐν τῇ ψυχῇ, ἐξ ὧν
συμβαίνει οὐκ ὀλίγα λυπεῖσθαι καὶ τοὺς ἀκούοντας, ὡς ἔγωγε
πολλὰ ἂν εἰπεῖν ἔχων περὶ τοιούτων ἓν καὶ μόνον ἐρῶ, ὡς εἴπερ
ἐπ' ἀλλοδαπῆς ἦτε τοιοῦτοι ὄντες, πολλὰ ἂν εὐξαίμην ἂν ἐν B
ἀκαρεῖ, εἴπερ οἷόν τε, τοῖς ἡμετέροις, οὕτω καὶ μᾶλλον ἔχουσιν,

14. πειρωμένης P.

cerit. insaniat profecto qui sic sentiat. sed quae insunt vobis eximiae, quibus supra caeteros excellitis, dotes, facultas intelligendi loquendi et agendi melius quam plerique, sincera in illum ac fuci expers fides, labores in administratione reipublicae assidui et magni, caeteraque, quae summum eius ordinis virum vel maxime commendent, imperatorem in istam vos promovendi et ut par erat honorandi sententiam traxerunt. quid autem hoc, quaeso, cuiquam nocuit? quasi vero non aliter potuerint alii honorari, nisi vos in sortem ultimam detruderemini. nam sane, si ita res haberet ut aliis speratus optatusve honor ex vestri despectu et depressione penderet, possent cum aliqua specie imputare vobis neglectum proprium qui se praeteritos queruntur. cum vero nihil prohibuerit quo minus et vos ornaremini et aliis contingerent meritae aut concupitae dignitates, cum simul fieri potuerit ut et ii qui iam erant in honoribus possessa conservarent, et qui digni erant nihilominus apta ipsis ab imperatore acciperent, quomodo iustum sit contraria et se invicem excludentia fingere quae simul esse potuerunt? et quo iure aliqui repulsas si quas sunt passi, et si quae ipsis dolent exclusiones ab honoribus, favori imperatoris propenso in vos et vestrae propriae fortunae assignandas ut verae causae arbitrantur? desine igitur tales suspiciones animo versare, quibus, cum eas verbis exprimis, auditores non modice contristas. atque ego cum de his habeam multa quae possem dicere, unum modo addam: si vos, cum tales sitis, peregre in aliqua extera regione degeretis, votis optarem ardentibus transferri huc vos divinitus

ἐπιστῆναι, ἢ ἀλλ' ἡμᾶς αὐτοὺς καὶ χρήμασι καὶ τρόποις ἑτέροις ζητεῖν τὴν ὑμετέραν πρὸς ἡμᾶς ἄφιξιν, καὶ ἀξιοῦν ἐπιστάντας τῶν ἡμετέρων ἀντιλαμβάνεσθαι. σὺ δέ, ὥσπερ ἂν ἀξιώτερος ἄλλος ἦν εἰς κηδεμονίαν βασιλικήν, τὴν ἡμετέραν βούλησιν ἀναμένεις. τίς τοίνυν ἱκανὸς ἀναλύειν ψῆφον βασίλειον; τίς δὲ παρὰ σὲ τὸ ἐχέγγυον ἔχων φανεῖσθαι ἐπὶ μείζονι τοιαύτῃ προσεδρείᾳ καὶ βασιλικοῖς πράγμασι; σὺ γὰρ καὶ ταῖς ἀξίαις προέχεις καὶ συνέσει ὡς οὐδὲν ἐλλείπων ὑπερτερεῖς. ἄρχε τοίνυν, καὶ προνόει μὲν βασιλέως, προνόει δὲ καὶ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας πραγμάτων. καὶ ἡμεῖς εὐπειθοῦντες ἐψόμεθα· οὐ γὰρ πάντες ἄρξομεν, οὐδὲ πάντες ἐπιτάττειν ἔχομεν· ἄναρχον γὰρ τὸ πολύαρχον. ἐπεὶ δ' ἕνα προέχειν μετὰ βασιλέα τῶν ἀναγκαίων ἐστί, τίς ἄλλος καὶ προάρχειν ἄξιος εἰ μὴ ὁ ταῖς ἀξίαις ὑπερφερόμενος; τὸ γοῦν ἐμὸν ὅσον ἦν εἰπεῖν, εἴρηται ὅτῳ δ' ἑτέρως δοκεῖ, καλὸν ἐξειπεῖν τέως· οὐ γὰρ δέος κωλύσει, καὶ ἀκουσόμεθα, ἂν ἄλλως τέως ἔχῃ τις λέγειν. ἀλλὰ μηδέ τις τῶν πάντων, ὡς ἐκ τῶν πραγμάτων ἔστι μανθάνειν, μᾶλλον δὲ καὶ ἐξ ὧν ἀκούω λεγόντων, ἀμφιγνωμονήσοι πρὸς τὰ λεγόμενα."

Ταῦτα τοῦ μεγάλου κονοσταύλου διεξελθόντος, οἱ ἐν τέλει πάντες ὡς ἀπὸ μιᾶς ὥσπερ ὁρμῆς καὶ προθέσεως, ὡς δῆθεν μὴ

momento temporis et gubernationi rerum nostrarum, quo statu sunt hodie, praeponi, nedum ut moleste ferrem vos ipsos impensis modisque aliis vestrum huc adventum procurare et dignari curam difficilem reipublicae hoc tempore nostrae suscipere. tu vero iam scilicet, quasi dignior te alius sit cui rerum administratio tradatur, nutum, ut ais, ad id nostrum, et voluntatis significationem opperiris. quis autem nostrum sibi tantum arroget ut iudicium de te imperatoris irritum faciat? quem autem praeter te inveniemus ad recte sustinendam istius supremi loci dignitatem resque imperii, ut dignum est, gerendas idoneis, et quibus confidi non temere possit, instructum opibus et dotibus; qui et meritis ac dignitate, idemque nihilo minus prudentia et sapientia praecellis? perge igitur et gubernare imperium, et consulere atque invigilare principi Romanaeque rei ac negotiis publicis. nos obedienter obsequemur. non enim imperare omnes possumus. non omnes, inquam, regere ac praecipere convenit aut fas est: ubi enim omnes praesunt, nullus praest. quoniam ergo sub principe unum imperare necessarium est, qui alius isto loco dignior quam qui meritis et dignitate praeeminet. aperui sensum meum, et effudi quantum in animo habebam. dicat, si cui aliud videtur. nullus obstat metus, secure licet. omnes libenter audiemus, quisquis erit, cui quod praeferendum putet in mentem veniat. verum nullus est omnium, prout res ipsae monstrant et quas audio multorum voces, qui non eadem nobiscum iudicet et plane assentiatur his quae iam dicta sunt."

Haec cum magnus conostaulus perorasset, qui aderant in concilio viri primarii, uno velut omnes studio ac proposito prae se tulerunt,

www.libtool.com.cn

πλέον ἔχοντες λέγειν, ἐμφανεῖς ἦσαν συντιθέμενοι τοῖς ῥηθεῖσι, Ε
μᾶλλον μὲν οὖν ὤχθησάν τε καὶ βαρυνομένοις ἐῴκεισαν παραχρῆ-
μα, εἰ ἄλλο τι παρὰ τὰ λεχθέντα λέγειν ὑπονοοῖτό τις ἐκεῖσε
παρών. ὅθεν καὶ προυλάμβανεν ἄλλος ἄλλου λέξων τὰ πρὸς χά-
ριν, καὶ δείξων ὡς τὸ ὑπ' ἐκείνῳ τάττεσθαι τοῦ ἄρχειν αὐτὸν
ἐκεῖνον περὶ πλείονος ἄγοι. τὰ δ' ἦσαν σκῆψις καὶ κόμπος ἄλ-
λως, ὡς ἔδειξε.

Τότε γοῦν τοῦ συλλόγου διαλυθέντος, τὰ πιστὰ λαβὼν,
ἐπεῖθεν ὁ πρωτοβεστιάριος τοῦ καὶ ἑκόντων δῆθεν τῶν μεγιστά-
νων βασιλέως καὶ τῶν πραγμάτων αὐτὸν καὶ μόνον ἐκεῖνον εἶναι P 30
διαφερόντως τὸν φροντιστήν, ἀναλαβὼν τὴν πᾶσαν δύναμιν ἐπὶ
Μαγνησίας ἐχώρει. καὶ δὴ τὰς φυλακὰς τὴν μὲν βασιλέως ἀν-
δράσι πιστοῖς ἐγχειρίσας, τὴν δὲ τοῦ βασιλικοῦ ταμιείου ἑτέροις
ὁμοίως πιστοῖς καὶ ἀξίοις, ἀπὸ πολλῶν τὸ ἐχέγγυον ἔχουσιν, ὧν
δὴ ὁ λογοθέτης τότε τῶν ἀγελῶν ὁ Ἁγιοθεοδωρίτης ἐξηγεῖτο,
αὐτὸς ἐπὶ ταῖς τῶν κοινῶν διοικήσεσι μετὰ τῶν λοιπῶν ἐσπου-
δαιστρίβει. συνετάττοντο τοίνυν προστάγματα πανταχοῦ πόλεων B
τῆς Ῥωμαίων γῆς ἀποσταλησόμενα, καὶ κατ' ἄλλας μὲν χρείας
ἑτέρας, τὸ δὲ πλεῖστον καὶ μέγιστον κατά τε δήλωσιν τοῦ θανά-
του τοῦ βασιλέως, ἅμα δὲ καὶ τῆς τοῦ νέου βασιλέως ἀναρρή-
σεως, καὶ τοῦ εἰς ἐκεῖνον προστίθεσθαι χάριν συνθήκαις ὅρκων

quasi scilicet nihil haberent quod auditis adderent, sese dictis assentiri. quin potius significarunt grave sibi ac molestum fore, si quis illic praesentium suspicaretur diversum ipsos quidquam a modo propositis sentire aut dicturos fore. unde et praeoccupabant se invicem affectatis ad gratiam sermonibus passim assentabundi, ac pro se quisque certatim ostentantes longe pluris sibi esse ac multo malle protovestiario subiici quam ipsos imperare. haec autem nihil aliud quam fucus et mendax ostentatio erant, ut eventus demonstravit.

Tunc igitur soluto conventu plane persuasum protovestiario quod volebat est, velle nimirum et gratum habere optimates et res imperii et tutelam principis suae unius curae arbitrioque permitti. quare securus iam et certa confirmatus fiducia universis secum copiis assumptis Magnesiam proficiscitur; ibique ad custodiam imperatoris certa fidissimorum sibi militum cohorte praeposita, similiter aerarium regium servandum aliis concredidit aeque probatis ac multis variisque experimentis compertissimae sibi fidei viris, quorum dux erat agelarum sive gregum tunc logotheta Hagiotheodorites; quibus ita provisis, ipse cum reliquis caeterae gubernationi reipublicae attente ac studiose vacabat. scribebantur ergo edicta in omnes Romanae ditionis urbes mittenda, cum ad alia quae praesens poscebat usus, tum in primis, quod universe omnes spectans maximi momenti erat, ut significaretur mors imperatoris et pueri filii eius in locum eius successio; mandaretur ut omnes studerent a novo principe gratiam inire, obliganda ei fide consueto tali occasione sacramento. in eam sententiam conficiebantur magno simul labore

www.libtool.com.cn

κατὰ τὸ σύνηθες. καὶ ἐξετίθεντο μὲν τὰ προσταττόμενα παμ-
C πληθεί, τὰς δὲ δι' ἐρυθρῶν βασιλικὰς ὑποσημάνσεις, ἐπεὶ οὐκ
ἦν τὸν νέον βασιλέα χεῖρα κινεῖν καὶ ὑποσημαίνεσθαι, τῷ δηλω-
θέντι λογοθέτῃ τῶν ἀγελῶν ποιεῖν ἐνεδίδοσαν.

Ὁ μὲν οὖν πρωτοβεστιάριος πρὸς ταῖς περὶ τῶν ἄλλων
φροντίσιν ἦν, καὶ ἀσχόλως εἶχεν, ἐλευθέρῳ χρώμενος ὡς μηδὲν
D ὑπειδόμενος τῷ φρονήματι ἐφ' οἷς ἔπραττεν· (18) ἦν δὲ ἄρα
ὁ πρὸς ἐκεῖνον φθόνος οἰδαίνων βαρύς, καὶ δεινὸς ὑφεῖρπεν ἐκεί-
νῳ μὴ τὸ σύνολον ἐπαΐοντι. καὶ ἡ σκῆψις τῶν ἀπορρήτων
κατ' ἐκείνου τοῖς ὀργιζομένοις ὡς πιθανή· ἐδόκουν γὰρ καὶ ὑπὲρ
βασιλέων ζηλοῦν, τοῦ μὲν ὅτι μαγγανείαις ταῖς παρ' ἐκείνων συ-
E σκευασθείσαις νοσοίη καὶ ὡς κακῶς ἀπαλλάξειε πρόωρος, τοῦ
δὲ ὅτι βασιλειᾷ καὶ ὑφαρπάζειν τὴν ἀρχὴν μελετᾷ καὶ μεῖζον ἢ
καθ' αὑτὸν φρονεῖ, περιφρονῶν τοῦ βασιλέως καὶ τὴν βασιλείαν
εὐπροσώπως ὑποποιούμενος. τοῖς δὲ τῶν ξενικῶν Ἰταλοῖς, οὓς
δὴ καὶ ὑπὸ χεῖρα εἶχεν ὁ μέγας κονοσταῦλος, καὶ ἄλλα ἴδι' ἄττα
ἦσαν τῆς κατ' ἐκείνων ὁρμῆς αἰτιάματα, ὡς παρὰ Μουζαλώνων,
P 31 καὶ μᾶλλον ἑνὸς τοῦ πρώτου, στεροῖντο ζῶντος βασιλέως τῶν εἰς
ῥόγας αὐτοῖς ἀποτεταγμένων, ὡς καταφρονοῖντο ἐφ' οἷς ἐδι-
καίουν ἑαυτοὺς τετιμῆσθαι, ὡς τῆς πρὸς βασιλέα ἀποκλείοιντο
παρρησίας εἰσηγήσεσι ταῖς ἐκείνου, ὡς ἀτιμοῖντο τοῦ πρωτοβε-

1. προταττόμενα P.

plurium scribarum diplomata numero quam maximo, quorum rubras subscriptiones, quae manu imperatoris fieri debebant, quoniam manum adhuc per aetatem puer imperator movere ad id nequibat, modo memorato logothetae agelarum faciendae tradebantur.

Interim protovestiarius curandis aliis quae usus poscebat praesens secure ac libere vacabat, nullas suspicatus insidias in se comparari negotiis publicis intentum. (18) tumescebat autem gravis atque atrox in eum invidia, clamque serpens eadem periculose gliscebat, ipso nihil plane sentiente. et erat arcanae in ipsum irae causa infensis illi probabilis. videbatur enim ipsis, se zelo fideli agi erga imperatores patrem ac filium, quorum illum quidem putabant procurato huius magicis maleficiis morbo consumptum et dira immature morte sublatum, hunc vero miserabantur mox privandum imperio iniusta istius vi efferentis se improbe supra privatum modum, et haud dubie regno inhiantis, contemptaque Augusti pueri aetate imperium sibi honestis praetextibus parantis. auxiliaribus porro Italis peculiari magni conostauli subiectis praefecturae, praeter alias quasdam, hae vehementiores proprie erant odii in eum et meditati impetus causae, quod se a Muzalonibus, et praesertim ab hoc inter eos natu maximo, privatos meminerant donativis et stipendiis ipsis ab adhuc vivente imperatore decretis, quod contemnerentur in iis quibus iuste se honorari debere contendebant, quod aditu et gratia imperatoris suggestionibus huius exclu-

www.libtool.com.cn

στιαρίου προστάσσοντος. τούτοις καὶ τοῖς τοιούτοις τὸ ξανθόν τε καὶ ἀρειμάνιον γένος ἐρεθιζόμενοι ἕτοιμοι ἦσαν κατασφάττειν ἐκείνους, εἰ μόνον τις παρορμήσῃ. αἰτίαν δὲ ἔσχεν εἰς τοῦτο, B ὡς ὁ τῶν πολλῶν λόγος ἔχει, ὁ τούτων τῆς φάλαγγος ἐξηγούμενος, ὃς καὶ πάλαι μὲν ὡρμημένους αὐτούς, τότε δ' ἐξαφθέντας πλέον ἀνεθέντας τοῦ φόβου καὶ θρασείοντας τὰ ἀνήκεστα ἐξ ἑτοίμου ἠρέθισε τὸν φόνον ἐπιτολμῆσαι καιρὸν ἔχοντας. καὶ ὁ λόγος ἐκ τῶν ὕστερον φέρει τὸ πιθανόν· οὐδὲ γὰρ ἂν ἐτόλμων, εἰ μή τινας προβιβάσεις εἶχον, ἀλλοεθνεῖς ὄντες καὶ τὸ πλέον ἐπήλυδες. C καὶ εἰ οὕτως εἶχον καὶ μόνως θαρρεῖν, ἀνάγκη παντὸς μᾶλλον τὸν ἄγοντα ὑποπτεύεσθαι. (19) τέως δ' οὖν ἡ ἐπὶ τῷ ἀποι- D χομένῳ ἐνάτη κειμένῳ παρῆν, καὶ ἔδει τὴν μνήμην ἄγειν ἐκείνῳ κατὰ τὸ σύνηθες. ἀνέρχονται τοίνυν εἰς τὴν τῶν Σωσάνδρων μονήν, ὅπου καὶ ὁ νεκρὸς τοῦ βασιλέως ἐχόμενα τοῦ πατρὸς τέθαπτο, τῶν ἱερωμένων ὅσοι παρῆσαν ἐκεῖσε. ἀνέρχονται δὲ καὶ οἱ ἐν τέλει πάντες, χωρὶς δ' ἐκείνων καὶ τῶν γυναικῶν αἱ προύχουσαι ματρῶναι, καὶ πᾶν ὅσον ἦν ὑπηρετικὸν τοῖς κρατοῦσι. τὸ μέντοι γε στρατιωτικὸν ἐκ προνοίας καὶ μᾶλλον κάτω περὶ τὸν E βασιλέα ἐγκαταλέλειπτο. ὡς γοῦν πανοικὶ καὶ οἱ Μουζάλωνες ἦσαν, ἰδίαν παρὰ τοὺς ἄλλους στοργὴν πρὸς τὸν θανόντα ἐπιδεικνύμενοι, τότε τὸ στρατιωτικόν, διαφερόντως δὲ τὸ Ἰταλικόν

derentur, quod protovestiarii iussu ignominia et contumeliis afficerentur. his et similibus rufum et bellicosum genus irritati, parati erant ad eos trucidandos, si quis vel paululum impelleret. iactatum etiam est sermone multorum ducem istius Italicae phalangis partem istius culpae conscivisse non parvam, quippe qui suos olim in hanc caedem pronos, tunc autem occasione accensos nova, metu solutos et gestientes dirum facinus patrare, re parata incitaverit ut erumpere quo destinaverant auderent. qui quidem rumor ex iis quae consecuta sunt verisimilis fit: neque enim ausi tantum essent, nisi freti auctoribus et instincti persuasionibus idoneis, alienigenae et plerique advenae; quo statu homines si vel cogitent vim inferre, prorsus necesse sit suspicari agi utique ad id ipsos impulsore quopiam. (19) tunc commodum nonus illuxerat a morte imperatoris dies, quo eius memoria consuetis honorari ritibus debebat. conveniunt igitur in Sosandrorum monasterium, ubi corpus imperatoris iuxta patrem sepultum fuerat, quantum erat ibi sacrorum hominum; conveniunt et magistratus omnes, mulieres quoque primae dignitatis ac matronae, tum quidquid in obsequio principum erat. at militares copiae de industria infra, quasi ad custodiam circa principem, sunt relictae. ut autem ipsi quoque Muzalones cum universis ipsorum familiis eodem ascenderant ostentandae studio quasi praecipuae cuiusdam ipsorum in defunctum caritatis, tunc exercitus, praesertim vero Italicae et auxiliares exterae copiae, captata occasione, partim ultionis ab iis quî laeserant expetendae desiderio instinctae, partim conniventes audentibus quadam

www.libtool.com.cn

τε καὶ ξενικόν, ἁρπάσαντες τὸν καιρόν, οἱ μὲν ἀμύνεσθαι τοὺς λυπήσαντας ὀρεγόμενοι, οἱ δ' ἐφηδόμενοι τοῖς, εἰ δυνηθεῖεν ἐκεῖνοι, τολμηθησομένοις (ταῖς γὰρ καινοτομίαις ἀεί ποτε χαίρουσιν ἄνθρωποι, καὶ ῥᾷόν τις ἰδὼν καινὸν κακὸν τελεσθὲν ἐφησθείη τοῖς παθοῦσιν ἢ ἀγαθὸν συνησθείη τοῖς ἀπολαύσασι), 5
P 32 συμμιγεῖς τῷ πλήθει γενόμενοι φωνὰς ἠφίουν δεινὰς κάτωθεν ἄνω καὶ μὴ φαινομένῳ τῷ βασιλεῖ, καὶ ἐπενεκάλουν κατὰ τῶν δῆθεν ἀπίστων, τοὺς Μουζάλωνας αἰνιττόμενοι, ζῆλον ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ τοῦ γένους ἐνδεικνυμένοις ἐοικότες θερμόν. καὶ ἵνα μὴ φθάσειαν ἐκεῖνοι πρὸ τοῦ παθεῖν δράσαντες, δεδιότες δῆθεν 10
ἐπέσπευδον τὴν ἐπ' ἐκείνους τοῦ βασιλέως ἐγχώρησιν, καὶ ἅμ' ἐδήλουν ὡς εἴπερ ὁ βασιλεύων ἐφήσει· εἰ δ' οὖν, ἀλλ' ἐκεῖνοι καὶ οὕτως ἐπιδραμοῦνται καὶ καταπράξονται. ταῦτα λεγόν-
B των ἅμα καὶ θορυβούντων, οἱ τὴν βασιλικὴν φυλακὴν ἐπιτετραμμένοι, δηλωθὲν κἀκείνοις τὸ τόλμημα, ἢ καὶ παρὰ τοῦτο 15
πρότερον, ἢ μὴν ἅμα τῷ θορυβεῖν ἐκείνους δείσαντες δῆθεν, ἐξάγουσιν εὐθὺς τὸ παιδίον, κατὰ δυσωπίαν ἐλπιζομένην ὡς ἐκείνους ἐμφαίνειν ποιοῦντας ἐμφανῆ τὸν κρατοῦντα. ὡς δὲ φανέν-

5. τοῖς ante παθ. deerat. 9. ἐνδ. καὶ ἐοικότες P. 17. τὸ] καὶ P.

dulcedine novitatis et curiositate spei mista mox videndi quis responderet successus ancipitibus aliorum coeptis, et an non forte aliquid ipsis utile privatim e statim perturbandarum confusione rerum oriretur (inopinatis enim mutationibus fere semper delectantur homines; et facilius quis videns novum quodpiam in aliquos malum ingruere malignum de aliena calamitate sentiat gaudium quam bono fruentibus collaetetur) tunc, inquam, militares utriusque generis copiae, partim furentes partim faventes furentibus, plebi nihilo mitius animatae passim mixtae, insanos attollebant clamores ex imo et atriis palatii sursum et fenestras versus, ubi imperatorem, qui non apparebat, esse putabant, deposcentes ad poenam perfidos, quo nomine Muzalones innuebant, zelum in Augustum et genus eius ostentantes et egregie simulantes ardentem, ac significantes metu se malorum Augusto imminentium impelli, nihilque studere aliud nisi praeoccupare destinata iam ab istis dira in principem facinora, dareque operam ut nefarii latrones prius iuste patiantur ea quibus digni sunt, quam immaniter exequantur quae in principis et reipublicae perniciem cogitant. hac benevola de salute imperatoris solicitudine monstranda id agebant, ut assensum eius in vim quam parabant elicerent, quasi cupientes cum bona eius venia quod decreverant perficere, simul subindicantes, si princeps remissior in indulgentia perstaret, se tamen procursuros quo intenderent, et destinata perpetraturos. talia illis vociferantibus, simul et tumultuantibus, ii quibus commissa principis custodia fuerat, sive a quopiam de re quae agebatur prius edocti, sive sibi ipsis in tanto tumultu metuentes, educunt puerum Augustum, prae se ferentes id se agere spe placandae seditionis aspectu et reverentia principis, componendique nutu eius in modestiam inquietos furores plebis

www.libtool.com.cn

τος τοῦ νέου καὶ μεῖζων ἤρετο ἡ φωνὴ καὶ ἀτακτότερον ἐθορύβουν, χειρὶ κατανεύειν οἱ ἀμφ' ἐκεῖνον διδάσκουσι. τὸ δ' ἦν ἅμα κροῦον καὶ πρὸς ἀμφότερα, ὅτι τε ἀναστέλλοι τὸν θόρυβον C καὶ ὅτι ἐκχωροίη διδούς. καὶ τοῖς μὲν περὶ τὸν νέον ἄρχοντα ἱκανὸν εἰς ἀπολογίαν ἐς ὕστερον πρὸς τοὺς ἄρχοντας ἡ τῆς χειρὸς κατάνευσις ὑπολέλειπτο, ὡς δὴθεν ἐπισχεῖν οἰκονομοῦσι τὸν θόρυβον, τοῖς δὲ καὶ λίαν ἀρκοῦν ἐνομίζετο πρὸς ἐκχώρησιν. εὐθὺς οὖν βοὴ ἤρθη ὡς ἐκχωροῦντος τοῦ βασιλέως, καὶ ἅμα ἐχέοντο πεπληθεί, καὶ ὡς τιμωρὸς τῆς βασιλικῆς σωτηρίας συνέθεεν ἕκαστος, ὡς καὶ προσκινδυνεύσοι εἰ δέοι. καὶ ἀλλήλους τῷ θο- D ρύβῳ παρακρατοῦντες ἐπὶ τῆς μονῆς ἠπείγοντο τῶν Σωσάνδρων, τὰ ἔσχατα κακὰ τούς, ὡς αὐτοὶ ἔλεγον, δύσνους τῷ βασιλείῳ πράττειν πραξείοντες. εἰσὶ δ' οἳ καὶ ἔμενον μὴ συναπιόντες, προμηθέστερον ποιοῦντες ἢ τολμηρότερον, καὶ ἅμα εἰ ἐκποδὼν γενόμενοι τοὺς καθ' ὧν συνέθεον μάθοιεν, αὐθαδέστερον δρασείοντες ἐπὶ ταῖς σκηναῖς πρὸς τὸ ἐκφορεῖν τὰ κειμήλια· μὴ γὰρ εἶναι τὸν κωλύσοντα οὕτω τῶν κεκτημένων ἀπολωλότων. ὡς E γοῦν οἱ μὲν συνάμα καί τισι τῶν ἐν τέλει τῆς ὑμνῳδίας τελουμέ-

effraenis. ut autem obiecto publicis conspectibus adolescentulo maior sublatus est clamor et impotentius bacchabantur, suggerunt ei qui circa ipsum erant ut manu innueret. erat autem id signum anceps et in contraria pariter ambiguum, cum et videri posset comprimere tumultum eo gestu voluisse, et interpretatione non inverisimili trahi posset idem in iudicium concessae a principe in parum ipsi fidos saeviendi facultatis. neque id ignorasse videbantur qui principi aderant: sed sibi, si hoc periculo innoxie defungerentur qui rebus praeerant, receptum in excusatione parabant tamquam ab ipsis eo tantum animo suasa illa protentione manus, ut seditio per eam comprimeretur. at tumultuantes satis clare sibi concessam eo gestu quod vellent agendi licentiam crediderunt. statim igitur sublata vox est assentiri Augustum et auctorem fieri. tum vero pro se quisque procurrere, singulis viritim sese ultores iniuriarum et vindices salutis principis opinantibus, et velut in studio rei praeclarae praevertere invicem festinatione mira certantibus, ac periculum praeoccupare quasi heroici facinoris perturbatissimo discursu et mutua extrusione ruentium impetu maximo versus monasterium Sosandrorum, ferocibus extremorum malorum minis iis inferendorum, quos invidiosis vocabulis infidorum Augustae potestati principisque hostium designabant. non tamen defuere qui subsisterent, continentes sese in illo effuso aliorum cursu, vel quod cautius quam audacius agere consultum ducerent, vel quod simul etiam sperarent, post negotium a currentibus confectum sublatosque potentes rerum, quaestuosiorem sibi relinquendam operam irrumpendi in aedes ipsorum et pretiosissima inde quaeque exportandi; quas in opimas praedas utilius expromerent totam vim audacissimae rapacitatis, nemine tum prohibituro, quippe iam mortuis possessoribus opera eorum quos in id praecurrere sinebant. cum ergo, dum hymnodia celebraretur, Muzalones cum primoribus optimatum intra templum sta-

www.libtool.com.cn

νης ἐντὸς εἱστήκεισαν τοῦ ναοῦ, οἱ δὲ συνέθεον πανδημεὶ θορυ-
βοῦντες παρὰ τὸ σύνηθες καὶ ἤδη τοῖς ἐντὸς ἐμφανεῖς ἦσαν εὐθὺ
τῆς μονῆς ἰόντες, τινὲς τῶν ἐκτὸς ὄντων ὑπηρετῶν τὸν ἐκείνων
ὑποτοπάσαντες θόρυβον, μή τί που καὶ τῶν ἀπειρημένων δρά-
σαιεν σχεδὸν αὐτόνομοι ὄντες, ἅμα δὲ καὶ τὸν νεωτερισμὸν ὑπο-
πτεύοντες, δηλοῦσι σὺν ὠχρῷ τῷ προσώπῳ τοῖς ἔνδον. οἱ δὲ
P 33 σπουδῇ τοῖς κυρίοις τὸ δηλωθὲν ἀπαγγέλλουσι, καὶ ὡς ἐπιζυγῶ-
σαι τὰς τῆς μονῆς πύλας τοῖς ἐρχομένοις συμφέρει, μάλα θερ-
μῶς εἰσηγοῦνται. οἱ δ' ἠμέλουν ἀκούοντες (μηδὲ γὰρ ἔχειν συμ-
βαλεῖν ὁπόθεν ἐπὶ σφετέρῳ κακῷ ἴοιεν οἱ συνθέοντες), ἔρχεσθαι
δὲ κἀκείνους εἰς τὰς κοινὰς ἐκείνας τελετὰς ὑπελάμβανον. ὡς δὲ
καὶ αὖθις ἐξελθόντες ἐκεῖνοι πλησιασάντων καὶ μᾶλλον τὸ θορυ-
βῶδες καὶ ἄτακτον ὑπενόουν, ἔτι μᾶλλον κατωρρώδουν καὶ μετὰ
B σπουδῆς εἰσήγγελον τὰ γιγνόμενα, καὶ ἐπ' ἐκείνοις ἄλλοι ταχυ-
δρομοῦντες, καὶ αὖθις ἄλλοι· οὐδὲ γὰρ ἦν ὅστις τότε βλέπων
μὴ ἐπὶ κακῷ μεγίστῳ τὴν ἐκείνων ἄφιξιν ὑπενόει. ὅθεν καὶ πολ-
λοὶ μὲν περὶ ἑαυτοῖς δεδιότες ἐκ τῶν οὐ καλῶν ἐκείνων ὑποψιῶν
ἄλλος ἀλλαχοῦ κατεδύοντο· οἷς δ' ἔμελε τῶν Μουζαλώνων
πλέον τῶν ἄλλων, προσιόντες καὶ αὖθις ἀτάκτῳ ἤθει καὶ προσώ-
πῳ τὴν εἰσβολὴν τῶν ἀνδρῶν ὑπεμίμνησκον, καὶ ἐφεκτέον τὸ
C τάχος ἔλεγον προκαταλαβοῦσι τὴν ἐκείνων ὁρμὴν διὰ τῆς τῶν πυ-

rent, ruens, ut dictum est, tumultu insolito multitudo adventabat. et iam qui intus erant intelligere coeperant eam turbam recta in monasterium ferri, cum quidam e ministris Muzalonum foris opperientibus, veriti quo tempestas suspectae novitatis incumberet, et non sine causa metuentes ne armata et legum secura seditio in foedum aliquod desineret facinus, pallido vultu periculum nuntiarunt iis qui ex interiori comitatu Muzalonum intra templum versabantur. hi rem statim ad dominos detulerunt, et studiose suggesserunt e re videri templi valvas occludi venientibus; idque ardore maximo urgebant ut statim curaretur. at illi audientes negligebant, nulla idonea coniectura fieri verisimile causati ad ullum ipsorum periculum istum cursum pertinere: nimirum opinabantur agi religione aut studio cohonestandi principis turbam illam, et nihil aliud quam spectare aut frequentiorem reddere funebrem Augusti mortui panegyrim cupere. ut autem qui haec nuntiaverant rursum egressi propius iam appulsae multitudinis furentis fremitum e vicino terribiliorem hausere sensibus, eo plus cohorrescentes iterarunt indicium crescentis mali, nuntiantes, ut prius, quae recentius cognorant. quod mox confirmarunt cursu anhelo festinantes alii super alios. neque enim iam ulli, qui uteretur modo sensibus, dubium erat quin in tragicum exitum phanaticus iste accursus erumperet. quare multi sibi privatim metuentes admonitu indiciorum ingruentis mali alius alibi abscondebant sese. quibus autem maior quam caeteris Muzalonum cura erat, denuo trepido cursu vultuque turbato ipsos adibant, impetum armatorum irruentium indicantes, et magnopere suadebant, iuberent opponi furentibus portarum

www.libtool.com.cn

λῶν ἐπιθέσεως, μή πως καὶ φθάσωσιν εἰσελθόντες· μηδὲ γὰρ
ἐπὶ καλῷ τινὶ τὸν τοσοῦτον θόρυβον εἶναι, ἀλλ' εἴ τι λήξειν
κακόν. οἱ δὲ τῶν φόβους λεγόντων οὐκ ἦσαν ὅλως· ἦγε γάρ,
οἶμαι, τούτους τὸ μόρσιμον, καὶ τὸ λεγόμενον ἀληθές, ὡς ἀφαι-
ρεῖται τὰς φρένας ὧν ἀπολέσαι μέλλει τὸ θεῖον. οὐ μὴν δὲ
ἀλλ' οὐδὲ τοῖς παροῦσι τῶν μεγιστάνων ἔμελε τὸ δρώμενον ἀκού-
ουσιν, εἴτε κατά τινα πρόγνωσιν τῶν μελλόντων, εἴτε μὴν καὶ
αὐτοῖς οὐ μέλον κἂν ὅ τι καὶ δράσειαν συναχθέντες. ἀλλ' ἐν D
τοσούτῳ τὰς εἰσόδους προκαταλαμβάνουσι καὶ κρατοῦσιν οἱ
ἐπιόντες, καὶ ἅμ' εἰσχεομένων ἐντὸς κακοὶ θόρυβοι ἦσαν, καὶ
οἷς ἴδρων τε καὶ ἠπείλουν πρότερον ἢ τὸν ναὸν εἰσελθεῖν δῆλοι
ἦσαν φονῶντες. ἦν οὖν τῷ πρωτοβεστιαρίῳ γραμματικὸς οἰ-
κεῖος, Θεοφύλακτος τοὔνομα καὶ ἐμὸς συγγενής, προσόμοιος τῷ
κυρίῳ τὰ πάντα. ἐξελθόντος γοῦν ἐπὶ τῷ μαθεῖν ἐκείνου σφάλ-
λει τοὺς ἐπιόντας ἡ ὁμοιότης, συναιρομένης καὶ τῆς ἀμπεχόνης E
πιθήμου οὔσης ἐπ' ἴσης καὶ μικροῖς καὶ μεγάλοις διὰ τὸν βασι-
λέως θάνατον, κἀκεῖνον ὑποτοπάσαντες τὸν ζητούμενον εἶναι εὐ-
θὺς ἀναιροῦσι κοπίσι μυρίαις· οὐ γὰρ ἦν ὅστις καὶ τεθνηκότι τὸ
ἔγχος οὐκ ἔβαπτεν ἐπ' ἐκείνῳ. ὡς δὲ ἐγώ τινος ἤκουσα, ἀπερ-
ρόφουν ἐκ τῆς δεινῆς μανίας τοῦ αἵματος. πλὴν ἀλλ' εὐθὺς οὐκ
ἐγνόουν σφαλέντες· τὸ γὰρ πέδιλον ὑποφανὲν τοῦ ποδὸς μέλαν

obices et templum statim claudi iam iam intro irrupturis, si pateret: nam tantum tumultum nihil boni portendere. narrabantur ea surdis. perstabant in summo periculo temere securi. agebat quippe illos fatalis puto caecitas in decretum ipsis infortunium. verum scilicet est quod dici solet, quos perdere vult deus, iis ante omnia mentem eripere. sed nec qui aderant proceres, multum curare videbantur quorsum spectarent quae audiebant fieri, vel quadam praenotione gerendorum, vel ad ipsos haud rati pertinere quod acturi erant qui concurrebant. interim aditus praeoccupant et praesidio muniunt qui iam pervenerant seditiosi; quorum infundente se saeva undique vi tota passim aede sacra tumultus ingens fuit. ex his quae et fecerant et minati erant priusquam templum ingrederentur, palam erat caedem ipsos spirare. erat protovestiario grammaticus familiaris Theophylactus nomine, meus consanguineus, domino per omnia similis. hunc prodeuntem, ut videret quid rei gereretur, conspicati seditiosi protovestiarium esse ipsum credidere, faliente ipsos oris et staturae similitudine, et errorem confirmante pari tum genere vestitus; quod ut in luctu et exequiis principis, atrati omnes parvi aeque ac magni, pulla similis admodum formae veste utebantur. ergo hunc ipsum rati quem quaerebant, conficiunt innumerabilibus plagis: nemo enim erat qui in iam mortui corpore ferrum non tingeret. atque ut ego ex quodam ibi praesentium audivi, etiam sanguinem occisi vesana rabie suxerunt. caeterum statim agnoverunt se deceptos: nam cum pedis calceum in mortuo nigrum observassent, per errorem se in illo saevisse intellexerunt. ac

www.libtool.com.cn

P 34 ὂν τῶν δεδρακότων φανερὰν ἄγνοιαν κατηγόρει. καὶ παραυτίκα μεθ' ὅτι πλείστης μανίας καὶ ταραχῆς ξιφήρεις ἐμπίπτουσι τῷ ναῷ, καὶ παραχρῆμα φανέντων τῶν φονώντων ἐκείνων ὁ μὲν ἱερὸς ὕμνος κατασιγάζεται, ἄλλων ἀλλαχοῦ τῶν ψαλλόντων σκεδαννυμένων καὶ παραδυομένων γωνίαις καὶ τόποις οἷς ἤλπιζον σώζεσθαι. οἱ δὲ Μουζάλωνες, ὁ μὲν τοῖς ἀδύτοις προστρέχει καὶ ὑπὸ τὴν μυστικὴν τράπεζαν ὑπελθὼν ἐκεῖθεν ᾤετο σώζεσθαι, ὁ δ' ὄπισθε τῆς τοῦ ναοῦ πύλης ἑαυτὸν συνωθήσας ἐφ' αὑτῷ B ἐφεῖλκε στερρῶς καὶ ὡς εἶχεν ὡς συνιζάνειν ἐν ἐπιπέδῳ οἱ τὴν θύραν, ὡς καὶ προσκολλᾶσθαι δοκεῖν ἠνεῳγμένην τῷ ἀντιθύρῳ μηδενὸς ἐμποδὼν ὄντος. ὁ δ' ἐκείνων γαμβρὸς (καὶ οὗτος γὰρ ὥσπερ τῆς εὐπραγίας τοῖς συγγενέσι μετεῖχεν, οὕτω καὶ κοινωνὸς ἔμελλε γενέσθαι τῆς δυσπραγίας) ἀλλαχοῦ περί που τὸ τῶν βασιλέων ἡρῷον ὡς εἶχε παραδυόμενος λαθεῖν ἔσπευδεν. ὁ μέντοι γε C πρωτοβεστιάριος ἐν τοῖς ἀδύτοις καὶ αὐτὸς εἰσελθὼν τοῦ ναοῦ, καὶ πρὸς τῇ κόγχῃ γενόμενος τῆς προθέσεως, ἐπί τι κιονῶδες ἱστάμενον ὑπανέρχεται, καὶ τῷ ἐκεῖσε σκοτώδει σὺν τοῖς ἀδύτοις θαρρεῖ. ἀλλ' οὐκ ἦν οἱστισινοῦν ἐκείνων διαδρᾶσαι τὸν κίνδυνον. πλεῖστοι γὰρ ὄντες οἱ ἐφορμῶντες τοὺς μὲν ἄλλους ἐποίουν φεύγειν, περὶ τῇ σφετέρᾳ ζωῇ θέοντος ἑκάστου, ἀπενεοῦσθαι δὲ καὶ τοὺς ἐν τέλει συνέβαινε μηδὲν ἔχοντας πράττειν. ἐκεῖνοι δὲ D ἐκ πολλοῦ τοῦ πρὸς τὸ θαρρεῖν περιόντος παράβακχόν τι καὶ μα-

4. δὲ deerat. 7. ὑφεῖλκε P.

confestim rabie ac strepitu quam maximis, armata strictis gladiis manu, in templum irrumpunt, ubi homicidis apparentibus statim sacer cantus conticuit, cantoribus aliis alio dispersis et varie in angulos, aut ubicumque posse latere speraverant, se abdentibus. at Muzalonum hic quidem in adyta confugit, et sub mysticam se condens mensam ibi putabat se salvum fore: alter insinuans se retro portam templi, eam super se maximo attraxit nisu et quam potuit valide adduxit, applicuitque muro adverso tam arcte ut plane cohaerentibus sine obice lateri valvis suspicio excluderetur latebrae illic humani corporis capacis. illorum vero gener (et hic enim, ut prosperitatis affinibus particeps fuerat, ita et consors calamitatis futurus erat) irrepens qua potuit in tenebrosas angustias circa monumentum Augustorum latere studuit. caeterum protovestiarius in adyta ingressus templi, cum observasset prope mensam altari collateralem vicinum conchae intercolumnium obscurum, in id se abstrusit, experturus an ibi posset vel loci religione vel tenebrarum beneficio servari. sed nihil horum ipsis ad vitandum periculum profuit. irrumpentibus enim in sacram aedem affluxu continuo plurimis, et inde late vulgato terrore passim aliis studio vitae tuendae fugam captantibus, abire a templo magistratus quoque ipsos contigit, nihil esse quod ibi agerent ratos. porro seditiosi, crescente usu et successu sceleris audacia, furiosum plane in

www.libtool.com.cn

ναὸν ἐφαλλόμενοι ἀκριβῶς ἠρεύνων, μηδὲν τῶν τοῦ ναοῦ καταλιπόντες ἀνεξερεύνητον. ὅθεν καὶ ἄλλος ἄλλον εὑρών τε καὶ κατασχὼν ἀπηνῶς καὶ ὡς αὐτῷ δοκοῦν διεχρᾶτο. οὐ μὴν δὲ οἱ ἄλλοι κατερραθύμουν, ἀλλ' ἐφ' ἑνὶ πολλοί τινες περιστάντες ἐφαλλον ἔκληττον ἠκίζοντο καὶ νεκρὸν τὸν ἄθλιον, ὡς καὶ εἰς πολλὰ τὸν ἕνα κατακεκόφθαι· οὕτως ὥπλιζεν αὐτοὺς ἡ κακία, καὶ ὁ θυμὸς μεμηνότας θῆρας ἐδείκνυ. τὸν μέντοι γε πρωτοβεστιάριον Κάρουλός τις τῶν ἀδύτων κατατολμήσας καὶ τὰ πολλὰ διερευνησάμενος ἐπεὶ οὐχ εὗρισκεν, ἀπειπὼν ἔμελλεν ὑποστρέφειν. ἀλλ' ἡ μοῖρα οὐδ' ἐκεῖνον εἴα τοῦ πάθους ἐκτός· τὴν γὰρ πρόθυσιν εἰσελθὼν καὶ τῆδε κἀκεῖσε περιβλεψάμενος ἐπὶ γόνασι συνιζάνοντα κάτωθεν εἶδε τὸν οἰκτιστον, καὶ ἰδὼν ὁρμᾷ καθαιρεῖν ἀπηνῶς. καὶ ὃς δυσωπεῖ τὸ οἰκεῖον αἷμα πολλοῦ τινὸς ἐξωνούμενος. ὁ δὲ οὔτε πρὸς τὸ σχῆμα τῆς ἱκετείας ἀπεῖδεν οὔτε μὴν ὑπεκλάσθη τοῖς ἐπηγγελμένοις, ἀλλ' εὐθὺς κατασχὼν ἀναιρεῖ ξιφιδίῳ. καὶ δῆλον γεγονὸς τὸ πραχθέν, οὐκ ἦν ὅστις ἀπῆν ἐκεῖθεν, ἀλλ' ἕκαστος ἐπιστὰς ὡς εἶχεν οὐτάζων καὶ μεθ' ὕβρεων ἤκιζε, καὶ ἐς τοσοῦτον μελεϊστὶ κατεδάσαντο ὥστε καὶ τοὺς ἐνταφιαστὰς ὕστερον σάκκῳ τὰ μέλη καταθέντας οὕτως ἐκφορῆσαι καὶ τάφῳ δοῦναι. ἐπεὶ δ' εἰς τέλος τοῖς ἀνημέροις ἐκείνοις ἐπράχθη τὸ τόλμημα, συὸς τρόπον θήξαντες τοὺς ὀδόντας ὡς

modum bacchabundi cursabant scrutantes attentissime cuncta, nullamque templi partem non inspectam et exploratam curiosissime linquentes. unde factum ut alii alium repertum et correptum crudeliter quo vellent modo interficerent, aliis interim haud cessantibus: nam unumquemque comprehensorum multi circumstantes pulsabant, caedebant, excarnificabant, etiam in ipsum saevire pergentes cadaver exanime, ita ut unum in multa dissectum fragmenta late spargeretur corpus. tanta istos vaesania urgebat, eo provectos amentis irae, ut supra humanum modum ferina prorsus rabie ruerent. quaerens denique protovestiarium Carolus quidam penetrare ausus in adyta, et ibi multa nequidquam scrutatus, desperata inventione recedere parabat. sed fatum non sivit illum evadere immunem damni: nam resumpta repente Carolus scrutandi cura sacram mensam subiens, et huc illucque versans oculos, depressum subtus in genua miserrimum deprehendit, nec distulit in eum trucidaturus irruere, frustra ille deprecante, et quantum vellet sui sanguinis offerente pretium, siquidem latro nec habita supplicis flexus nec rigore animi magnitudine promissorum vel tantillum infracto, statim apprehensum pugione confecit. quod cum mox esset publicatum, nullus fuit qui eo non accurreret ac supra stans caederet cumque contumelia conscinderet mortuum. adeoque illum membratim conciderunt, ut qui deinde sepelire voluerunt, necesse habuerint laceros et ab invicem discissos artus in saccum colligere, quo ad sepulturam efferre possent. postquam vero immanes sanguinarii veti se compotes perpetrato audacissimo scelere viderunt, tum vero stridere dentibus instar aprorum frendentium, ut nemo etiam optimatum aut magi-

www.kibtool.com.cn

μηδὲ καὶ τοὺς ἐν τέλει κατωπαδὶς ἐκείνων ἔχειν ἵστασθαι καὶ
B ἐλέγχειν ἢ μὴν ἐρωτᾶν τί παθόντες καὶ τίνος ὁρμήσαντος τοιαῦτα
πράττοιεν, ἐπὶ τὰς σκηνὰς εὐθὺς ὥρμων τῶν φονευθέντων, καὶ
ᾧ προστετύχει ἕκαστος μεθ' ὅτι γενναίου τοῦ παραστήματος,
ὡς οὐδενὸς καινοῦ γεγονότος, ἐξεφόρουν ἐπεγγελῶντες, καὶ τὸ
ἐπὶ γλώσσης ἔγκλημα συχνάκις λεγόμενον ἦν, "οἱ ἐχθροὶ καὶ
δύσνοι τοῖς βασιλεῦσιν, οἱ βασιλειῶντες, οἱ παντὶ τρόπῳ εἰ μὴ
κεκώλυντο οἱοῖτ' ἄρξαι, οἱ τοῦ στρατιωτικοῦ ἀλιτήριοι, οἱ μαγ-
C γανείαις μὲν τὸν πατέρα μεθ' ὑπουλότητος ὑπελθόντες, φυλα-
κῆς δὲ δόξῃ καὶ ἀσφαλείας τῷ υἱῷ ἐφεδρεύοντες, ὡς δεδώκασιν
ἀξίας καὶ ὡς ἔδει τὰς δίκας, ὡς εἰκότως διαπεπράχατοι, καὶ ὡς
εὐνοϊκῶς τοῦ λοιποῦ δουλεύσομεν τῷ δεσπότῃ τῶν ἐκεῖθεν ἀπαλ-
λαγέντες κακῶν." ταῦτ' ἔλεγον, καὶ λείαν Μυσῶν τἀκείνων
ἐποίουν, ἀμφοτέραις ἐξαντλοῦντες τὸν πλοῦτον ἐκ τῶν σκηνῶν.
τούτων οὖν οὕτω τελεσθέντων, μηδενὸς οἷόν τε δοκοῦντος μιαρ-
D γῶντι πλήθει καὶ ἀναρχίᾳ ἐμποδὼν ἵστασθαι, τῶν μὲν ταῖς ἀλη-
θείαις δεδιότων τῶν δὲ καὶ κατὰ προσποίησιν (σημεῖον δὲ· καὶ
γὰρ τῆς τοῦ πρωτοβεστιαρίου συζύγου ἐκεῖ παρούσης καὶ δεινὰ
ποιούσης καὶ λεγούσης ἐπὶ τοῖς τολμηθεῖσιν, ἐμβριθέστερον ὁ
μέγας κονοσταῦλος καὶ θεῖος αὐτόθεν ἐπεῖχεν, ἐπιτάττων σιγᾶν
φοβουμένῃ μὴ καὶ αὐτὴ πάθοι, εἰ μὴ σιγῴη, τὰ ὅμοια), — ὡς
E γοῦν συνεχέθησαν ἅπαντες, καὶ κύριοι καὶ ὑπηρέται ἐπ' ἴσης

stratuum prope ipsis adstare sustineret, multo minus reprehendere, aut quid passi quove instigante talia facerent rogare. subito deinde in aedes irruperunt interfectorum, ibique quidquid cuique quod placeret, occurrerat, tam secura ludibundi ac ridentes efferebant audacia ac si nihil novi contigisset, in ore habentes ac crebro iterantes mortuorum crimen his expressum verbis: "hostes et proditores imperatorum, principatum affectantes, et quovis modo, nisi sic prohiberentur, ad tyrannidem perventuri, militaris ordinis oppressores detestabiles, magicarum artium clandestino maleficio in patrem Augustum grassati, filio pupillo specie custodiae et praestandae securitatis insidiantes, ut poenas dederunt prout oportuit dignas! ut iure ac merito quod decuit factum est! ut fideli ac devoto alacres animo, dira scelestorum liberati tyrannide, domino deinceps serviemus!" haec simul loquebantur, simul impune velut e Mysis praedam congerebant, agentes ferentesque res opimas e plena Muzalonum domo. haec in hunc modum sunt acta, nemine sibi tantum auctoritatis aut virium inesse putante, quanto esset opus ad reprimendum furorem effraenatae multitudinis, obstandique contumaciae legum et imperii victrici aliis revera timentibus, aliis simulantibus timorem. argumento sit quod protovestiarii uxorem illic praesentem, et quae par erat videntem talia deplorantem ac loquentem, magnus conostaulus eius patruus graviter increpitam corripuit et silere iussit, metu ne pateretur viro similia, si verbis irritare furentes pergeret. ergo cohibitis in direpta domo pari timore

www.libtool.com.cn

εἶχον τῶν φοβερῶν, ἑκάστου ζητοῦντος τὸ σώζεσθαι, ἀπαίρουσιν ἐκεῖθεν εὐθύς, ἐφ' ὅ τι καὶ παραγένοιντο μὴ φροντίσαντες, καὶ σὺν οὐδενὶ κόσμῳ φεύγοντες. τῷ μὲν βασιλεῖ ἀσφαλῆ πλέον ἢ πρότερον τὰ τῆς φυλακῆς ἐφιστῶσι, μή τι καὶ νεωτερισθῇ πλέον.

Οὕτω συγχυθέντων ἁπάντων, ἕκαστος τὰ καθ' ἑαυτόν, ὡς εἶχε, κατησφαλίζετο. (20) καὶ οἱ μὲν ἀμφὶ τὸν Καρυανίτην πρωτοβεστιαρίτην τότε τυγχάνοντα, ἄνδρα γεραρὸν καὶ πολλοῦ τινὸς ἄξιον, φυγῇ ἐχρῶντο πρὸς Πέρσας αὐτομολοῦντες, οὐ βασιλεῖ ἐγκοτοῦντες, ἀλλὰ περὶ ἑαυτοῖς δεδοικότες διὰ τὴν τῶν πραγμάτων σύγχυσιν. εἴτε γὰρ αὐτοβούλως ὥρμων οἱ ἐπιθέμενοι μή τινος παρορμῶντος, ἔχειν καὶ πάλιν οὕτως ὁρμᾶν μηδ' ὁτιοῦν κολασθέντας· εἴτε καὶ ἄλλοι σφᾶς ὁρμῶντας παρώτρυναν, ἐκείνους καὶ κατ' αὐτῶν παροτρύνειν ἔχειν, κἀντεῦθεν κινδυνεύειν μὴ προσδοκῶντας πολλούς, καὶ μᾶλλον τοὺς ἐπ' ἐξουσίας ὄντας, οἷς ὁ φθόνος ὑφεῖρπε πολὺς καὶ δεινός. οἱ μὲν οὖν διὰ ταῦτα αὐτονυχεὶ εὐθὺ Περσίδος ἀνὰ κράτος ἤλαυνον, ἄλλοι δ' ἀλλαχοῦ ἀνεχώρουν, κινδύνους ὑφορώμενοι τοὺς μεγίστους, ἄλλοι δὲ καὶ ὡς οἷοίτ' ἦσαν διεφυλάττοντο. ὁ μέντοι γε μέγας κονοσταῦλος τοὺς ἀδελφοὺς ἐπιστήσας, νέους ὄντας καὶ συνετούς, ὧν ἄτερος μὲν Ἰωάννης ὁ δὲ δεύτερος μετ' ἐκεῖνον Κωνσταντῖνος ἐλέγοντο, ὀφφικίοις οὔπω σεμνυνομένους, τὰς

P 36

B

C

3. μὲν] μέντοι? 22. ὁ Κωνσταντῖνος P.

cunctis aeque dominis et famulis, unoquoque in lucro ponente si salvus evaderet, abscedunt inde tandem, nihil pensi habentes quo ferrentur, ac quasi fugientes nullo ordine. principi quidem validiorem quam prius custodiam apponunt, ne quid ex eo novae rei posset exurgere.

Sic confusis cunctis, unusquisque securitati ac saluti propriae quam poterat diligentissime cavebat. (20) at Caryanites quidem tunc protovestiarites, vir aetate iam matura venerabilis meritique maximi, cum necessariis et familiaribus ipsa nocte recessit transfugiens ad Persas, non quod imperatori succenseret, sed quod sibi metueret ob perturbationem rerum. sive enim id per se nemine instigante seditiosi ausi erant, iure timeri paria rursus eosdem attentaturos impune, summo discrimine gerentium magistratus, in quos gravis incumbebat invidia: sive ipsos alii impulerant, etiam iterum concitandam vim militarem ab iisdem in minime opinantes multos iure formidari. alii similiter alio se receperunt, maxima quaeque rati domi manentibus impendere pericula. porro alii in attenta sui ipsorum custodia perstabant. at magnus constaulus fratribus (quorum natu maior Ioannes, minor Constantinus vocabatur) ad communem tutelam adhibitis idoneam cuique subiecit praesidiariorum manum.

D πρεπούσας ἑαυτῷ φυλακὰς καθίστη. ἐντεῦθεν μὲν καὶ συνεχέστερον ἐφοίτων πρὸς βασιλέα, καὶ διημέρευον σὺν ἐκείνῳ, οἱ πλείους δὲ καὶ διενυκτέρευον. τὰ δὲ τῆς πρὸς ἐκεῖνον εὐνοίας καὶ πίστεως καὶ μᾶλλον φιλοτιμούμενοι πρὸς ἀλλήλους ἐνεδει-
P 37 κνύοντο ἐμφανῆ καὶ ὡς οὐκ ἄλλως γε μείζονα. (21) ὅμως καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐφιλονείκουν καὶ ἐρίζειν ἀπήρχοντο. ἡ δὲ φιλονεικία ἐκ φιλοτιμίας σφίσιν ἐτύγχανεν· ἠμφισβήτουν γὰρ ἀλλήλοις τῆς περὶ τὸν βασιλέα φροντίδος, ἑκάστου τῶν ἐν ἀξιώματι ὄντων μὴ φέροντος τοῖς ὁμοίοις ὑποτετάχθαι. ἦσαν γὰρ ἔνθεν μὲν οἱ ἐκ Λασκαρίων Τζαμάντουροι, γήρᾳ τε καὶ συνέσει κε-
κοσμημένοι, οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τὸ πρὸς τὸν νέον βασιλέα συγ-
B γενῶς ἔχειν καὶ παππικῶς πολλὴν ἐνεποίει τὴν τοῦ ταῦτα ζητεῖν παρρησίαν· ἔνθεν δὲ οἱ ἐκ Τορνικίων τὸ γένος ἕλκοντες, ὧν ὁ πρῶτος καὶ μέγας πριμικήριος ἦν. εἶχον γοῦν καὶ οὗτοι τὸ πρὸς τὸ ἀμφιβαλλόμενον ἰσχυρὸν τὸ ἀπὸ πατρὸς οἰκεῖον καὶ ἀδελφικὸν ἐν γράμματι πρὸς τὸν τοῦ νέου πάππον καὶ βασιλέα Ἰωάννην τὸν Δούκαν. ἐκεῖθεν οἱ Στρατηγόπουλοι, ὧν τοῦ γένους ἐπίδοξος
C ὁ Ἀλέξιος, πολλὴν φέρων τὴν αἰδῶ ὡς εὔγερως ἀπὸ πάντων καὶ πλεῖστα προσέτι κατωρθωκώς· οὗ καὶ ὁ παῖς Κωνσταντῖνος γαμβρὸς ἐπ' ἀδελφιδῇ τοῦ βασιλέως Ἰωάννου ἐξ ἀριστείας φανεὶς

14. πριμμικήριος P.

adolescentes hi prudentes erant, nondum ad officiorum promoti honorem, eoque, utpote alia vacui cura, apud imperatorem magis assidui, ac cum eo soliti non dies solum totos exigere sed etiam non raro pernoctare, de fide in illum ac caritate certantes inter se, nullamque occasionem praetermittentes declarandi quam maxime poterant sui erga principem studii praestantis. (21) verum omnes qui remanserant principes acris habebat aemulatio solicitos invicemque commissos, unoquoque sibi ambiente nec ulli alii cedere parato curam peculiarem ac tutelam imperatoris adhuc pueri. erat ea singulorum nobilitas ac dignitas, et ex harum conscientia sui opinio, ut subiici cuiquam eorum quibus se pares existimabant nemo unus aequo animo passurus videretur. hinc se offerebant e Lascaridum gente Tzamanturi, qui gravi senectute venerabiles et fama prudentiae conspicui, efficaciter sibi suffragari confidebant ad impetrandam procurationem pupilli principis et communionem cum eo intimam sanguinis et auctoritatem quasi paternam a natura ipsis datam in natu minorem suae familiae alumnum. e diverso se ostentabant orti e Torniciorum genere, quorum primus magnus erat primicerius. his fiduciam auferendi prae omnibus ambiti caeteris honoris dabat patris ipsorum apud avum imperatoris Ioannem Ducam Augustum summa gratia familiaritate intima coniuncta. occurrebant aliunde Strategopuli, in quibus genere illustris Alexius, cuius omnes in canitie decora magnis rebus gestis virtutem ac famam reverebantur. huius filius Constantinus Gregorius, affinis imperatoris Ioannis ducta eius nepte ac claris factis inclytus, postea privatus

www.libtool.com.cn

ὕστερον στερεῖται τῶν ὀφθαλμῶν, ἅρτι Θεοδώρου τοῦ Λάσκαρι μοναρχήσαντος. αἰτίαν δ' ἔσχεν ὡς καθυπερηφανεύοιτο τοῦ κρατοῦντος, ὑπεροπτικῶς πρὸς ἐκεῖνον ἔχων νεωστὶ μετὰ τὸν πατέρα τῶν σκήπτρων ἐπειλημμένον. καὶ οἱ ἐκ ταῦ Ῥαοὺλ εὐ- D
γενεῖς ἄλλοι, μετὰ πατέρα τὸν τοῦ ἀξιώματος ἐκπεσόντα, ὡς φθάσαντες εἴπομεν, ἔτι νεάζοντες, καὶ Παλαιολόγοι. σὺν οἷς καὶ Βατάτζαι καὶ οἱ τοῦ Φιλῆ, ὧν ὁ πατὴρ Θεόδωρος τετύφλωτο καὶ αὐτὸς σὺν τῷ Στρατηγοπούλῳ τῆς αὐτῆς ἐκείνῳ χάριν αἰτίας, σὺν Καβαλλαρίοις τε οἱ Νοστόγγοι καὶ οἱ Καμύτζαι, σύν τε καὶ
Ἀπρηνοῖς καὶ Ἀγγέλοις οἱ Λιβαδάριοι Ταρχανειῶται Φιλανθρω- E
πηνοὶ καὶ οἱ εὐγενεῖς Καντακουζηνοί, καὶ ὅσοι ἄλλοι οἷς ἡ μεγαλογενὴς σειρὰ καὶ χρυσῆ συγκεκρότητο. ὁ μέντοι γε Νοστόγγος Γεώργιος καὶ προσεφιλοτιμεῖτο· ἐκυδροῦτο γὰρ τῶν ἄλλων εἰς κῆδος βασιλικὸν προτιμώμενος. καὶ γὰρ ἔτι ζῶν ὁ κρατῶν ἁρμόζειν εἰς γάμον αὐτῷ τὴν παῖδα διὰ βουλῆς ἔχων πολλοῖς καὶ ἄλλοις ἐπίστευε τὴν βουλήν, κἂν ἐπλήρου καὶ τὸ συνάλλαγμα, εἰ μή γε θάνατος τῷ βασιλεῖ ἐπελθὼν ἐμποδὼν ἔστη τῇ πράξει. P 88
τότε δ' αὖθις ἐπιθαρροῦντα τοῖς ἐγνωσμένοις ὡς καὶ πάλιν τυχεῖν ἔσται οἱ τοῦ κήδους μέγα φρονεῖν ἡ ἐλπὶς ἐποίει, καὶ κατηλαζονεύετο πρὸς τοὺς ἄλλους, καὶ μᾶλλον τὸν αὐτανέψιον, ὃς ἦν ὁ μέγας κονοσταῦλος, διαφιλοτιμούμενος. ὅθεν κἂν τοῖς βασιλικοῖς προαυλίοις ἀνέδην ἐσκήνει, καὶ καθ' ἡδονὴν διατριβῆς

oculis fuerat Theodoro Lascari regnante, gravi arrogantiae poena qua superciliose despexisse imperatorem visus erat, cum is post patris mortem rerum habenas in manus sumere coepisset. accedebant et filii Raülis, alii patricii, qui post obitum Ioannis Augusti dignitatibus exciderant; alteri praeterea Palaeologi, et cum his Batatzae et Philis filii, quorum parens Theodorus cum Strategopulo eamdem ob causam excaecatus est, et cum Caballariis Nostongi ac Camytzae, et cum Aprenis atque Angelis Libadarii, Tarchaniotae, Philanthropeni et nobiles Cantacuzeni; tum si qui alii, quibus illa magnifica series et quasi aurea nobilissimorum procerum corona constabat. Nostongus inter eos Georgius aemulationis communis modum peculiari ambitionis arrogantia superabat, eo maxime in superbiam elatus quod imperator adhuc vivens filiam illi collocare in matrimonio decreverat, et multos istius sui consilii participes fecerat, et omnino mandaturus executioni rem eam fuerat, nisi morte fuisset praeoccupatus. porro tunc adhuc Georgius in ea perstans fiducia perficiendae huius affinitatis iam ante destinatae, ista ipsa spe in tumorem non modicum inflabatur, cum alios superbe despiciens, tum ipsum maxime nepotem ex sorore magnum conestaulum impotentius aemulans. quare in atriis imperatorii palatii vane ac impudenter sese iactabat, adeo ut non dubitaret puerilibus Augusti ludis se immiscere, collusorem se principi obtrudens, et cum eo simul equitans in arundine, pariterque, ut solitum illis, pila

www.libtool.com.cn

B ἱππάζομένοις τοῖς ἄρχουσιν ἐπὶ κοντῶν συντριβῇ ἢ καὶ κατὰ παλγνιον σύνηθες σφίσι τῆς σφαίρας ἐκ μεγάλου τοῦ θάρρους συνιππάζετο καὶ συνέπαιζεν, ἐγγὺς ἱσταμέναις καὶ ὁρώσαις ταῖς βασιλίσιν ἐπιδεικνύμενος.

C 22. Τέως γε μήν, ἐπεὶ οὐκ ἦν ἀνεπιτρόπευτον μένειν τὸν βασιλέα, ἐν ἀφήλιξι γνωριζόμενον καὶ ἄπαλὸν ἦτορ φέροντα, συνελθόντες ἅμα οἱ ἐν τέλει καὶ βουλευσάμενοι ὡς οὐκ ἀσφαλὲς δίχα τῆς ἐκκλησίας καὶ τοῦ ταύτης προεστῶτος (Ἀρσένιος δ' οὗτος ἦν) καθιστᾶν τὰ τοιαῦτα, πρὸς μὲν τὸν ἐξ Αὐτωρειανῶν πατριάρχην πέμπουσι τὴν ταχίστην μετακαλούμενοι Νικαήθεν τοῦτον, αὐτῶν δὲ καθ' ἑαυτοὺς ἐφ' ἡμέραις διασκεπτομένων,

D ἄλλον ἄλλου εἰς κηδεμονίαν τοῦ βασιλέως προκρίνοντος, τέλος ἐπὶ τῷ μεγάλῳ κονοσταύλῳ τῷ ῥηθέντι Παλαιολόγῳ ἡ κοινὴ βουλὴ καταντᾷ ὡς αὐτοῦ γε καὶ μόνου παρὰ τοὺς ἄλλους ἱκανοῦ πρὸς τοῦτο φανέντος· εἴπερ γὰρ ἄλλον, στρατηγικώτατον εἶναι τὸν ἄνδρα, καὶ οἱ ἐκ παλαιοῦ αὐτάρκες εἶναι τὸ εὐγενές, καὶ τρίτον τὸ πρὸς τὸν κρατοῦντα συγγενὲς ἅμα μὲν αὐτόθεν ἅμα δὲ καὶ ἐκ τῆς συζύγου (τῆς μὲν γὰρ δεύτερος αὐτανέψιος ἦν, τοῦ

E δὲ δευτέρου αὐτανεψίου υἱὸς) πολλὴν ἐμποιεῖν αὐτῷ τὴν εἰς τὸ κηδεμονικὸν τοῦ βασιλέως παρὰ τοὺς ἄλλους ἐχχώρησιν. ἀλλὰ τὰ μὲν ἐκείνου πρὸς τὸ προτιμᾶσθαι τῶν ἄλλων δίκαια ταῦτ'

ludens, et in similes eius aetatis remissiones sese ingerens familiaritate nimis audaci, sicque sese reginis sororibus imperatoris coram e propinquo spectantibus venditans vano gloriolae pruritu.

22. Verum enimvero cum diutius non posset parvulus imperator in tam imbecilla ac tenera aetate certi tutoris providentia destitutus relinqui, ad electionem apti ad id munus coeuntes magno numero praecipui quique magistratus atque aulae proceres ante omnia decreverunt haudquaquam tutum videri tanta de re statuere sine cleri et ecclesiae consensu eiusque consilio ac nutu qui rebus ecclesiasticis tunc praeerat (is erat Arsenius). itaque per exautorianorum patriarcham illum ex urbe Nicaea curriculo accersunt. ipsi vero interim serio in deliberationem ingressi post multam et attentam disquisitionem disceptationesque varias, alio alium praeferente, tandem in eam sententiam maiori ex parte conveniunt quae curam imperatoris ac tutelam saepius memorato magno conostaulo Palaeologo committendam censebat: videri enim illum unum prae cunctis reliquis ad eam rem idoneum maxime utpote virum fortem et rei militaris experientissimum, cuique affatim suppeteret antiquae nobilitatis. accedebat tertio loco domestica sanguinis necessitudo cum imperatoribus avo et patre principis regnantis, ex utraque stirpe paterna maternaque. nam Augustae quidem pronepos, ex imperatoris vero pronepote natus erat. his vere firmamentis nitebatur Palaeologi spes, eaque allegabat potissimum qui eius electionem suadebat orator. verisimile tamen est haud plane his argumentis confisum eum, praeter ea quae palam agebat-

www.libtool.com.cn

ἦσαν, καὶ ὁ ὑπὲρ ἐκείνου λέγων ταῦτα προυβάλλετο· παρέχει δὲ καὶ τὸ εἰκὸς ἐννοεῖν ὡς κἀκεῖνος τὸ πρᾶγμα ποικίλως μετεχειρίζετο, οὐκ ὀλίγους κλέπτων ταῖς ἀγαθαῖς ὑποσχέσεσι, καὶ μᾶλλον οἷς ἐκπεσεῖν τῶν ἀξιωμάτων συνέβη ἐκ τῆς τοῦ καιροῦ δυσκολίας τὸ πρότερον. ὁ δὲ ὑπελθεῖν μὲν τὴν φροντίδα μηδὲν μελλήσας P 39
κατένευε, πένης ὢν καὶ μηδὲν ἔχων κατὰ τὸ μέτρον τοῦ ἀξιώματος φιλοτιμότερον διαζῆν· ὡς ἂν δὲ μὴ δοκοίη τῷ ἐξ ἑτοίμου λαμβάνειν χάριν τοῖς παρέχουσιν ἔχειν, μηδ' ὡς φορτίον ἐπωμιζόμενος παραιτεῖσθαι, ἐζήτει μὲν καὶ τὴν τοῦ πατριάρχου ὅσον οὔπω ἐπιστησομένου συναίνεσιν, οὐ κατὰ χρείαν μᾶλλον, ἀλλ' ἵν' ἀσφαλέστερον τὸ γινόμενον καθιστῷτο. πλὴν ἀλλ' ἀντιδοθῆναί οἱ καὶ τῆς ἐπὶ τῷ βασιλεῖ κηδεμονίας τὰ ὑψηλότερα τῶν B
ἀξιωμάτων προσαπαιτεῖ. (23) οἱ δὲ τῶν μὲν ἐκείνων βουλευ- C
μάτων τὸ κῦρος οὐχ ἧττον καὶ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἤθελον εἶναι, οὐ μὴν δὲ ὥστε καὶ σφᾶς ἀναγκάζεσθαι ἐφ' οἷς ἐδέδοκτο σφίσι μεταβουλεύεσθαι· τὸ δὲ προβιβασθῆναι τὸν τοῦ βασιλέως ἐπίτροπον εἰς βαθμὸν τοῦ ἀξιώματος μείζονα εἰκός γε εἶναι διωμολόγουν, καί πως καὶ ἀμηγέπη διὰ ταῦτα κἀπὶ τούτῳ συνεφώνουν D
οἱ πλεῖστοι. καὶ εἰς μέγαν δοῦκαν ὁ τῶν βασιλικῶν πραγμάτων

tur dicebanturque, admovisse clanculum arcanas artes corrogandis varia industria suffragiis studiisque velificari eius ambitioni valentium, qualium multos putatur amplis sibi promissionibus adiunxisse, praesertim ex iis qui superis aulae tempestatibus iacturam dignitatum fecerant. et suberat causa cur occasionem non negligeret, sed curam intenderet omni cunctatione emissa in rem sibi unice necessariam in statu praesentis fortunae, exhaustae atque inopis, egestate siquidem pecuniae summa laborabat, non habens omnino unde dignitatem tueretur, multo autem minus unde, quod naturaliter amabat, munifice ac splendide viveret. porro ne hinc quidem visus accipere nimis cupide oblatum honorem, obnoxium se ac gratiae debitorem deferentibus constitueret, inde vero formidare onus impositi officii quasi conscientia infirmitatis videretur, mediam inter illa extrema viam tenens, primum petiit patriarcham auctorem fieri decretae sibi dignitatis, ideoque conclusionem deliberationis ultimam in eius proximum, ut putabatur, adventum differri, non quod huius assensum omnino necessarium, sed quod eo accedente securius transigendam firmiusque constituendam rem putaret. deinde rogavit ut sibi boni publici studio difficilis et gravis procurationis subeunti pondus, in pretium operae ac solicitudinis regenda imperatoris pueritia exantlandae, annuere vellent excelsiores aulae dignitates. (23) quibus auditis congregati proceres morem illi gerendum in utroque quaesito censuerunt: nam et ad auctoritatem immutabilitatemque rerum a se decretarum conducere putabant ratas eas ab ecclesia haberi, absque eo tamen ut iterum in dubium ac deliberationem vocarentur; et aequum plerisque consentaneumque visum est tutorem gubernandae tenerae principis aetati praepositum in sublimiorem, quam in qua hactenus stetisset, dignitatis gradum attolli. quare id pluribus suf-

www.libtool.com.cn

ἐπίτροπος μετατίθεται, βασιλέως δῆθεν διδόντος, καὶ τὸ λοιπὸν ὁ Παλαιολόγος μέγας δοὺξ καὶ τοῦ βασιλέως ἐπίτροπος φημιζόμενος πρὸς ταῖς φροντίσι τῶν κοινῶν ἦν, καὶ ἐξ ἐπιτάγματος ἀπαραιτήτου συμπραττόντων καὶ τῶν ἐν τέλει διῴκει ταῦτα. καί
E πως ἀμηγέπη διὰ ταῦτα κατ' ἀναγκαίας χρείας τῶν βασιλικῶν ταμιείων προσήπτετο. ἦν γὰρ χρημάτων πλῆθος ἐναποτεθησαυρισμένον ἐν Μαγνησίᾳ, οὐ ῥᾳδίως ἀριθμητόν, συλλεγὲν καὶ ἀποτεθὲν παρ' Ἰωάννου τοῦ Δούκα καὶ βασιλέως. τὸ γὰρ παρὰ τοῦ παιδὸς ἐκείνου Θεοδώρου τοῦ Λάσκαρι συναγόμενον ἰδίως
P 40 ἄλλο τι χρῆμα, εἰς βασιλείας αὔταρκες ὄγκον, ἐν τῷ κατὰ ἄνω Σκαμάνδρου φρουρίῳ τῷ οὕτω πως Ἀστυτζίῳ ὑποκοριζομένῳ ἀσφαλῶς ἐναπέκειτο. πλὴν οὐκ ἐκλογαὶ ταῦτα ἢ εἴσπραξις ἄδικος, οὐδ' ἀνθρώπων βίος καὶ πενήτων οὐχ ἧττον ἢ χρυσὸς αἵματα, ἀλλὰ πλοῦτος ἔκ τε τῆς περὶ τὰ ἴδια προμηθείας καὶ ἐκ τῆς τῶν ἀλλοτρίων κατὰ προσένεξιν εἰσφορᾶς συλλεγείς τε καὶ
B αὐξηθείς· τὸν μὲν γὰρ ἐκ γεωπονίας συνῆγον, τὸν δ' ἐξ ἀλλοδαπῆς συνέλεγον. πλὴν οὐχ ὥστε καὶ ἀποτεθησαυρίσθαι τὸν πάντα μηδενὸς μετέχοντος, ἀλλ' ἐξαιρουμένων τῶν ἀναγκαίων εἰς δόσεις καὶ ῥόγας καὶ δαπανήματα, καὶ μᾶλλον εἰς ἐπιφανῶν μὲν ἀνδρῶν φιλοτιμίας πενήτων δὲ χορηγίας, ὡς ἐκχεῖσθαι κατ'

12. ἢ deest.

fragiis iusserunt. magno igitur procerum consensu curator electus reipublicae per teneram regnantis aetatem, concedente imperatore, magni ducis appellatione insignitur. itaque mox Palaeologus simul dux magnus, simul tutor principis acclamatus, de publici consilii sententia rem administrare publicam coepit, eaque occasione regium attigit aerarium. erat autem vis pecuniae condita in urbe Magnesia non facile numerabilis, collecta et ibi deposita a Ioanne Duca imperatore: nam quae alia proprie a Theodoro Lascari eius filio congregata pecunia fuerat tanto numero, ut ad quasvis imperii expensas posset sufficere, secure custodiebatur in arce ad Scamandrum sita, quae diminuto vocabulo Astytzium, hoc est urbecula, vocatur. caeterum non ex corrasionibus et extersionibus iniquis hae summae conflatae fuerant, neque eius generis erant hi thesauri quos raptim congestas in unum hominum vitas et pauperum sanguinem non immerito quis dixerit, sed ex temperanti parsimonia natae copiae, fructus oeconomicae prudentiae perceptus ex proventibus agrorum aut iusta commutatione commercii e terris exteris, innoxio redituum genere, nihil admixtum habens odiosae corrogationis ex alieno censu. nec porro ibi detinebatur avara custodia necessarios invidente usus egentibus, sed non parce profundebatur, cum erat opus, in donativa, stipendia, similesque sumptus, maxime in munificas largitiones, quibus vel insignibus viris magnorum laborum egregiorumque facinorum merces numerabatur, vel inopi turbae suppeditabatur unde viveret, ut ex his quasi fontibus regiae misericordiae in felicitatem publicam perennia flumina redundarent. quod

www.libtool.com.cn

ἀεννάων ποταμῶν πλημμύρας τὸ βασιλικὸν ἔλεος, τὸ λοιπὸν τῶν χρημάτων τοῖς ταμιείοις ἐντεθησαύριστο. τὸ γὰρ ἐπὶ Κύρου καὶ Δαρείου τὸ πάλαι λεγόμενον ἐπ' ἐκείνοις ἄντικρυς ἦν, καὶ ὁ C μὲν Ἰωάννης πατὴρ Ῥωμαίων, ὁ δ' αὖ Θεόδωρος δεσπότης ἐνομάζοντο. εἰς τόσον καὶ γὰρ ὁ μὲν Ἰωάννης προμηθευτικῶς τοῖς ἅπασιν εἶχεν, ὥστε καὶ ἰδίαν πρόνοιαν τῆς βασιλικῆς ἐξουσίας τὰ λεγόμενα ζευγηλατεῖα ἡγούμενος παρ' ἕκαστον κάστρον καὶ φρούριον κώμας ἐπὶ τούτοις καθίστη, ἐφ' ᾧπερ ἐκ τῆς ἐκείνων ἐπικαρπίας καὶ εἰσφορᾶς σιταρκοῖτο μὲν καὶ τὸ παρακείμενον φρούριον, ἔχοι δέ γε καὶ ὁ κρατῶν ἐντεῦθεν πολλοῖς ἢ καὶ D πᾶσιν ἐξαντλεῖν τὰς τῆς εὐεργεσίας ἀμάρας. ὁ δέ γε Θεόδωρος εἰ καὶ δραστικώτερον ἐχρυσολόγει ἐκ κοινῶν συνδόσεων, ἀλλ' εἰς τὸ πολλαπλάσιον ἐξεκένου γνώμης ἁπλότητι, ἐξ ὧν ἀμπώτιδές τινες καὶ χαρύβδεις ὡς ἐκεῖ τῆς θαλάσσης ἐνταῦθα τῶν χρημάτων ἐδείκνυντο· τὸ γὰρ ἀφαιρούμενον ἐπληροῦτο πάλιν ἐκ τοῦ ῥᾳδίως, καὶ ἦν ἡ τοῦ ὄντος ἀφαίρεσις τοῦ προσγινομένου τοῖς E ἀφαιρεθεῖσι πρόσθεσις πλείων, ἑκάστου μεῖον μὲν συνδιδόντος διὰ τὴν κοινὴν εἴσπραξιν, πλέον δ' ἔχοντος οὗπερ ἀφῄρηται ἐκ τοῦ πάντας ἐκ βασιλέως ἔχειν, κἀντεῦθεν καὶ ἐπιχορηγεῖν ὅτου δέοιτό τις ἐκ τοῦ προχείρου, κἂν τῷ διδόναι μᾶλλον χαίρειν ἢ τῷ λαμβάνειν. καὶ τί γὰρ ὁ τοῦ Χριστοῦ νόμος ἄλλο βούλεται

vere istis supererat sumptibus, sedulo conservabatur. quod enim de Cyro Darioque dicebatur, hisce quoque omnino conveniebat principibus. ac Ioannes quidem Romanorum pater, Theodorus vero dominus vocabatur. tam provida namque cura Ioannes quidem cuncta gubernabat, ut nec indignum regio fastigio duceret ad procurationem humilem descendere instrumenti etiam rustici ac iumentorum ad agriculturae ministeria, vel aratra vel sarraca trahentium; cuius generis provisores ac praefectos per castra singula constituerat, attributis cuique arci eiusque praesidio certis pagis, unde sufficientis annonae copia non solum militibus suppeteret, sed ex abundanti etiam inde princeps haberet quod larga in multos beneficentia profunderet. Theodorus porro etsi efficacior in auro ex communi collatione congregando, tamen idem erat prae simplicitate mentis haud satis cautae in eodem prodige dispergendo profusior, ut quod in maritimis aestibus Euripo rum ac Charybdum, hic quoque quadam alterna reciprocatione effluentis refluentisque pecuniae cerneretur, exhausti per largitiones aerarii damnis facili mox corrogatione repositis, immo quod expensum erat abundantius redeunte per modicas licet singulis, caeterum propter multitudinem conferentium in summas vel maximas excedentes contributiones subditorum; nec inde exhausta privata quorumcumque facultate, utique quam late ad omnes promanantes et varie in domum ac fortunam quamque perenni quodam cursu profluentes principalis beneficentiae alerent rivuli. prompta quippe praesto aderat omnium necessitatibus larga benignitas principis libentius tribuentis quam acciperet: quid

www.libtool.com.cn

ὁ διδόναι πᾶσιν ἐπιτάττων αἰτοῦσιν ἢ ὥστε πάντας ἔχειν καὶ ἐξαπορεῖσθαι μηδένα, κοινοῦ προκειμένου τοῦ νόμου, ὡς ἄλλου παρέξοντος ἑτοίμου, εἴγε ἄλλος ἀπορήσει διδούς. τοῖς δέ γε μικροψύχοις καὶ τὸ κατ' ἐγγύην χρέος εἰς πολλαπλάσιον πρόσεστι, καὶ ἐγγυητὴς θεός, τὸ θαυμάσιον.

P 41 24. Βούλομαι τοίνυν καὶ ἄλλο τι διηγήσασθαι περὶ τούτων, παραιτοῦμαι δέ, ὅτι καὶ ὁ λόγος διὰ τὸ χρήσιμον παραβέβασται. νόσος ἐνέσκηψε τῷ βασιλεῖ Ἰωάννῃ ποτὲ ἀφαιρεθέντι τὴν ἐπ' ἀγαθοῖς βοηθὸν σύζυγον, τὴν οὐκ οἶδ' ὅ τι καὶ φῶ τῶν θαυμασίων ὀνομάτων Εἰρήνην, καὶ ἡ νόσος ὡς χαλεπή· ἐπείληπτο γὰρ διὰ τὸ γῆρας, οἶμαι. τῶν γοῦν ἰατρῶν ἀπορούντων ἐφ' ὅ τι καὶ τράποιντο, αὐτὸς ἐπὶ θεὸν καταφεύγει, καὶ τὸ
B ἐκείνου πρὸς πάντας ἔλεος κατὰ τὸ δυνατὸν ἐκμιμεῖται. ὥριστο τοίνυν, καὶ σάκκοις ὁ χρυσὸς ἐξαντλεῖται, καὶ ἀνὰ ἓξ καὶ τριάκοντα τῶν ἀκιβδήλων νομισμάτων ἑκάστῳ τῶν ὁπουδήποτε ἀπόρων δίδοται, χωρὶς τῶν εἰς θείους ναοὺς καὶ μονὰς καὶ θεοφιλεῖς ἄνδρας ἐξαντληθέντων, ἐπιμετρουμένου τοῦ ἐλέους πλείστοις ἡμιόνων σάγμασιν. ἀλλ' ἐπιμετρεῖται τῷ ἐλέει τὸ τοῦ
C θεοῦ ἔλεος, καὶ ῥαΐζει τῆς νόσου ὁ ἀσθενῶν, καὶ ἐπιγάννυται, ὡς εἰκός, τῷ ἐλέει. καὶ Ῥωμαίοις ἀπολογεῖσθαι θέλων ὡς ἀμείωτα τὰ κοινὰ τοῦ τοσούτου προβάντος ἐλέου, αὐτὸν ἐκεῖνον

enim aliud Christi lex praescribit, dare cuivis petenti praeciplens? cuius beatus fructus est abundare universos, egere neminem, compensante vicissitudine communiter utili mutuos defectus, dum praesto est qui refundat ex publico quantum ex privato quilibet contulit. a quo ne abhorreant commercio animi pusilli, fideiussorem, quod mirum est, se deus offert, pollicens se repensurum multiplicato foenore quod datum fuerit.

24. Volo et aliud huius generis narrare; petoque veniam, si argumenti utilitate tractus digressionibus indulgeo. morbo correptus aliquando est imperator Ioannes recens viduatus praeclara in rebus bonis adiutrice coniuge, illa, inquam, admirabili Irene, cui pro merito laudandae verba desunt. erat autem morbus sane sonticus et gravis, quippe casus inducebat epilepticis accessionibus similes, etsi forte hi debilitati aetatis iam provectae iustius imputari potuissent. incertis medicis quo se verterent, aeger ad deum confugit, et eius largam in omnes misericordiam prout poterat imitatur. ergo eius mandato hauritur e thesauris aurum plenis saccis, et ad sex et triginta probae monetae nummi egenorum cuilibet ubicumque degentium divisi sunt, praeter ea quae in sacra dei templa, in monasteria et viros deo devotos sunt expensa, liberalitate ea per multos onustos mulos quo oportuit missa. haec Augusti misericordia divinam in eum attraxit. ergo is aegritudine primum facta leviori, deinde plane convaluit, gaudio eius et fructu animi, quantum fas erat ex tam evidenti experimento divinae misericordiae capere. tum purgare se apud Romanos volens, si forte quererentur effusa in pauperes liberalitate publi-

τὸν ἑλεήσαντα τῶν λεγομένων ἔφερε μάρτυρα πρὸς τὸν πατριάρχην Μανουὴλ λέγων ὡς οὐδὲν ἐξήντληται τῶν κοινῶν, ἀλλ' ἐκ προμηθείας κτήσαιτο ταῦτα καὶ μελέτης ἰδίας, ἐξ ὧν γεωπονῶν οὐκ ἀνίει δι' εἰδημόνων ἀνδρῶν, ἔτι δὲ καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς δὴ τοῖς κτήμασι θρεμμάτων διαφόρων ἐπιμελόμενος. οὕτως ἦν αὐτοῖς τὸ θεοφιλές, καὶ οὕτω τὸ φιλορρώμαιον ἔγνωστο.

25. Τότε δὲ πολλοῦ τινὸς ἐν Μαγνησίᾳ τεθησαυρισμέ- D
νου χρήματος, οὐκ ἐξὸν ἦν τῷ μεγάλῳ δουκί τε καὶ ἐπιτρόπῳ ῥᾷστα λαμβάνειν καὶ χορηγεῖν ὅπου ἦν βουλομένῳ οἱ· ἐφειστήκει γὰρ τὸ Κελτικὸν καὶ πελεκυφόρον, ἐφέξον ἤν τις ἐπιχειρολη, καὶ φυλακὴ ἦν τοῖς ταμιείοις, ὡς γνωστῶς δίδοσθαι ὅπου τὸ P 42
ἀναγκαῖον τῆς χρείας ἀπήτει. ἐδίδοντο δὲ πολλάκις καὶ τισιν ἐπιπάστοντος προφάσει χρείας οὐκ οὔσης. κἀντεῦθεν ἀρχὰς ἑαυτῷ εὐμενείας προυκαταβάλλετο, οἷς οὐκ ἦν τῆς εὐεργεσίας ἐπιλελῆσθαι. καὶ δικαίως ἂν ἀπολογησόμενος, εἰ μή τινι παρεῖχεν αὐτὸς διὰ τὴν ἐνοῦσαν πενίαν, ὅμως ἀφορμὰς ἐδίδου λαμβάνειν τινάς, οὐ μᾶλλον κατὰ φιλοτιμίαν ἢ κατὰ πρόνοιαν τῶν μελλόντων, ὡς ἔδειξε. τὴν δ' ἐκείνου πενίαν εἰπόντος ἐκείνου B
ποτὲ παρὼν καὶ ἀκούσας ὁ γράφων εἰ μαρτυροίη, ψεύδους ἁλῶναι οὐ δέδοικεν, ἐπεὶ κἀκείνῳ εἰς καύχημα δόξης ἦν ἡ πενία τότε

cum aerarium exhaustum, illum ipsum cuius gratia sanatus fuerat deum testem allegavit, patriarchae Manuëli sancte affirmans nihil prorsus ex iis quae data fuerant, e thesauris reipublicae depromptum, sed ex privata penu et ex partis ac collectis propria industria ac providentia, exercenda scilicet per guavos et experientes colonos agrorum cultura, gregibusque atque armentis per idoneos homines curandis. sic illi dei amantes, sic pariter rei Romanae studiosos se monstrabant.

25. Hoc porro de quo scribimus tempore cum magnus apud Magnesiam publicae pecuniae numerus esset depositus, non erat facile magno duci et tutori principis inde aliquid sumere erogandum in quos vellet: obstabat enim Celtarum securigerorum inexorabilis ei thesauro imposita custodia, haud sinens inde aliter quam cunctis praesentibus et coram intuentibus dispensari quidquam. iubebat tamen non raro quibusdam inde donari haud necessariis de causis; quae benignitas illi quasi fundamentum fuit popularis in eum benevolentiae. caeterum si quis eo nomine de ipso quereretur quasi non satis severo publicae pecuniae custode, ei se purgabat negans in proprios se usus quidquam inde sumere; in cuius rei fidem suam domesticam ostendebat paupertatem. tamen quaesitis occasionibus identidem procurabat ut quidam inde acciperent, non magis id agens ambitionis instinctu quam sapienti provisione futurorum, prout rei exitus monstravit. de illius porro modo memorata paupertate, si quae audivit ex ipso quondam praesens huius historiae scriptor, hic pro testimonio dixerit, non sane veretur ne coarguatur mendax, neve hoc illi cedat in dedecus quod Palaeologus gloriae sibi fore autumans de se iactabat, ostentans paupertatem suam sane tantam ut affirmaret etiam iam

λέγοντι. τρισὶ γὰρ μόνοις νομίσμασιν κατὰ τὰς κατ' οἶκον
χρείας τὸ ποσὸν αὐτῷ, ὅτε βασιλεύοι, ὡς ἔλεγε, περιίστατο.
καὶ τὸν Ἄγγελον ἀδελφὸν ὄντα τῆς αὐτοῦ πενθερᾶς, ὃν μέγαν
πριμικήριον αὐτὸς βασιλεύσας ἀπέδειξεν, ἐκάλει παρόντα, ὅπως
C αὐτὸς λαγχάνοι παρ' αὐτοῦ δίκας ὑπὲρ τῆς τῆς ἀδελφιδῆς προι-
κὸς μαρτυρήσοντα. κἀκεῖνος ἐγγὺς παραστὰς ἐμαρτύρει, καὶ
ἡμεῖς ἠκούομεν λέγοντος καὶ ὅρκον προστιθέντος τοῖς λεγομένοις.
τότε τοιγαροῦν τοὺς πολλούς, καὶ μᾶλλον οἷς εὐγενὲς τὸ γένος,
ὑποποιούμενος παρεῖχεν ἐξ εὐλόγου δῆθεν προφάσεως τῶν βασι-
λικῶν χρημάτων ἀπόνασθαι, αὐτὸς τέως ὡς εἶχε συντηρῶν ἑαυ-
D τὸν τῶν λημμάτων ἀνώτερον.

26. Ἐν τοσούτῳ δὲ καὶ ὁ πατριάρχης σύν τε τοῖς ἐκκρί-
τοις τοῦ κλήρου καὶ τοῖς ἀρχιερεῦσι παρεῖναι ἠκούετο· καὶ ὡς αὐ-
E τίκα μαθὼν πρὸ τῶν ἄλλων αὐτὸς ὑπαντᾷ μακρόθεν, τιμὴν τὴν
μεγίστην ἀφοσιούμενος τῷ πατριάρχῃ καὶ παντὶ τῷ ἱερῷ πληρώ-
ματι, πεζῇ τε βαδίζων καὶ τὰς τῆς ἡμιόνου τοῦ ἱερέως χαλινοὺς
κατέχων, ἕως καὶ αὐτῶν ἐντὸς τῶν ἀνακτόρων προηγούμενος
καθιστᾷ. καὶ δὴ σκηνὴν μὲν βασιλικὴν ἐκείνου χάριν ὑποστῆναι
κελεύει, ἅμα μὲν καὶ κατὰ τὴν εἰς ἐκεῖνον τιμήν, ὑποτρέχων ἐν
πᾶσι καὶ θεραπεύων, ἅμα δὲ καὶ ἐς πρόφασιν ἀναγκαίαν τοῦ
ἔχειν ἐκ τοῦ ῥᾴστου πλησιάζειν τῷ βασιλεῖ τοῦ καιροῦ διδόντος
P 43 αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν πατριάρχην μηδεμιᾶς ὥρας τοῦ κρατοῦντος

8. οἷς] οἷς τὸ P.

imperans domestici sibi quot diebus usus omnes expensas tribus solis nummis constare. et hoc iureiurando confirmavit, cum in quadam lite fratris suae socrus Angeli, quem ipse imperans magnum primicerium creavit, de dote suae neptis iudicio certantis, rogatus in testimonium adesse gravatus non fuisset, et ea quae diximus proferre deo in testem vocato. tunc igitur multos, praesertim genere nobiles, variis ad id quaesitis praetextibus, et plausibiles in speciem praetendens causas donativis, e publico curavit honorari, ipse interim in egestate familiari permanens, superior cupiditate purasque omni avaro contactu manus servans.

26. Interim patriarcha cum electis ex clero et archiepiscopis adventare audiebatur; quod simul Palaeologus cognovit, ante omnes ipse longissime processit obviam, nihil ad summam tum erga patriarcham tum erga sacrum collegium venerationem sibi reliqui faciens, quippe qui pedibus incedens, correptis manu muli quo patriarcha vehebatur habenis, eum usque intro palatium regium praeiens duxerit, tum ibi Augustalis fastigium in eius gratiam demitti iusserit, simul discursu per sese in omnem partem solicito satagens in omnibus quae ad honorem faciebant antistitis praesentis, simul etiam necessario fungens obsequio turbae submovendae, ne quid obstaret quominus facile ad Augustum accederet patriarcha in ipso momento admissionis, ac nullo deinde tempore ab eo

www.libtool.com.cn

ἐπολυμπάνεσθαι. συγκεχωρήκει δέ οἱ ἀσμένως πάντα ὡς οὐκ ἄλλως ἐπιτροπεύσων, εἰ μὴ αὐτός γε κελεύοι καὶ ἐπινεύοι ἡ σύνοδος. ὅθεν καὶ φέρων μὲν τὸν νέον εἰς χεῖρας τῷ πατριάρχῃ ποιεῖται οὕτω καὶ τοῖς ἄλλοις μέσον, τῆς βουλῆς δ' ἐκείνου ἐξαρτᾷ τὰ παρόντα, καὶ πολλάκις ἄγει καὶ δείκνυσι τὰ κειμήλια, σωπηλῶς τὴν ἐξουσίαν ἐμφαίνων ἐξημμένην ἐκείνου καὶ μόνου, κἂν αὐτὸς κελεύοι, ἐκεῖθεν τοὺς ἄλλους ἔχοντας. ἦν δὲ ἄρα οἱ B τὸ σοφὸν ἐκείνῳ μὲν ἐνδιδόναι τῶν ὅλων ἄρχειν, αὐτὸν δ' ὑποποιούμενον τὸν ἐξάρχοντα λαμβάνειν οἷόν τ' εἶναι ὡς ἐπ' ἀναγκαίοις παρέξοντα· καὶ ἐπεὶ ἀνάγκη ἦν ἐκ τῶν κοινῶν τοῖς περὶ τὸν πατριάρχην οἰκονομεῖσθαι, καὶ μᾶλλον τοῖς ἀρχιερεῦσι, τὰ ἐπιτήδεια, αὐτὸς λαμβάνων ἐδίδου, καὶ προσεπεφιλοτιμεῖτο τὰ πλείονα, τὸ μὲν πρόδηλον ἐπ' ἀναγκαίαις ταῖς προφάσεσι, τὸ C δέ γε σπουδαζόμενον παρ' ἐκείνου σοφῶν ὀφθαλμοὺς ἐκτυφλώτειν δώροις καὶ τὴν ἐκείνων ὑποποιεῖσθαι εὔνοιαν. ὃ καὶ γινόμενον καθ' ἑκάστην ῥοπὴν εὐμενείας ἐνεποίει μεγίστην παρ' ἐκείνων ἑαυτῷ διδόντι, καὶ τὰ τῆς πρὸς ἕκαστον ἐκείνων τιμῆς τε καὶ ὑποπτώσεως ἦσαν ὡς ὀλίγον τὸ μεταξὺ διελθεῖν καὶ πάντας ἔχειν ἐκείνους ἐκ τῶν ῥινῶν καὶ ἄγειν δύνασθαι ὅπῃ βούλοιτο. οὐδὲ γὰρ ἦν, οὐκ ἦν ἐκείνων ὅστις οὐ δι' εὐφήμου μνήμης ἐκεῖ- D

disiungeretur. iam prae se ferebat permittere se prorsus arbitrio patriarchae electionem suam, neque aliter quam ipso iubente et annuente synodo tutoris officium subiturum. quod ut significaret, productum puerum principem tradit in manus patriarchae, medium inter ecclesiasticos proceres circumdantes undique, quasi ex eius et sacri collegii sententia et nutu pendere unice negotium promotionis suae volens. quam eamdem in speciem saepe producebat ostentabatque insignia delatae sibi potestatis, sic tacite indicans agnoscere se provectionem sui in eam dignitatem ex solo patriarchae nutu iudicioque suspensam, ita ut, si iuberet, alii eam haberent. id vero ille sapienter omnino sic agebat, totum rei arbitrium patriarchae deferens, nec sibi alias quam obtemperandi partes relinquens, si e re publica censeret praeficere se tutelae principis, et in eum locum conscendere iussis suis cogeret. et quoniam suppeditari victus e publico debebat patriarchae ac familiaribus eius, praesertim archiepiscopis, id manu ipse sua faciebat large ac plane munifice, in speciem quidem rem ex more debitam reddens, arcana vero destinatione animi occasionem eam captans excaecandi sapientum oculos ingestis donis et eorum sibi conciliandi amoris. iteratum enim quotidie id officium suggerendae annonae singulis erogationibus momentum addebat novum benevolentiae ipsorum erga tam liberalem praebitorem. itaque tantum profecit illa diligentia honoris et demissa professione reverentiae erga sacras illas personas, ut paucis diebus postquam ita cum illis agere coeperat, omnes illos sibi obnoxios haberet, possetque quasi naso tractos quocumque vellet circumducere. nec sane iam erat illorum quisquam qui non per sese, nullius admonitu, ipsum absentem in patrum consessu loquens laudibus in

www.libool.com.cn

νον μὴ παρόντα ἐπὶ τοῦ κοινοῦ συνεδρίου ἐποίει, καὶ ὃς οὐκ ἠξίου ὑπὲρ τοὺς ἄλλους τὸν Παλαιολόγον ἐπὶ τῶν κοινῶν εἶναι καταστα-θέντα, πλὴν καὶ ἐπὶ μείζοσι ἀξίαις καὶ βασιλεωπάτορα φημιζόμενον. ταῦτα δ' ἦσαν αἱ νυκτερειναὶ πρὸς ἐκείνους πέμψεις καὶ σκέψεις καὶ πρὸς τὸ μέλλον ὑποσχέσεις μείζοσι συγχροτήσεσι. (27) τῷ γὰρ ὑπούλῳ τῆς γνώμης καὶ τῷ τῶν τρόπων θωπευτικῷ οὕτως ἐάλωσαν πάντες, ὡς ἐκκλησίας γενομένης ἐφ' ᾧ τοὺς ἱεράρχας συνάμα τοῖς ἐν τέλει περὶ τῆς ἀρχῆς
P 44 σκέπτεσθαι, καὶ ὁ καιρὸς ἐζήτει τὸν τῶν πραγμάτων ἀφηγησόμενον, τοὺς τοῦ ἱεροῦ καταλόγου πάντας ὑπὲρ ἐκείνου λέγειν καὶ μὴ λαλοῦντος, ὡς οὐ χρὴ τὸν τῆς βασιλείας ἐπίτροπον, καὶ ταῦτα τοιοῦτον ὄντα, κατὰ τοὺς ἄλλους εἶναι, ἀλλ' ἐξῃρημένον τῶν πολλῶν μείζοτῳ σεμνύνεσθαι καὶ βασιλικῷ ἀξιώματι. ἐπὶ τί γὰρ καὶ φροντίζων ὁσημέραι πονοίη καὶ φόβον ἐν ἑαυτῷ τὸν μέγιστον ἕλκοι, εἰ μή τι καὶ κερδαίνειν ἔχοι ὁ τόσον ὄχλον ἀνα-
B δεξάμενος; καὶ ἄλλως οὕτως αὐτῷ καὶ τὸ τῆς ἐπιταγῆς ἀνυστόν, εἴπερ ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ὧν ἐπιτάττει. καλὸν σεμνύνεσθαι δεσποτείᾳ τὸν τοῦ βασιλέως ἐπίτροπον· οὕτω καὶ γὰρ αὐτὸς τηρήσει τὰ τῆς εὐνοίας ἀθόλωτα, πρὸς τὸν ἐκ γένους βασιλεύοντα ἀξίαν

9. καὶ] ἐπεὶ?

coelum ferret, et unum omnium dignissimum praedicaret Palaeologum qui praeesset rebus potestate quam amplissima, cuique praeter exquisitissimos quosque caeteros honores etiam appellatio patris principis merito tribueretur. hic ei constabat fructus nocturnarum ad ipsos missitationum et artificiosarum significationum obsequii, adiunctis amplissimis in posterum promissis. (27) nam ista callida utilium ad occultos ambitionis fines blanditiarum arte et pellacissima commoditate morum ita omnes capti sunt, ut cum conventus haberetur quo sacrorum praesides una cum reipublicae proceribus de imperio deliberarent, universi sacri praesules velut ex composito eum de se silentem certatim extollerent studiosissimis orationibus huius ferme sententiae, haud decere imperii tutorem, praesertim iis moribus iis dotibus praeditum, eadem teneri conditione qua vulgus hominum, sed eximium et eminentem supra plerosque maxima et regia venerationi publicae commendari dignitate. cur enim tot se quotidie curis attereret, tantum angorem ex metu assiduo periculorum impendentium subiret, si nullum ipsi lucrum rediret ex tam tumultuosa procuratione in publicum suscepta commodum? praesertim cum ista quam ei optamus supra caeteros excellentia efficacitatem reipublicae utilem adiunctura sit mandatis imperiisque salubribus, absque maiori quam quae nunc est iubentis auctoritate facile impuneque negligendis. dignum prorsus aequumque est ornari domini appellatione tutorem imperatoris: sic enim ipse sincerum affectum paternae caritatis erga eum, cui sors nascendi ius imperii contulit, tuebitur, eam vicem officii mutuam debere se sentiens ei cuius causa et assensu isto se viderit honore auctum. quid

www.libtool.com.cn

νομίζων ἀμοιβὴν τὸ ἄξίωμα. τί δὲ καὶ ξένον κεκλῆσθαι δεσπότῃ, ᾧ δὴ καὶ ὁ πρὸς μητρὸς πάππος δεσπότης ὢν κατ' Ἰταλῶν κατώρθου τὰ μέγιστα; ἢ γὰρ οὐκ οἴδαμεν τοῦτον ὡς θεοφιλῆ, ὡς ζῆλον ἔχοντα τοῦ καλοῦ, ὡς φιλομόναχον καὶ τὰ τῆς ἐκκλη- C σίας ἐκτόπως σέβοντα; μαρτυρεῖ τὸ προσὸν αὐτῷ ταπεινὸν καὶ ἡμοτικὸν καὶ ἵλαρὸν πρὸς ἅπαντας, τὸ δέ γε φιλόδωρόν τε καὶ μεταδοτικὸν τὸ τῆς περιουσίας πενέστατον παραστήσει, ὥστε καλῶς ἂν ἔχοι καὶ συμφερόντως τοῖς πράγμασιν, εἰ πρὸς τῇ βασιλεωπατορίᾳ καὶ ἀξίως τιμῷτο ὁ ἐπιτροπεύων τοῦ βασιλεύοντος. ταῦτα τινῶν προτεινόντων, πολλοὶ μὲν τῶν ἀρχιερέων ὡς δικαίως δοκοῦσι τοῖς λόγοις συνῄνουν, καὶ τῶν ἐν τέλει τισὶ συνεδέδοκτο· οἱ ἄλλοι δὲ διεφιλονείκουν καὶ τὰς γνώμας ἀλλήλοις οὐμενοῦν οὐ D συνίβαινον. οἱ μὲν γάρ, καὶ μᾶλλον οἱ ἐκ τῶν Λασκαρίων Τζαμάντουροι, σὺν οἷς καὶ ὁ Νοστόγγος Γεώργιος, τὸ μὲν βασιλεοπάτορα καὶ εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι μόλις μὲν ἀλλ' ὅμως καὶ μὴ θέλοντες ἐνεδίδουν, ἱκανὸν δ' εἶναι τῷ ἐπιτρόπῳ τὸ τῆς δουκικῆς μεγαλεῖον ἀξίας διισχυρίζοντο. ὀφφικίῳ δὲ βασιλείας φέροντι ὄνομα σεμνύνεσθαι τοῦτον καὶ τοιαύταις ἀξίαις τιμᾶσθαι χρείττοσιν ἢ κατ' αὐτόν, μὴ καὶ ἐπὶ τοῖς μεγίστοις τε καὶ τιμίοις E παράβασις εἴη. εἶναι γὰρ βασιλίδας ὡραίας γάμων, ἃς ἀνάγκη

porro extraordinarium et novum est eum dici despotam, cuius maternus avus eadem ista despotae insignis potestate praeclaris se facinoribus permultis bello contra Italos inclytum fecerit? an nescimus quanta insit ei caritas in deum, quam ardens studium rerum honestarum, quantus amor in monasticum ordinem, res denique omnes et personas ecclesiasticas quam impense veneretur? testis quae inest ipsi modestissima demissio, et popularitas hilaris ad omnes. benignitatis porro eius et profusionis in donando indicium idem effectusque est, summa paupertas rerum supra usum redundantium, quam sciens volensque in se ambit ac procurat liberalissima largitione bonorum talium. quocirca et iustum et reipublicae utile fuerit, si praeter appellationem patris principis aliis insuper congruis tali dignitati titulis honoretur tutor imperatoris. haec proferentibus quibusdam multi e patribus ecclesiastici consessus praesidibus sacrorum applaudebant, ut iustis et rationi consentaneis prout ipsis videbatur: nonnulli quin etiam senatores et ex gerentibus primos magistratus consentiebant. alii contra tendebant, sententiis tamen inter sese discordibus. nam hi quidem, maxime Lascaridae Tzamanturi, cum quibus et Nestongus Georgius, vocari et esse Palaeologum patrem principis aegre licet ab subinviti concedebant, tamen illud tenebant mordicus praefracteque contendebant sufficere debere tutori imperatoris praestantissimam dignitatem ducis magni: officio vero regni et supremi dominii nomen habente insigniri ipsum et istiusmodi honoribus privatum modum excedentibus efferre, quid minus, aiebant, quam in maximis et summi momenti rebus praevaricari fuerit? esse enim regias virgines, sorores imperatoris, aetate iam nubili, quae honeste ac consentanee natalibus earum collocari

www.libtool.com.cn

γαμεῖσθαι τοῖς προέχειν δοκοῦσιν· εἰ δ' οὖν, ἀλλ' αὐταῖς ἐξ αὐτῶν μέγα τὸ δίκαιον ἔχειν τοιούτοις μετὰ τῶν συζύγων σεμνύνεσθαι ἀξιώμασιν, αὐταδέλφαις βασιλέως οὔσαις καὶ βασιλίσιν ἐκ τριγονίας ἢ καὶ τετραγονίας μᾶλλον βασιλικῆς. οἱ ἀμφὶ τὸν Στρατηγόπουλον δὲ Ἀλέξιον καὶ οἱ τοῦ Φιλῆ, καὶ σὺν αὐτοῖς οἱ Τορνίκιοι καὶ οἱ τυφλοὶ μᾶλλον, οὓς δὴ καὶ παθόντες ἀμύνειν
P 45 ἤθελον, σὺν δ' αὐτοῖς καὶ ὅσοι κατὰ συγγένειαν ἢ οὖσαν ἢ ἐλπιζομένην τοῖς Παλαιολόγοις προσέκειντο, ἰσχυρῶς ἀντέσπων, δίκαιον εἶναι λέγοντες καὶ ἄλλως συμφέρον τὸν ἐγγὺς βασιλέως ὄντα καὶ πατρὸς ὄνομα φέροντα τιμᾶσθαι καὶ δεσποτείᾳ. οὕτω γὰρ εἶναι τὸ συγκεχωρηκὸς αὐτῷ παρὰ πάντων, καὶ οὕτω τὰ πράγματα διαθύνεσθαι. παιδὶ γὰρ μὴ οἷῳ τε φρονεῖν τίς ἂν καὶ προσέξει; εἰ δὲ καὶ ὁ ἀντ' ἐκείνου προστάσσων ἰδιώτης εἴη, οὐδὲν τὰ πρὸς ἀνάγκην πεῖθον ἐσεῖται. μιμητέον τοίνυν τοὺς ἐπὶ τῶν
B νεῶν. ἐκεῖνοι γὰρ καθ' αὐτοὺς τὸ ἐλεύθερον ἔχοντες καὶ αὐτόγνωμον, κατὰ πλοῦν ἀναγκαῖον ἐμβάντες ἐπίτροπον ἐκλεξάμενοι ἐφιστᾶσι τοῖς σφῶν πράγμασιν, ᾧ δὴ καὶ πείθονται δουλωθέντες ἑκόντες, εἴ τι λέγοι· ὃ δέ γ' ἀπειθῶν δίδωσι τὰς δίκας ἀξίας ὡς εἷς δεσπότην τὰ μέγιστα ἁμαρτών. πλὴν οὐ καθ' αὐτοὺς

non possent nisi viris excellenti dignitate conspicuis, quam dignitatem vel ex se iam habeant vel in talis matrimonii favorem accipiant. quare hisce servandos titulos istos, quos quidam cumulandos in unum iam abunde ornatum contenderent, ne occupatis cunctis gradibus sublimioris honoris regiae virgines, non ex patre solum sed avo etiam proavo et abavo regnantibus genitae, deprimi nuptiis nimis imparibus et misere in ordinem ex augusto fastigio redigi necesse habeant. e contrario Strategopulus Alexius et Philae filii, cumque his Tornicii, et maxime qui excaecati fuerant, utpote iniuriam passi, vindictae cupidi, pariterque cum istis quicumque cognatione atque affinitate praesenti aut sperata ad Palaeologos propendebant, magno nisu aliorsum rem trahebant, aequum esse aientes et alioqui utile, virum proxime admotum imperatori, et patris erga eum et necessitudinem gerentem et nomen, honorari titulo despotae. cedi enim huic ab omnibus convenire, quae omnium praeter principem uni subiectio isto despotae signatur vocabulo. sic cursum publicae rei prosperum fore. puero enim ratione adhuc per aetatem uti non valenti quis obaudiendum putet? si vero qui eius vice imperat privatus sit, nemo erit qui non putet plane arbitrarium parere, nulla vi maioris auctoritatis obsequendi necessitatem imponente. imitandos igitur esse vectores in navi. illi enim utcumque singillatim liberi et sui quique iuris, quod omnibus expedire communiter sentiant ad finem cunctis aeque propositum fortunandi cursus in cuius aleam se dederunt, gubernatorem eligunt sibique praeficiunt, cuius et iussis et nutibus obtemperant servitute voluntaria; qui vero contra eius praescripta fecerit, dignas dat poenas, ut qui maxime in dominum peccaverit. caeterum non eum sic instituunt, ut eo provectus similis nihilominus deinceps cum caeteris sortis sit, sed ad ve-

www.libtool.com.cn

καὶ ὡς ἕνα πάντων αὐτὸν καθιστᾶσιν, ἀλλὰ πρὸς τὸ σεμνότερον μετασχηματίζουσι, καὶ τῷ τῆς καταστάσεως μεγαλειοτέρῳ τὸ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀπ' αὐτοῦ φοβερὸν σχεδιάζουσιν. οὕτω καὶ C πόλις καὶ ἀρχὴ συσταθήσεται πᾶσα τοῦ ἐφεστῶτος ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς ὄντος. οἱ δέ γε τυφλοὶ καὶ ἠλευθεροστόμουν καὶ παρρησιαστικώτερον. "μὴ διὰ βρέφος ἦν" ἔλεγον "ἀρχὴ τοσαύτη καὶ τόσα πράγματα κινδυνεύσειαν, ἀλλὰ καταστατέον εἰς ἀρχὴν τὰ παρόντα, εἰ μέλλοιμεν σώζεσθαι. ἢ οὐκ οἴδαμεν ἐς ὁπόσον δυστυχίας ἡ τῶν Ῥωμαίων προῆλθεν ἀρχή, ὥστε καὶ ἀπελαθῆναι τῆς πατρίδος καὶ τὸ πᾶν ἀπολέσαι μικροῖς περιγραφομένην D ὁρίοις, βασιλέων ὄντων καὶ ταῦτα; ἀλλ' ὅμως τῷ μὴ κατὰ τρόπον ἄρχεσθαι ἐξ εὐπλοίας ὕτι θαυμαστῆς ἐναυάγησαν. εἰ γοῦν τῷ μὴ καλῶς ἐς τὸ ἀκριβὲς ἄρχεσθαι τόσα συνέβη τὰ δυσχερῆ, τὸ μὴ ὅλως ἄρχεσθαι πόσον εἰς κίνδυνον; ἡμῖν μὲν οὖν καλὸν μὲν καὶ τὸ πρὸς τὴν βασιλείαν πιστὸν ἥγηται, καλὸν δὲ καὶ τὸ τοῖς ὅρκοις ἐμμένοντας σώζεσθαι· κἂν ἀπῇ τὸ σώζεσθαι, μάταιον τὸ πιστόν. κατὰ τί δὲ καὶ λυμανεῖται τῇ βασιλείᾳ, εἰ προσίσται τῷ φροντιστῇ τὸ ἀξίωμα; μᾶλλον μὲν οὖν καὶ συνοί- E σει τὰ πλεῖστα. ὄνομα γὰρ τίμιον περιθέμενος ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων κρατυνεῖ μᾶλλον τὴν ἀρχὴν τῷ κρατοῦντι· ἐκ γὰρ πολλοῦ τοῦ περιόντος πρίσβεσι μὲν χρηματίσοι, λαοῖς δ' ὁμιλήσοι, ἐπιτάξοι δὲ στρατιώταις καὶ ἄρχουσι, καὶ οὐδὲν ὅ τι μὴ ὡς οἷός καταστήσοι, δυσωπουμένων τὸ ἀξίωμα πάντων. εἰ δέ τις

nerationem quodam illum habitu induunt insignioris auctoritatis; et ut eum universi vereantur, quodam ipsi velut impresso minaci charactere maiestatis assequuntur. sic et urbs, et imperium totum recte ordinabitur, si qui praest vere supra multitudinem emineat. fortior liberiorque erat caecorum oratio, "ne propter puerulum" aientium "tantum imperium totque res periclitentur. sed constituendus in veri formam imperii praesens rerum status, si salvi esse volumus. an ignoramus in quantam infelicitatem Romanum imperium prolapsum sit, adeo ut patria ipsa exterminaretur et rerum summam perderet angustis finibus circumscriptum? et haec acciderunt imperatoribus ibi dominantibus. sed quod ii recte non gubernarent, ex summa felicitate navigationis in miserum naufragium decidimus. si ergo tanta in nos calamitas incubuit ex eo quod non bene regebamur, quid non timendum nobis malorum fuerit, si omnino non regimur? honesta sine dubio et laudanda res habetur fides in principatum: sed tum demum honesta cum salus in iurata fide perstantium inde consequitur. at si fructus fidei salus abfuerit, stulta fides est. quid autem nocebit principatui, si eius curatori accesserit dignitas? quin potius inde iuvabitur plurimum. nomine quippe venerabili assumpto eius administrator magis firmabit imperium principi. sic enim incomparabiliter convenientius et efficacius legatos audiet, tractabit cum populis, militibus ac

www.libtool.com.cn

τοῖς ἐξ ἴσου κἂν ἄρχοι προσφέροιτο, οὐ πείσει ῥᾳδίως ὅ τι προ-
στάσσοι, μηδὲν ἐξ ὑπερτέρας χειρὸς ἐπιτιμῶν τοῖς ἀνθισταμέ-
P 46 νοις. Ῥωμαίων δὲ πολιτείαν εἰ ἄλλως ἢ κατὰ μοναρχίαν διοικεῖν
ἐθέλοι τις, θαυμάζοιμεν ἄν. ἀμέλειτοι καὶ προηγείσθω μέν,
κἂν ἀτελὴς ὁ κρατῶν εἴη, τὸ μοναρχεῖν· μενεῖ γὰρ καὶ οὕτω,
κἂν δοκοίη, τὸ σύνηθες. ἀρισταρχήσεται δὲ κατ' ἀνάγκην τὸ
καθ' ἡμᾶς μαθὸν μοναρχεῖσθαι, ἄρξει δ' εἷς τῶν λοιπῶν δυνά-
μει προύχων καὶ ἀξιώματι, ὡς ἂν τῷ μὲν εἷς εἶναι τὸ μόναρχον
εἰκονίζοιτο, τῷ δὲ σὺν πολλοῖς πράττειν ἀδυνατεῖν κινδυνεύων
τοῦ μονήρους χάριν νικᾴη τῷ ἀξιώματι. οὕτως ἐστὶν ἐπάναγκες
B τὸν ἐκλελεγμένον εἰς ἐπιτροπείαν τῷ βασιλεῖ μέγα φέρειν καὶ τὸ
ἀξίωμα. κἂν ὁ ταχθεὶς ἐξ ἡμῶν εἴη, αὐτῷ προσέσται καὶ τοῦ-
το. εἰ δ' οὖν, ἀλλ' ἄλλος ζητείσθω, ὅτι μηδ' αὐτὸς ἀκλεῶς
τὰς ἐπὶ τούτῳ φροντίδας εὐμαρῶς ὑπέρξεται. κἂν ἐκεῖνος καὶ
δίχα σεμνώματος καταδέχοιτο τὴν ἐπὶ τοῖς πράγμασι προσεδρείαν,
ἀλλ' οὖν ὁ τῆς ἀνάγκης λόγος οὕτως ἀπαιτεῖ, καθὼς καὶ λέ-
C λεκται, τὴν ἐπιτροπείαν γίγνεσθαι."

2. ἐπιτιμᾷν P. 3. εἰ] ἢ P.

magistratibus praescribet quod e re fuerit, nihil non denique recte constituet, verentibus dignitatem cunctis. si vero quis simul imperet, simul in pari cum subditis consistat gradu, nae is haud assequetur facile ut mandetur executioni quod iusserit; quippe cuius manus principali auctoritate nuda et quodammodo inermis vindicare contumaciam mandata spernentium nequeat. miremur autem si quis speraverit Romanam rempublicam alio quam monarchico gubernationis genere regi posse. igitur ante omnia sua summa conservetur auctoritas monarchiae, etsi qui eam interim administrat homo privatus sit: illo enim dum principali fungitur munere, convenienter ornato, manebit regno consueta sua species. populus autem obedienter parebit, uni obsequi solitus, uno praefecto caeteris, qui simul potestate praevaleat, simul praecellat dignitate. qui quidem eo quod unus sit monarchiae imaginem praefert: quod autem ex privatae conditione sortis illi deest auctoritatis et efficacitatis ad flectendos in sui obsequium plurimos, suppleatur accumulanda ei dignitate, cuius vi cuncta vincat obstantia. quae cum ita sint, prorsus necesse est electum in tutelam principis eminere subnixum excellentis titulo dignitatis; atque adeo etiamsi qui ad id munus adhibitus fuerit ex nostro sit ordine, debet omnino sic ornari ut fiat idoneus officio recte gerendo. dicet aliquis ergo alius quaeratur, si reperiri forte possit, qui curis et laboribus tutelae principis se parem existimet etiam sine istius adiunctione dignitatis ad id respondemus nos in hoc non personae consulere, sed praefecturae ipsam armare instrumento navandae operae necessario. quare non nos sed res ipsa et natura negotii exigit quod diximus, nempe ut cum tutela principis summa dignitas iungatur".

28. Τούτων ῥηθέντων τῶν λόγων, ἐπεὶ καὶ ὁ πρωτοθύ- D
της τὴν πλείστην ῥοπὴν ἐδίδου τοῖς ὑπὲρ τοῦ Παλαιολόγου λέγουσι, — προκατειλήπτο γὰρ καὶ αὐτὸς ἐπὶ τούτῳ ὡς καλῶς ἄρξοντι, προσπαθῶν ἐκ πολλοῦ, ἔτι δὲ καὶ τὸ μεῖζόν τι πρᾶξαι ἐκ πολλῶν συνηρπάζετο. καὶ δῆλον ἐξ ὧν ἀγγελθὲν αὐτῷ ἐν Νικαίᾳ ὡς τεθνήκει ὁ βασιλεύς, οὔπω μαθόντων τῶν ἄλλων, ἐπίστευε μὲν τὸν λόγον τινὶ τῶν αὐτοῦ καὶ οἰκείων (ὁ Γεμιστὸς δ' οὗτος ἦν, ὃς καὶ μέχρι τοῦ μεγαλοικονομάτου κατηντήκει κατὰ τὴν πόλιν ἐς ὕστερον), ἐπεὶ δὲ καὶ περὶ τῆς τῶν πραγμάτων P 47
διοικήσεως ὁ λόγος ἐκείνοις ἦν, τὸν Παλαιολόγον ἐκεῖνος προυτίθη πάντων. ἐπὶ τούτοις οὖν ὁ πατριάρχης προκατειλημμένος ὢν εὐθὺς συγκάταινος ἦν τοῖς ὑπὲρ τοῦ Παλαιολόγου λεγομένοις, καὶ τὴν δεσποτείαν αὐτῷ ἐψηφίζετο. καὶ δὴ ὁ μὲν Παλαιολόγος τὸν μέγαν δοῦκαν εἰς τὸν δεσπότην μετεσκευάζετο, ὁ δὲ βασιλεὺς παρεῖχε συναιρομένου καὶ τοῦ πατριάρχου τὰ τῆς δεσποτείας καὶ σύμβολα. ἀμέλει ὡς δεσπότης ἐπεβάλλετο μὲν ἀνέδην τοῖς πᾶ- B
σιν, ὑπεποιεῖτο δὲ τοὺς ἐν τέλει φιλοτιμίαις ἁπάσαις καὶ τοῖς ἐκ τῶν κοινῶν χαρίσμασι. βεβαίας δὲ καὶ τὰς πρὸς ἐκείνους ὑποσχέσεις παρεῖχεν δοκεῖν ἐς ὕστερον ἐξ ὧν ἐποίει τῷ τότε, καὶ φιλοτιμότερον προσιφέρετο. τοῖς δέ γε τοῦ ἱεροῦ καταλόγου καὶ ἐκ φιλοτιμοτέρας χειρὸς ἐχορήγει, καὶ κρύφα καὶ φανερῶς, τὸ

28. Cum haec utrimque dicta essent, iis quae allegata pro Palaeologo fuerant magnum ab auctoritate patriarchae momentum accessit. praeoccupatus is dudum fuerat affectu in ipsum, nato ex opinione qua eum iis dotibus et artibus ducebat praeditum quae ad bene imperandum sunt necessariae. quin et ad maius aliquid pro eo tentandum multis causis incitabatur. apparuit id ex sermone quodam eius arcano, qui nobis innotuit. perlato ad eum Nicaeae degentem nuntio de morte imperatoris, priusquam res in populum vulgaretur, communicavit eam cuidam e familiaribus suis Gemisto, qui postea usque ad magnum oeconomatum in urbe pervenit. cum ergo inter eos illa occasione de administratione reipublicae sermo esset exortus, patriarcha non dubitavit Palaeologum omnium ad eam rem aptissimum dicere. isto igitur antiquo in Palaeologum favore praeoccupatus patriarcha suffragio statim suo comprobavit quae in eius gratiam dicta fuerant, et despotae dignitatem ipsi tribuendam censuit. quare palaeologus ex magno duce factus est despota. et imperator adiuvante patriarcha ei dignitatis eius insignia contulit. despotamque exinde cum palam ipse se ferebat, tum vulgo universi agnoscebant. demerebatur autem optimates omni genere indulgentiae ac largitionibus e publico, simul praesentia beneficia promissis in posterum ampliasimis cumulans; sicque arte ambitionis magna studia eorum sibi parabat. eandem quoque liberalitatis praelargae machinam ad ecclesiasticos proceres sibi adiungendos adhibebat, prodiga in eos manu profundens

www.libtool.com.cn

C μὲν ὡς ἀνάγκης οὔσης ἐφ' ᾧ διαζῆν ἐκείνους, τὸ δὲ κρύβδην
νυκτὸς πεμπομένων, καὶ τὸ μεῖζον ὑπορύττοντος καὶ ζητοῦντος,
ὡς οὔπω αὐταρκες ὂν ἐκείνῳ, εἰ συμβασιλεύει τῷ βασιλεῖ. πρου-
βάλλετο γὰρ κινδύνους καὶ φόβους ἐπηρτημένους αὐτῷ, καὶ τὰ
τῶν Μουζαλώνων εἰσῆγεν ὡς κἀκείνων οὕτως ἀπολωλότων ἐκ
φθόνου, καὶ τὸ τῆς ὑποψίας δεινὸν ὑπεδείκνυ ὡς αὐτίκα κινδυ-
D νεύσων εἰ μὴ προσέχοι. ὁ δὲ φυλάττειν ἄλλον ἐπιτραπείς, αὐ-
τὸς πολλοὺς φυλαττόμενος, οὐκ ἔμμονον ἕξει τῷ φυλαττομένῳ
τὴν ἀσχολίαν, περὶ ἑαυτῷ δεδοικὼς τὰ πλεῖστα. παντὶ δ' ἐγ-
E χωρεῖν μᾶλλον ἢ φύλακι δεῖσθαι φύλακος. (29) ταῦτα καὶ τὰ
τοιαῦτα προτείνων πολὺς ἦν καὶ τὸ μεῖζον προσαπαιτῶν. ἀμέ-
λει τοι καὶ ὅσοις ὑπόπτως εἶχε καὶ πρὸς τὸ παρὸν δυσχεραίνοντας
καὶ πρὸς τὸ μέλλον προστησομένους, ἰσχὺν ἐντεῦθεν λαβὼν καὶ
κράτος ἔχων τὸ μέγιστον ἐκποδὼν ἐποίει, τοὺς μὲν ἑκουσίους
P 48 ὑποχωροῦντας καὶ καθ' ἑαυτοὺς διάγοντας, τοὺς δὲ καὶ αὐτὸς
καθειργνύς, καὶ ἄλλους μὲν ἀλλαχοῦ, τὸν δὲ Τζαμάντουρον εἰς
Προῦσαν ἐξαποστείλας καί οἱ φυλακὴν ὡς κατακριτῷ ἐγκαταστή-
σας. οἱ δέ γε προσκείμενοι τούτῳ καὶ λίαν ἐν ἐλπίσιν ἦσαν χρη-

3. οὔπω] οὕτως P. 10. ᾗ φυλακῇ P. 12. ὅσους ὑπόπτους?
17. ἐξαποστείλαι P, et mox ἐγκαταστῆσαι.

multa, tum palam tum occulte. nam praeterquam quae dari eis e publico solebant publice ac large conferebat; etiam noctu ad eosdem dona missitabat, insusurrans interim ac blande insinuans nondum satis cautum securitati suae, neque prius in tuto se futurum quam imperii particeps et Augusti collega declaratus esset. hoc ut persuaderet, allegabat metum periculorum impendentium, et casum Muzalonum memorabat. se porro aiebat non minori quam cui illi succubuissent invidiae obiectum, ideoque anxium in acri solicitudine vivere, perniciem in momenta singula, si vel minimum de summa custodia remiserit, timentem. neque porro tot distentum suspicionibus satis posse commissa sibi cura custodiendi principis defungi, utique cum magnam attentionis ac vigiliae partem in sui necessariam cautionem derivare necesse habeat. miserum nimis esse aestuare assidue inter diversas officii publici et privatorum discriminum curas; unde illum qui electus ad hoc sit ut salutem tueatur principis, omnium undique telis et innumerabilibus insidiis expositum vel maxime ipsum praesidio et excubiis egere. quare praestabilius videri locum cedere cuilibet volenti quam in eo angore ac tormento vivere. (29) haec et eius generis multa proferens vehementer incumbebat in petitionem supremi honoris. porro interim quos suspectos habebat, quibusque intelligebat displicere praesentia, cordi esse nova, in spes futurorum inquietas imminentibus, eos sane summa quam obtinebat potestate strenue utens amovit e medio, partim iniecto terrore efficiens ut sponte ad sua se reciperent et domi se tenerent, partim vi publica coercens. quo in genere cum alios alio amandavit, tum Tzamanturum relegatum Prusam ibi custodia teneri velut reum iussit. interim alacres in spebus optimis floren-

www.libtool.com.cn

σταῖς καὶ ἀνέδην συνήργουν ἐς ὅτι μάλιστα. θάτερον δὲ τῶν ἀδελφῶν Ἰωάννην τῷ τοῦ μεγάλου δομεστίκου ἀξιώματι, τοῦ βασιλέως διδόντος δῆθεν, περιφανῇ καθιστᾷ καὶ ἐπὶ τῶν πραγμάτων μέγα δυνάμενον. τότε τοίνυν καὶ μείζοσι θερμανθέντες B ἐλπίσι, παρὰ τὸν πατριάρχην γενόμενοι καὶ τὴν σύνοδον οὐκ ἀπήσειν ἔφασκον, εἰ μή γ' ὁ δεσπότης καὶ τοῦ μείζονος ἐπιλήψαιτο. αὐτὸν γὰρ εἶναι καὶ μόνον τὸν μετὰ τὸν ἐκ γένους βασιλέα ἄξιον ἄρχειν καὶ σὺν ἐκείνῳ, καὶ δεῖν οὕτως ἔχουσι βασιλέως ἐντελοῦς ἐς ὅ τι καὶ πράξει. τὸ μὲν οὖν ἀναμένειν τὴν τοῦ ἀφήλικος ἡλικίαν, μὴ καὶ φθάσει τις κηδεμονίας δεόμενος ἐμποδὼν C γενόμενος πρὶν ἢ ὁ εὖ πράξων ἐκεῖνον τελείαν λάβῃ τὴν ἡλικίαν· τὸ δ' ἐπὶ τῶν πραγμάτων ὄντα τὸν κηδεμόνα μὴ ὡς βασιλέα πράττειν, μὴ καὶ ἀβέβαιος ἡ χάρις καὶ ἄστατος ᾖ. ταῦτ' ἔλεγον οἱ ἐν τέλει, καὶ τὸν πατριάρχην μαλακιζόμενον ἔπειθον· οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐκεῖνος ἠμέλει τῶν καθηκόντων καὶ οἷς ὁ ἱερὸς μαλάσσοιτο σύλλογος. ὥριστο μὲν οὖν ἡ ἡμέρα τῆς ἀναρρήσεως, ἦν δὲ ἵν ἡ τοῦ Ἑκατομβαιῶνος νουμηνία, τῆς τότε τρεχούσης D δευτέρας ἐπινεμήσεως.

30. Ἐν τοσούτῳ δὲ καὶ ὁ ἐν τῇ δύσει δεσπότης Μιχαήλ, E

tesque volitabant qui fortunam sequebantur Palaeologi, clientes, amici ac quocumque nomine necessarii, parati semper ad nutum, impigreque curantes quidquid ad communes rationes expedire videretur. in his alterum fratrem Ioannem magni domestici amplissima dignitate ornari per imperatorem despota curavit, sic eum et illustri honore et maxima gerendarum rerum potestate instruens. quo facto iam maioribus incensi spebus Palaeologi fautores patriarchae et sacram synodum ambire, ac dicere nullam quietem rebus fore aut securitatem imperio, quoad despota in unum adhuc gradum provehatur altius. ipsum solum esse omnium qui, post principem praerogativa nascendi regnandi ius adeptum, dignissimus imperio sit; ideoque collegam ei adiungendum. egere profecto rempublicam maturo iam principe et ad per se agendum quod sit opus apto, nec expectari posse dum puerulus in virum adoleverit, ne Romana res praesenti vigentis imperatoris ope indigens vel maxime, tot cincta periculis, per tantam moram prius pereat corruatque funditus, quam qui eam vindicaturus ab interitu sit, in florentem adoleverit aetatem. impositum autem curatorem negotiis non ut principem agere, sed precaria quadam et auctoritatis principalis egena functione, et infirmum et instabile reipublicae solatium esse. talia cum optimates dicerent, persuaserunt patriarchae per se, ut diximus, emollito in Palaeologum. sed nec ipse cuia res agebatur cessabat Palaeologus: quin satagebat in cunctis ad spei effectum facientibus, in primis ad sibi deliniendos cleri ac sacrorum antistitum animos. denique his artibus impetratum ut dies diceretur proclamando in collegam imperatoris Palaeologo. ea fuit neomenia Hecatombaeonis, seu kalendae Ianuariae, indictione tunc currente secunda.

30. Dum haec geruntur, despota Occidentis Michaël, Theodori,

www.libtool.com.cn

ὁ τοῦ προβεβασιλευκότος Θεοδώρου ἀνεψιός, ἀκούσας τὰ κατ᾽ ἀνατολὴν ὡς εἶχον, καὶ ὅτι ἐκποδὼν γεγονότος τοῦ Λάσκαρι ἐν μειρακυλλίοις μὲν ὁ ἐξ ἐκείνου Ἰωάννης τελεῖ, εἰς προνομὴν δὲ ἡ τῶν Ῥωμαίων βασιλεία κεῖται τῷ βουλομένῳ, ἀνάγει τὸν νοῦν πρὸς τὸν θεῖον Θεόδωρον, ὅπως κἀκεῖνος εὐγενὴς ὢν καὶ τὰ
P 49 πρῶτα τῶν εὐγενῶν τῆς πρώτης ἐκείνης συγχίσεως συμπεσούσης Ῥωμαίοις ἑαυτὸν ἀναλαμβάνει, καὶ πλείστοις ὅσοις τοῖς κατ᾽ Ἰταλῶν πολέμοις ἐνανδραγαθήσας τῆς βασιλείας ἐπείληπτο, στεφθεὶς παρὰ τοῦ Ἀχριδῶν Ἰακώβου, καὶ τὰ κατὰ δύσιν τοὺς Ἰταλοὺς ἀφελόμενος προσεκτήσατο, μέγας ἐπὶ τῶν πραγμάτων
ἀναφανείς, μέχρι καὶ μοίρᾳ λαιᾷ προσκροίσας καὶ κατασχεθεὶς τῷ Ἀσᾶν ἀφῃρέθη τῶν ὀφθαλμῶν. ταῦτα τοίνυν ὁ Μιχαὴλ
B ἐν νῷ θέμενος, καὶ καταλαζονευθεὶς τῶν πραγμάτων ἀῤῥώστως ἐχόντων, ἐπεὶ καὶ τὸ κατὰ πόλιν Ἰταλικὸν ἠσθένει τοῖς καθ᾽ αὑτὸ πράγμασι, βουλὴν βουλεύεται ὡς λίαν νεανικὴν καὶ τῆς αὐτοῦ
εὐγενείας ἀξίαν. ἡ δὲ βουλή, πλείστας ὅσας συναθροίσας δυνάμεις καὶ τῇ πόλει προσχὼν περικαθίσαι καὶ πειραθῆναι κατασχεῖν, καὶ οὕτω βασιλεὺς ἀναγορευθῆναι Ῥωμαίων· μὴ γὰρ εἶναι πρὸς αὐτὸν μηδὲν μήτε Λάσκαριν μήτ᾽ ἄλλον ὁντινοῦν
C αὐτάρκη πρὸς βασιλείαν, εὐγενῆ τε ὄντα καὶ τῶν Ἀγγέλων· καὶ δὴ ἐπεὶ γαμβροὺς ἐπὶ θυγατράσιν εἶχε τόν τε ῥῆγα Πουλίας Μαφρέ, τὸν καὶ τῆς δεσποίνης τῶν Ῥωμαίων Ἄννης αὐτάδελφον,

qui ibi imperaverat, fratris filius, audito rerum Orientalium statu, sublato videlicet e medio Lascari Ioannem eius filium esse adhuc infantulum, Romanum vero imperium cuivis rapere volenti in praedam expositum iacere, mentem in spes amplas extulit proposito sibi exemplo Theodori patrui. is nobilis atque adeo ex prima nobilitate, e priore illa Romanarum perturbatione rerum sumptis opportune animis, multis praeclaris editis facinoribus in plurimis contra Italos bellis, imperium arripuit, coronatus ab Achridensi Iacobo, et Occiduas provincias Italis ablatas imperio restituit, magnam iis rebus gestis famam adeptus, quoad adversa prolapsus forte et comprehensus ab Asane privatus est oculis. talia Michaël mente agitans, et in magna suarum virium fiducia contemnens infirmitatem quae tunc esse videbatur Romanarum rerum, cum ipsos Italos, qui urbem regiam tenebant, idoneis destitutos copiis animadverteret, rem aggreditur valde arduam et ipsius nobilitate dignam. constituit videlicet contractas quam posset plurimas copias ipsi protinus admovere Constantinopoli, eamque obsidere et occupare conari, tum si negotium succederet, efficere ut ibi Romanorum imperator ipse proclamaretur. neminem enim esse putabat qui plus ad id haberet vel meriti vel verisimilis spei, non Lascarin, non alium quemlibet, utique quorum nulli vires sustinendo imperio idoneae adessent. quippe se et nobilem et ex Angelorum gente, affinitatibus quinetiam potentissimis subnixum. generos enim habebat ex Helena quidem filia Manfredum Apuliae regem, fratrem An-

www.libtool.com.cn

ἦ πρὸς τῷ γήρᾳ ὁ βασιλεὺς Ἰωάννης ἡρμόσατο. εἶχε μὲν οὖν ἐκεῖνον ἐπὶ τῇ θυγατρὶ Ἑλένῃ γαμβρὸν ὁ δεσπότης, εἶχε δὲ καὶ ἄλλον ἐπὶ τῇ Ἄννῃ τὸν Πρίγκιπα τῆς Ἀχαΐας Γουλιέλμον. πέμψας παρὰ μὲν τοῦ Μαφρὲ τρισχιλίους οὓς αὐτοὶ λέγουσι καβαλλαρίους λαμβάνει, ἀνδρείους ἐκ Γερμανῶν, τὸν δέ γε Πρίγκιπα ὅλον εἶχε σὺν τοῖς στρατεύμασιν. εἶχε δὲ καὶ τὸν ἐκ νοθείας υἱὸν Ἰωάννην μετὰ τοῦ οἰκείου λαοῦ, τὰ μέγιστα συναιρόμενον. ἐκεῖνος καὶ γὰρ ἤδη καθ' αὑτὸν τῇ τοῦ Ταρωνᾶ θυγατρὶ συνών, λαὸν ἐξαίρετον ἔχων, δυνατὸς ἦν καὶ μόνος στρατηγεῖν καὶ προσκτᾶσθαι· τοὺς γὰρ τὸ παλαιὸν Ἕλληνας, οὓς Ἀχιλλεὺς ἦγε, Μεγαλοβλαχίτας καλῶν ἐπεφέρετο, ὥστε μηδ' ἔξω προβαίνειν εἶα Βερροίας τὸν Παλαιολόγον μέγαν δομέστικον Ἰωάννην, τὸν Στρατηγόπουλον Ἀλέξιον καὶ τρίτον τὸν Ῥαοὺλ Ἰωάννην, συχνὰς δυνάμεις περὶ αὐτοὺς ἔχοντας. τότε τοίνυν συναγαγὼν ὁ δεσπότης τοὺς εἰρημένους, ἔχων καὶ τοὺς ἑαυτοῦ ἐς ὅτι πλείστους, προσκροῦσαι μὲν τὰ πρῶτα τοῖς στρατηγοῖς καὶ συρρήξας, ὡς ᾤετο, προσβαλεῖν Θεσσαλονίκῃ καὶ τὰ κατὰ δύσιν καταδραμεῖν καὶ αὐτῆς δὴ πειραθῆναι Κωνσταντινουπόλεως ἐπὶ νοῦν ἐστρέφεν· εὔκαιρον γὰρ καὶ τοῦτό οἱ ξυνέπιπτεν ἐξ αἰτίας τῆς ὅτι καὶ ὁ Μαφρὲ παρὰ πατρὸς Φερδερίχου ὡς κλῆρόν τινα εἶχε τὸ τῆς ἐκκλησίας ἀποστατεῖν, ὥστε μὴ ξένον εἶναι τὸ Γερ-

nae Augustae, quam Ioannes imperator iam senior uxorem duxerat, ex Anna vero altera filia principem Achaiae Gulielmum. et a Manfredo quidem per missos ad eum certos homines impetraverat tria millia lectorum ex Germanis militum, virorum fortium, quos ipsi caballarios vocant; Principem vero cum universis eius copiis socium expeditionis ad se traxerat habebat et nothum filium Ioannem cum auxiliis non contemnendis populi cui praeerat. hic ducta Taronae filia dynasta gentis populosae, egregias sub signis habens copias et militaris artis eximie peritus, vel per se solum idoneus erat cuivis rei magnae bello tentandae adiungendisque ditioni suae terris ab alio possessis. ex ea quippe gente sibi subiecta conflatum exercitum ductabat, quae Graeci olim generis et nominis Achille imperatore militavit: nunc Megaloblachitae vocabantur. et eius generis copiis succinctus tantum poterat, ut unus sufficeret coërcendis, ne ultra Beroeam progrederentur, tribus adversariorum ducibus, Ioanni Palaeologo magno domestico, Strategopulo Alexio et Ioanni Raūli, quorum quemque numerosae stipabant copiae. his igitur tunc congregatis in unum omnibus despota, et eodem adiectis quot ex suis ipse terris potuerat cogere, cogitabat primum quidem acie decernere cum adversariis ducibus, tum iis, ut sperabat, victis aggredi Thessalonicam et Occiduas regiones incursionibus vastare, ipsamque adeo tentare Constantinopolim. cuius rei maiorem habebat ex eo facultatem, quod cum Manfredus velut haereditariam a Friderico patre accepisset contumaciam et rebellionem in ecclesiam, Germani, quos despotae auxiliarios miserat

www.libtool.com.cn

μανοὺς τοῖς ἐν τῇ πόλει Ἰταλοῖς μάχεσθαι. καί γε ὁ Πρίγκιψ καθ' ἑαυτὸν ἦν τὰ περί τε τὴν Ἀχαΐαν πᾶσαν καὶ τὸν Μορέαν προσκεκληρωμένος. ἐπεὶ οὖν ἐς ταὐτὸν αἱ δυνάμεις συνῆσαν καὶ ἤδη πρὸς πόλεμον ἡτοιμάζοντο (οὐδὲ γὰρ οὐδ' οἱ στρατηγοὶ ἠρεμεῖν εἶχον, τόσον συνηθροῖσθαι τὸ Ἰταλικὸν πυνθανόμενοι, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ἑτέρωθεν εὐτρεπίζοντο), ὡς γοῦν ὅσον οὔπω ὁμαιχμήσαντες οἱ τοῦ δεσπότου ἐμελλον προσβαλεῖν, ἡ μυθευομένη Ἔρις ἐκείνη ἡ μεταξὺ τῶν τριῶν θεαινῶν τὸ μῆλον ῥίψασα πρὸς φιλονεικίαν τὴν περὶ κάλλους, ἐκείνη καὶ τούτοις ἐμπίπτει. καὶ ἡ αἰτία παρὰ μικρὸν ἐμφερής. (31) λέγεται γὰρ τοὺς περὶ τὸν Πρίγκιπα μεγιστᾶνας, οὓς ἐκεῖνοι καβαλλαρίους λέγουσι, τούτων τινὰς ἐποφθαλμίζειν κατ' ἔρωτας τῇ τοῦ δούκα Ἰωάννου συζύγῳ, ἣν καὶ τοῦ Ταρωνᾶ θυγατέρα ὁ λόγος ἐδείκνυ. τοῦτο δ' ἦν ἄρα τῷ ἐκείνης ἀνδρὶ εἰς προφανῆ τινὰ ὕβριν καὶ καταφρόνησιν, καὶ δὴ ὑβριοπαθῶν ἐκεῖνος ἐν τούτοις δεινὰ ἐκόλει καὶ τοῖς ὑβρίσασιν ἀνταμύνεσθαι κατηπείλει. καὶ ἔρις ἦν ἀμφοτέρωθεν ἰσχυρὰ καὶ εἰς πόλεμον ἐκορύσσετο, καὶ οἱ εἰς ὁμαιχμίαν κληθέντες κατ' ἀλλήλων συνίσταντο. τότε λέγεται καὶ αὐτὸν τὸν Πρίγκιπα ὁρῶντα τὴν μάχην ἀγανακτεῖν, καὶ τοῖς μὲν σφε-

17. ἐκορύσσετο P.

bellis prius Italicis exercitatos, nihil sane turbabantur ad propositionem oppugnationis urbis, quippe ab Italis defensae, cui dudum generi hostium assuevissent. nec invitus eodem concurrebat Princeps, cuius ditioni subiectae regiones, Achaia nimirum universa et Morea, vicinam Italorum in urbe dominantium formidabant. ubi ergo unum in locum tot simul copiae convenerunt, iamque sese ad praelium parabant (nam et ipsi pro se duces adversi, audito Italicarum tot copiarum conventu haud cessandum rati, ad pugnam ipsi quoque procincti e regione stabant), tali, inquam, articulo rerum ac temporis, cum tantum non acie instructi despotae milites signum conflictus expectarent, medium intervenit simile quiddam illi notae ex fabulis discordiae, quae inter deas tres malum praestantis formae praemium iaciens tragica eas aemulatione commisit. sic enim et nunc foederati principes rixa, hic quoque non dissimili ex causa nata, distracti ab invicem sunt discidio funesto. (31) aiunt enim quosdam e comitatu Principis proceres, quos caballarios illi vocant, cupiditatis adiecisse oculos in ducis Ioannis coniugem, quam Taronae fuisse filiam diximus, in manifestam viri eius contumeliam et praesentis contemptum; cuius ille haud dissimulans dolorem gravissime questus est, minatus etiam gravem ultionem auctoribus iniuriae, quibus ad ea superbe responsantibus certamen accensum est utrinque vehemens, iraeque ignescentes in bellum internecinum inflammabantur, mira brevis commutatione momenti, ut qui paulo ante socii communem aciem contra hostes ex adverso instructos conflabant, se invicem infesti peterent. tunc Principem haec cernentem ferunt indignatum graviter suos quidem obiurgare non su-

www.libtool.com.cn

τέροις μὴ ἔχειν ἐπιπλήττειν, τῷ δέ γε δούκᾳ καὶ λίαν ἐπιμωκησάμενον χλευάσαι, καὶ τὰ εἰς γένος, ὡς νόθος, λίαν λαμπρῶς ὀνειδίσαι. καὶ ὡς οὗτος εἴη φάναι, τὸν Νικηφόρον δείξας, ὁ ἐμὸς ἀδελφός, σὺ δὲ σκότιος, μὴ οὐχ ὅπως ἐλεύθερος ἀλλὰ καὶ δοῦλος αὐτοῦ. ταῦτα μετ' ἐμβριθείας εἰπόντος τοῦ Πρίγκιπος Ἀχιλλεὺς ἦν ἄλλος ὁ Ἰωάννης μηνίσας. τότε θέλων δεῖξαι αὐτὸς ὢν τὸ πᾶν τοῦ στρατοῦ, καὶ οἷς ἂν προσκέοιτο, ἐκείνους νικῶντας, πέμψας δι' ἀπορρήτων νυκτὸς τοῖς στρατηγοῖς διαμηνύεται ὡς αὐτὸς μετ' αὐτῶν ἔσται καὶ ὡς ἐπιθήσοιτο τοῖς μετ' αὐτοῦ Ἰταλοῖς, βλαξὶ καὶ τρυφεροῖς οὖσιν, εἰ μόνον ἐκεῖνοι ὁρ- P 51
μῷεν. πλὴν καθιστῶν πρὸς ἐκείνους τοὺς ὅρκους, τὰ πιστὰ ἐτίρει τοῖς περὶ τὸν πατέρα καὶ τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν Νικηφόρον, ὥστε ἀλωβήτους αὐτοὺς διατηρήσαντας τοῖς λοιποῖς Ἰταλοῖς οὖσι, καὶ διαφερόντως τοῖς τοῦ Πρίγκιπος, ὁμόσε χωρεῖν. ταῦτα συνθεμένων ἐκείνων, καὶ ἀνταλλαξάντων εἰς τοὺς ὅρκους τὰ ἱερὰ περιάμματα, συρρήγνυται μάχη μεγίστη ἔνθεν μὲν Ῥωμαίοις σὺν Πέρσαις καὶ Σκυθικῷ πλείστῳ, ἐκεῖθεν δὲ τοῖς τοῦ Πρίγκιπος Ἰταλοῖς· τὸν γὰρ πατέρα καὶ ἀδελφὸν σὺν τοῖς περὶ ἐκείνους B
σφίσι τὰ δεινὰ ἐπισείσας ἀποναρκᾶν πρὸς τὴν μάχην ἐποίει, καὶ οὐχ ὅπως τὸν πόλεμον ἀναβάλλεσθαι ἀλλὰ καὶ ὑπὸ πόδα ἀναχωρεῖν, αὐτὸς δὲ κατὰ νώτου τοῖς Ἰταλοῖς προσεπιτιθέμενος δεινὰ ἐποίει. καὶ τότε ἔγνωσαν Ἰταλοὶ παραδεδομένοι, καὶ ἀπεδί-

sinuisse, duci autem ut tumultus auctori succensentem, cum contumeliose appellasse, exprobrando etiam luculenter ac palam dedecore natalium. cum enim is Nicephorum ostendens "frater meus" dixisset, "apage" ait Princeps voce sublata, oculo eum contemptore figens: "tu enim spurius nec liber tenebrio, vix eo iure aspires ut servus eius sis." his verbis haud mitius quam ille vetus Agamemnonis conviciis novus Achilles Ioannes concitatus in iram non minus memorem et exitu noxiam excanduit. noxque ut demonstraret praecipuam se partem harum copiarum esse, ac quocumque inclinasset secum victoriam tracturum, missis arcanis noctu literis ad duces hostium significat se cum ipsis fore, et impetum cum suis facturum in Italorum multitudinem mollium imbelliumque, si eos illi adorirentur. cavit tamen, exacto in id ab eis iureiurando, patri suo despotae ac fratri Nicephoro, ut salvi uterque innoxiique dimitterentur. in reliquos Italos, maximeque in milites Principis, omni vi belli saeviretur. his inter eos conventis, et firmata utrimque iureiurando fide per commutationem sacrorum amuletorum, atrox pugna committitur, hinc quidem Romanis cum Persis et Scytharum manu magna irruentibus, stantibus contra Italis, qui sub Principe merebant. nam patri et fratri Ioannes persuaserat, grave ni facerent periculum intentans, ut non tantum abstinerent pugna, sed pedem etiam referrent atque in tutum se reciperent. ipse porro a tergo Italos adortus magnam eorum stragem dedit. tum demum sese Itali proditos senserunt; sparsique in fugam passim nec

www.libtool.com.cn

δρασκον. οὐ μὴν δὲ καὶ τὸν κίνδυνον ὑπεξέφυγον, ἀλλὰ πολλοὶ
C τῷ Σκυθικῷ στρατεύματι συγκαταλαμβανόμενοι, συχνοῖς τοῖς
ὀϊστοῖς τιτρωσκόμενοι ἔπιπτον, ἄλλοι δὲ τοῖς Πέρσαις ἡλίσκοντο.
καὶ τέλος αὐτὸς ὁ Πρίγκιψ θάμνῳ τινὶ παρεισδὺς ἐκεῖθεν ἐθάρρει
λαθεῖν, ἀλλ' οὐκ ἦννε τὸ παράπαν· ἐπιστάντες γὰρ καὶ αὐτὸν
ἀκλεῶς ἦρουν. καὶ μέγα τι ἀκονιτὶ ἐν στενῷ κατόρθωμα τότ'
ἐπράττετο, ἐν ὀλίγῳ πόνῳ κέρδος νεανικόν. τότε τοίνυν τὰ θαυ-
μαστὰ καὶ μεγάλα οἱ στρατηγοὶ ἀπενεγκάμενοι λάφυρα, ἐφ' οἷς
D καὶ αὐτὸν δὴ τὸν τῆς Ἀχαΐας Πρίγκιπα, ἐπ' ἀνατολὴν συνάμα
καὶ τῷ περὶ αὐτοὺς στρατεύματι ἤλαυνον, κατοχυρώσαντες ὡς
οἷόν τε πρότερον καὶ τοὺς κατὰ δύσιν τόπους, ὡς ἐπὶ πλεῖστον
φυλάττοιντο. ὡς γοῦν ἐπανῆκον μετὰ λαμπρῶν τῶν τροπαίων,
κατειλήφει μὲν καὶ ἔτι ὁ Στρατηγόπουλος ἐν ἀκαταστασίᾳ τὰ
πράγματα, οὐκ ὀλίγα δὲ καὶ αὐτὸς τῷ Παλαιολόγῳ συναίρεται
τῆς ὀρέξεως. τὸν μέντοιγε Πρίγκιπα κατὰ τὸ παρεστὸς μὲν τότε
E τῇ φυλακῇ ἐδίδοσαν· μετέπειτα δὲ ἁλούσης τῆς πόλεως (ὡς ἂν
καθ' εἱρμὸν καὶ ταῦτα ῥηθείη καὶ μὴ τὸ τῆς διηγήσεως συνεχὲς
διακόπτοιτο, εἰ καὶ ξυνέπεσεν ὕστερον) τῆς γοῦν πόλεως ἁλού-
σης, ἐτοῖν παραδραμόντοιν δυοῖν, ὁ μὲν Πρίγκιψ τὸν σοβαρὸν
αὐχένα κλίνας τῷ βασιλεῖ καὶ ἄρτι πρῶτον βλέπειν ἐκεῖνον ἄνακτα
Ῥωμανίας ἔλεγεν ἐπειλημμένον ὡς ἐχρῆν τοῦ θρόνου, καί γε
ἑαυτὸν πείθειν καθυποκλίνεσθαι καὶ εἰς πόδας πίπτειν βασιλεῖ γε

sic periculum fugerunt, circumventi a Scythicis maxime copiis, quarum creberrimis confixi iaculis cadebant. alii a Persis capiebantur. ipse ad extremum Princeps saltum ingressus arbustis densum ibi tutas se inventurum latebras sperabat, frustra: nam detectus inglorie captus et ipse est. magna tunc res brevi momento ac facile peracta, exiguique laboris ingens nec prudentibus sperabile pretium constitit. sub haec Romani duces incredibili spoliorum vi ditati, captivum Achaiae principem ducentes cum exercitu in Orientem reverterunt, munitis prius quantum fas fuit et necesse visum est, ut quam diutissime secure tenerentur, Occidui limitis locis. redux autem post illa splendida tropaea Strategopulus cum sociis res haudquaquam adhuc in aula quietas reperit, ac perstudiose Palaeologo favens multum ad eius votorum effectum contulit. at Principem custodiae tum quidem tradiderunt. postea vero capta civitate (hic enim iuvat res principis Achaiae una simul serie dicere, ne si suis quidque posterius gestum temporibus servetur, incommode abrupta hiet narratio) quando, inquam, urbs a Romanis recepta est, annis post haec duobus, flexit tandem superbam cervicem ea suorum Latinorum clade fractus animus Principis, et tunc primum agnoscere sibi visus in Michaële veram speciem ac maiestatem imperatoris, eum Romaniae principem dixit, eumdem professus est rite ac legitime thronum occupasse. denique affirmavit se iam minime dubitaturum procidere ad pedes eius, eique se subiicere ut iusto imperatori, in quo Augusti fastigii totum instar esset.

www.libtool.com.cn

ὄντι τελείῳ. εἰ δὲ βούλοιτο, καὶ λύτρα διδόναι ὑπὲρ αὐτοῦ ὧν ἔχει τὰ κάλλιστα, ἃ εἰ μή γε ἀνὰ χεῖρας ἡ πόλις ἔκειτο, οὐκ ἂν ἠξίωντο τοῖς Ῥωμαίοις τοῦ μηδενός· νῦν δὲ καὶ λαβεῖν ἀσμένως P 52
πιστεύειν καὶ ἔχοντας ἱκανῶς μεγαλύνεσθαι. ὃ μὲν Πρίγκιψ ταῦτα, ἀξιῶν καὶ δοῦλος ἐς ἀεὶ κεκλῆσθαι καί τε σημεῖον ἔχειν ἐκ βασιλείας τῆς δουλείας σύμβολον· ὁ δέ γε βασιλεὺς ἀκούσας μὲν καὶ τὰ λύτρα καὶ διαγνοὺς ἱκανὰ (πόλεις γὰρ ἐδίδου καὶ χώρας ἀπόμοιραν ἑαυτοῦ ἐν Πελοποννήσῳ ἱκανὰς εἰς δεσποτείας σέμνωμα μέγα), ἀποβλέψας δὲ καὶ πρὸς τὴν εἰσέπειτα τοῦ Λατίνου δουλείαν, ὡς ἐντεῦθεν καὶ μεγαλύνεσθαι τοὺς Ῥωμαίους B
καί γε κερδαίνειν, ἔγνω σπείσασθαι τὰ πρὸς τοῦτον. ἐπὶ ῥητοῖς γοῦν ἐκβάλλει τοῦτόν τε τῆς φυλακῆς καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν ὅσοι περιῆσαν ἐν φυλακαῖς προσταλαιπωρούμενοι, τιμᾷ δὲ καὶ δεξιοῦται τοῖς πρέπουσι, καὶ οὕτως ἑαυτῷ οἰκειοῦται ὥστε καὶ ἀνάδοχον αὐτὸν καταστῆσαι παιδὸς ἰδίου ἐκ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος κατά τινα πληροφορίαν μεγίστην. συνέθεντό τε μετὰ ταῦτα τοὺς ὅρκους φρικτούς, ὡς λέγουσί τινες, ὥστε καὶ φρύκτωρα ἀνά- C
ψαντας ἅμα τοῖς λεχθεῖσιν εἰς ὅρκους καὶ ἀρὰς τὰς παλαμναιοτάτας σβῆναι ποιῆσαι, ὃ δὴ καὶ εἰς ἀσφαλὲς τοῖς Ἰταλοῖς τῶν

12. αὐτὸν] αὐτοῦ P.

praeterea si tractari de sua liberatione vellet, pretia libertatis ei soluturum quae haberet optima. haec utcumque Romani, antequam urbem in manibus haberent contemnere forte potuissent, nunc tamen confidere se et illos ea libenter accepturos, et cum habuerint, non parum inde crevisse suam magnitudinem sensuros. addebat non recusare se, quin etiam ultro cupere, subiici imperatori, et clientelae nexu perpetuae se suumque principatum ei obligare; velleque huius subiectionis signum ac symbolum sumere titulum officii ab eo impositi. his imperator auditis, et probato pretio rerum in redemptionem libertatis oblatarum a Principe (erant hae urbes et regiones, pars non modica principatus eius in Peloponneso, quantam qui possideret merito ferre titulum ac sustinere dignitatem despotae posset), simul etiam considerato quam amplum illi esset tantum inter Latinos dynastam clientem in posterum ac subditum habere, unde et decus Romanae rei et lucrum accresceret, optimum factu iudicavit accipere quae offerebantur, et foedus ostensis conditionibus icere. pactis igitur secundum dicta initis, educit Principem e carcere, et quotquot ex eius familiaribus superstites sunt reperti: nam aliquos diuturnae custodiae miseriae absumpserant. honoravitque illum et splendide tractavit, ut decebat; tantumque sibi admovit, ut suscipi ab eo ex sacro baptismate proprium filium vellet in signum et pignus certissimum reconciliatae fide optima gratiae. celebrata deinde conventio est mutuo iureiurando, horrificis etiam, ut aiunt, utrinque sancito ritibus: nam funale accensum praeferentes, ubi suum quisque caput, si a pacto resiliret, diris quam maxime formidolosis devovit, illud extinxerunt; cuiusmodi caeremonia putant Itali execrationibus seu excommunicationibus more ipso-

www.libtool.com.cn

παρ' ἐκείνοις ἀφορισμῶν τελεῖται. ἦσαν δέ σφισιν αἱ συνθῆκαι, ἢ μὴν τὸν μὲν Πρίγκιπα Ῥωμαίοις δοῦναι καὶ βασιλεῖ ἐξ αὐτῆς κατασχεῖν εἰς δεσποτείαν ἀναφαίρετον τὰ κατὰ Πελοπόννησον ταῦτα, Μονεμβασίαν Μαΐνην Ἱεράκιον Μυζηθρᾶν (Ἀνάπλιον δὲ
D καὶ Ἄργος ἐν ἀμφιβόλοις ἐτίθει) καὶ ἅμα πᾶν τὸ περὶ τὴν Κιν- 5
στέρναν θέμα πολύ γε ὂν τὸ μῆκος καὶ πολλοῖς βρύον τοῖς ἀγαθοῖς, καί γε αὐτὸν ἐς ἀεὶ δοῦλον κεκλῆσθαι Ῥωμαίων καὶ βασιλέως, καὶ ὀφφίκιον ἐντεῦθεν εἰς δουλείας σημεῖον ἀποφερόμενον, τὸν δέ γε βασιλέα σεμνύναντα τοῦτον τῷ τοῦ μεγάλου ἀξιώματι δομεστίκου μετὰ τιμῆς ἀποστεῖλαι συνάμα τοῖς ἀμφ' αὐτόν, 10
ὅσοι καὶ περιόντες ἦσαν. καὶ δὴ ἐπὶ τούτοις γεγενότων τῶν σπον-
E δῶν αὐτὸν μὲν ἀπέστελλε σὺν τιμαῖς πρεπούσαις, τοὺς δέ γε λη-
ψομένους τὰ λύτρα προσεπεπόμφει. καί γε ὁ Πρίγκιψ τὰ ἴδια κατελάμβανε, Πρίγκιψ Ἀχαΐας καὶ μέγας δομέστικος Ῥωμανίας ἐπιφημιζόμενος, καὶ ἅμα τῷ ἐπιστῆναι μηδὲν μελλήσας ἀπεδί- 15
δου τὰ λύτρα ὡς προὔπέσχετο. κἂν ἐνέμεινε καὶ ἐς τέλος ἐνσπόνδως ἔχων πρὸς Ῥωμαίους τῷ τῆς Ῥωμαΐδος κλείζόμενος ὀφφικίῳ, εἰ μή γε ὁ πάπας ἀκούσας, παροξυνθεὶς καὶ ταῦτα πρὸς τοῦ ῥηγός, καὶ αὐτοῦ γε προσδραμόντος καὶ ἱκετεύσαντος (οὐ γὰρ εἰς συνοῖσον ἐδόκει οἱ τὸ διὰ τέλους σπένδεσθαι πρὸς Ῥωμαίους), 20
P 53 τὰς συνθήκας ἐκείνας διέλυε καὶ τοὺς ὅρκους παρ' οὐδὲν ἐτίθει
ὡς ἐν φυλακῇ καὶ ἀφύκτοις δεσμοῖς, καὶ μὴ ἑκουσίως, ὡς ἐχρῆν,

rum in quospiam intortis efficacitatem et firmitatem adiungi maximam. porro conventionum inter eos istarum capita haec erant, Principem cedere Romanis et imperatori, iure quam optimo possidenda et in perpetuum eius dominium ex nunc transitura, haec in Peloponneso sita, Monembasiam, Mainam, Hieracium, Myzethram. Anaplium vero et Argos ut controversa et iuris dubii relicta in medio sunt, uti et tractus universus circa Cinsternam valde in longum patens et multis scatens bonis. Principem autem ipsum perpetuum fore Romanorum et imperatoris clientem, et in subiectionis signum officium inde sumpturum. vicissim ab imperatore Principem ornatum dignitate magni domestici honorifice dimittendum liberum, cum iis suorum qui tunc superstites reperirentur. in haec foedere facto dimisit Principem imperator eo quo par erat honore, missis simul cum illo qui pretia libertatis, de quibus convenerat, reciperent. rediit igitur domum Princeps, Achaiae principis et magni domestici Romaniae titulos referens; nec quidquam cunctatus post reditum cuncta quae promiserat redemptionis pretia exolvit. mansissetque perpetuo in fide pactorum, quippe auctoratus Romanis memorato magni domestici officio, nisi papa re audita, cum per se indignatus, tum in id ipsum impulsus precibus regis Apuliae, quorum neutrius rationibus accommodatum videbatur tantum suarum hactenus partium Principem stipendiarium Romanis permanere, pactum illud dissolvisset; iuramentaque irrita declarasset quasi extorta ineluctabili vi necessitatis ab homine diris vinculis constricto, ac per hoc non sui iuris, nec eius libertatis ac propriæ arbi-

www.libtool.com.cn

πράττοντος. ὅθεν καὶ εἰς τὸ μετέπειτα συνεχεῖς καὶ μεγάλοι σφίσι καὶ ἀμφοτέροις ἀνερρώγασι πόλεμοι. καὶ ταῦτα μὲν ἐπράττετο τῇδε.

32. Ὁ μέντοι δεσπότης Μιχαὴλ νῦν μὲν καὶ ἀπὸ τούτων ἐπολουθεὶς τῆς δυνάμεως (πλείστη γὰρ ἐχρᾶτο καὶ παρὰ τοῦ τῆς Ἀχαΐας πρίγκιπος τῇ συμμαχίᾳ), ἔτι δὲ καὶ παρὰ τῶν ἀμφὶ τὸν τότε σεβαστοκράτορα Ἰωάννην τὸν Παλαιολόγον μεθ' ὕστερον τὰ πολλὰ κακωθείς, ὡς καὶ ἐν στενῷ καταστῆναι πάμπαν τῶν τε χωρῶν καὶ ταύτης τῆς στρατιωτικῆς δυνάμεως, πέμψας πρὸς Μαφρὲ τὸν τῆς Πουλλίας ῥῆγα καί γ' ἐπὶ θυγατρὶ γαμβρὸν ἑαυτοῦ, καὶ πλείστην συμμαχίαν λαβών, παραδίδωσι τὰς δυνάμεις τῷ υἱῷ αὐτοῦ Νικηφόρῳ συμπράττοντι κἀκείνῳ, ὃς καὶ συμβαλὼν περὶ τὴν Τρικόρυφον τοῖς ἀμφὶ τὸν Καίσαρα, καὶ μάχην συρράξας δεινήν, πλείστους τε πεσεῖν τῶν Νικαέων παρεσκεύασε, πλείστους τε καὶ ἄλλους οὓς μὲν φονεύσας οὓς δὲ περισχὼν καὶ αὐτὸν αἱρεῖ Καίσαρα. ὡς δ' αὖθις σπονδῶν γενομένων ἐλύετο, τότε μὲν τὰ κατὰ τὴν πόλιν συμπράττει, περὶ ὧν αὐτίκα ῥηθήσεται, ὕστερον δ' αὖθις τοῖς ἀντικοῖς καὶ προσβάλλων αἱρεῖται πάλιν καὶ τότε παρὰ τοῦ δεσπότου Μιχαήλ, καὶ ἀποστέλλεται πρὸς τὸν ῥῆγα Πουλλίας τὸν Μαφρέ, καί γε τῇ παρ' ἐκείνῳ δίδοται φυλακῇ, χρόνῳ δ' ὕστερον τῆς δεσποίνης Ἄννης ἀδελφῆς οὔσης Μαφρὲ ἀνταμείβεται. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐσαῦθις ἐροῦμεν.

6. τὸν deerat.

trū compote quae requirebantur ad hoc ut conventio rata validaque esset; unde consecutis inde temporibus continua et magna inter utrosque arserunt bella. et ea quidem sic se habuerunt.

32. At despota Michaël in praesens quidem ob eventa narrata minutus copiis, quae illi pleraeque accesserant societate principis Achaiae, praeterea a sebastocratore Ioanne Palaeologo plurimis postea damnis affectus, adeo ut multum in arto ipsi res essent cum provinciarum tum exercitus, missis ea de re legatis ad regem Apuliae Manfredum suum generum, et magnas ab eo auxiliares copias adeptus, eas tradidit suo filio Nicephoro, suas strenue in idem propositum et opes et operam conferenti. hic cum Caesare circa Tricoryphum acri praelio congressus maximam stragem Nicaeensium dedit, alios plurimos partim occidit partim cepit, ipsum denique captivum abduxit Caesarem; qui pace deinde facta liber dimissus ea quae mox referemus ad urbem gessit, et rursum cum Occidentalibus pugna inita captus iterum est a Michaële despota, et ad regem Apuliae Manfredum missus ab eo custodiae traditus est, insecute deinde tempore cum domina Anna sorore Manfredi permutatus. sed haec suis locis deinde referemus.

www.libtool.com.cn

B.

P 57 Ἀρσενίῳ δὲ τῷ πατριάρχῃ νέων ἦρξε φροντίδων ἡ τῆς ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ καταστάσεως τοῦ Παλαιολόγου ἀνάγκη, μεγάλη τις οὖσα καὶ ἀπαραίτητος. πλὴν γὰρ ὀλίγων, καὶ τούτων καιρὸν οὐκ ἐχόντων διὰ τὴν τῶν ἄλλων πολλῶν καὶ μεγάλων ὄντων βούλησιν ἐφ' ᾧ ἐπίσχοιεν, φανερῶς οἱ ἄλλοι πάντες μιᾶς βουλῆς ἦσαν καὶ γνώμης, ἀγαπητῶς ἔχοντες εἰ βασιλεύοιντο ὑπ' ἐκείνῳ. B ἀρίστην γὰρ βασιλείαν εἶναι οὐ τὴν κληρωτήν, ἣν ὀλίσθῳ τύχης τινὶ ἔστι λαγχάνειν καὶ τὸν ἀνάξιον, οὐδέ γε τὴν ἀπὸ γένους, εἰς ἣν παρεισφθαρέντες πολλάκις λανθάνουσι καὶ οἱ κάκιστοι, οὓς δὴ καὶ ἀποδοκιμάσειεν ἂν ὁ ἀγαθὸς ἄρχων καὶ ἐν ὑπηκόων ἐξετάζεσθαι μοίρᾳ, ἀλλὰ τὴν ἐξ ἀρετῆς καὶ δοκιμασίας ἀρίστης ὧν ἄρχειν μέλλει. αὕτη γὰρ καὶ λυσιτελὴς τοῖς πλήθεσιν, εἰδότων τῶν εἰς ἀρχὴν καταστάντων ἐπὶ τίνι καὶ προσεκλήθησαν. C ἰατρὸν γὰρ οὔτε τὸν ἐκ τύχης οὔτε τὸν ἐκ γένους εἰς τὸ ποιεῖν ὑγείαν τοῖς νοσοῦσιν ἀξιόχρεων εἴποιμεν· καὶ εἰ ἐκ γένους τὸν κυβερνήσοντα ἐγκρινοῦμεν, καταποντιστὴν μᾶλλον ἢ κυβερνήτην ἐπιστήσομεν τῇ νηΐ. κινδυνεύειν δ' οὕτω καὶ τὸν μᾶλλον καθάρσεως εἶτ' οὖν παιδεύσεως εἰς τὸ καλῶς βασιλεύειν δεόμενον ἀκά-

II.

At Arsenio patriarchae novarum solicitudinum initium attulit magna et ineluctabilis necessitas imminens evehendi Palaeologum ad imperium. nam praeter paucos momentum non habentes, quod eorum suffragia multitudine contrariorum obruerentur, concordi omnes studio in unam sententiam desideriumque conspirabant Palaeologo ut imperatori serviendi. vulgo ut optimam laudabant eam demum principatus formam, quae principis delectum non praerogativae generis addiceret, ac sic permitteret arbitrio sortis, cuius temerario iudicio velut caeco aleae casu non solum indignus interdum praeficeretur, sed in summum saepe locum irreperent pessimi homines, et omnino tales quos si satis exploraret gravis et accurata censura, vix in infimum subditorum gradum admitteret. tutissimum esse illum igitur eligendi modum, quo vita eius et mores qui promovendus est, ipsorum quibus est praefuturus subiiciuntur examini: istam enim rationem et populis aeque utilem et ipsis principibus, utique per eam intelligentibus cur et ad quid officii vocentur. sane numquam dixerimus aptissimum fore illum aegro curando medicum, quem genus aut fortuna commendarint; et si ex genere gubernatorem navigantes adsciverimus, demersorem potius quam utilem rectorem imponemus navi. periculum porro esse ne qui sunt in regno nati omnium sint ineptissimi ad percipiendam institu-

www.libtool.com.cn

θαρτον εἶναι μάλιστα, ἅμα γεννηθέντα καὶ ἅμα τρυφαῖς καὶ σπατάλαις παραληφθέντα βασιλικαῖς, ὑφεδρευούσης μὲν κολακείας, ἐκποδὼν δ' οὔσης ἀληθείας, καὶ τῶν κακίστων ὡς καλ- D
λίστων ὑποκοριζομένων, ὡς ὁ παλαιὸς λόγος ἔχει, ὅτε καὶ τὸ ἐμμελὲς βήττειν ἀκούειν ἦν ἐκ κολάκων τῷ ἅμα μὲν ἄρχοντι ἅμα δὲ κάσχοντι, κἄν τις νουθετῶν ὑπογρύξῃ, ὡς δύσνους καὶ κάκιστος διεβάλλετο, ὡς τὴν παραίνεσιν πρόσταξιν ἐχόντων. οἱ δὲ καὶ τὰ γινόμενα δυσχεραίνοντες οὐδὲν ἧττον κολακεύουσιν, ἀποσιμήνοντες πλέον τοῦ μετρίου τὸν ἄρχοντα, καὶ τὸν τῦφον συν- E
αύξουσιν. ἐκεῖνοι δὲ ὥσπερ ἐπὶ σκηνῆς διάφορα προσωπεῖα περιτιθέμενοι, πρὸς τὸ ἀρίστως βασιλεύειν τὸ γένος ἐχέγγυον οἴονται, ὥσπερ ἐν ταῖς πρώταις τῶν σπερμάτων καταβολαῖς βασιλικῶν τινῶν δυνάμεων εἰς ἀρίστην ἡγεμονίαν ἐνουσῶν. ταῦτα λέγοντες ἐπέκειντο πλέον ἰδεῖν τὸν δεσπότην καὶ στεφηφόρον, καὶ
ἧττον προσαναγκάζοντες συνεχῶς. ἦν γὰρ καὶ ὁ Παλαιολόγος P 58
ἐντεῦθεν συγκροτηθεὶς τὰ αὐτὰ λέγων, καὶ ὡς εἰ μὴ ἄξιος τῆς ἡγεμονίας κριθείη καὶ ὁ ἐξ αὐτοῦ, αὐτὸς ἐντεῦθεν ἐκεῖνον ἀποψηφίζεται. πλὴν καὶ πολλά τινα κατορθοῦν ὑπισχνεῖτο, τὴν

tione disciplinam atque artem recte administrandae reipublicae, quippe quos et deliciae, in quarum sinu nutriuntur, et assiduae imperantium pestes, adulatorum greges, ita depravant ut nec sensum habere veritatis assentationibus exclusae, nec iudicium recti et aequi, aut formam capere moderati regiminis valeant, utique cum qui eorum et latera obsident et auribus insidiantur individui comites, ad gratiam loqui omnia parati, pessima quaeque, ut vetus verbum habet, pulcherrimarum rerum appellatione cohonestent, usu subactis principum animis ad ista et toleranda et credenda, adeo ut etiam libenter audiant viles istius faecis hominum voces, quibus modulatam etiam sibi videri aegrotantis principis tussim putidissime garriunt. quibus si audeat intervenire quispiam sapiens, et quae vera et iusta sunt hiscere, continuo ut defectionem meditans et homo nequissimus traducitur, iis siquidem qui sic imperant omnis admonitionis loco absoluta et liberrima quidvis imperandi licentia est, cum interim ipsi quoque qui ea moleste ferunt, accinere assentantibus cogantur, et ultra omnem modum qualicumque principi encomia vel maxima dicere, quibus scilicet magis magisque tumidus eius animus inflatur. atque hoc genus principes, diversas sibi larvas velut in scena imponentes, ad optime imperandum abunde putant sufficere generis regii claritatem, quasi nascentium in purpura primigenia ipsa semina vim quandam arcanam secum ferrent, dotium ad praeclare imperandum necessariarum praebitricem. haec dicentes exardescebant in impatientem instantium videndi praepositum rebus verum dominum et corona dignum, seque compotes votorum, utpote subiectos principi eius formae quam descripserant. is quoque ipse quem istis vocibus designabant, Palaeologus eadem illa loquebatur, addens etiam se, si forte imperaret et filium haberet non praeditum dotibus artibusque ad bene regendum aptis, ultro abdicaturum redacturumque in ordinem. his inserebat promissiones magnificas perficiendarum, si decla-

www.libtool.com.cn

μὲν ἐκκλησίαν ἀνυψοῦν ὅσον, τοὺς δ' ἱερωμένους καὶ πλέον τοῦ μετρίου τιμᾶν, ἀξίαις τε μεγίσταις καὶ τοὺς ἀξίους τῶν ἐν τέλει
B προβιβάζειν, καὶ κρίσεις ὑπεραποδέχεσθαι δικαίας, καὶ τοὺς ἀρρεπῶς κρινοῦντας ἐγκαθιστᾶν, ὧν καὶ μάλα καὶ πρώτιστον τὸν Κακὸν Μιχαὴλ καὶ Σεναχηρεὶμ ἐπικεκλημένον, εὖ τῶν λόγων καὶ τῶν νόμων ἔχοντα, ἐν τῷ δοῦναί οἱ καὶ πρωτοασηκρῆτις πάλαι σβεσθὲν ἀξίωμα, καί οἱ θέλειν ἀσηκρῆτις ὑποτάξαι, ἐφ' ᾧ ἀδεκάστως καὶ ἀνεριθεύτως κρίνοιεν. ἔτι τε λόγον τιμῆσαι καὶ τοὺς ἐν λόγῳ περὶ πλείστου τῶν ἄλλων ποιεῖν. τὸ δέ γε στρατιωτι-
C κὸν ὑπεραγαπᾶν, καὶ τὰς ἐκείνων προνοίας, κἂν ἐν πολέμῳ πίπτοιεν κἂν ἀποθνήσκοιεν, γονικὰς ἐγκαθηστᾶν τοῖς παισί, κἂν τισιν αἱ γυναῖκες κατὰ γαστρὸς ἔχοιεν τὸ κυοφορούμενον. εἰσπράξεων δ' ἀδίκων μηδ' ὄνομα εἶναι, μηδὲ χώραν διδόναι διαβολαῖς, ἀργοῦντος μὲν τοῦ ἐπὶ ταύταις μονομαχίου, ἀργοῦντος δὲ καὶ τοῦ σιδήρου, ὡς ἐπηρτημένου καὶ κινδύνου μεγίστου, εἴ
D τις τολμήσῃ τῶν δυναμένων καὶ ἐν ἀρχαῖς ὑπέχειν τὸν μύδρον καταναγκάζειν. τὰ δὲ τῆς πολιτείας οὕτως ἀφόβως ἐν εἰρήνῃ διατηρεῖσθαι, ὥστε καὶ τοὺς ἀποροῦντας καὶ ἱκανῶς τῆς περιουσίας

6. καὶ] τὸ?

raretur imperator, laudatarum et cunctis expetitarum rerum. ecclesiam quidem sese in altissimum fastigium evecturum, sacros vero ministros honoraturum exquisitissime. praeterea magistratus et praefecturas non nisi dignis ex primo ordine tributurum. iudiciorum curam suscepturum, ut iuste ac sine calumnia fierent, aequique tenaces et inflexibiles ad gratiam ei rei viros praefecturum. cuius rei iam nunc specimen et quasi pignus dedit in quodam notissimo tunc et omnium primo iudice, perdocto illo quidem et consultissimo iuris, sed iniustitia infami, unde illum malum Michaëlem et Senacheribum vulgo vocitabant. quem specie honoris in posterum coërcuit: extinctam enim prius dignitatem primi a secretis resuscitans ei tradidit, subiiciens sic illi assessores multos probos viros a secretis, hoc est arcanis suffragiis iudicaturos, et sic citra personarum acceptionem sine ullius respectu ac verecundia, quod iustum esset decreturos. pollicebatur etiam sese literatos eximie culturum praelaturumque cunctis. ad haec eximiam erga militarem ordinem caritatem promittebat, stipendiis ad diem numerandis, donativis repraesentandis, eorum vero qui in bello cecidissent et in obsequio reipublicae vitam profudissent liberis, si quos reliquissent, debita patri praemia reddendo; in eoque tam diligentem fore, ut si cuius occisi militis uxor praegnans superesset, foetus in ea concepti providentiam gereret, eique servari mortui parentis honoraria curaret. iniustarum porro exactionum ne nomen quidem audiri passurum. nec locum daturum calumniis; unde iam nemo ad earum depulsionem singulari certamine decertaret, nemo contactu ferri candentis innocentiam probaret, satis quaro unoquoque magistratuum magnum mali gravissimi sibi periculum impendere, si vel tantum conniveret, ut quivis delatus ad experimentum massae candentis adigeretur. spondebat quinetiam summam securitatem pacis publicae, per quam etiam tennes et prius

www.libtool.com.cn

ἴροντας ἐπιδεικνυμένους τὰ ὑπάρχοντα κυδροῦσθαι καὶ τὸ παράπαν μὴ δεδιέναι. ἐπὶ πᾶσιν ὑπακούειν τῆς ἐκκλησίας, καὶ μητέρα ταύτην ὡς εἰκὸς ἡγεῖσθαι, καὶ πᾶν τὸ εἰς κατάστασιν αὐτῆς πραγματεύεσθαι. ταῦτα δὲ προσετίθει, ὅτι καὶ ἐν ὑπονοίαις ὁ πρεσβασιλεύων ἦν τοῦ καταφρονεῖν τῶν ἐκείνης προνομίων καὶ βασιλικῶς κατεπαίρεσθαι, ὥστε καὶ ἐπὶ πολλοῖς τὸν πατριάρχην λυπεῖσθαι καὶ τὴν τοῦ λαοῦ προστασίαν ἀποπροσποιεῖσθαι, μηδὲν κἂν δικαίως ὑπέρ τινων λέγοι εἰσακουόμενον. ἦν οὖν τότε τῷ πατριάρχῃ, καὶ οἷς τῶν ἀρχιερέων τὸ εἰς τὸ μέλλον προμηθὲς ἦν, διττοί τινες λογισμοὶ πρὸς ἀμφότερα κρούοντες καὶ ἑκατέρωθεν ἰσχυροί. ὅτε γὰρ πρὸς τὴν τῆς βασιλείας ἐντέλειαν ἀποβλέψειεν, καὶ τὸ παρ' ἀμφοῖν βασιλέοιν, τοῦ μὲν νεοκομουμένου τοῦ δ' ἐνεργοῦντος, ἄρχεσθαι ὡς καλὸν ὁμοῦ καὶ τῷ ὑπηκόῳ σωτήριον κατενόουν. πρὸς δὲ καὶ τὰ μέλλοντα προσγενήσεσθαι, ἅμα μὲν ἐξ ὧν τὴν ἱκανὴν πληροφορίαν ἐπὶ τἀνδρὶ εἶχον ἐκ πλείστου, ἅμα δὲ καὶ ἐξ ὧν τότε ὑπισχνουμένου κατήκουον, ὑπεραποδεχομένοις ἐῴκεσαν τὰ κατὰ βουλὴν πραχθησόμενα. ὅτε δ' αὖ πάλιν πρός τε τὸ τοῦ ἑνὸς ἀφιλονείκητόν τε καὶ ἀνερίθευτον καὶ

egentes iam tantum abundarent, ut nec ipsis deforet facultas ostentandarum opum et se familiamque domestica copia honestandi, omni prorsus metu vacuis. super omnia obedientissimum sese, ut par est, ecclesiae praebiturum, et matris illam loco ducturum, nihilque non moliturum quod ad eius statum pacemque servandam videretur conducibile. in quo ut abundantius religionem ostentaret, incitabatur spe comparationis a populo instituendae factorum suorum eius generis cum contrariis exemplis imperatoris nuper defuncti, de quo sciebat invaluisse suspicionem haud magni eum facere ecclesiae auctoritatem, efferreque se in eam fastu regio. unde et contigerat eo regnante multas offensiones et dolendi causas patriarchae offerri, adeo ut is iam non auderet suscipere patrocinium populi, nec deprecatorem se ingerere in periculis miserorum, quoniam non speraret se auditum iri, quantumvis aequa diceret. tunc porro patriarcha et ii ex antistitibus qui futuri providentiam habebant, cogitationibus invicem adversis et valide utrimque in contraria incurrentibus distrahebantur. quando enim bonum imperii statum reputabant, praeclarum ipsis et populo salutare videbatur, administrari rempublicam nomine atque auctoritate simul iunctis principum duorum, alterius pupilli et in perfectam aetatem debita cura educandi, alterius per se valentis resque opera consilioque propriis gerentis. rursus cum extendebant animum in provisionem rerum futurarum, hinc quidem occurrebat quantum expectari boni posset ex imperio Palaeologi, de cuius et sapientia et bonitate et fortitudine plene sibi persuasi videbantur; eoque momento haud dubie propendebant in eam partem, quae tali tamque probato et parato imperatori, tam fausta et optabilia tum promittenti tum ideneo praestare, certam et perpetuam collati iam honoris possessionem optabat. iidem tamen ubi deinde reputabant secum quam tranquilla, concors, a dissidiis et factionibus secura seiunctaque sit singularitas imperantis, e contrario quam

www.libtool.com.cn

τὸ ἐπὶ δυσὶ στασιαστικόν τε καὶ μάχιμον ἐννοήσαιεν, τάς θ' ἑκατέρωθεν ἐπιβουλὰς καὶ τὰς ὑποψίας ἑνὸς ἐπὶ θάτερον, καὶ τέλος τὸν ἐφ' ἑνὶ κίνδυνον παρὰ τοῦ κρατήσαντος, διεφώνουν καὶ ἀπη-
B γόρευον. εἶναι γὰρ τὴν βασιλείαν καὶ ἄλλως χρῆμα μὲν ὀρεκτὸν καὶ τοῦ παντὸς ἄξιον, ὑποπτικὸν δ' ἄλλως, ὥστε καὶ μὴ οὖσαν κακίαν εἰδωλοποιῆσαι διὰ τὴν ὑποψίαν καὶ οὖσαν μετιέναι παρασκευάζειν τὸν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς, ὡς οὕτω μόνως ἀσφαλῶς βασιλεύσοντα, ἂν καὶ τὰ μὴ ὄντα μετίῃ. ᾧ δέ τις πρὸς ταῦτα καὶ ὑποστέλλοιτ' ἄν, τῷ μή τισιν ἄδικος δόξαι τῇ μοναρχίᾳ ἐπιθέμε-
C νος, σοφόν τινα λόγον καὶ παλαιὸν ἐκ τραγῳδίας εἶναι τὸν ἐξαιροῦντα τὸν ἐπὶ τῇ δόξῃ τῆς ἀδικίας μεῖμον, λέγοντα, εἴπερ ἀδικεῖν δέοι, ὑπὲρ τυραννίδος κάλλιστον ἀδικεῖν. ταῦτ' ἐκείνοις λογιζομένοις δέος ἐπῄει· καὶ παρὰ ταῦτα μὲν πλησίον ἦσαν τοῦ πράττειν, τούτων δὲ προσκρουόντων τοὺς λογισμοὺς ἀργοὶ πρὸς τὸ δρᾶν ἦσαν, κἂν ὅσοι καὶ ὥρμων λέγειν. νικᾷ δ' ὅμως τὸ
D μόρσιμον. καὶ τοῦ μὲν τὴν ἀρχὴν ἐγχειρίζειν ἐκείνῳ οἱ πλεῖστοι

13. ἐποίει P.

infida, instabilis, ad rixarum seditionum et civilium tumultuum praesens periculum exposita sit duorum in uno imperio societas, quae utrinque insidiae, quae suspiciones, quae machinationes uniuscuiusque in aemulum, ad extremum quae clades quamque tragicus exitus maneat imbecilliorem, postquam potentiori aut feliciori succubuerit, haec, inquam, cogitantes revocabant damnabantque vota illa sua et consilia priora, toti videlicet defixi in imagine miseriarum imperii discordis. existimari quippe vulgo imperium rem in primis expetibilem et quantovis bene pretio parandam, praesertim iis qui eius gustum experiendo perceperint. idem porro esse suspiciosissimum negotium; nec quiescere umquam animos collegarum in suprema potestate, quin se inquietissime torqueant curis anxiis in se invicem intentis, imaginante unoquoque de alio infestissima quaeque, et aeque ambobus tam saepe sine causa quam semper sine venia sese invicem insidiarum capitalium suspectos, immo reos et convictos habentibus, atque adeo in ista inquietissima vigilia suspicionum anxiarum et iniquissimarum spem ac rationem secure regnandi sitam esse ducentibus. quodsi cuius forte a vi scelerata perfidisque fraudibus in collegam abhorreat animus, et famam crudelitatis iniustae vereatur, occurret statim in subsidium ambitionis contra humanitatem vetus e tragoedia oraculum, quo edicitur, si ius violandum umquam sit, minime vituperabilem et maxime tempestivam eius violandi causam esse plenam in solidum acquisitionem supremae auctoritatis. talia reputantes, et quae ex istis pronum erat sequi metuentes, ecclesiastici proceres impelli se sentiebant ad favendum ambitioni Palaeologi: rursus vero incurrentibus ex adverso miserationi pupilli principis ac fide in domum Augustam, segnes ad agendum, mut etiam ad loquendum quae opus erant reddebantur. vicit tamen divina praedestinatio quae imperium Michaëli desponderat: nam ad huic imperium decernendum plerorumque ac ferme omnium sententiae conspirarunt appositam id tamen in mutuam cautelam communi consensu temperamen

www.libtool.com.cn

γίνονται, καὶ σχεδὸν πάντες· ὅμως δ' ἐμπεδοῦν τοῖς φρικώδεσιν ὅρκοις, ἀραῖον ἔχειν ὑπὲρ θατέρου θάτερον τοῦ μή τι δεινὸν βουλεύσασθαι κατ' ἀλλήλων τοὺς βασιλέας, τῶν εἰκότων ἐνόμισαν. (2) ἑτοίμως δ' ἀφῆρουν καὶ τὸ δοκοῦν τοῖς πραττομέ- P 60
νοις προσίστασθαι ἐφέσει τοῦ ταῦτα γενέσθαι. ὡς γὰρ αἱ γεγονυῖαι συνθεσίαι τοῦ Παλαιολόγου πρὸς τὸν πάππον τοῦ βασιλέως καὶ αἱ δι' ἀφορισμῶν ἐμπεδώσεις, ἢ μὴν μή τι κατὰ τοῦ γένους τοῦ βασιλείου βουλεύσασθαι, παρά των προυτείνοντο, ὡς ἰσὸν ἀράχνης ὁ τῶν ἀρχιερέων σύλλογος τὰς συνθήκας ἐκείνας διέλυον. μὴ γὰρ εἶναι τὸ τοιοῦτον κατὰ τοῦ βασιλεύοντος B
κάκιστον βούλευμα, ἀλλὰ μᾶλλον συνεργίαν τῆς βασιλείας καὶ συντήρησιν ἀδιάδοχον, κατὰ καιρὸν συναιρομένου τῆς ἀρχῆς τῷ νέῳ τῆς βοηθείας χρῄζοντι. τὰς τοὐντεῦθεν δὲ τῶν ὅρκων συμβάσεις ἐπὶ τοσοῦτον τὸ ἰσχυρὸν ἔχειν καὶ ἀδιάλυτον ὥστε καὶ τὰς προτέρας συνεῖναι ταύταις, ὡς καὶ ἀμφοτέραις τὸν Παλαιολόγον ἐνίσχεσθαι, εἴ ποι τῷ νέῳ ἐπιβουλεύοι. οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ ἀντιστρόφως ἐζήτει τὴν ἀρὰν τίθεσθαι καὶ τοὺς ὅρκους γίνεσθαι, C

tum est, ut ambo principes iuramentis quam maxime horrendis, diris etiam execrabilibus additis, obligarentur ad fidem invicem caritatemque praestandam abstinendumque a vi omni ac fraude, quae in alterutrius perniciem tenderet. (2) ista porro vel occasione vel praetextu novorum iuramentorum facile sacri antistites relaxarunt, quod ad rem quae agebatur quamque multum optabant putabatur necessarium, siquidem ne novum iuramentum rite a Palaeologo conciperetur, videbatur obstare adhuc vigens religio veteris iurisiurandi, quo ille avo pueri principis dudum sacramento fidem addixerat, non in ipsius tantummodo personam, sed in stirpem eiusdem ac posteros, additis etiam anathematum, si falleret, incurrendorum devotionibus ac diris. quae nunc omnia coetus praesulum ut telas aranearum disrupit ac fecit irrita, magno consensu declarans, quod fieri Palaeologum contigerat participem imperii, nequaquam esse nefarium et fidei iuratae contrarium facinus, sed utilem reipublicae collationem operae in bonum imperii, et conservationem principatus ei ad quem de iure spectabat, sine ulla spe potestatis istius precariae in prolem successione transmittendae; quae salutaris tum rei Romanae cooperatio peropportuna et necessaria iudicabatur imbecillae ac tali auxilio egenti pupilli principis pueritiae. itaque nihil obstante prioris sacramenti religione, novum iuramentum ratum fore inviolabilemque firmitatem habiturum, quippe cum neutra conventio quidquam alteri contrarium habeat, quominus ambae valere simul possint; unde fore ut duobus deinceps totidem foederum sacramento sancitorum vinculis constrictus Palaeologus teneretur, et si ullas umquam collegae puero insidias strueret, duplicis periurii reus foret. quae Palaeologus admittens vicissim petiit devinciri mutuo quoque iuramento ad securitatem suam adolescentulum imperatorem, imprecando et ipsum sibi diras et anathema statim inevitabiliter incurrendum, si quidquam umquam adversus Palaeologum machinaretur aut ageret. haec uti convenerat processerunt, conceptis utrinque iuramentis et

www.libtool.com.cn

εἴ ποι καὶ ὁ νέος κατ' αὐτοῦ μελετήσας διαπράξοιτο, ὡς ἐξ ἀνάγκης τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθαι. προβαίνει ταῦτα, καὶ γραφαῖς οἱ ὅρκοι κατασφαλίζονται. καὶ ὁ γράφων ὁ εἰς πρωτασηκρῆτις τε-
P 61 ταγμένος Κακὸς ἦν. (3) τάττεται δὲ καὶ τοὺς ὁπουδήποτε τῆς Ῥωμαΐδος ὀμνύειν ἐπ' ἀμφοτέροις ὅρκον δουλείας κατὰ τὸ σύνηθες· πλὴν προσέκειντο τοῖς συντεθειμένοις ἐπ' ἀσφαλείᾳ καὶ ἀμφοτέρων μείζονι, ἢ μὴν ἕτοιμον εἶναι τὸ ὑπήκοον ἐπ' ἐκεῖνον ὁρμῶν φονώσῃ χειρί, ὃς ἂν ἐπιβουλεύσοι θατέρῳ. ὡρκωμότουν γὰρ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο, κατὰ φύβον, οἶμαι, ἢ χρείαν
B ἀληθινήν. εἰ δ' οὖν, ἀλλ' οὐδὲν ἂν καταγνοίη τις μεῖζον τῶν ταῦτα πραττόντων ἢ τὸ ἐμφυλίους πολέμους τῷ κοινῷ προξενεῖν, εἴ ποτε τοῦτο συμβαίη. ὅμως ἐδόκει ταῦτα, καὶ εἰς ἔργον τὰ βουλευόμενα προύβαινον. χεῖρα τοιγαροῦν ἐτίθουν, καὶ ἐπὶ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων ὤμνυον ἢ μὴν καὶ ἀμφοτέροις δουλεύειν
C καὶ ταῦτ' ἐκτελεῖν. (4) τέως δ' ἡ κυρία παρῆν, ἥτις ἦν, ὡς ἐρρήθη, Ἑκατομβαιῶνος νουμηνία. καὶ πρῶτος αὐτὸς ὁ εἰς βασιλείαν προβιβαζόμενος ὤμνυεν ὑπὲρ τοῦ παιδὸς τὰ εἰκότα καὶ βασιλέως, πλὴν οὐχ ὡς δουλεύσων ἀλλ' ὡς συμβουλεύσων ἐκείνῳ καὶ μηδὲν ἀνήκεστον μελετήσων κατ' ἐπιβουλήν. ὤμνυον δὲ καὶ οἱ μεγιστᾶνες, καὶ ὡς δουλεύσοντες ἀμφοτέροις, καὶ ὡς

re tota in publicas rite tabulas relata ad memoriam firmitatemque irrevocabilem, scribente ista et authenticis commentariis mandante Malo illo, quem diximus, antiquato prius et eius causa reposito primi a secretis officio donatum. (3) edictum quoque est ut per omnes Romano imperio subiectas regiones omnes utrique pariter principi sacramento fidem obsequiumque suum de more obligarent. sed ad maiorem utriusque securitatem consuetae talium formulae adiungere tunc visum, deo similiter teste firmatam, professionem et promissionem universi populi, bello et inexpiabili odio persequendi eum e duobus, cuius essent in collegae vitam vel nefaria vis vel insidiae deprehensae. tali extraordinario additamento populare iuramentum cumulatum metu magis, ut opinor, nimio proclivis in regni societate dissensionis, quam ulla satis magna utilitate remedii ad tantum mali praevertendum ancipitis. nam si recte quis aestimet, istud profitentes belli iam tum civilis et internecini signum tollebant, ex prona et vix evitabili suspicione facile ac cito exarsuri. caeterum qualicumque consilio, ista sic tunc decreta ex executioni mandata sunt, Romanis ubique viritim universis, imposita sacris evangeliis manu, iurantibus se et fidem utrique principi concorditer imperanti subiectionemque praestituros, et si quis ipsorum in alterum insurgeret, auctorem iniuriae publice ulturos. (4) iamque aderat inaugurationi designati Augusti dicta dies, quae fuit, ut dictum est, kalendae Ianuariae, quando is qui ad imperium evehebatur iuramenta, de quibus convenerat, primus conceptis verbis protulit, fidem per ea obligans puero principi, non ut ei subditus futurus, sed ut consulturus ac suggesturus opportuna, nihilque in ipsum insidiose molitarus. iurarunt post ipsum optimates se utrique subditos futuros, et

www.libtool.com.cn

ἀμυνοῦντες αὐτίκα, ἤν πού τις ἐπιβουλεύοι, τῷ ἐπιβουλευθέντι. D
καὶ οὕτω τελεσθέντων τῶν ὅρκων, ἀσπίδι βασιλικῇ ἐνιζάνει ὁ εἰς
τὴν βασιλείαν ἑτοιμαζόμενος, πρῶτον τὼ πόδε τοῖς βασιλικοῖς
συμβόλοις ἐναρμοσθείς, καὶ χερσὶν ἔνθεν μὲν ἀρχιερέων ἔνθεν
δὲ μεγιστάνων ἀρθεὶς ἀνακτορικοῖς παιάνοις καὶ κρότοις παρὰ
πάντων ἐμεγαλύνετό τε καὶ ἐφημίζετο.

5. Τὸ δ' ἐντεῦθεν οἱ μὲν τῆς γερουσίας προσήκουσιν ὀφ- P 62
φικίοις ἐνεσεμνύνοντο. καὶ ἄλλοις μὲν ἄλλα τὰ μὲν ἐδίδοντο τὰ
δ' ἐν ὑποσχέσεσιν ἦσαν, τὸν δ' αὐτάδελφον Ἰωάννην, μέγαν
δομέστικον ὄντα, τῇ τοῦ Τορνικίου Κωνσταντίνου θυγατέρι πρὸς
γάμου κοινωνίαν συνήρμοσε, κἂν ἐν ἀναβολαῖς ἦν τὸ ἀξίωμα.
θάτερον δὲ τῶν ἀδελφῶν Κωνσταντῖνον, ἔτι ἔχοντα ἐν ἰδιώταις,
κατὰ καιρὸν τιμᾶν αὐτὸς Καίσαρα προθυμούμενος, συνήρμοττε B
δὲ καὶ αὐτῷ πρὸς γάμον τὴν τοῦ Βρανᾶ παῖδα εὐγενῆ οὖσαν, σο-
φόν τι ποιῶν καὶ τοὺς ἐν τέλει τοῖς κήδεσι προσποιούμενος. καὶ
τοὺς μὲν τῆς γερουσίας οὕτω μεγαλοπρεπῶς ἐθεράπευε, προνοίας
τούτοις ἐπαύξων καὶ προστιθείς, καὶ χαίρειν ἀφιεὶς τοῖς πᾶσι,
τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν λαμβάνουσι τὰ δ' ἐλπίζουσι· τὸ δὲ στρατιω-
τικόν τε καὶ τὴν πληθύν, τοὺς μὲν καθημεριναῖς φιλοτιμίαις C
ὤφελλε, καὶ χρυσοβούλλοις τὰ ὑπεσχημένα τούτοις ἐπλήρου, καὶ
πρὸς τὸ μέλλον εὐθυμοτέρους καθίστα ὡς ἀθανάτους τὰς τῆς
ζωῆς προνοίας καὶ τὰ διδόμενα σιτηρέσια τοῖς παισὶν ἕξοντας,

si quis ipsorum insidiaretur alteri, statim ultionem de insidiatore sumpturus. sic consummata iuramentorum ceremonia, designatus princeps scuto regio insedit, utroque prius pede imperatoriis insignibus ornato; et manibus hinc quidem antistitum inde optimatum sublatus, acclamationibus et plausu, quibus excipi novi imperatores solent, ab universis salutatus et Augustus declaratus est.

5. Inde senatores quidem officiis pro cuiusque meritis honorabantur, et aliis alia partim donabantur partim promittebantur. fratrem vero Ioannem tum adhuc magnum domesticum sebastocratoris ornare dignitate aequum censuit, et ei Constantini Tornicii filiam matrimonio coniunxit, destinatam dignitatem in tempus aliud differens. alterum vero fratrum Constantinum in privata tunc quidem adhuc reliquit sorte, suo tempore creare ipsum Caesarem habens in animo. dedit autem et huic uxorem Branae filiam sane praenobilem, sapienti consilio affinitatibus patriciis sibi devinciens. et senatores quidem in hunc modum magnifice demeruit, pensiones iis adaugens, et donis superadditis cumulans, cunctisque gaudendi materiam offerens bonorum vel collatorum praesenti fructu vel certa promissorum expectatione. iam exercitum ac plebem varie delinivit: nam et plerosque quotidianis donativis iuvit, et quibus per diplomata bullis aureis munita promissum aliquid fuerat, cum fide repraesentavit, sic illos in futurum securos et bene animatos efficiens, utpote iam certos processura ipsis et liberis eorum in omne tempus ad victum decreta subsidia et

www.libtool.com.cn

τοὺς δ' ἐθεράπευεν, ἀνοιγνὺς φυλακὰς καὶ χρεῶν δημοσίων ἀπολύων τοὺς ὠφληκότας, ἀπορουμένοις τε τὰ πρὸς ζωὴν διδοὺς ἀφθονώτερα, καί γε τοῖς ἠδικημένοις ἀμύνων καὶ φιλοτιμότερον προχέων τὸ δαψιλές, ὥστ' εἶναι ἅμα μὲν ἀνενεγκεῖν περί τού τινα καὶ ἅμα προβαίνειν γράμμα βασιλικὸν προστάσσον ἐκείνῳ τὸ κατὰ βούλησιν, εἰ καὶ θυσὶ χρόνοις ὕστερον ἀνελάμβανε τὰ προστεταγμένα. κἄν πού τις ἐφ' οἷς εἶχεν ὀχλούμενος τὸ γράμμα τῆς χάριτος προύτεινεν, εὐθὺς φανὲν δευτέρας ἰνδικτιῶνος ὂν τὴν δόσιν ἀπεψηφίζετο, ὡς ἐν καιρῷ μηδὲν ἀκριβείας καὶ προσοχῆς ἔχον τὸ γεγονός. τότε δὲ καὶ πόλλ' ἄττα τοῦ κοινοῦ ταμιείου ἐξεφόρει, καὶ δημηγορῶν τοῖς συνειλεγμένοις πρὸς χάριν ἅπασαν, εἶτ' ἀμφοτέραις ἐκείνοις ἐξήντλει τὰ χρήματα, χύδην ἐκρίπτων κυνηδὸν συλλέγουσιν.

P 63 Ἦν ταῦτα, (6) κἀκεῖνος μὲν κατοχυροῦν τὰς ἄκρας προύργου ποιούμενος, ἅμα δὲ καὶ δηλοποιούμενος αὐτῷ προσώπῳ τὴν τῆς βασιλείας ἀνάρρησιν, ἐπὶ Φιλαδελφείας ἔγνω χωρεῖν, λιπὼν τὸν νέον ἐν Μαγνησίᾳ, βασιλικῶς, ὡς ἔδει, θεραπευόμενον. συνείπετο δέ οἱ καὶ ἅπαν τὸ στρατιωτικὸν προασπίζον τοῦ βασιλέως μεθ' ὅτι πλείστης εὐνοίας καὶ πρὸς τὸ πο-

12. ἀμφοτέροις P.

frumenti demensa constituta. plebem vero praecipue demulsit aperiendis custodiis, et iis qui fisco quid deberent nec solvendo essent, liberis dimittendis, praeterea largiendo liberaliter alimenta, et passos iniuriam consolando, vexatoribus eorum condigno supplicio multatis. et inerat multa popularitas in modo haec agendi, facilitate et amabilissima benignitate largientis dona per se grata multo reddente gratiora. quippe non raro statim ac quis de sua quapiam necessitate retulerat ad principem, is sine mora diploma regium ipsi quod postulabat asserens in manum dabat, unde is laetus abibat, etsi nonnunquam non nisi post biennium pensio numeranda perscriberetur. quodsi quem, ubi scriptum legerat, taederet morae referretque diploma et gratiam repraesentari posceret, placidus ille ac renidens recognoscebat scriptum, et ubi revera dilatum in secundam indictionem donum videbat, ultro damnabat scripturam quasi a parum attento minimeque assecuto mentem suam librario formatam, iubebatque corrigi. his et similibus de causis profundebat largiter aerario prius regio conditas opes. et ad concionem passim loquens omnia ad popularem gratiam composita, utraque mox manu hauriebat e publico thesauro vim pecuniae ingentem, effusissime proiiciens quae avidissime colligebantur.

Haec quidem sic se habebant. (6) caeterum ille operae pretium se facturum ratus, si arces muniret, simul et praesenti conspectu exhibiturus populis, qui eius acclamationi non interfuerant, specimen sibi creditae supremae potestatis, Philadelphiam decrevit proficisci, relicto puero collega Magnesiae cum regio, uti par erat, satellitio. secutus eum est universus exercitus, circumdans principem cum omnibus et veris indiciis

www.libtool.com.cn

τῶν ὁρμῆς ἑτοῖμον, ὅπου γε καὶ καθ' ὧν ἴοι, προθύμως πολε-
μησείοντες. τὸν μέντοι γε πατριάρχην εἰς Νίκαιαν ἀποπέμπει, B
μετ' ὀλίγον καταλαβεῖν καὶ αὐτὸς ὑπισχνούμενος συνάμα τῷ νέῳ,
ταινιωθησόμενοι καὶ ἀμφότεροι. ὁ μὲν οὖν πατριάρχης συνάμα
τῷ κλήρῳ καὶ τοῖς ἀρχιερεῦσι, συνταξάμενοι τὰ εἰκότα τοῖς βα-
σιλεῦσι, τῆς ἐπὶ Νίκαιαν ἤπτοντο· ὁ δέ γε βασιλεὺς τὰς δυνά-
μεις ἀναλαβὼν καὶ συντάξας συνάμα καὶ τοῖς ἐν τέλει ἐπὶ Φιλα-
δέλφειαν ἤλαυνε, καὶ δὴ ἐπιστὰς τῇ πόλει ἐκεῖθεν τὰς ἄκρας
ὑχύρου, τοὺς μὲν πέμπων, ἄλλους δ' ἐκεῖθεν δεχόμενος κατιόν- C
τας καὶ δώροις ὡς οἷόν τε φιλοτιμούμενος, προθύμους εἰς φυλα-
κὴν ποιῶν καὶ θαρραλεωτέρους ἐλπίσι χρησταῖς καθιστάς. προ-
βὰς δ' ἐκεῖθεν μικρὸν καὶ τὰ κύκλῳ περιελθών, καὶ τοὺς μὲν
προσλαλιαῖς ἀγαθαῖς τοὺς δὲ φιλοτιμίαις τοὺς δὲ καὶ ὑποσχέσεσιν,
ἔστι δ' οὗ καὶ φόβον κιρνὰς ἡμερότητι, τὰ παρεμπίπτοντα βα-
σιλικῶς μετερχόμενος, ὡς οἷόν τε τάχιστα καθίστα καὶ ἀσφαλέστε- D
ρον φρουροῖς κατωχύρου. εἶχε γὰρ τὴν ἐπὶ δύσιν μέριμναν, ὡς
ἑτοίμων πρὸς τὸ ἀφηνιᾶν ὄντων, εἰ εὐκαιρίας τινὸς ἐπιδράττοιν-
το. ὅθεν καὶ πρέσβεις εἰς Πέρσας ἐξαποστείλας, τοῦτο μὲν δη-
λώσοντας εἰς τὴν ἀρχὴν καταστάντα ὃν καὶ ἀκριβῶς ἰδόντες ἥδε-
σαν, τοῦτο δὲ καὶ τῷ σουλτὰν περὶ τῶν ἐκεῖ πραγμάτων κοινο-

17. ἑτοίμως P.

benevolentiae summae, alacritatem quoque maximam praeferens ad quos-
vis subeundos labores pugnandumque ubicumque et adversus quoscumque
duceret. patriarcham interim Nicaeam praemittit, brevi eodem secutu-
rum se pollicitus cum puero Augusto, regii diadematis una cum illo rite
assumendi gratia. quare Arsenius cum clero et praesulibus vale dicto
Augustis Nicaeam versus iter tenuit. imperator vero sumptis secum co-
piis, saletatis in digressu optimatibus, Philadelphiam profectus inde mu-
niendis arcibus curam impendit, mittens ad eas praesidiarios, accersitos-
que qui illic fuerant benigne accipiens, et donativis pro copia praesenti
magnificis liberalissimisque promissis bene animatos ad perseverandum in
fide custodiae creditae speque plenos optima remittens unde venerant.
hinc paulum progressus cuncta per circuitum lustravit, et hos quidem
allocutionibus benignis, alios largitionibus, quosdam promissis demeruit.
fuit ubi et terrorem clementiae submisceret. denique ibi omnia auctori-
tate ac sapientia maiestatem imperii decente constituit, et ad securitatem
in posterum praesidiis idoneis firmavit. imminebat enim in rerum Occi-
dearum caram, cum non ignoraret inhiare rebus novis qui plurimum illic
poterant, et ad detrectandum obsequium iugumque palam excutiendum
nihil nisi commodam occasionem expectare. indidem etiam legatos ad
Persas misit. partim ut illis significaret suam evectionem in imperium,
quae grata ipsis fuit ob priorem eius notitiam et amicitiam veterem, par-
tim ut Sultani quaedam interius communicarent de modo et causis muta-

www.libtool.com.cn

λογησομένους, οὐδὲ τούτῳ ἀγνοοῦντι τὸν βασιλεύσαντα ἀλλ' ἐς
E τὰ μάλιστα φίλῳ ὄντι, αὐτὸς τὴν ταχίστην ὑποστρέψας καὶ τὸν
παῖδα παραλαβὼν ὑπὸ πολλῇ τρυφῇ τε καὶ δορυφορίᾳ μεγίστῃ
τῆς ἐπὶ τῆς Νικαίας ἤπτετο. ὡς δ' ἐπέστησαν μὴ μελλήσαντες
(οὐδὲ γὰρ ἦν ἀμελεῖν περὶ τῶν δυσικῶν σκοπουμένους), εὐθὺς
εὐτρεπίζοντο τὰ τῆς ταινιώσεως, ἐλπιζόντων πάντων, ὃ δὴ καὶ
P 64 συγκείμενον ἦν, ταινιωθῆναι μὲν τὸν νέον βασιλικῶς καὶ πρώτως
εὐφημηθῆναι στεφανωθέντα καὶ προκατώγειν τὸν θρίαμβον,
ἐκεῖνον δὲ καὶ τὴν ἐκείνου σύζυγον ἐν ὑστέρῳ στεφανωθέντας τῷ
πρώτῳ μεθέψεσθαι κατὰ τὴν βασιλικὴν καὶ συνήθη προέλευσιν.
B (7) τὸ δ' ἦν ἐκ πρώτης ἀφετηρίας δόλος καὶ παρασπόνδησις,
εἰς οἷον ἦξον τέλος, οὐδὲν τὸ παράπαν ἀγνοηθὲν τοῖς πολλοῖς. οἱ
μὲν οὖν ἐν τέλει προκατελήφθησαν εὖ παθόντες καὶ εὖ ἔτι τυχεῖν
ἐλπίζοντες· ἐπείθησε γὰρ αὐτῶν τὰς γλώσσας, πλὴν ὀλίγων τινῶν,
τὰ φιλοτιμήματα, καὶ εἶχον ἡσύχως καθ' ὅ τι πραχθείη. τινὲς
C δὲ τῶν κακῶς παθόντων εἰς ἄμυναν λογιζόμενοι τὴν τοῦ παιδὸς
καταφρόνησιν καὶ προσέχαιρον. ὁ μέντοι γε πατριάρχης ἔτι καὶ
αὐτὸς ἐν ἐλπίσιν ἦν ταῦ μηδέν τι παραβαθῆναι τῶν συγκειμένων,
καὶ οὐδέν τι προσεξηρτύνα. ἐκεῖνος δέ τισι τῶν ἀρχιερέων τὸ
σκέμμα κοινωσάμενος, καὶ ὡς οὐκ ἄξιον εἴη παιδὶ ὄντα καὶ τὴν

12. εἰς] οἷς P.

tionis nuper factae, quae illum averterent a metuendo inde quidquam sinistrum heredi Theodori prioris imperatoris sibi olim non igneti, quinetiam amicissimi. his peractis celerrime reversus, assumpto secum Ioanne puero, cum splendido apparatu pompaque magnifica numerosissimi satellitii Nicaeam iter intendit. quo ut pervenerunt, nihil cunctati (non enim tempus terere sinebat solicitudo rerum Occiduarum) statim se accingere coeperunt ad solemnem coronationem. in qua eventus ostendit frustra speratum ab universis, ut, quemadmodum convenerat, prior imperatorio diademate insigniretur et Augustus acclamaretur adolescentulus, praeiretque cunctis in pompa triumphali, quae tali occasione coronationis imperatorum solet institui, Palaeologus vero et huius coniux secundo post illum ordine procederet. (7) hoc vere fuit impingere in limen et a primis aberrare carceribus per dolum et foederis infractionem; ex quo foedo principio in quem finem proclivis esset prolapsio, nemo fere prudentium non sentiebat. verum praeoccupati beneficiis et suspensi spebus plerique potentiorum tacuerunt: linguas enim omnium, perpaucis exceptis, ambitiosae largitiones devinxerant, ut quidvis taciti ferrent. quidam etiam a patre pueri quae non volnerant passi, dulcedinem vindictae quandam degustabant in depressione filii eius a quo se affectos iniuria putabant. quare hoc ipsis iucundum accidebat. patriarcha totus incumbens ad sperandum quod optabat, rata videlicet pacta conventa in summa rei fore, nihil in his magnopere scrutari voluit; unde nec nisi sero quid pararetur sensit. Palaeologus autem totam iam ante machinam cum quibusdam an-

www.libtool.com.cn

ἡλικίαν ἐτέλει τὴν τῆς βασιλείας ταινίωσιν προδιδέχθαι καὶ οἱ προβεβηκότος ἤδη καὶ τὸν βίον κατατετριφότος ἐν πράγμασι προηγεῖσθαι ἐν θριάμβοις καὶ εὐφημίαις, ἀθάρρει λαβὼν ὑπο- D
σχέσεις, ὡς καὶ αὐτοὺς ἀξιοῦντας ταῦτα καὶ ὡς δικαίοις προσ-
κειμένους τοῖς λεγομένοις ἔχειν καὶ τὸν πατριάρχην συμπείθειν
τὰς ἐπὶ τῷ παιδὶ ἀναρρήσεις πρὸς τὸ παρὸν ἀναβάλλεσθαι ὡς
ἐγκαίρως ταινιωθησομένῳ. εἵπετο δὲ πάντως ἐντεῦθεν, εἰ μὴ
βασιλικῶς στέφοιτο, κἂν ταῖς εὐφημίαις καὶ πᾶσιν ἑτέροις τοῦ
ἤδη ταινιωθέντος καθυστερεῖν. πλὴν σοφιστέον ἔλεγον τὴν ἐγ- E
χείρησιν, καὶ ἅμα τελουμένων κινητέον τὰ περὶ τούτου, ὅπως
μὴ καὶ προαισθόμενος τὸ στέφος ἀώσιον τὰς ταινιώσεις ὑπέρ-
θοιτο.

8. Ἦν ταῦτα, καὶ ἡ κυρία τῶν ἡμερῶν παρῆν, καὶ P 65
πάντ' εὐτρεπῆ ἦσαν, καὶ ἀρχιερεῖς τὰς στολὰς ἐνδύντες τὰς ἱε-
ρὰς πρὸς τὸ τὰ τῆς τελετῆς ἐνεργεῖν ἑτοίμως εἶχον, καὶ τοὺς βα-
σιλεύοντας περιέμενον. ἀλλ' εὐθέως κινεῖται τὸ σκέμμα, καὶ
ταραχὴ ἦν, τῶν μὲν ταῦτα τῶν δ' ἐκεῖνα λεγόντων. τῶν δέ γε
τῆς γερουσίας τινὲς καὶ προσηπείλουν κακῶς ὁρᾶν τὸ παιδίον καὶ
διαχρῆσθαι, εἰ ἄλλως πράττειν ἡ ἐκκλησία βούλοιτο. λόγοι

1. προδεδέχθαι P. 11. τὸ] ὁ τὸ?

tutum sibi magis obnoxiis composuerat, clam ipsos conveniens, et facta indignum absurdumque affirmans puerulum rationis haud compotem Augusto diademate, ceremonia religiosissima, celebritate amplissima decorari, plaususque et acclamationum primas ferre, se vero aetatis perfectae virum, tota vita gerendis negotiis maximis tritum, asseclam larvati ornamento incongruo infantuli traduci regia pompa et plane triumphari. quibus illi se persuasos fassi, spoponderunt daturos operam ut patriarcha coronatione pueri in praesens supersederet, specie illius in tempus magis opportunum differendae. porro consequens hinc futurum ut, si puer eo die non ornaretur imperatoria corona, in honore acclamationis et cunctis id genus auspiciorum ac iurium praerogativis omnino ei subinaugeretur cui soli ea celebritate diadema imperii augustis ritibus esset impositum. caeterum addebant utendum arte ac gubernandum arcano consilio negotium, nec prius de tali re hiscendum quam iam incheata communis inaugurationis ceremonia, ne praemature quid strueretur sentiens is qui diadema erat impositurus, totam solemnitatem et ex aequo coronationem utriusque differendam in tempus aliud decerneret.

8. His in hunc modum constitutis, adfuit dicta coronationi dies, cuncta erant ad ceremoniam parata, sacris induti vestibus praesules in proiecta religiosae functionis stabant et Augustos expectabant, cum ecce inopinatissime proponitur quid Palaeologus aequum censeat. turbatur statim, et varie murmur gliscit, haec quorundam aliorum alia loquentium. audita inter haec minae nonnullorum e senatu, vim puero inferendam et vitam adimendam, si obfirmarent animum praesules in consilio eius sic

www.libtool.com.cn

B γοῦν ἐγένοντο, καὶ διεφιλονείκουν. ὁ δὲ πατριάρχης ἐν ἀμηχα-
νίᾳ ἦν, καὶ οὐκ εἶχεν οἷς προστεθείη. παρήρχετο ἡ ἡμέρα, καὶ
συμφωνεῖν οὐκ εἶχον. μάλις οὖν καὶ μετὰ τὴν πολλὴν διαφιλο-
νεικίαν οἱ ἀρχιερεῖς πάντες πλὴν τινῶν ὑποκλίνουσιν. ἦσαν δ' οὗ-
τοι Ἀνδρόνικος ὁ τῶν Σάρδεων καὶ Μανουὴλ ὁ Θεσσαλονίκης ὁ
τοὐπίκλην Ψαρᾶς καὶ Δισύπατος. ἀλλ' ὁ τῶν Σάρδεων ἅμα τῷ
C τὸν πατριάρχην πεισθῆναι καὶ αὐτὸς συνεπείθετο, τὰ πολλὰ συμ-
βαλομένου τῇ καταθέσει τοῦ τῆς κατὰ τὴν Ὀρεστιάδα Ἀνδριάνου
πόλεως Γερμανοῦ, ἔτι δὲ Γρηγορίου τοῦ Ἀγκύρας καὶ τοῦ Με-
λαγγίων Κωνσταντίνου. ὁ δέ γ' Ἐφέσου Νικηφόρος εὐλαβὴς ὢν
ἀνὴρ καὶ τίμιος οὐχ ὑπενόει τὸ ὑπορυττόμενον ὡς ἐν ἁπλότητι
ζῶν, καὶ εὐθὺς συνυπήγετο. τοῦτ' ἔπασχον καὶ ἄλλοι πολλοί.
ὁ δὲ πατριάρχης ἔγνω μὲν ἀπατηθείς, οὐκ εἶχε δὲ ὅ τι πράττοι
D πολλῆς τῆς ἀνάγκης περιστάσης. καὶ δὴ καθυπέγραφον μὲν οὗ-
τοι τὰ ἐγνωσμένα, τῷ δέ γε Θεσσαλονίκης οὐδ' ἀκουστὰ ταῦτ' ἦ-
σαν, μηδ' ἄκροις ὡσὶ δέξασθαι καταδεχομένῳ· τὸν γὰρ τῆς
βασιλείας κληρονόμον πρῶτον ἠξίου ἐν πᾶσι γίγνεσθαι. ὡς δὲ
τὸ Μάρπου ὑπεμιμνήσκετο, καὶ πέμπων ὁ βασιλεύων κατωνεί-
διζεν ὡς αὐτὸς εἴη ὁ προαγγέλλων τὴν βασιλείαν ἐν ἰδιώταις ἔτι
τελοῦντι ζῶντος τοῦ βασιλέως, ἐκεῖνος καὶ προσωμολόγει, καὶ
E ἕτοιμον ἑαυτὸν παρεῖχε δέχεσθαί τε καὶ στέργειν, εἴπερ ἐν ἅπασι

9. τοῦ ante Ἀγκ. deerat.

immature coronandi. miscentur sermones, ardescit contentio, aestuat patriarcha incertus animi quam in partem se adiungat. praeteribat dies, nec finis dissensionum erat. aegre tandem post multam contentionem antistites ad Palaeologi desiderium inclinantur omnes, paucis exceptis. erant hi Andronicus Sardensis, Manuël Thessalonicensis cognomento Psaras, et Disypatus. verum Sardensis, simul ac patriarchae sententia plurium persuasa est, et ipse accessit, multum ad huius assensum eliciendum conferente Germano Adrianopolis ad Orestiadem episcopo, simul etiam Gregorio Ancyrae et Constantino Melangiorum. at Nicephorus Ephesinus, vir pius et honoratus, prae innata simplicitate non pervidit quid clam molirentur qui haec movebant, ideoque facile tractus in partes est, quod aliis item multis usuvenit. patriarcham porro fraudem fieri non latuit: sed facere aliud nequivit, urgente undique insuperabili necessitate. tamen hi omnes subscripserunt decreto communi, solo Thessalonicensi ne mentionem quidem rei, quam iniquissimam putabat, vel primis admittente auribus. nam imperii heredi praerogativam principatus servandam in omnibus contendebat. ac cum esset ei revocatum in mentem vocabulum Marpov, quod ipse coelo missum audierat, et per missos Palaeologus exprobrasset haud consequenter ipsum agere, qui cui alias privato, regnante adhuc huius pueri patre, imperium praedixisset, nunc tam pertinaciter obsisteret necessariam tuendae dignitati rem petenti, recordari se ille ac probare, dixit, sed sic demum Palaeologi honori assentiri, si pri-

προηγοῦτο ὁ κατὰ κληρονομίαν βασιλεύς. ὡς δ' ἐκείνῳ παρίστων καὶ τὸ παιδίον διερμηνεύοντες κατανεύειν τὸ ταινιωθῆναι μόνον ἐκεῖνον, καὶ αὐτὸν ἀγαπᾶν, καὶ δὴ ταῦτα πρὸς τὸν ἀρχιερέα ψελλίζον ἔλεγεν ὡς καταδέχοιτο, εἰ μόνον αὐτὸ ζῴη μηδὲν παθὸν ἔκ τινος (πολλοὶ γὰρ καὶ ἠπείλουν προεξανίστασθαι εἰ ἀντέχοιτο, P 66 καὶ τὸ Κελτικὸν πελεκυφόρον περιεστὸς ἕτοιμον ἦν καὶ κατὰ φυλακὴν καὶ κατ' ἐπίθεσιν πράττειν, εἴγ' ὁρισθείη παρὰ τῶν δυναμένων μάλιστα), ὁ ἀρχιερεὺς ὀλίγα τῶν παρὰ τοῦ παιδὸς λεγομένων φροντίζων ἑνὸς ἦν τοῦ ὑπὲρ ἐκείνου ἀντέχεσθαι. ἀλλ' ἀνέσχειν εἰς τέλος οὐκ εἶχε· πολλοὶ γὰρ καὶ προσωνείδιζον καὶ προυτρέποντο νεμεσῶντες, εἰ μόνος αὐτὸς ὁμόσε τοσούτοις χω- B ροίη. τότε τοιγαροῦν ὑπογράφει κἀκεῖνος πεισθείς. πλὴν εἰς πιθανὴν δοκοῦσαν παραίτησιν τὸ ὁμοιοτρόπως προσέθετο· τοῦ ὁμοίου γὰρ ἐπὶ χειρίστοις λαμβανομένου παρὰ τῷ ποιητῇ, ἐξέφηνεν ἐκεῖνος ἐκ τούτου τὸ ἀναγκαστικὸν καὶ κακότροπον τῆς ὑπογραφῆς, ὡς οὐκ ἐν καλῇ πάντως πίστει καὶ χάριτι τὴν πρᾶξιν προσέμενος, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης καὶ βίᾳ τοῦ συνειδότος. ὃ δὴ τὸ ὁμοῖον ὑπέφηνεν· ὁμοῖος γὰρ πόλεμος καὶ ὁμοῖον γῆρας τῷ C ποιητῇ λελέχαται.

Ἐπεὶ γοῦν τὰ τῆς βασιλείου τελετῆς ἤνυσται καὶ ἔδει χωρεῖν τοὺς στεφθέντας πρὸς τὰ ἀνάκτορα, προηγοῦντο μὲν οἱ τὸ στέ-

mas omnium ferret qui hereditario imperaret iure. tunc qui agentem hac constantia Thessalonicensem circumstabant, admonuerunt ut mentem adverteret ad innuentem ipsi pro quo tam pugnaciter certabat puerum, et gesta indicantem aequi bonique se consulere ut solus Palaeologus coronaretur; quo nihil ille motus audivit etiam mox voce balbutiente sibi dicentem Ioannem, sufficere sibi tunc quidem si tutus viveret et securus a vi. multi enim minabantur se ipsum de medio sublaturos, si resisteret; aderatque Celtarum secures gestantium circumstans cohors, ancipiti obsequio ad nutum potentiorum parata, vel tueri puerum vel tollere, ac facere omnino quidquid iuberetur. sed contemnebat istas quoque ut pueri expressas metu voces perstans intrepidus in coepta intercessione Thessalonicensis, in uno semper fixus eo quod dixerat. verum persistere ad extremum non valuit: coortus enim est clamor in eum plurimorum certatim qua monentium qua increpantium, ecquid puderet unum tot et talibus viris coram in os obsistere adversumque niti? victus igitur denique subscripsit, sed iis verbis quae recte intelligentibus extortam manui subscriptionem, non animo sententiam indicarent: adscripsit enim similiter se assentiri, memor apud poëtam simile ad pessimi significationem trahi. quare sic innuebat se coactum extrema necessitate, contra mentem, ut bonum approbasse visum, quod malum iudicabat, reclamante persuasione animi ac vim ineluctabilem excusante conscientia; ideoque id similiter se facere dixisse, hoc est pessime, quo sensu simile bellum et simile senium Homerus dixerit.

Ut ergo coronationis ceremonia peracta est, et procedere in palatium Augustos oportuit, praeiverunt qui coronati fuerant Palaeologus cum

φος δεξάμενοι, μεθείπετο δὲ τὸ παιδίον οὐκ ἐν στέφει βασιλικῷ
ἀλλ' ἐν μόνῳ κεκρυφάλῳ ἡμιτυμβίῳ, λίθοις καὶ μαργάροις κε-
κοσμημένῳ. ἦν δ' ἐκείνῳ μέλον οὐδὲν μὴ νοοῦντι, ἕκαστος δὲ
D τὸ καθ' ἑαυτὸν σκοπῶν οὐ προσεῖχεν. ἔμελλε δ' αὐτοὺς πάντως
E ἡ δίκη εἰς τὸ μετέπειτα μετελθεῖν, ὡς ἐγνώκαμεν. (9) τότε 5
δὲ ἀτημελήτως τὸ παιδίον διάγον πρὸς παιγνίοις ἦν παιδικοῖς,
καὶ ὁ βασιλεύων ἐν δημηγορίαις τῆς ἡμέρας συχνάκις. εἶθ' ὕστε-
ρον καὶ προσφιλοτιμούμενος τοὺς πολλούς, κατὰ μέσον σφῶν
ἐρρίπτει καὶ ἀμφοτέραις ἀργύρια. οἱ δὲ προσυλλέγοντες ἀνύ-
μνουν δῆθεν τὸν εὐεργέτην, παιδίον καὶ τὰ κατ' ἐκεῖνο χαίρειν 10
ἐῶντες, μηδ' οἷ κακοῦ εἰδότες γεγόνασιν. ἦ γὰρ κατὰ θατέρου
P 67 ἐπιβουλὴ τοῦ ἑτέρου ἐντεῦθεν ἤρχετο. τί γοῦν λοιπόν; ὑγρῶν
ὄντων ἔτι τῶν γεγραμμένων αὐτοὶ κατημέλουν μὴ ξίφος κατὰ τὰ
ὁμωμοσμένα κινεῖν. εἰ δὲ τῆς ἐκκλησίας κἂν ὁ κλῆρος ἠμέλει,
ἀλλ' οἵγε τὸ ἀρχιερατικὸν ἀξίωμα φέροντες, τί μὴ ἔχοντες ἀμύ- 15
νειν, τὸν λαὸν οὕτω κατενεπέδουν φρικώδεσιν ὅρκοις ὥστ' ἐξ
ἀνάγκης ἓν τῶν δύο τούτοις ἐπισυμβαίνειν, ἢ ἐμφυλίοις ἐνδιδό-
ναι πολέμοις καὶ σφάττεσθαι, ἢ μὴν τὰ μέγιστα εἰς θεὸν ἁμαρ-
B τάνειν ἐπιορκοῦντας. ἀλλ' ὡς ἔοικε, τὸ παρὰ πολλοῖς ὑμνού-
μενον ἀληθές, ὡς τὸ μέλλον γενέσθαι ἀντιπράττει καὶ τῷ φρο- 20

coniuge, post ipsos puer sine regia corona, sed simpliciter redimitus vitta fimbriata gemmis et margaritis ornata. nec ille id scilicet curabat, per aetatem nondum sentiens. et ne ad istud magnopere praesentes adverterent, ea causa erat, quod veriti passim quorsum haec vergerent, vertebant pro se quisque curas in sese, ac vel in metu vel in spe rerum propriarum habitabant. omnes porro machinationis huius insidiosae participes divina deinde, ut cognovimus, suo tempore ultio excepit. (9) tunc vero securam vitam puer degens totus in ludicris et illius aetatis remissionibus erat. imperator saepius in die ad concionem dicebat, subindeque, ut peroraverat, deliniendae causa multitudinis, argenteos utraque manu in medium conferti populi iactabat. illi certatim colligentes laudibus videlicet tollebant beneficum largitorem, puerum et res eius valere iubebant, ignari quidem quo malorum devenissent. nam initia haec erant insidiarum alterius Augustorum in alterum. populus autem oblitus tam cito iuratae in primum insidiarum machinatorem ultionis, adhuc udis ex recenti scriptura tabulis foederis inter Augustos sacramento firmati, tam longe aberat a stringendo gladio in auctorem iniuriae, ut ipsi effusissime applauderet. in ordine ecclesiastico clerus quidem in pari cum populo dissimulatione ac rerum quae attentabantur negligentia versabatur: episcopi autem non habentes aliud quo puerum defenderent aut eius violati scelus ulciscerentur, insistebant adigendo populo in nova et diris imprecationibus tremenda iuramenta praestandi quod promiserat. ex quo alterum duorum necessario secuturum erat, nempe ut aut civili bello temere suscepto sese trucidandos armatis obiiceret, aut inexpiabili se flagitio periurii apud deum obligarent. sed verum est vulgare dictum, quod

www.libtool.com.cn

νεῖν. ἐκεῖνος τοίνυν μεθ' καὶ δημηγορήσειε, ποντοῖς καὶ σφαίραις τοῖς ἄρχουσι συνιππάζετό τε καὶ συνέπαιζε, καὶ τρυφὴ ἦν τοῖς βλέπουσι τὰ πραττόμενα. εἰς τόσον δὲ τὸ πλῆθος δημηγορῶν εἰς ἄνεσιν ἔτρεπε καὶ σφιν χρηστὰς τὰς ἐλπίδας ὑπέτεινεν ὡς καλῶς εἰς τοὐπιὸν βιώσουσιν, ὥστε καὶ χαρίτων ἀρχαίων πολιτικῶν ὑπεμίμνησκεν ἐλευθερίας φερουσῶν σύμβολον. ἦσαν δ' ἐκεῖ- C
ναι προσκλώθειν τὰς γενειάδας πέκοντας καὶ χαίρειν ἀνέδην· καί τινες προσέκλωθον δίχα, καὶ σφᾶς ἑώρων ἐγὼ γαννομένους ὅτι τοῦτο κελεύει ὁ βασιλεύς, τὴν ἐπὶ τῶν πραγμάτων εὐμάρειαν ὑπισχνούμενος. ἦσαν δέ τινες οὐκ οἶδ' ὁπόθεν τῶν μελλόντων προφοιβασταί, καὶ κλώθειν προσέταττον χαίρουσι τοῖς ἐλπιζομέ- D
νοις, ὡς συροῦσι λυπουμένοις τοῖς πραττομένοις, εἰ πεινῷεν ἰσύστερον. οἱ δ' ὡς εἰκαίως λεγομένοις οὐ προσεῖχον, ἀλλὰ τῶν ἀγαθῶν ἦσαν ἐλπίδων, κἂν φόβους τις λέγοι. εἰ γοῦν ἀληθῆ τὰ φοιβάσματα, ἔδειξεν ὁ καιρός, καὶ ἡμεῖς κατὰ τόπον ἐροῦμεν, μηδὲν προσθέντες εἰς τὴν τῆς ἀληθείας σύστασιν.

Τότε τοίνυν ἐφ' ἡμέραις τισὶ διατρίψας κατὰ τὴν Νίκαιαν, ἐπὶ παλινοστεῖν ἔδει πρὸς Νύμφαιον, τῷ πατριάρχῃ συνταξάμενος, καὶ τὸ παιδίον παραλαβὼν ὁ κηδεύειν ὑποσχὼν ἑαυτόν, ἴξεσιν ἅμα τοῖς ἐν τέλει καὶ τῷ στρατῷ. (10) καὶ ὁ μὲν κα- P 68

omnino futurum est nulla posse prudentia praeverti. caeterum Palaeologus post illas conciones contis et pila colludens cum principibus, ludicra equestria magna spectantium voluptate decurrebat. porro istis concionibus tantum bonae spei laetitiaeque popularibus animis iniecerat, ut quasi certi duraturae felicitatis vitam sibi omni prosperitate cumulatam in posterum augurarentur, et passim familiari gratulatione quaedam ex antiqua memoria facetae urbanitatis, libertatis omen habentia, dicta retractarent frequentarentque sermonibus. erant autem ea, licere nunc pilos barbae mulcere pectere digitisque torquendo crispare fas ostiumque esse, utique profuse gaudentibus. nec secus vulgo factitabant gestiente quadam alacritate, innatos genis pilos nonnulli bifariam discriminantes. et memini me videre sic agentes exultatione ingenti, et addentes sic iubere imperatorem, dum tam beata rebus otia tum praestaret tum in posterum polliceretur, frustra obstrepente iusanis gaudiis morosa tristitia vatum ominosorum, nescio unde hausta divinandi fiducia mala denuntiantium, quorum has inter inauspicatissimas voces "vibrate licet pilos malarum prae gaudio speratae durationis huius prosperi rerum status, postea illos vulsuri prae impatientia saevissimae, quae vobis fauces opprimet, famis" illi ludibundi nec attendere dignati tanquam anilia garrientes aspernabantur. quae tamen an ex vano iactarentur, eventus declaravit; et nos in loco dicemus, nihil adiungentes veritati.

Tunc igitur Palaeologus aliquot diebus per hunc modum Nicaeae transactis, ubi opportunum visum est redire Nymphaeum, salutato patriarcha et assumpto puero, ac renovatis promissis eius paterne curandi, profectus est prima nobilitate et exercitu comitantibus. (10) simul vero

www.libtool.com.cn

ταλαβὼν τὸ Νύμφαιον Περσῶν μὲν ἐδέχετο πρέσβεις καὶ δῶρα, καὶ τῷ σουλτὰν καταιγιζομένῳ ἐκ παλιρροίας πραγμάτων ὑπισχνεῖτο προσχωρήσαντά οἱ ὑπτίαις δέχεσθαι ταῖς χερσὶ καὶ εἰς καιρὸν πέμπειν αὖθις μετ' ἀσφαλείας τῶν πραγμάτων ἡσυχασθέντων. ὁ γὰρ Μελὴκ προσκεχωρήκει, καὶ δέος ἦν τῷ σουλ- 5
B τὰν μήπως ἐκεῖνος ἐπανήξῃ μεθ' ἱκανῆς, καὶ ὅσην οὐκ ἦν ὑποστῆναι, δυνάμεως. ἐγγύας δ' ἐδίδου τοῦ μὴ φοβεῖσθαι τὴν πάλαι συνήθειαν. ἐπρεσβεύοντο δὲ πρὸς ἐκεῖνον καὶ οἱ κατὰ τὴν μεγαλόπολιν Ἰταλοί, καὶ ἀνακωχὴν ἐδίδου τῇ πρὸς ἐκείνους μάχῃ, ὡς καὶ μετ' ὀλίγον κραταιότερον σπεισόμενος σφίσιν, εἰ προ- 10
τενοῦντός τινα ἐκπληροῖεν. πλὴν καὶ τοὺς πρέσβεις Ῥωμαίους καὶ ἐκ Ῥωμαίων ὄντας ὡς εἶχε μετεχειρίζετο, καὶ μηδὲν ἔχων ἐν
C τῇ πόλει ζητούντων ἐδίδου εἰ ἔξει, καὶ χρυσοβουλλείοις λόγοις κατησφαλίζετο τὰ διδόμενα. κἀντεῦθεν προσεφέρετο ὡς ἰδίοις, καὶ πεῖραν διδοὺς καὶ λαμβάνων ἀνήρτα τὰ τῶν σπονδῶν, προσ- 15
δοκῶν τι μεῖζον ἐξ ὧν ἐμάνθανε τοῖς πρέσβεσιν ὁμιλῶν. τοῖς δὲ δυτικοῖς προσετετήκει. ὅθεν καὶ τὸν οἰκεῖον ἀδελφὸν Ἰωάννην,
D μέγαν ἔτι δομέστικον ὄντα, συνάμα πλείσταις δυνάμεσι πέμπει,
E (11) ὡς τοῖς δυτικοῖς ἐπιστὰς φοβερὸν ἔδοξε πνέειν ἐκείνοις, ἅμα μὲν τῷ θερμῷ τῆς νεότητος ἅμα δὲ καὶ τῷ περὶ ἐκεῖνον 20
στρατεύματι κουφιζόμενος, καὶ ἀπτέρῳ τάχει αἱρεῖ μὲν τὸ περὶ

21. εὐπτέρῳ P.

Nymphaeum pervenit, Persarum legatos audivit et accepit dona. Sultanoque rebus retro lapsis periclitanti promisit se illum, si ad sese veniret, obviis ulnis excepturum, et ubi detonuisset eius domestica tempestas, securum ad sua remissurum. causa timendi Sultano fuerat quod audiebat Melecum adventare, verebaturque ne tantas secum ac tales copias duceret, quibus ipse sustinendis haud par esset. pignus porro fiduciae erga Palaeologum Sultano erat amicitia inter eos mutuis officiis contracta cultaque, quo tempore in Persida simul fuerant. venit eodem ad eundem legatio magna in urbe degentium Italorum, quibus inducias concessit belli quod in eos gerebatur, pollicens firmius se mox et plenius cum ipsis foedus initurum, si quaedam in antecessum, quae propositurum se aiebat, exequerentur. caeterum ipsos legatos, utpote Romanos et ex Romanis ortos, quam potuit liberalissime tractavit. et cum adhuc in urbe nihil haberet, tamen quae in ea sibi ab ipso petierunt iam tum concessit, traditurum se promittens, si unquam urbem recuperaret; idque diplomatibus aurea bulla munitis sanxit. deincepsque sic cum iis velut cum suis egit, et experimenta mutuae fiduciae dans vicissim et accipiens suspendit conclusionem foederis, expectans aliquid maius ex his quae legatorum sermone didicerat. Occiduarum porro rerum solicitudo illum penitus urebat; quare illuc proprium fratrem Ioannem, magnum tum adhuc domesticum, cum plerisque copiarum destinat. (11) is ad Occiduum delatus limitem magnis ibi spiritibus rem gerens terrorem sui per illos late populos ingentem sparsit. fiduciam audendi inveni dabat et fervor aetatis, et co-

www.libtool.com.cn

τὰ Κάντα φρούριον, αἱρεῖ δὲ καὶ τὸ περὶ τὰ Βελλάγραδα καὶ Πόλογον καὶ Κολώνειαν, χειροῦται δὲ καὶ Καστορίαν καὶ Πελαγονίαν καὶ Δούρας Τζέρνικόν τε καὶ Διάβολιν καὶ τὴν Πρίλαπον Βοδεινά τε καὶ Βόστρον, ἐλλιμενον νῆσον, Πέτραν Πρέ- P 69
σπαν τε καὶ Στερίδολα καὶ Ἀχρίδαν καὶ τὰ Ἰλλυριῶν ὀχυρώματα, καὶ ἕως Δυρραχίου φθάνει τὸ δόρυ κινῶν. προσβάλλει δὲ καὶ Πάτρᾳ καὶ Τρίκκῃ, καὶ τὰ κύκλῳ κατὰ συνθήκας κρατήσας, καὶ ἀμαχεὶ τὰ πλεῖστα, εἰς φόβον μέγαν καθίστησι τὸν δεσπότην καὶ ἐν στενῷ κομιδῇ. τότε καὶ ἐγγίονος ἀξιῶν τύχης αὐτὸν ὁ κρατῶν, πέμψας τὰ σύμβολα, σεβαστοκράτορα καθίστα.

(12) ὁ δέ γε Μιχαήλ, μεθὰ συγχρησαμένον τοῖς ὑπὸ τοῦ γαμ- B
βροῦ Μαφρὲ συμμαχίαις τὰ κατὰ τὸν Καίσαρα συνέβη περὶ ὧν μοι προανετύχθη, νοῦν λαβὼν ἁλούσης τῆς πόλεως πέμπει πρὸς βασιλέα τήν τε σύζυγον Θεοδώραν καὶ Ἰωάννην τὸν παῖδα, ἐκείνην μὲν τὰς εἰρηνικὰς πρεσβεύσουσαν, τὸν δ' υἱὸν ἐσόμενον ὅμηρον, πλὴν ἐς διηνεκές, ἐφ' ὅσον ζῴη, ἀξόμενον καὶ τὴν συνοι- C
κήσουσαν προσηκόντως, ἣν δὴ καὶ δώσει ὁ βασιλεύς.

Τότε γοῦν ἐκεῖνος διὰ τάχους καταστρεψάμενος τἀκεῖ ἀρεϊκῶς ἠγωνισμένος, μᾶλλον δὲ καὶ καταστήσας, φρουροὺς ἐμβαλὼν καὶ φυλακὰς ἐπιστήσας ἐπανέζευξε μετὰ λαμπρῶν καὶ περι-

piarum quibus erat succinctus optimarum robur et numerus. cepit ergo mira celeritate arcem ad Canina, arcem aliam ad Bellagrada sitas, praeterea Pologum et Coloneam; subegit Castoriam, Pelagoniam, Duras, Tzernicum quoque et Diabolin et Prilapum, Bodeëna item et Bostrum insulam in lacu, Petram, Prespam, Steridola, Achridam et Illyriorum munitiones, Dyrrhachium usque armata progressus manu. aggressus etiam Patram et Tricca, et cunctis per circuitum deditione potitus, plerisque sine admota vi solo terrore debellatis, maximum incussit metum dominanti illic despotae, et in artas illum angustias contrusit. quibus Palaeologus cognitis, tam strenuum fratrem dignum ratus qui suo ipsius principali fastigio propius admoveretur, illum sebastocratorem missis eius praecelsae dignitatis insignibus creavit. (12) caeterum Michaël post ea quae ipsi uso auxiliaribus copiis a Manfredo eius genere submissis adversus Caesarem successerant, de quibus antea diximus, ad saniora tandem consilia inclinans animum, ubi deinde audivit urbem imperatoris potestati redditam, misit ad ipsum coniugem Theodoram et filium Ioannem, illam ut de pace viri cum imperatore conveniret, hunc obsidis loco mansurum in omne deinceps tempus in Augusti comitatu, et uxorem ibi ductarum, quamcumque ipsi dare imperator dignaretur. sed haec postea.

Tunc porro Ioannes Augusti frater domita brevissimo tempore tota illa regione, bello magno fortissimie felicissimeque ac simul velocissime confecto, qua victoria rempublicam illis partibus labantem egregie restituit, praesidia ubi opus erat collocans, idoneos virtute ac numero quaesitis conservandis custodes apponens. post quae tropaeis erectis illustri-

www.libtool.com.cn

φανῶν τῶν τροπαίων, καὶ λείαν οὐκ ὀλίγην περιβαλόμενος. ὁ
D μὲν οὖν βασιλεὺς ἐκεῖνον, σὺν ἐκείνῳ δὲ καὶ πολλοὺς ἄλλους με-
E γίσταις δωρούμενος ταῖς ἀξίαις, (13) τὸν μὲν οὖν Ἰωάννην
δεσπότην ἐγκαθιστᾷ, αἱ δέ γε πράξεις ἐκείνου καὶ μέγαν ἐφήμι-
ζον, θάτερον δὲ τῶν ἀδελφῶν Κωνσταντῖνον σεβαστοκράτορα
P 70 μετὰ Καίσαρα· ἅμα γὰρ τὸν Ἰωάννην σεβαστοκράτορα καὶ καί-
σαρα ἀπεδείκνυ. τὸν δέ γε πενθερὸν τοῦ δεσπότου τὸν Τορνί-
κιον Κωνσταντῖνον ἐκ μεγάλου πριμικηρίου σεβαστοκράτορα καὶ
αὐτὸν καθίστησι, πλὴν οὐ κατὰ τὸν πρῶτον καὶ ἀδελφόν· ἐκεῖ-
νον γὰρ καὶ βασιλικοῖς ἀετοῖς κατὰ τὸ σύνηθες ἐμεγάλυνε, τοῦ-
τον δὲ δίχα τῶν συμβόλων ἐκείνων ἐν μόνοις τοῖς κυανοῖς σεβα-
στοκράτορα ἔγραφεν. ἐξεδίδου δὲ καὶ τὴν αὐτοῦ θυγατέρα τὴν
B μετὰ τὴν προτέρων, ἣν ὁ δεσπότης εἶχε, τῷ τοῦ δεσπότου υἱῷ
ἐκ δύσεως Ἰωάννῃ, ὃν καὶ ὡς ὅμηρον πεμφθῆναι τῷ βασιλεῖ
παρὰ τοῦ πατρὸς ὁ λόγος προέγραφεν. Ἀλέξιον δὲ τὸν Στρα-
τηγόπουλον γέροντα προυβάλετο Καίσαρα. τὸν δὲ γέροντα Λά-
σκαριν τὸν τοῦ Τζαμαντούρου ἀδελφὸν (αὐτὸς γὰρ ὑπέδυ τὸν
μοναχὸν) μέγαν δοῦκα ἐφήμιζεν. Ἰωάννην τε τὸν Ῥαοὺλ υἱὸν
τοῦ πρωτοβεστιαρίου Ῥαούλ, καὶ τὸν τοῦ πηρωθέντος Φιλῆ
C υἱὸν Ἀλέξιον, τὸν μὲν τῇ τοῦ πρωτοβεστιαρίου Μουζάλωνος,
πρὸ μικροῦ χηρωθείσῃ τρόπον ὃς εἴρηται, Θεοδώρᾳ, ἀδελφιδῇ
αὐτοῦ γε οὔσῃ, Εὐλογίας ἐκ Καντακουζηνοῦ θυγατρὶ τῆς αὐτοῦ
αὐταδέλφης, εἰς γάμον συναρμόσας πρωτοβεστιάριον ἀποκαθί-

bus, spoliis et praeda dives opima domum reversus est. ample illum, ut erat meritus, honoravit imperator, et multos alios qui cum eo fuerant, maximis ipsos dignitatibus remunerans. (13) ipsum quippe Ioannem constituit despotam, cui titulo res eius gestae magni cognomen adiunxerant. alterum vero fratrum Constantinum sebastocratorem post Caesarem creavit: simul enim Ioannem sebastocratorem et Caesarem declaraverat. socerum autem despotae, Tornicium Constantinum, ex magno primicerio sebastocratorem fecit, sed cum aliqua a Caesare differentia: nam fratrem isto afficiens honore imperatoriis quoque de more aquilis insigniverat, hunc vero sine illis symbolis in solis caeruleis sebastocratorem scripsit. collocavit autem Tornicii filiam secundogenitam, sororem uxoris despotae sui fratris, Ioanni filio despotae Occidentis, quem obsidem imperatori a patre missum paulo ante diximus. senem porro Alexium Strategopulum creavit Caesarem; et senem Lascarim Tzamanturi fratrem (hic enim monachi vestem induerat) magnum ducem appellavit. Ioannem vero Raŭlem, protovestiarii Raŭlis filium, protovestiarium creavit, coniuncta ei matrimonio vidua protovestiarii Muzalonis nuper occisi quo modo narravimus. haec autem vidua, nomine Theodora, neptis erat imperatoris Palaeologi, eius sororis Eulogiae ex Cantacuzeno filia. cuius Eulogiae filiam alteram, germanam Theodorae, Mariam, nuptiis copulavit

www.libtool.com.cn

στησι, τὸν δὲ εἰς ἓν λέχος τῇ αὐταδέλφῃ ταύτης Μαρίᾳ συναγαγὼν μέγαν δομέστικον ἀποδείκνυσι. τὴν δὲ ἐκ θατέρας τῶν αὐταδέλφων αὐτοῦ Μάρθας γεννηθεῖσαν Θεοδώραν, ἣν καὶ ὁ Καβαλλάριος Βασίλειος εἶχε, διαζεύξας ἐκεῖνον αὐτῆς τῆς αὐταδελ- D
5φης δεηθείσης διὰ τὰ συμβάντα οἱ παρὰ τὴν ἑαυτοῦ αἰτίαν, τῷ Βαλανειδιώτῃ ἐκδίδωσιν, ὃν καὶ μέγαν στρατοπεδάρχην τιμᾷ. τοὺς δὲ ταύτης αὐταδέλφους, Μάρθας τῆς αὐταδέλφης υἱούς, νέους ὄντας ὑπερηγάπα καὶ ἐντὸς τῶν βασιλείων εἶχεν ἐκτρεφομένους (Μιχαὴλ δ' ἦσαν καὶ Ἀνδρόνικος καί γε Ἰωάννης αὐτοῖς
10τὰ ὀνόματα), ὡς καὶ πολλῷ ὕστερον καὶ τὸν ἐκ θύσεως Παλαιολόγον Ἀνδρόνικον, ὃν καὶ ἐξάδελφον ἔγραφε, συναναβάντα τῷ E
δεσπότῃ συνάμα καὶ ἄλλοις πολλοῖς δυτικοῖς ἄρχουσι συνοικίσας τῇ τοῦ Ῥαοὺλ θυγατρί, κεχηρωμένῃ οὔσῃ καὶ ταύτῃ τοῦ Ἀνδρονίκου Μουζάλωνος, ὃν καὶ μέγαν δομέστικον ἀνεγράφομεν, πρω-
15τοστράτορα ἀποδείκνυσι. τότε δ' ἐπὶ τῷ ἀξιώματι τούτῳ τὸν Φιλανθρωπηνὸν Ἀλέξιον ἐγκαθίστα. τὸν δὲ τῆς πενθερᾶς αὐτοῦ αὐτάδελφον Ἄγγελον μέγαν ποιεῖ πριμικήριον, πρωτοσεβαστὸν δὲ τὸν Νεστόγγον Μιχαὴλ καὶ μυστικὸν τὸν Παλαιολόγον Μιχαήλ, οὓς καὶ αὐτανεψίους ἐλέγομεν εἶναι κατὰ γένος τῷ βα-
20σιλεῖ. ἄλλους τε πολλοὺς τῶν ἀρχόντων τοῖς ὀφφικίοις προσανε- P 71
βίβαζεν, ὡς καὶ τὸν λογοθέτην τῶν ἀγελῶν Ἁγιοθεοδωρίτην λογοθέτην τῶν οἰκειακῶν ἐπαναβιβάζων ἐκάλει, καὶ Μιχαὴλ τὸν Κακὸν πρωτασηκρῆτις ἀναδείξας εὐγενεῖ συνήρμοττε κόρῃ ἐκ τοῦ

12. συνοικήσας P.

Alexio, Philae qui excaecatus fuerat filio, quem et magnum domesticum declaravit. aliam praeterea Theodoram ex altera sorore sua Martha genitam, quam Basilius Caballarius duxerat, ab eo abiunctam rogatu germanae propter ea quae ipsi Marthae eius causa contigerant, uxorem dedit Balanidiotae, quem magni stratopedarchae honore decoravit. huius Theodorae fratres quoque, Marthae sororis suae filios, adhuc adolescentulos, caros in primis habuit et apud se regie curavit educari. nomina horum erant Michaël Andronicus et Ioannes. similiter (quamquam hoc multo posterius) Andronicum alium Palaeologum ex Occidente, quem et patruelem scripsit, qui cum despota et aliis multis tractus Occidui principibus ad se ascenderat, collecata ei vidua Andronici Muzalonis, quem magnum domesticum fuisse iam scripsimus, protostratorem creavit, eodem tempore collegam ei simili dignitatis appellatione tribuens Alexium Philanthropenum. socrus autem ipsius fratrem Angelum magnum facit primicerium, protosebastum vero Nostongum Michaëlem, et mysticum Palaeologum Michaëlem, quos ex genere consobrinos imperatori fuisse diximus. pari modo multos alios ex principibus ad officia promovit, uti logothetam agelarum Hagiotheodoriten, quem logothetam domesticorum constituit; et Michaëlem cognomento Malum, primum a secretis antea crea-

www.libtool.com.cn

τῶν Φιλανθρωπηνῶν γένους, καὶ ἁπλῶς πολὺς ἦν τοὺς ἄρχοντας δεξιούμενος.

14. Ἦν οὖν αὐτῷ διὰ σπουδῆς μεγίστης καὶ τὴν πόλιν ἑλεῖν, καὶ προσηνάγκαζε τρόπους ἐφευρίσκων μάχης πρὸς Ἰταλούς, καὶ τὰ κύκλῳ ταύτης προκαταλαβεῖν ἠπείγετο. ἐπεὶ δὲ καὶ ἔτι παρ' Ἰταλῶν ἡ Σηλυβρία κατείχετο, πέμψας αἱρεῖ κατὰ κράτος καὶ τῶν Ῥωμαίων ποιεῖται τὴν πόλιν ἀκονιτί. ἔτι τε προσεχώρουν ἐγγύτερον οἱ ἡμέτεροι, καὶ τὰ ἔξω τῆς πόλεως ἐν χερσὶν εἶχον πλὴν Ἀφαμείας ἰσχυροῦ φρουρίου κατεχομένου τοῖς Ἰταλοῖς. ἦσαν δέ τινες κατοικοῦντες ἀπὸ Χρυσείας τε καὶ ἐπέκεινα, ἀνέτους τὰς γνώμας ἔχοντες εἴτε πρὸς Ῥωμαίους εἴτε πρὸς Ἰταλοὺς ἐθέλοιεν ἀποκλίνειν, τῶν μὲν Ῥωμαίων προσκειμένων αὐτοῖς οὖσι Ῥωμαίοις, τῶν δ' Ἰταλῶν φυλακὴν ἐκ τούτων πιστευόντων ἔχειν διὰ τὸ πρὸς αὐτοὺς σύνηθες· οὐ γὰρ ἦν ἑτέροις πιστεύειν. τὸ δὲ καὶ τοὺς κατοικοῦντας ἐκδιῶξαι, μὴ καὶ κίνδυνος ἐκ τῆς ἐρημίας προσέσται. ἦσαν γοῦν μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Ἰταλῶν, καὶ διὰ τοῦτο ἐκέκληντο καὶ θελληματάριοι, τὴν ἔξω τῆς πόλεως γῆν καρπιζόμενοι, διαζῶντες ἐκεῖθεν καὶ παρ' ἀμφοτέρων εἰς ἄνεσιν μένοντες, χρηζόντων ἑκατέρων τῆς ἐκείνων ἀγάπης, ὡς ἄν γε μὴ βλάπτοιντο. δῆλοι γὰρ ἦσαν διὰ μίσους τοὺς οὐκ οἰκείους ἔξοντες· ἦν γὰρ καὶ τοὺς Ἰταλοὺς ἐκ τοῦ ἀναχωρεῖν ἐκεῖθεν ἐκείνους βλάπτεσθαι ἐρημωθέντος τοῦ τόπου, καὶ τοὺς

tum, nobili virgini coniunxit e Philanthropenorum stirpe. denique multus erat in demerendis ac sibi conciliandis primariis viris familiisque.

14. Idem porro incumbebat omni studio in curam recuperandae urbis. itaque invento praetextu belli contra Italos, loca Constantinopoli undecumque per circuitum vicina praeoccupare contendebat. et quoniam Selybria tunc adhuc erat in potestate Italorum, missis copiis primo eam incursu cepit et facile adiecit ditioni Romanorum. propius etiam admoventes sese urbi nostri suburbana occuparunt, excepta Aphamea, munitione valido Italorum praesidio defensa. erant autem terrae illius inquilini quidam a Chrysea et locis ulterioribus profecti liberi homines et sui iuris, ancipitique in Romanos atque Italos favore, et ad alterutros prout libuerat inclinare soliti, Romanis in ipsos utpote Romanos naturali caritate propendentibus, Italis gentis sibi ad tutelam finium perutilis demereri studia conantibus consuetudine commercii utrinque quaestuosi commodique: non enim alios habebant quibus fiderent; et si hos expellerent unicos suburbani territorii colonos, desertae ipsis incultaeque regiones victum negarent. cum ergo inter Romanos et Italos neutrarum essent partium, Thelematarii (quasi diceres voluntarii) vocabantur, quod, ut dixi, ad quos volebant impune propenderent, campos urbi vicinos colentes indeque viventes, nec Latinis ipsos nec Romanis infestantibus, quod eorum opera et benevolentia pariter utrique indigerent. nam utrosvis ob acceptas iniurias odissent, afficere damno poterant, Italos quidem recedendo inde, et desolatis incultisque relinquendis, unde victus partem maximam

www.libtool.com.cn

Ῥωμαίους, εἰ ἐγχειροῖεν ἐπί τι, μὴ ὅπως γε συνεργεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ κατὰ κράτος εἴργεσθαι παρ' αὐτῶν διὰ τὸ πρὸς ἐκείνους μῖσος καθαρῶς προσκειμένων τοῖς Ἰταλοῖς. μετὰ γοῦν τὴν τῆς Σηλυβρίας ἅλωσιν οὐδὲν ἦν μέσον αὐτῶν τε καὶ τῶν ἡμετέρων, ἀλλ' εἴ που συντύχοιεν ἀλλήλοις, φιλικῶς εἶχον αὐτοί τε πρὸς E ἐκείνους κἀκεῖνοι πρὸς τούτους, καὶ τρόπον μάχης οὐδέτεροι θατέρους ἐσκύλευον. ἐδόκει γοῦν τῷ βασιλεῖ δι' Ἑλλησπόντου περαωθέντα τὴν Σηλυβρίαν ἄρτι ἁλοῦσαν καταλαβεῖν, καὶ τὰ περὶ τοῦ πῶς ἂν ἡ πόλις Ῥωμαίοις ἁλῴη ἐκεῖ καθήμενον πραγμα- P 72
τεύεσθαι. ἀλλὰ τὸ περὶ τὴν ἐκκλησίαν συμβὰν οὐκ εἴα τοῦτον διαπερᾶν.

15. Ὁ γὰρ πατριάρχης Ἀρσένιος εἴτ' ἐπιλογισάμενος τὸ B ἐπὶ τῷ βασιλεῖ πραχθέν, ὡς ἐξηπάτηται μὲν αὐτός, ὁ δὲ τῆς βασιλείας ὄρπηξ ἀγέραστος μένει περιφρονούμενος, τῶν πραγμάτων ὅλων ὑπὸ τῷ Παλαιολόγῳ διοικουμένων, εἴτε καὶ ἄλλον νύξαντος ὡς ἐπινυστάξειε μέγιστα πράξας καὶ ἄληστα, εἴτε τι καὶ ἄλλο τὸ λυποῦν ἦν (οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνος δῆλον ἦν ποιῶν ἐφ' ᾧ ἐξεχώρει, αἰτίας δ' ἐπλάττετο ὡς καταφρονοῖτο καὶ ὡς οὐδὲν C παρὰ βασιλεῖ ἀνύοι λέγων ὑπὲρ τῶν τῇ ἐκκλησίᾳ καθηκόντων), ἅμ' εἰπὼν πρὸς τὸν κλῆρον καὶ ἅμ' ὁρμήσας τὴν πύλην τῆς πόλεως Νικαίας καταλαμβάνει πεζῇ, καὶ ὡς εἶχε τὸν περὶ αὐτὸν ὄχλον ἀποτιναξάμενος ἀμεταστρεπτὶ ἔεται, ὀλίγους ἔχων τοὺς

habebant, terris, Romanos vero ulciscendo, si irritarentur, et manu armata persequendo; in quam partem erant per sese proniores, usu et instituto vitae palam incumbentes in favorem Italorum et a Romanis abhorrentes. hi, postquam capta est Selybria, nihil iam habebant inter ipsos et nostros medium. tamen necessariis in illa vicinia occursibus amice pacateque defungebantur, nec Romanis ipsos nec ipsis Romanos inciviliter tractantibus aut vim ullam iniuriamve offerentibus. tunc visum opportunum imperatori est transmisso Hellesponto in nuper captam Selybriam se conferre, ibique ex propinquo consilia capere rationesque inire urbis potiundae. sed revocatus ab ea cogitatione transmissioneque est eo quod praeter opinionem in ecclesia tunc contigit.

15. Patriarcha siquidem Arsenius, sive reputans sibi illusum interversa coronatione pueri Augusti, indigneque ferens herede imperii contempto paeneque in ordinem redacto ad nutum unius Palaeologi cuncta gubernari, sive indormivisse sibi conscius in maximis et publicae notitiae indelebiliter insculptis serae inde poenitentiae morsu inquietabatur, seu quis alius urebat occultus dolor (nam apparebat eum non fateri quid esset quo vere moveretur, et fingere quas allegabat causas, quod nimirum animadverteret sese contemni ab imperatore, et cum ei de rebus ecclesiae loqueretur, nihil proficere), talia clero cum dixisset, repente impetu capto pedes ad portam urbis Nicaeae progressus est, ibique persequentem effuse turbam a se repellens irrevocabiliter se in viam dedit

www.libtool.com.cn

συνεπομένους. καί τινι πρὸς τῷ τείχει τῇ τοῦ ἀγάλματος προσκαθίσας μονῇ, νυκτὶ τὴν πορείαν πιστεύει, καὶ φέρων ἑαυτὸν τῇ
D τοῦ Πασχασίου μονῇ δίδωσι, μονῇ πρὸς ἡσυχίαν εὐθέτῳ, ἔνθεν μὲν ἐχούσῃ τὴν θάλασσαν, ἔνθεν δ' ὑπεράνω κειμένῃ τοῦ ποταμοῦ Δράκοντος, καὶ ἐφ' ἡσυχίας ἐκεῖσε καθῆστο. καὶ ὃ μὲν 5
οὕτω τῷ τόπῳ ἐνησυχάζων οὐδενὸς τῶν καθηκόντων τῇ πατριαρχίᾳ ἥπτετο, πάντ' ἐάσας, ἑαυτῷ δὲ μόνῳ προσλαλῶν καὶ θεῷ. οἱ δὲ τοῦ κλήρου, καὶ ὅσοι τῶν ἀρχιερέων τῇ Νικαίᾳ ἐπεδήμουν,
E δεινὸν τὸ συμβὰν ἡγοῦντο καὶ προσεπέστελλον ἱκετεύοντες, μή που καὶ βασιλεὺς ἀκούσας ἐν δεινῷ τὸ πραχθὲν ποιήσοι. καὶ 10
ἄλλως δίκαιον εἶναι, εἴ τίς που καὶ λυποίη, αὐτοῦ που τοῦ πατριαρχείου καθῆσθαι καί γε ἐλέγχειν τὸν κατ' ἐπήρειαν ἐνοχλοῦντα, προσαναφέροντα καὶ τῷ βασιλεῖ, εἰ δ' αὐτὸς καὶ μόνος εἴη ἐνοχλῶν, αὐτὸν νουθετεῖν ἐλέγχειν παρακαλεῖν, συλλαμβανόντων καὶ τῶν ἀρχιερέων καθόσον ἰσχύοιεν. τὸ δ' ἀναχωρεῖν μὴ 15
προφανῶς τὰς αἰτίας λέγοντι, μὴ μάταιον νομιμισθῇ τὸ ἐγχείρημα. ἦν δὲ ἄρα καὶ ἀμφοτέροις ἀνήνυτα τὰ πραττόμενα, τοῖς
P 73 τ' ἐπιστέλλουσι καὶ τῷ ἡσυχάζοντι, δοκήσει τῶν μὲν τοῦ μὴ ἔχειν ἀποσπᾶν ἐκεῖθεν ἐκεῖνον κἂν ὅτι λέγοιεν, τοῦ δὲ τοῦ μὴ ἐπὶ ῥητοῖς ἱστᾶν τὰ τῆς ἀναχωρήσεως αἴτια, ἐφ' ᾧ πολλάκις καὶ θε- 20

16. deerat μὴ.

paucis comitantibus; et cum in quodam vicino moenibus monasterio Agalmatis vocato paulum consedisset, nocturno itinere se contulit ad monasterium Paschasii ad tranquillam quietem opportune situm, hinc quidem mari praetentum, illinc Dracone flumine, ad cuius ripam constructum erat; ibique in altum se otium condidit, nullam deinceps usurpans ex propriis patriarchae functionibus, sed cunctis omissis, sibi uni deoque colloquens. at clerus Nicaeensis, et quotquot episcopi in ea urbe tum regia negotiorum causa diversabantur, moti ut par erat tam insueto facto, scripserunt ad illum supplices literas, orantes ut rediret, et suggerentes fore ut imperator re tali audita offenderetur: quodsi quid ipsi eorum quae fiebant displiceret, aequum fuisse illum insidentem throno suo, patriarchali auctoritate perperam actum reprehendere, et si cui per se mederi non posset, ad imperatorem referre: quin ipso in imperatore si esset quod succenseret, moneret ipsum, obiurgaret etiam pro potestate divinitus accepta, hortandoque ac rogando revocaret, cooperaturis in id ipsum pro virili caeteris episcopis. secedere vero non allegatis idoneis tantae novitatis causis, videret etiam atque etiam ne parum sanum videri consilium posset. haec et eius sententiae alia missa perlataque sunt, labore iuxta scribentibus et ei cui consultum ibant prorsus inutili. nam nec illum abstraxerunt a suis latebris, nec saltem spem ipsis reliquebat proficiendi quidquam in posterum taciturnitas patriarchae, obfirmate perstantis in non prodendo quas ob causas secessisset; quae si co-

www.libtool.com.cn

ραπεία γένοιτο. τριβομένου δὲ τοῦ καιροῦ φθάνει καὶ ἐς βασιλέα τὸ δρᾶμα, καὶ βαρὺ αὐτίκα δοκεῖ ἀκουσθέν. καὶ ὃς τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἀρχιερεῦσι τὸ πραχθὲν τῷ πατριάρχῃ κοινοῦται καὶ τὸ ποιητέον ζητεῖ. τοῖς μὲν οὖν προτροπὴ ἦν ἐπὶ τὸ διὰ πλείστου
5 τιθέναι τὴν ἀναχώρησιν τό τε τοῦ πράγματος ἄηθες καὶ ἡ τῆς ἱερήνης συνήθεια καὶ τὸ μὴ ἐξ ἑτοίμου δόξαι ἀποπροσποιεῖσθαι B τὸν πρῶτον καὶ ζητεῖν ἕτερον, πρὸ δὲ τούτων ἁπάντων ἡ τοῦ βασιλέως παράκλησις Μιχαήλ, λιπαρῶς δεδιότος μὴ ἐφ' αὐτῷ τὰ τῆς ἀναχωρήσεως γένοιτο αἴτια· τὸ γὰρ συνειδὸς ἀρρεπὲς κριτή-
10 ριον ἦν καὶ τὸ λυποῦν οὐκ ἠγνόει, κἂν ἐκεῖνος οὐκ ἔλεγε φανερῶς, λύπην μόνην κωφὴν καὶ καταφρόνησιν προβαλλόμενος. ἐκεῖσε γοῦν τῶν ὁπουδήποτε συναχθέντων ἱεραρχῶν ζήτησις ἦν περὶ τούτων καὶ σκέψις. καὶ τέλος πέμπουσι τοὺς περὶ τὸν Ἡρακλείας C Νικήταν (ἔτυχε γὰρ τότε καὶ πατριάρχης τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου
15 Διομήδους προσμένων) ἀγγελοῦντας μὲν πρὸς αὐτὸν καὶ τὰ ἀπὸ τῆς συνόδου μετακαλουμένης αὐτὸν καὶ βαρεῖαν δοκούσης ἡγεῖσθαι τὴν ἀναχώρησιν, ἑτοίμου τ' οὔσης πρὸς τὸ μαθεῖν εἰπόντος τὰ αἴτια, πλὴν δὲ καὶ ὀνειδιοῦντας ὡς οὐ δεόντως διαπράξοιτο,

5. τίθεσθαι?

geseerentur, ut plerumque contingit curari aegritudines quarum origo nos latet, iniri nonnulla fortasse potuisset utilis ratio remedii. nunc in caeca ignoratione arcanorum senis sensuum, quamlibet multa dicerent, verba in irritum iactarent, uti qui iaculantur scopo non viso. consumpto in his frustra dierum aliquot spatio desperatoque regressu, perfertur ad imperatorem rei fama, quae gravis ei permolestaque sane accidit. itaque is communicato quod audierat episcopis qui forte adfuerunt, quaerebat ab ipsis quid faciendum tali occasione censerent. perplexa eorum oratio fuit, primum exaggerantium momentum inusitatissimi facti, secessisse de medio repente principem sacrorum nulla nota causa, in plena cum ecclesiae tum reipublicae pace, tum addentium haud in promptu esse rationem aut loco movendi primum antistitem, aut alium quaerendi qui ei sufficeretur. sed prae his omnibus augebat aestum eorum qui consulebantur de re tali, eius qui consulebat eminens ex vultu et frustra dissimulata perturbatio. ipse quippe Michaël dum rogabat quid opus facto, male metuebat ne audiret quod sua (cuius est inflexibile in gratiam iudicium) intus ipsi exprobrabat conscientia, causam nimirum dedisse ipsum secedendi patriarchae, quantumvis ille id fateri recusaret, sed mutum dolorem obtentu nescio cuius, de quo solo querebatur, sui contemptus occultaret. continuo ergo episcoporum undecunque conquisitio fit. evocatis deliberatio indicitur de re praesenti. convenitur in id tandem ut Nicetas episcopus Heracleae mitteretur ad patriarcham (nam is tunc diversari dicebatur in monasterio S. Diomedis) periaturus ad ipsum iussa synodi revocantis ipsum, et publice noxiam intempestivamque iudicare se ipsius secessionem declarantis, seque paratam exhibentis ad audiendas ex ipso

www.libtool.com.cn

D ἀλλὰ συναρπασθεὶς ἴσως ἐξ ὀδύνης τὸ μὴ κατὰ τὸ εἰκὸς ποιήσειεν, ἦν ἔδει συναχθεῖσι δηλοῦν καὶ διορθοῦν ἀξιοῦν πατριάρχην ὄντα καὶ τοὺς τῶν πατέρων κανόνας διὰ πλείστου τιθέμενον. ποῦ γὰρ τὸ ἐλέγχειν, ποῦ τὸ παρακαλεῖν, ποῦ τὸ ἐπιτιμᾶν, εἰ καὶ τούτου δεήσειε; τέως δὲ καὶ ὡς θέλοιεν πάλιν μαθεῖν τὰς αἰτίας ὡς καὶ θεραπεύειν, εἰ δύναιτο, ἕτοιμοι. καὶ ταῦτα μὲν ἦσαν πρὸς ἐκεῖνον, προστέτακτο δὲ τοῖς ἀπαγγελοῦσιν ὡς εἰ μὲν πραΰνοιτο καὶ ἐπανήξειν ὑπόσχοιτο, εἰ δ' οὖν, ἀλλ' αὐτοὺς
E ἀναγκάζειν δυοῖν θάτερον ἐκτελεῖν, ἢ ἐπανελθεῖν πάλιν καὶ τὰ τῆς ἐκκλησίας ἀναλαβεῖν, ἢ μὴν εἰ μὴ βούλοιτο, διδόναι λίβελλον παραιτήσεως· μηδὲ γὰρ καλὸν εἶναι τὴν ἐκκλησίαν ἀποίμαντον. ταύτας οἱ ἀμφὶ Νικήταν δεξάμενοι τὰς ἐπιστολὰς ἐπὶ Νικαίας ἐχώρουν, σπουδῇ τὰ προστεταγμένα ἐπιτελέσοντες. ὡς δ' ἐξελθόντες ἐπέστησαν τῇ ἐν ᾗ κατῴκει μονῇ, προσελθόντες τῷ πατριάρχῃ καθὼς εἶχον τῆς ἀπὸ τῆς συνόδου κελεύσεως ἔλεγον. ὁ δὲ τὸν μὲν τῆς αἰτίας καιρὸν αὐτοῖς παρῳχηκέναι φήσας,
P 74 πρέπειν δὲ σιγῇ τῶν πραγμάτων ἐξίστασθαι (μηδὲ γὰρ εἶναι θεραπεύειν τὰ ἀνιάτρευτα) ὅλος ἦν πρὸς τὸ παραιτεῖσθαι. οἱ δ' ὡς πολλάκις προβαλόντες, ἐφ' ᾧ τῆς ἐκείνου γνώμης κρατή-

19. προσβαλόντες?

causas eius inopinatissimi nec probabilis facti; interim autem reprehensurus quod perperam egisset ille quidem forte in transversum actus aegritudine quadam animi: caeterum illam, qualiscumque demum esset, prius oportuisse significari convocatis ad id ipsum patribus, et perquirendas ipsorum de remedio sententias, ac ex eorum consiliis emendanda quae a recto declinarent, auctoritate quae in ipso resideret utpote patriarcha, quem deceret plurimi facere ac religiosissime observare canones patrum, et iuxta scita eorum modo arguere, modo obsecrare, modo increpare, si et hoc opus esset; denique iterato denuntiaturus ipsi velle omnino congregatos patres exponi sibi causas quae illum ad secedendum impulerint, paratos ad adhibendum quam efficacissimum possent remedium cognitis malis. ea mandata synodi ad patriarcham fuerunt. imperatum autem misso est ut nisi obsequentem se praeberet ac reditum polliceretur, omnino ediceret decernere synodum et citra omnem tergiversationem ab eo exigere ut alterum horum faciat quod malit, aut redeat et rursus ecclesiae curam sumat, aut si id recuset, det libellum cessionis throno: non enim bonum esse relinqui ecclesiam sine pastore. his Nicetas mandatis et epistolis acceptis, strenue defuncturus commisso negotio Nicaeam advolat, et inde quam celerrime ad monasterium in quo tunc erat patriarcha perveniens exponit ei quae synodus mandaret. ad ea ille respondit, quod causam secessionis suae quaererent, nihil iam attinere declarari eam, quippe cuius emendandae tempus praeterilisset; nec sibi reliquum aliud esse quam ut tacitus a negotiis abscedat: non enim incurabilibus adhiberi remedium posse. et apparebat eum inflexibiliter perstiturum in tacendo causam: adeo praefracte illam enuntiare recusavit, et expiscari

www.libtool.com.cn

σειαν, ἐν ἀμηχανίᾳ τοῦ πράττειν τι καὶ ἀνύειν ἐγένοντο, ὅπερ εἶχον δι' ἀπορρήτων πράττειν, ἐπὶ τούτοις ἐξέφαινον. καὶ ἐξαιτούντων ἐκείνων παραίτησιν εὐθὺς παρῃτεῖτο. ὡς δ' ἔδει συντάττεσθαι ταύτην καὶ συνετάττετο τοῦ Ἡρακλείας ὑπαγορεύοντος, τὸ ἀνάξιον προστεθὲν τῆς ἱερωσύνης εἰς τὸ τῆς παραιτήσεως εὔλογον ἠγριαινέ τε τὸν ἄνδρα, καὶ ταραχὴ ἦν. καὶ "τί δ' οὐκ ἀρκούμενοι" ἔλεγε "τῇ ἐκ λόγων ἢ μὴν καὶ πράξεως παραιτήσει, καὶ αἰτίαις οὐκ ἀγαθαῖς συμπλέκειν ἡμᾶς βούλεσθε; ἑκόντες ἐξιστάμεθα τῶν πραγμάτων, οὐδὲν ἡμῖν μέλον κἂν ὅ τι γένηται." οὕτω τοίνυν ἀποκρουσθέντες ἐμβριθῶς ἀποπεμπόμενον, διὰ ταχέων τὸ μεταξὺ διανύσαντες πρὸς τὸν κρατοῦντα καὶ τὴν σύνοδον ἀπαντῶσι, καὶ ἀπαγγέλλουσι μὲν τὰ τῷ πατριάρχῃ λεχθέντα, τέλος δὲ καὶ τὰ τῆς παραιτήσεως παρενείροντες ἀμετάθετον τὴν ἐκείνου γνώμην διεβεβαίουν· ἀπολήψεσθαι δὲ καὶ τὴν πεῖραν ἀσφαλεστέραν, εἴ τινων σταλέντων τὴν βακτηρίαν καὶ τὸ λαμπαδοῦχον ἀναλαβεῖν αὐτὸς εὐθέως παράσχοι. ὃ δὴ καὶ γέγονε, καὶ παρεχώρει λαμβάνειν, εἰ βούλοιντο. ὁ βασιλεὺς δ' ἐπὶ τούτοις οὐκέτι ἀνεκτὸν ἡγούμενος ἀναμένειν, εἰς ἱκανὴν ἀπολογίαν τῷ πατριάρχῃ τῶν ἐπιγενησομένων καὶ τὴν παρ' ἑαυτοῦ λιπαρὰν νομίσας ἀξίωσιν, ἄλλως τε δὲ καὶ τοῦ Ἐφέσου Νι-

ex eo aliquid saeplus conatum semper Nicetam constantissime repulit. tunc is hab ito consilio cum suis, postquam frustra se contendere nec spem relinqui ullam melioris successus, si pergerent instare, satis constitit, ad ea quae in arcanis mandata postremo acceperant circa optionem offerendam devenerunt. ea re audita patriarcha statim se loco cessurum dixit. ac quia libellum cessionis indicem conscribere oportebat, opera in id continuo collata est. sed cum suggereret Heracleensis addere patriarcham debere, ut videretur idonea cessionis causa, indignum se tali sacerdotio fuisse, exasperatus ea mentione Arsenius turbavit cuncta, coeptumque abrumpens "nempe" inquit "vobis non sufficit et verbo et facto renuntiare me dignitati, sed causis praeterea probrosis implicare me quaeritis? volentes cedimus administratione rerum, nec curamus quidquid inde secuturum sit." sic tractatione indignanter abrupta dimissus inciviliter Nicetas, summaque celeritate remensus viam, ad Augustum et synodum rediit, retulitque primum quid dixisset patriarcha: deinde cessionis negotium quo in nodo stetisset, et quam frustra speraretur flecti eum ad quidquam eorum quae recusasset posse docuit. adiunxit restare viam adhuc aliam explorandae ipsius circa cessionem sententiae, si missis ad eum certis qui pontificium lituum et candelabrum ab eo reciperent, utrumque praeberet. successu consilium non caruit: petentibus enim illa respondit patriarcha, sumerent, si vellent: se quidem haud prohibere. quibus imperator cognitis nihil ad sui excusationem apud omnes et apud ipsum patriarcham, si quid ei minus gratum accideret, amplius expectandum ratus, cum praesertim Nicephorus Ephesi episcopus affirmaret mini-

www.libtool.com.cn

κηφόρου μὴ κατὰ κανόνας προβῆναι τὴν χειροτονίαν ἐκείνου διαβεβαιοῦντος (σπουδὴ γὰρ ἦν τοῦ τότε κρατοῦντος Θεοδώρου ἐφ' ᾧ ταινιώσεσθαι καὶ τεταραγμένοις τοῖς κατὰ δύσιν ἐπεισπεσεῖν πράγμασι· παρ' ἣν αἰτίαν παρ' οὐδεμίαν μεταξὺ σχεδὸν ἡμέραν ἀλλὰ συνεχῶς ἁπάσαις τοὺς τῆς ἱερωσύνης βαθμοὺς ἐτέλειτο πάντας, καὶ οὕτω πρὸς τὴν πρώτην τῆς ἱεραρχίας τάξιν
E ἀνεβιβάζετο), διὰ ταῦτα ὁ βασιλεὺς τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐφῆκε πράττειν ὅ τι καὶ βούλοιντο. καὶ δὴ σκεπτομένων ἐκείνων ἐπὶ πολλαῖς ταῖς ἡμέραις οὐδὲν πλέον ὑπῆρξε τῷ πατριάρχῃ παθεῖν ἀνυπομονησίας καὶ καταγνώσεως, ὡς ἐξὸν λέγειν καὶ ζητεῖν διόρθωσιν μικροψυχοῦντι καὶ τοῦ θρόνου ἑτέροις παραχωροῦντι. κἀκεῖνοι μὲν οὕτως· ἦν δὲ ἄρα, ὡς ἔδειξεν ὕστερον, τὸ ζητούμενον μὴ ὅτι γε δυσχερῆ θεραπείαν προσιέμενον, ἀλλὰ καὶ ὅλως ἀνίατον, διὸ καὶ δίκην τῆς ἀγνοίας ἄντικρυς ἐκουσίαν εἰς ἀπολογίαν τὴν πρὸς θεὸν ἐπιτιθέναι ἐβούλετο ἑαυτῷ, μὴ κατ' ἐλπί-
P 75 δας προχωρησάντων αὐτῷ τῶν πραγμάτων. ἐκεῖνοι δὲ τότε περὶ τοῦ τίς ἂν τὴν ἐκκλησίαν κατὰ τὸ ἐχέγγυον παραλήψαιτο τὰ

7. ὑφῆκε P.

me canonicam patriarchae Arsenii ordinationem fuisse (festinante quippe ad suae coronationis ceremoniam Theodoro tunc imperatore, et ipsum perurgentibus Occidui limitis rebus illo tempore turbatis, quo ad spem magni successus, si strenue occurreret, vocabatur, praecipitatam eius iussu adeo fuisse inaugurationem patriarchae, ut legitimis interstitiis ordinum non servatis gradus omnes sacerdotii quasi uno saltu vix interposito dieculae unius medio spatio pervolaverit, et sic ad throni patriarchalis fastigium transcenderit contra manifestas regularum ecclesiae veterum sanctiones), his, inquam, simul cunctis Palaeologus motus edixit praesulibus congregatis se nihil obstare quominus quod ipsis optimum videretur in re praesenti decernerent agerentque. tunc patres aliquot diebus in inquirendo ac deliberando consumptis, nihil aliud quod vitio verterent patriarchae repererunt nisi quamdam impatientiam et praematuram desperationem emendationis rerum quas improbaret; quarum in correctionem prius debuisset incumbere, tum per se agendo, tum exquirendo ab aliis et in commune consulendo, non autem, ut fecit pusillanimitate victus, abiicere clavum perclitantis ecclesiae et eius gubernationem aliis cedere. ita illis videbatur. caeterum posterius apparuit insedisse animo patriarchae altius vulnus, et non solum difficile curatu sed plane insanabile, poenitentiam videlicet seram toleratae infractionis foederis praetermittenda coronatione heredis imperii, cuius culpae tam acerbus illum urebat sensus, nunc maxime videntem quam contra spem prius conceptam negotia succederent, ut quo istius admissae licet per ignorantiam conniventiae crimen apud deum expiaret, voluntarium hoc exauctorationis propriae supplicium sibi ultro consciscendum putaverit. tunc porro patres synodi, vel potius eminentes inter ipsos, ex quorum auctoritate ac nutu caeteri pendebant,

www.libtool.com.cn

πολλὰ ζητήσαντες, καὶ μᾶλλον οἱ δοκοῦντες, ὧν καὶ τὸ λοιπὸν
τῶν ἀρχιερέων πλῆθος ἐξήρτηντο, τέλος μιᾶς ἐπὶ τῷ Ἐφέσου
γνώμης γίνονται, (16) ἀνδρὸς εὐλαβοῦς καὶ κατ' ἀρετὴν ἐπι- B
δόξου καὶ λόγῳ μετρίως κοσμουμένου, γηρῶντος ἤδη, ᾧ δὴ καὶ
ζῆλος ἦν ἱκανὸς ὡς ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας καὶ τῶν αὐτῆς νόμων κα-
ταφρονουμένων ἐκκαίεσθαι. συμβὰν δὲ καί τι, ὃ δὴ καὶ τὸν
ὅλον τῆς ἱεραρχίας χρόνον ἐκεῖνον ἐπέκνιζεν (ἐψήφιστο γὰρ εἰς
πατριαρχεῖον παρὰ τῆς συνόδου ἐπὶ Ἰωάννου τοῦ Λούκα πρὸ τοῦ
πατριάρχου Μανουήλ, καὶ ὁ βασιλεύων τὰς ψήφους συνέχει,
τὸν ζῆλον δεδιττόμενος τοῦ ἀνδρός, φήσας "ὃν οὐ δύναταί τις C
ὑποστῆναι ἀρχιδιάκονον ὄντα, πῶς ἂν πατριαρχοῦντα ὑπομεί-
νειε;" διὸ δὴ καὶ τῆς Ἐφέσου προχειρισθεὶς ὅμως ἀδικεῖσθαι
παρὰ βασιλέως εἰς τὴν ἰδίαν τιμὴν διετείνετο) τοῦτο δὴ μεσολα-
βῆσαν ἐποίει τότε τὸν ἄνδρα πειθήνιον προσκαλούμενον, καὶ τὴν
ἐκλογὴν ἀσμένως ἐδέχετο· εἶναι γὰρ ἔκτοτε τεταγμένον εἰς τοῦτο
παρὰ τῆς χάριτος, εἰ καὶ κωλυθέντος παρὰ τὴν ῥηθεῖσαν αἰτίαν,
ἱκανήν γε οὖσαν καὶ ταύτην μᾶλλον εἰς σύστασιν ἑαυτοῦ, τὸν P 76
αὐτοῦ τόπον ἐξ ἀνάγκης ἀναπληρώσαντες εἰσήχθησαν ἕτεροι.
οὕτως ἐκεῖνος τὴν ἐκλογὴν θεόθεν κατὰ τὴν δικαίαν ἐκείνου κρί-
σιν ὑπολογισάμενος, οὐδὲν ἀναβαλλόμενος, ἀναγορεύεται πα-

18. ἀναπληρώσοντες?

cum attente circumspexissent diuque quaesissent quis ipsorum videretur idoneus ad regimen ecclesiae capessendum, denique uno consensu in Ephesium convenerunt. (16) erat is religione ac virtute omni conspicuus, satis doctus, iam senior, cui zelus inerat non mediocris, adeo ut ubi ecclesiam aut leges eius despici videret, totus exardesceret. contigerat dudum quiddam, unde is toto episcopatus sui tempore doloris et querelarum causam habere iustam sibi videretur. vacans olim patriarchalis sedes destinata prius ipsi quam, qui mox in eam successit, Manuëli fuerat, haud dubio favore synodi: sed qui tunc imperabat Ioannes Ducas consensui patrum obstitit, zelum viri praefervidum metuens. cuius enim, aiebat, spiritus adhuc archidiaconi ferre vix possumus; ei quis suprema patriarchae armato auctoritate resisteret? sic ille in tanto inferiorem Ephesinae submotus ecclesiae thronum nec patienter unquam nec tacite interversi sibi supremi honoris iniuriam, ut ipse passim quiritans vocabat, et contumeliam tulit. ea illum animi praeparatio facilem tum reddidit ad assentiendum desideriis synodi frequentis, et electioni libenter assentiendum esse, constare siquidem ipsi videbatur iam pridem se ad patriarchatum diuini gratia spiritus electum, etsi hactenus exclusum possessione debiti honoris insuperabili obstaculo humanae potentiae. ergo ille nihil cunctatus, immo praedicans apparere manifestum dei numen in sui restitutione, neque non delatum nunc primum suffragiis eligentium, sed iusto dudum iudicio providentiae sibi decretum, nata diuinitus occasione quae

www.libtool.com.cn

τριάρχης. ὃν δὴ καὶ ἐν τιμῇ μεγίστῃ ὁ βασιλεὺς πρὸς Νίκαιαν ἀποστείλας, αὐτὸς ἠπείγετο πρὸς τὴν Λάμψακον περαιωθησόμενος πρὸς τὴν ἀντιπέραν Καλλιούπολιν· συνεκρότει γὰρ καὶ δυνάμεις οὐκ ὀλίγας κατ' Ἰταλῶν ἐφ' ᾧ προσκαθίσας πειρῷτο κρατήσειν τὸ καταντικρὺ τῆς Βυζαντίδος φρούριον, τὸ οὕτω πως λεγόμενον Γαλατᾶν.

B 17. Τότε τοίνυν ὁ Σάρδεων Ἀνδρόνικος καὶ ὁ Θεσσαλονίκης Μανουὴλ (ὁ γὰρ Καλοφόρος Σμύρνης εἰ καὶ παρῃτεῖτο, ἀλλ' οὖν αἰτίας ἑτέρας προυβάλλετο δοξάσας ἱκανὰς εἰς παραίτησιν) οἱ δὲ φανερῶς ἀντέτεινον, καὶ τῷ δοκεῖν μὲν ὑπὲρ τοῦ πατριάρχου κακῶς παροφθέντος ἐζήλουν, τῷ δὲ κρυπτομένῳ καὶ ὑπὲρ ὧν ὁ πατριάρχης ζηλῶν ὡς τέως οὐκ ἀνυστῶν ὑπεχώρει.

C ὁ μέντοι γε τότε πατριαρχεύων Νικηφόρος ὁ ἀπ' Ἐφέσου, συγκροτούμενος μὲν τῇ συνόδῳ, πολλῷ δὲ πλέον καὶ τῇ τοῦ βασιλέως θελήσει, ἔχων καὶ πολὺν συναχθέντα ἐκ τῆς Ἐφέσου χρυσὸν ἐφίσταται τῇ Νικαίᾳ. καὶ πρῶτον μὲν ἐπειρᾶτο ποικίλως τῶν σχιζομένων ἀρχιερέων ἐφ' ᾧ συνέλθοιέν τέ οἱ καὶ εἰρηνεύοιεν, καὶ πολὺς ἦν αὐτοὺς μετερχόμενος ἀπειλαῖς· ἀλλ' οὐκ ἔπειθε, πλέον δὲ παρέθηγε τὸν ζῆλον ἐκείνοις, καὶ κατεγέλων τῶν μηνι-

D μάτων. ὡς δ' οὐκ ἔπειθε πάντα πράξας, ἀντεισάγειν ἄλλους ταῖς ἐκκλησίαις ἐσκέπτετο, ὃ δὴ καὶ γέγονεν ὕστερον. αὐτὸς δὲ

ad id cogeret, locum accipere, patriarcha renuntiatus est; quem cum summo honore imperator Nicaeam dimittens, ipse Lampsacum contendit, traiecturus inde in adversam Calliopolim. collectis enim copiis in Italos non paucis eo condixerat, animo tentandae occupationis arcis ex adverso Byzantii sitae, cui Galata nomen.

17. Tunc igitur Sardensis Andronicus et Manuël Thessalonicensis episcopi palam declararunt se non probare quae facta fuerant, praetexentes zelum, ac prae se ferentes miseratione se moveri exauctorati non iuste patriarchae. Calophoro quoque Smyrnensi displicebat factum: caeterum ille alias, ut ipsi videbatur, idoneas istius sui iudicii causas obtendens, suas sibi separatim res agebat. alii duo concordes in iis quae retuli publice allegandis, aliud quiddam clam coquebant: nam ea ipsa quorum desperatione corrigendorum Arsenius recesserat, impatienter ferre putabantur. at novus ex Ephesi episcopo patriarcha Nicephorus, iudicio synodi quae ipsum elegerat, et multo magis imperatoris voluntate fretus, auro etiam abundans cuius vim magnam Epheso extulerat, Nicaeam pervenit; ibique multa varie conatus ad revocandos in concordiam dissidentes episcopos, ad extremum incubuit in minas, deterreri eos posse denuntiatione malorum magnopere sperans. sed frustra in hoc quidem fuit: quippe ira illorum sic magis irritata, obfirmati acrius in proposito, etiam adversus quas iste intentabat poenas se risu contemptuque securos ferebant. itaque cum alia non procederent, de transferendis eorum ecclesiis in alios cogitare coepit, quod et postea contigit. interim alios sibi adiun-

www.libtool.com.cn

τῶν ἄλλων ἐπεπειρᾶτο, καὶ ἡ ταραχὴ πολλὴ ἦν, καὶ τὸ κατ' ἐκείνου σκάνδαλον ἤρετο· πλὴν γὰρ τῶν εἰς ἄρχοντας τεταγμένων τῆς ἐκκλησίας οἱ λοιποὶ τὴν ἐκείνου κοινωνίαν ἀπέστεργον. ὅμως οἱ μὲν ἑκόντως οἱ δὲ καὶ ἀκόντως πλὴν ὀλίγων καθυπεκλίνοντο, διασεσεισμένοι δ' ὄντες τὰς γνώμας πράξει τοὺς μὴ πειθομένους E ᾠχύρουν. τὸ δὲ λαϊκὸν πλῆθος τὸν νέον ποιμένα καὶ λίαν ἀποπροσποιούμενοι ἐζήτουν τὸν γνήσιον. οὕτω γοῦν τεταραγμένων P 77 τῶν πραγμάτων, ἐπεὶ καὶ τὸν κρατοῦντα ἐμάνθανε μάχην μέλλειν συγκροτεῖν μεγίστην κατὰ φρουρίου τοῦ Γαλατᾶ ὥσθ' αἱρήσειν κἂν εἴ τι καὶ πάθοι (ἐκεῖθεν γὰρ καὶ τὴν τῆς μεγαλοπόλεως ἤλπιζεν ἅλωσιν), ὀλίγον κατὰ Νίκαιαν διαμείνας, ὁρμήσας αὐτίκα καὶ κατὰ τὴν πύλην γεγονὼς τὸν κονιορτὸν τῶν βλαυτῶν ἀποτιναξάμενος ὡς εἰς μαρτύριον δῆθεν ἐξῄει, καὶ διὰ τοῦ κατὰ τὴν Ἑλενόπολιν τῆς θαλάσσης πορθμοῦ πρὸς ἐκεῖνον ἠπείγετο, B ἅμα μὲν ἐνασμενίζων ἐκεῖθεν τῇ ἐκ βασιλέως παραμυθίᾳ, ἅμα δὲ καὶ μεγάλα ἤλπιζε, συγκροτουμένην μάχην βλέπων κατὰ τῆς πόλεως, ὡς ἀλούσης αὐτίκα τῆς ἐκκλησίας ἐπιβησόμενος, ἀπαλλαγεὶς Νικαίας καὶ τῶν ἐκεῖ. ἐν ὅσῳ δὲ τὴν μεταξὺ πορείαν διήνυεν, ἐν τῇ Σηλυβρίᾳ καὶ ἔτι ἦν ὁ κρατῶν, ὅτε συνέβη καὶ Ἀν- C δρόνικον τὸν Σάρδεων ἐκεῖσε παρεῖναι. δυοῖν γὰρ σχιζομένοιν, αὐτοῦ τε καὶ τοῦ Θεσσαλονίκης Μανουήλ, ἐκεῖνος μὲν ἑαυτὸν

gere tentabat, multaque erat perturbatio, ac magnum de ipso publice scandalum ortum est. verum alii fere praesules ecclesiarum eius communionem amplectebantur, sed partim volentes partim inviti, paucis ex animi sententia in eius partes inclinantibus. cumque isti arcano dissentientes occulta sua studia non plane dissimularent, palam dissidentes eos quos dixi observata ista fautorum Nicephori titubatio in coeptae discissionis pertinacia firmabat. at laicum vulgus vehementer abhorrebat a novo pastore, veteremque ut legitimum requirebat. sic turbatis rebus, Nicephorus audiens imperatorem magno belli apparatu imminere Galatae, certum quovis periculo eius praesidii potiri, sperareque se non solum eius voti compotem futurum, sed ipsam quoque magnam urbem praeterea capturum, parum Nicaeae moratus discessit inde, et ad portam civitatis excusso solearum pulvere, in testimonium scilicet, exivit. moxque per fretum Helenopoleos ad ipsum ferebatur, simul recreandum se ibi sperans praesenti consolatione imperatoris ipsi propitii, simul amplum sibi et ad rationes caeteras opportunum ratus adesse illic se praesentem, cum civitas regia, quod brevi futurum augurabatur, oppugnanti nunc eam imperatori redderetur: sic enim fore ut ipse statim in illam ingressus veram patriarchalis sui throni primus possessionem iniret, Nicaea et infensa illic sibi plebe valere deinceps iussa. dum autem ille in eo itinere est, Selybriae adhuc Augustus morabatur, quando et Sardensem ibidem adesse contigit. nam duorum schismatis auctorum Andronici Sardensis et Thessalonicensis Manuëlis, hic quidem ultro exilium sibi consciscens extra

www.libtool.com.cn

D εἰς ἔξοριαν ἐδίδου καὶ ἐξωρίζετό, (18) ὁ δὲ Σάρδεων σοφόν τι οἰόμενος πράττειν, εἰ μὴ τῷ βασιλεῖ διαμάχοιτο τοῦ πατριαρχεύοντος ἀφιστάμενος, ἔγνω δι' ἄλλης ὁδοῦ ὑπελθεῖν τὸν κρατοῦντα. καὶ δή, ἐπεὶ ὁ μὲν Φιλαδελφείας Ἰωαννίκιος κατὰ τὴν μονὴν τοῦ σωτῆρος ἱερούργει τοῦ βασιλέως προτρεψαμένου, ὁ δὲ βασιλεὺς παρῆν καὶ ὁ Σάρδεων συμπαρῆν, προσελθὼν αὐτὸς τῷ βασιλεῖ περὶ ἑαυτοῦ ὑπεμίμνησκεν ὡς τὰ τῶν μοναχῶν ἀναλη-
E ψόμενος ταῖς τοῦ Φιλαδελφείας χερσί. καὶ ὃς (οὐδὲ γὰρ ἠγνόει τὸ τῆς γνώμης τοῦ λέγοντος ὕπουλον, ὡς ἔξοντός ποτε, εἰ αἱροῖτο, πρόφασιν τὴν τοῦ ἄνακτος παρουσίαν, ὡς βίᾳ τῇ ἐκεῖθεν λαβόντος τὸ σχῆμα· μηδὲ γὰρ θέλειν ἐκ προαιρέσεως) ἐκεῖνος μὲν καὶ τί παθὼν διηρώτα μετασχηματίζεσθαι βούλοιτο, καὶ εἰς τί βλέπων τὸν ἡσύχιον καὶ ἀπράγμονα βίον αἱροῖτο· πλὴν οὐδείς, ἔλεγεν, ὁ κωλύσων, εἰ οὕτω βούλεται. ἐκείνου δὲ τὰς αἰτίας
P 78 συνείροντος καὶ τὴν τοῦ ὑπονοουμένου σκανδάλου δόξαν διὰ πολλῶν ἀναιροῦντος, ὁ βασιλεὺς διακόψας, ἐπεὶ καὶ τὰ τῆς λειτουργίας ἤνυστο, προσέρχεται μὲν τῷ λειτουργήσαντι καὶ σφραγίζεται, λαβὼν εἰς ἁγιασμὸν καὶ τὸ ἱερὸν κλάσμα, ἐκείνους δ' ἀφεὶς παραυτίκα ἐξέρχεται τοῦ νεώ, ὡς ὅ τι θέλοιεν ἀπόντος ἐκείνου πράξοντας. ὁ δὲ καὶ οὕτω προσέρχεται καὶ τὸ σχῆμα δέχεται, Ἀθανάσιος ἀντ' Ἀνδρονίκου ὀνομασθείς.

fines recesserat. (18) Sardensis vero sapienter se facturum ratus, si non palam repugnaret imperatori, patriarcham quem ille probaret reiiciens, aliam ineundam sibi rationem duxit insinuandi sese et callida ipsum simulatione fallendi. itaque cum Ioannicius episcopus Philadelphiae rogatu imperatoris et ipso praesente apud monasterium Salvatoris sacrum faceret; Sardensis, qui et ipse aderat, accedens ad imperatorem indicavit ipsi esse sibi in animo sacrum monachi habitum ibi sumere manibus Philadelphiensis. ad quae imperator non ignarus astuta id dici et agi ratione, ut deinde, cum se ipsi daret opportunitas deponendae larvae, causari Sardensis posset vi adactum sese minime volentem ab imperatore praesente ad vestem monasticam induendam, quaesivit ex eo quid passus quidve sequens mutatum iret cum habitu vitae formam ex actuosa in tranquillam otiosamque se transferens. caeterum, addidit, nemo prohibet quin facias utique quod velis. hic Sardensis ad hoc se moveri dixit causa tollendi scandali satisfaciendique offensioni multorum falso de se persuasorum, tanquam penes ipsum turbarum quae tunc erant culpa resideret; tum alias praeterea nectebat causas. eam verbose contextam orationem abrumpens imperator, ubi missa peracta est, accessit ad celebrantem, et sese cruce signans sacram particulam rite sumpsit, moxque templo excedens ipsos reliquit facturos, se absente, quidquid vellent. processit nihilominus Sardensis ad destinatum, et monachi habitum sumpsit, ex Andronico Athanasius vocatus.

www.libtool.com.cn

19. Θαυμάσειε δ' ἄν τις καὶ τὴν δίκην τότε· οὐδὲ γὰρ B ἐξ αὐτομάτου γενέσθαι τὸν τόσων ἐκκλησιαστικῶν ἀρχόντων ὑποτοπάσειε θάνατον· ἐνήσκουσι γὰρ ἐγγὺς τῶν δέκα ἐννέα μηνῶν ἀνδρες πολὺ τὸ σεμνὸν καὶ ἀξιοπρεπὲς ἔχοντες. ἐφ' οἷς ἔλεγεν ὁ τοὔναρ ἰδὼν πρότερον ἢ θανεῖν ἐκείνους — ὁ Βέκκος δ' ἦν οὗτος Ἰωάννης, ὃς ἐσύστερον καὶ μετὰ τὸν χαρτοφύλακα πατριαρχεύσας πολλὰ πέπονθε τὰ δεινά, ὡς ὁ λόγος κατὰ τὸν καιρὸν ἐρεῖ. τὸ γοῦν ὄναρ ἐκεῖνος ἰδὼν ἐξήγγελλεν οὕτως. ἔδοξε γὰρ ἐπ' ἀγχωμάλου πεδίου διερχομένους ἐφίππους τοὺς ἄρχοντας, πολλὴν ἐξηνυκότας ὁδόν, κατὰ χεῖλος στῆναι μεγίστου καὶ φοβεροῦ ποταμοῦ παραρρέοντος, ἄρξασθαι δ' ἐκείνους κατὰ τὴν τάξιν τοῦ σφίσιν ἀποβησομένου θανάτου περᾶν πρῶτον τόνδε καὶ δεύτερον τόνδε καὶ ἑφεξῆς τοὺς λοιπούς· οὐδὲ γὰρ σύνδυο καὶ σύντρεις ἐπεραιοῦντο, ἀλλ' εἷς ἕκαστος καθ' αὑτόν. ὡς D γοῦν ὁ βλέπων ἱστάμενος καὶ θεωρῶν ἐξεπλήττετο, ἔμφροντις ὢν κἀκεῖνος ὅπως περαιωθήσεται, ἀκούει φωνῆς ἔκποθεν διικνουμένης "τί φροντίζεις; οὐ σὺ νῦν διαβήσῃ τὸν ποταμόν. ἔνι γὰρ καιρὸς καθ' ὃν καὶ αὐτὸς ἐξ ἀνάγκης περαιωθήσῃ. νῦν δ' ἀπελθὼν σώζου ἐν πραγμάτων ἡμέρᾳ διατηρούμενος." οὕτως ἔλεγεν ὁ τοὔναρ ἰδὼν μετὰ χρόνους, καὶ ἡμεῖς ἀκούοντες ἐθαυμάζομεν. ἐκεῖνος δὲ καὶ ἄλλως φιλαληθὴς ὢν εἰς πίστιν τῶν λεγομένων προσετίθει καὶ ὅρκον, θαυμάζων ἅμα καὶ τὸ τῆς προνοίας δραστικόν τε καὶ ἄφυκτον.

19. Miretur autem quispiam tunc ostensum dei iudicium. non enim casu contigisse tot simul ecclesiasticorum principum obitus suspicari verisimiliter licet. mortui quippe sunt spatio fere novemdecim mensium viri auctoritate dignitateque summa conspicui, quorum obitus praedixerat qui de iis praemonitus per somnum fuerat. erat is Ioannes Veccus, qui postea, postquam chartophylax fuerat, patriarcha factus multa in ea dignitate gravia passus est, ut haec nostra historia suo loco reddet. somnium porro istud suum ille narrabat in hunc modum, aiens visum sibi videre principes ecclesiastici ordinis in equis incedentes per aequam planitiem lati campi, longo spatio confecto pervenisse tandem ad ripam maximi et aspectu terribilis amnis praeterfluentis, quem statim traiicere coeperint eodem ordine quo sunt postea mortui, primum illum, hunc secundum, et sic reliquos: non enim duo aut tres simul, sed singuli seorsim traiiciebant. ut autem ipse qui videbat adstabat stupens, solicitus quomodo et ipse traiiceret, audisse vocem alicunde missam "quid solicitus es? non tu modo traiicies hunc fluvium: erit tempus quo te quoque ipsum transfretare oportebit. nunc salvus abi in diem negotiorum reservatus." sic referebat longe postea ipse qui somnium viderat, audientibus et mirantibus nobis. ille autem vir alioqui veritatis amans, ad fidem adiungebat iuramentum, admirans providentiae inevitabilem efficaciam.

www.libtool.com.cn

P 79 20. Ὡς γοῦν ὁ κρατῶν τὰς δυνάμεις συναγαγὼν πολλὰς
οὔσας καὶ διαφόρους τῷ Γαλατᾷ προσέβαλεν, αὐτὸς μὲν ἐφ' ἱκα-
νὸν μακρόθεν σκηνοποιησάμενος ἐφ' ὑψηλοῦ καθῆστο προσορῶν
τὰ δρώμενα, ἅμα δὲ καὶ πειρώμενος εὐσύνοπτος εἶναι τοῖς ἐναν-
τίοις πρὸς ἔκπληξιν, συνέρρεον δὲ πανταχόθεν δίκην ῥυάκων οἱ
πολεμεῖν μέλλοντες, καὶ δὴ ὅσον ἐξωτέρω βέλους εἶναι, καὶ
B αὐτοὶ σκηνοποιησάμενοι ἕτοιμοι προσβαλεῖν ἦσαν. εὐθέως δὲ
προσβολὰς ἐποιοῦντο μερισθέντες, ἔστι δ' οὗ καὶ τειχομαχικὰ
στήσαντες ἐπειρῶντο τοῦ τείχους. πλῆθος δ' ἦν μεῖζον ἢ κατὰ
πόλεμον τοιούτου φρουρίου· πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις πολλοῖς γε
οὖσι καὶ ἰσχυροῖς μάχεσθαι, καὶ ἄνδρες τοξόται ἐκ τῶν κατὰ
Νίκαιαν μερῶν ἐκεῖσε προστάττοντος τοῦ βασιλέως συνήχθησαν,
C καὶ εὔσκοπα βάλλοντες οὐδὲ παρακύπτειν τοὺς ἐντὸς εἴων, ἀλλ'
ἀπήντων συχνῶς τοξαζόμενοι κατὰ στόμα, εἴ που φανεῖεν. Ἰτα-
λοὶ δὲ ἐκ διαδοχῆς καθ' ἡμέραν νέοι ταῖς ἁλιάσι διαπεραιούμενοι,
διὰ τῆς πρὸς θαλάσσῃ πύλης διεκπαιόμενοι, ἑαυτοὺς εἰσώθουν,
καὶ ξύλοις μεγάλοις τὸ ἐντὸς εἰς περίπατον κρατυνάμενοι καρτερῶς
ἀπημύνοντο τοῦ τείχους, ἐξ ὧν συνέβαινε συχνοὺς καταπίπτειν
τῶν ἔξω ἐξ ἀφανοῦς βαλλομένους· ποσὶ γὰρ ἀσφαλέσιν ἑστῶτες
D ἀκμῆτες ἄνδρες ἐκ διαδοχῆς ἄρτι φανέντες ἐνέτεινόν τε ῥᾳδίως
τὰ σφίσι συνήθη γε ἰοβόλα σκεύη, καὶ σκεπόμενοι τοῖς ἐπάλξεσι

20. Sed ut ad imperatorem redeamus, cum ille copiis multis variisque collectis in unum Galatam aggressus est, ipse quidem idoneo a muris arcis intervallo fixo Augustali sedebat in loco excelso conspicuus, intuens quae gerebantur, simul etiam ostendens sese hostibus, et experturus ecquid eos sua species et praesentia terreret. confluebant undique concitatorum ritu torrentium oppugnaturi arcem milites ducesque; et fixis extra teli iactum tabernaculis procincti ad irruptionem signum expectabant. mox in manus divisi multifariam oppugnationem inchoant. fuit ubi erectis machinis quaterent murum perrumpereque conarentur. multitudo erat maior quam pro unius oppugnatione arcis. nam praeter alios sane multos ac valentes, sagittarii e partibus circa Nicaeam evocati ab imperatore aderant, qui assueti collimare ad scopum neminem ex arce caput e muro impune sinebant ostentare, ubicunque quivis apparuisset, statim eum in faciem misso iaculo petentes. at Itali novis ex urbe quotidie per piscatorias naviculas iuvenibus, qui per vices alii aliis succederent et conferti porta maritima irrumperent, submissis pomoerium intus vallo e lignis alte per gyrum erecto firmaverant, indeque validissime propugnabant murum. unde contingebat multos exterius oppugnantium cadere telis ex occulto iactis. nam pedibus in tuto positis viri robusti fessis recentes assidue suffecti vivido semper, qualis est inchoantium, nisu intendebant quas longo usu tractare didicerant catapultas, et noxia pondera varii generis magna hostium pernicie iaculabantur ipsi tuti lorica murorum, per quorum fenestellis hiantium inobservatas rimas tela

www.libtool.com.cn

διʼ ὀπῶν κατηκόντιζον. οἱ ἔξω δὲ ταῖς τειχομαχίαις περιῆσαν πετροβόλοις βάλλοντες μηχανήμασι, πρὸς ἃ κληματίδας ξυμφορήσαντες ἐξ ἀμπέλων καὶ τὰ πονοῦντα τῶν μερῶν πυκάσαντες ταῖς βολαῖς ἀντεῖχον. αὐτοὶ δὲ προσκαταβαίνοντες ταῖς στοαῖς τὸ ἀσφαλὲς μὲν κατὰ κεφαλῆς ἐκ τῶν κληματίδων εἶχον, ἐκεῖθεν δὲ κατὰ διοπτίαν ταῖς ὀπαῖς χρώμενοι ὡς εἶχον ἠμύνοντο. καὶ τοὺς μὲν πλῆθος καὶ ἰσχὺς μετʼ ἐμπειρίας παρεκρότει, ἅμα δὲ καὶ τὸ ἐφορῶντος τοῦ βασιλέως μάχεσθαι, Ἰταλοὺς δὲ τὸ σπουδαῖον καὶ εὐσύνετον, ἔτι δὲ καὶ τὸ ἐκ διαδοχῆς εἰς ἡμέραν προκινδυνεύειν, οἴκοθεν ὡρμημένους. ἐκδρομαὶ μὲν οὖν οὐκ ἀσφαλεῖς σφίσιν ἦσαν (τῷ γὰρ πλήθει καὶ λίαν ἡττῶντο τῶν ἔξω), P 80 τόλμῃ δὲ τρεφομένῃ δέει συγκροτούμενοι ὁσημέραι διεκαρτέρουν. ἀγὼν δʼ ἦν ἀμφοτέροις, τοῖς μὲν τοῦ κρατοῦντος ἐλεῖν ὡς ἅμα τῷ φρουρίῳ τὴν πόλιν ἕξουσι, τοῖς δʼ ἀντέχειν ὡς συναπολλυμένης ἐξ ἀνάγκης τῷ φρουρίῳ τῆς πόλεως. κατήντα δʼ ἡ μάχη σφίσι διαχρονίζουσι μαχομένοις τοῖς μὲν περὶ τὸν βασιλέα εἰς αἰδῶ προφανῆ τοῦ μὴ περιγενέσθαι φρουρίου ἐπὶ τοσοῦτον μαχομένους τόσον πλῆθος οὐδὲν σεμνὸν ἔχοντος καί τισιν ὀλίγοις B διαφυλαττομένου, τοῖς δʼ Ἰταλοῖς εἰς φιλοτιμίαν τοῦ τόσους μὴ περιγενέσθαι παρασκευάσαι αὐτοὺς ὀλίγους ὄντας ὡς μηδὲ τολ-

extialia iactabant. oppugnantibus extra succedebat negotium quatiendorum moenium, quae saxis ingentibus balista intortis haud innoxie pulsabant; atque ad horum labem scalas admovebant materiae viteae, protentis scutis partes ictibus obnoxias tegentes. qui cum sic ad summas moenium porticus eniterentur, capita quidem ascendentium in tuto erant, protecta, ut dixi, clypeis sursum obversis: tamen qui intus erant per fenestellas, quibus crebris hiabat murus, collineantes tela varie nocebant, defensabantque arcem pro virili. nostros sua multitudo, tum virtus conscia peritiaque belli animabat, sed ante omnia imperatoris praesentis aspectus quid quisque praeclari faceret coram oculo signantis. Italos suus ardor utique pro aris focisque pugnantium, praesentiaque solertis animi, praesertim vero receptus fessorum facilis, stataeque quietis vices successione quotidiana recentium, tum certamen quoddam laudis, verentibus semper qui subibant ne impares decedentibus succenturiati viderentur, firmabant accendebantque in acrem pertinaciam resistendi. et eruptiones quidem ipsis haud erant securae, multitudine siquidem obsidentium obruebantur. audacia tamen vigebant quotidianis alta successibus oppugnationis hactenus sine noxa toleratae obnixa utrimque studia vincendi, spe metuque inflammata contrariis, sperantibus videlicet nostris, si arcem expugnarent, urbem statim dedendam, Latinis, quod hoc ipsum timerent, ultimo conatu certantibus, ne urbs in arce caperetur. longissimam vero perseverantiam neutra ex parte remissi praelii in imperatore quidem obstinabat pudor non captae tanto tempore a tam multis toto impetu oppugnatae haud famosissimae eiusdemque a paucis defensae munitionis, in Italis vero ambitio gloriaeque ardor, ingens sibi decus fore

www.libtool.com.cn

μᾶν ἐξιέναι, ἅμα δὲ καὶ τοῦ αὐτὸν βασιλέα δόξαι νικᾶν καὶ πᾶσαν τὴν αὐτοῦ δύναμιν ἐπὶ ταὐτὸ συνελθοῦσαν ἅμα. τότε γοῦν πολλῶν καθ' ἡμέραν ἐκ τοῦ τείχους βαλλομένων τε καὶ πιπτόν-
C των ἰοβόλοις μεγίστοις μαγγάνοις, ὥστε καὶ οἰκτίζοντο κατειρωνευόμενοι, μὴ θέλοντες βάλλειν ἀλλ' ἀποπέμπειν τὸν ἐντὸς τοῦ βέλους ἰόντα διὰ τὴν ἐγγύτητα, ὡς τῇ γυναικί, ὡς ἔλεγον, διασώζοιτο, καὶ ἅμα φήμης διαχεθείσης ὡς ἐξ ἀποστολῆς ἐπέστησαν ἄλλοι πλεῖστοι καὶ ἰσχυροί, ὑπερπαθήσας οἷον διά τε τὸ τοῦ κόπου κενόν, καὶ μετὰ τὴν τῶν πεσόντων ἀποβολὴν εἰ καὶ γέλωτα ὤφλει μὴ καταπράξας, ἔγνω καταλύειν τὸν πόλεμον,
D πλὴν οὐ κατὰ συνθήκας, ἵν' ἑαυτῷ ἀπολογίαν εὐπρεπῆ καταλείψοι ὡς καὶ πάλιν κατ' ἀγαθὰς ἐλπίδας ἐπιθησόμενος.

E 21. Τότε δέ τινες τῶν οἰκείων τῷ βασιλεῖ κατ' ἄνεσιν διατριβῆς ἐξελθόντες ἐπέστησαν τῇ κατὰ τὸν Ἕβδομον τοῦ θεολόγου μονῇ, ὄνομα μόνον, οὐ σχῆμα σωζούσῃ μονῆς, καὶ τὸν ἐκεῖσε ναὸν εἰσελθόντες, ἠρειμμένον καὶ τοῦτον καὶ εἰς θρεμμά-
P 81 των ἔπαυλιν ὄντα, καὶ τῇδε κἀκεῖσε περιβλεπόμενοι καὶ τό ποτε τοῦ ναοῦ κάλλος ἐκ τῶν λειψάνων θαυμάζοντες (ἦσαν δ' οὗτοι

2. τότε] τό γε P. 10. ὄφλοι?

cernentibus, se tam paucos ut prodire non auderent, ab ingruente undecumque innumerabili multitudine superari nequivisse, blandiente praeterea, si ad extremum invicti durarent, spe non vane gloriandi praesentem ipsum Augustum cum coactis in unum universis imperii viribus Latinorum parva manu debellatos. caeterum oppugnantium quotidie plurimis, telis ingentibus catapultarum ex crebris muri fissuris assidue iaculantium, cadentibus, addebatur ludibrium damno, etiam illudentibus ex tuto libratoribus, et quem intra iactum per fenestellas cernebant, ex propinquo compellatum ironica misericordia timere vetantibus: haud enim sese ipsum utcunque contiguum telo petituros, ne tam bellus vir uxorculae suae periret. super haec sparsa fama est mox affore a sede missas apostolica lectas validasque copias in auxilium obsessis. tunc demum imperator quasi fractus animo, quod praeter irritum laborem et tot strenuorum militum iacturam etiam metueret ne magno suo probro per vim inde re infecta pelleretur, sponte obsidionem solvere et oppugnatione absistere constituit, sed citra conventionem cum obsessis ullam, id ad qualemcumque valiturum excusationem autumans, quasi non tam omitteret inceptum quam in tempus opportunius differret, cum rei prosperius tentandae se offerret occasio.

21. Tempore istius obsidii quidam ex familia imperatoris circumquaque, ut fit, evagantes animi gratia devenerunt in theologi monasterium, in suburbio cui nomen Hebdomum situm. supererat nomen solum monasterii, forma eius omni ruinis deleta. illi templum quod ibi fuerat ingressi, destructum et ipsum et in stabulum armentorum mutatum, huc illucque circumferebant oculos, e miserabili specie reliquiarum, quanta fuisset illius cum adhuc staret aedis sacrae pulchritudo, non sine admi-

www.libtool.com.cn

οἱ περὶ τὸν Ἰατρόπουλον Δημήτριον καὶ λογοθέτην τότε τῶν οἰκειακῶν) ὁρῶσιν αἴφνης κατὰ γωνίαν ἱστάμενον ἀνδρὸς πάλαι τεθνεῶτος λείψανον ὁλόκληρον καὶ τὸ πᾶν ὁλομελές, γυμνὸν ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς. εἶχε δὲ καὶ ἐπὶ στόματος καλάμην ποιμενικῆς σύριγγος, εἰς χλεύην τινῶν οὕτω ποιησάντων οἷς ἔμελε θρεμμάτων. ὡς δ' ἰδόντες ἐθαύμαζον μὲν τὴν τοῦ λειψάνου ὁλομέλειαν, διηπόρουν δὲ οὗ τινὸς ἂν καὶ εἴη ὁ πεπηγὼς ἐκεῖνος καὶ ἔτι εἰς σῶμα συνιστάμενος χοῦς, ὁρῶσιν ἐκ δεξιῶν τὸ κενήριον καὶ ἐπ' αὐτῷ γεγραμμένους στίχους δηλοῦντας τὸν κείμενον. ἦν οὗτος, ὡς ἐδήλου τὰ γράμματα, ὁ Βουλγαροκτόνος Βασίλειος. ὡς δ' ὑποστρέψαντες σφίσι τὸ θεαθὲν τῷ βασιλεῖ προσανέφερον, οἰκτίζεται αὐτίκα ὁ βασιλεύς, καὶ πέμψας Σηρικὰ χρυσόσημα πέπλα, ἔτι δὲ ἐξαποστείλας τοὺς ὑμνοπόλους σὺν οὐκ ὀλίγοις ἄρχουσιν, ὑπὸ πολλῇ τιμῇ καὶ δορυφορίᾳ, ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις, ἀνακομίζεται ἐν θήκῃ τιμίᾳ πρὸς τὸν Γαλατᾶν τὸ λείψανον, κἀκεῖ προστάττει τῷ ἀδελφῷ σεβαστοκράτορι ἐνθεῖναι τῇ σφετέρᾳ σκηνῇ τὴν θήκην, πέπλοις τε χρυσοῖς ὑπ' ἀκοιμήτῳ φωτὶ ἐχόμενα τῆς ἐκείνου στρωμνῆς θέντα τιμᾶν τοῖς προσήκουσιν, ἕως ἐκεῖθεν ἀναχωρούντων αὐτῶν εἰς Σηλυβρίαν ἐντίμως καὶ λαμπρῶς μετακομίσαντες ἐν τῇ τοῦ σωτῆρος καταθεῖναι μονῇ. ἐκεῖθεν τοίνυν ἐπανακάμπτουσι πρὸς τὸ Νύμφαιον καθιστῶντο τὰ κατὰ

ratione quadam aestimantes. erat in his Iatropulus Demetrius logotheta tunc domesticorum. ita circumspectantibus apparet improviso in quodam angulo stans viri olim mortui cadaver, integrum plane ac membris suis omnibus apte cohaerentibus constans, nudum a capite ad pedes. habebat autem ori affixam cannam pastoritiae fistulae, ludibrio quorundam greges istic stabulare solitos curantium. mirabantur qui haec videbant integritatem corporis ex longo, ut apparebat, exanimi. ambigebant autem cuius esset illud sic solide compactum et humanam adhuc formam retinens cadaver. cernunt a dextris sepulcrum et inscriptas ipsi literas indicantes quis ibi iacuisset. erat autem hic, prout literae significabant, Basilius Bulgaroctonus. ut vero reversi, quid vidissent, imperatori retulerunt, miseratione intima tactus ille, continuo missis Sericis auro intextis velis, cantoribus quoque ac principum non paucis eodem se conferre iussis, cum multo honore ac satellitio, psalmis et hymnis personantibus, in theca pretiosa deferri curavit id corpus in castra ad Galatam; et ibi fratri suo sebastocratori mandavit ut thecam qua erat conditum in tabernaculo suo servaret velis aureis opertam, et facibus circum noctu diuque lucentibus, prope suum ipsius stratum, eo quo par est honore, haberet. sicque illic fuit, quoad motis inde castris recedentes illi Selybriam honoratis ac splendidis exequiis portarunt, ubi depositum est in Salvatoris monasterio. hinc flexerunt versus Nymphaeum iter, utili consilio pacandis tractus Occidui tumultibus: nam progressa usque Orestiadem et ultra propinqui et

www.libtool.com.cn

δύσιν, ἄχρι καὶ Ὀρεστιάδος καὶ τὸ ἐπέκεινα προφθασάσης τῆς βασιλέως φήμης καὶ καταστελλούσης τὸ ἀνορμοῦν.

E 22. Καταλαβόντων δὲ σὺν πολλῷ τάχει τὸ Νύμφαιον, ὁ πατριαρχεύων συνὼν τῷ κρατοῦντι, ἐπεὶ ὁ Θεσσαλονίκης καὶ ὁ τῶν Σάρδεων τοῖς δοξάζουσι σφίσιν ἀμεταθέτως ἐμμένοντες ἐκποδὼν ἦσαν ἐξωρισμένοι, ἀντικαθιστᾷ τούτων ἑτέρους ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ τὸν μὲν Κυδώνην Ἰωαννίκιον τῆς τῶν Σωσάν-
P 82 δρων μονῆς ἐξάρχοντα Θεσσαλονίκης, τὸν δέ γε Χαλαζᾶν Ἰάκωβον ἐκ δύσεως προσχωρήσαντα τῷ κρατοῦντι Σάρδεων ἀποδείκνυσιν. εἶχε δὲ καὶ εἰς ψῆφον Σμύρνης τὸν Ἰσαάκ, ἄνδρα καὶ αὐτὸν γεραρόν, ἐκ τῆς κατὰ τὴν δύσιν τοῦ Ξηροποτάμου μονῆς ὁρμώμενον. ἀλλ' ἐν τοσούτῳ τῆς ἐκείνου χειροτονίας φθάνει πεσὼν εἰς νόσον ὁ πατριάρχης, καὶ προτροπαῖς ἰδίαις ἢ μὴν καὶ τοῦ ἐξυπηρετοῦντος αὐτῷ (καὶ τοῦτο γὰρ λέγεται· ἐκεῖνος γὰρ
B ἠναισθήτει τὰ λοίσθια πνέων) ὁ ἐκ Θεσσαλονίκης Νικήτας Δυρραχίου χειροτονεῖται. ἀλλ' ἡ κυρία τότε τοῦ θανάτου ἐφίσταται τῷ πατριαρχεύοντι, καὶ ὁ ἐκ τῆς τοῦ Πέλοπος ἐκ Πριγκίπων μοναχὸς Θεοδόσιος, ἀνὴρ εὐλαβὴς καὶ ἐπὶ πλείστοις χρόνοις ἀσκήσας, ἔτι δὲ καὶ τὴν συνουσίαν ἡδὺς καὶ χαρίεις καὶ ποικί-
C λος τὴν ὁμιλίαν, ὡς μόνον ἐκεῖνον ἰδόντα τινά, κἂν τὰ μέγιστα λυποῖτο, χαρᾶς ἔμπλεων ἀπαλλάττειν, καὶ ὡς εὖ ἔχων τοῦ γένους θεῖος τοῦ κρατοῦντος ὀνομαζόμενος, τὴν οἰκονομίαν τοῦ ὅσον οὔπω τεθνηξομένου παρὰ τοῦ ἄνακτος ἐπιτρέπεται, ἐπείτοι γε

quasi adventantis imperatoris fama multum valuit ad comprimendos inquietos motus illarum gentium.

22. Cum autem magna celeritate Nymphaeum pervenissent, patriarcha, qui cum imperatore simul erat, videns Thessalonicensem et Sardensem in suis privatis obstinatos sententiis amotos e medio exulare, substituit ipsis alios in illarum curam ecclesiarum, et Cydonem quidem Ioannicium, monasterio Sosandrorum antea praepositum, Thessalonicensi, Iacobum vero Chalazam, qui ex Occidente accesserat imperatorem, Sardensi praeficit ecclesiae. elegerat etiam in Smyrnensem episcopum Isaacum, virum et ipsum honoratum, qui e monasterio Xeropotami, sito in partibus Occiduis, prodierat. sed cum esset in procinctu ad hunc ordinandum, incidit in morbum patriarcha, cuius consilio ac voluntate, vel potius ministri eius (nam et hoc dicitur) cum iam ipse destitutus officio sensuum ageret animam, Thessalonicensis Nicetas in Dyrrhachiensem promotus est thronum. caeterum patriarchae constituta morti dies illuxerat, et Peloponnesius monachus ex Principum ibi dominantium stirpe Theodosius, vir pius, quique ex longo iam tempore vitam religiosam exercuerat, consuetudine vero tam comi ac faceta varietateque iucundi sermonis grata, ut quivis quantumvis moestus eo viso exhilaratus et gaudens abiret, praeterea nobilissimo genere, ita ut patruus imperatoris nominaretur, administran-

www.libtool.com.cn

καὶ χρήμασιν ἐπλούτει ἐκ τῆς Ἐφέσου πολλοῖς. τότε γοῦν νύξαι τὸν κείμενον λέγεται τὸν ἐπίτροπον, εἴ πως αἱροῖτο ἐπενδυθῆναι τὰ μοναχῶν· ὁ δὲ οὐχ ὅπως ἐπείσθη, ἀλλὰ καὶ βαρέως D
τὴν ὑπόμνησιν ἤνεγκεν ὡς τεθνηξείων ἀρχιερεύς. καὶ δὴ ἐξ ἀνθρώπων γεγονότος ὡς τάχος, ὁ νεκρὸς ἐκείνου διακομίζεται πρὸς τὴν Ἔφεσον, κἀν τῇ μητροπόλει τῷ τάφῳ δίδοται, ἀνὴρ τὸν βίον μὲν φοβερός, ἀκατάπληκτος δὲ τοῖς ἄρχουσι, τῶν δέ γε φοβερῶν ὑπερόπτης, κατὰ ἀρετὴν παιδιόθεν συνήθης, δόξας δὲ τότε τοῖς πολλοῖς ἐπαχθής, οὐ διὰ τὴν μετάθεσιν τόσον ὅσον τὸ ζῶντος πατριάρχου γνησίου αὐτὸν μετατίθεσθαι.

23. Ὁ μέντοι γε βασιλεὺς ὅσον εἶχε διὰ γνώμης κατωρ- E
θωκώς, μηδενὸς ἀντιπράττοντος (τὸ γὰρ παιδίον κατ' ὀλίγον παρέρριπτο καὶ ἠσθένει πρὸς τὴν ἀρχήν, ὡς καὶ αὐτὰ δὴ τὰ τῆς βασιλείας σύμβολα ἄχθος φέρειν κενόν· ὥριστο γὰρ καὶ ταῦτα ἀποβαλεῖν) διὰ τοῦτο ἐν ἀνακωχαῖς ἦν καὶ ἐτρύφα, τῇ τῶν γυναικῶν αὐταδέλφων θεραπείᾳ θρυπτόμενος, αἷς καὶ εἰς πάντ' ἐχρῆτο, τῇ μὲν Μάρθᾳ ὡς αὐτῷ φανείσῃ κατὰ μητέρα καὶ κατ' οἶκον ἀναγούσῃ, τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ εἰς ὁμόζυγον οὖσῃ, P 83
πολλοῦ τινὸς τιμωμένῳ τῷ βασιλεῖ (ὁ περίπυστος δ' ἦν ἐκεῖνος Ταρχανειώτης), τῇ δ' Εὐλογίᾳ ὡς καὶ αὐτῇ καλῶς ἐχούσῃ τοῦ

dis bonis moribundi patriarchae praedivitis, ut dictum est, pecunia Epheso portata, praepositus ab Augusto est. hic languentem suae curae commissum tentavit, ecquid vellet monachi vestem induere. at ille adeo non est assensus, ut etiam istam mentionem moleste tulerit, ostendens se omnino velle patriarcham mori. porro huius, postquam migravit ex humanis, corpus celeriter deportatum Ephesum illic apud metropolitanum templum sepulturae traditur. vir fuit vita severus, intrepidus in obstando principibus, periculorum minarumque contemptor, virtuti a puero assuetus, visus autem tum multis intrusus in patriarchalem thronum, non tam quod translatus ex Ephesina sede, quam quod legitimo adhuc vivente patriarcha translatus fuisset.

23. Succedebat porro imperatori negotium trahendi ad se in solidum imperii, resque nemine iam quidquam contra moliente procedebat. puer enim paulatim removebatur a principatu, nec iam nisi tenuem et evanidam eius speciem habebat, insignia regni gestans ille quidem adhuc, sed tanquam inane pondus; quae et ipsa ei auferenda iam decretum erat. quare Michaël securo iam liberoque animo se in quietem deliciasque relaxabat, prolixo in his indulgentique admittendo ministerio sororum certatim Augustum fratrem obsequiis fovere mollibus muliebri sedulitate satagentium. porro ille germanarum opera non in cura solum corporis, sed in aliis aeque cunctis utebatur, plurimum utrique illarum in omni genere fidens tribuenesque, Martham quidem studio fiduciaque filiali solitus amplecti, ex quo ab ea ut matre educatus amantissime fuerat, habente ipsem secum in viri sui domo magni domestici, ab imperatore tum regnante multo in pretio habiti. fuerat is inclytus ille Tarchaniota. altera

www.libtool.com.cn

ἤθους καὶ πλέον ἢ ἐκείνη τυρβαζομένῃ πρὸς βασιλέα, οὐκ οἶδα
δὲ εἰ καὶ τὸ ὑποτείνειν ἐλπίδας χρηστὰς ἐπὶ τῇ μεγαλοπόλει τῷ
βασιλεῖ ὡς ταύτην αἱρήσοντι ἐκ μορσίμου. τὸ δὲ μόρσιμον,
μεθὸ μὲν ἡ πόλις ἑάλω, ἐκείνη τρανῷ διηγεῖτο στόματι καὶ ἀπε-
B θαύμαζε λέγουσα, ἔδει δὲ καὶ τὴν πρὸ τοῦ λέγουσαν θέλγειν. τὸ δὲ ἦν, ὡς κατακοιμίζοιτο μὲν ὁ βασιλεὺς ὑπὸ τίτθης βρέφος ἐν λίκνῳ ποτέ, πολλάκις δ' ἠγρίαινέ τε καὶ ἐκλαυθμύριζε σὺν ὕπνου ἀποδιοπομπούμενον, ἐπεὶ δ' ἐκείνην ἔδει τινὶ μέλει διὰ τὸ ἀγριαῖνον κατασιγᾶν, πολλὰ μὲν ἐκ μελέτης συνεῖρε καὶ ἐμελῴδει, οὐδενὶ δ' ἔθελγε τὸ παράπαν. ἀλλ' ὅταν μεμυκόσι χείλεσιν ὑπο-
C κοριζομένη τὸ περὶ τὴν πόλιν διεξῄει (ἦν δὲ τὸ λεγόμενον ὡς εὖγε τῷ βασιλεῖ τῆς πόλεως, καὶ ὡς κατὰ χρυσέαν πύλην εἰσελθεῖν μέλλοι, καὶ ὡς τὸ καὶ τὸ ἐκεῖσε μεγαλυνόμενος ἐκτελέσειεν), αὐτίκα τούτοις ὥσπερ Σειρῆσι τὸ παιδίον θελγόμενον κατεσίγα, καί πως μαλακῶς καὶ ἡδέως κατεκοιμίζετο. οὕτως ἦσαν αἱ αὐτά-
δελφαι τῷ βασιλεῖ καὶ πάλαι μὲν εἰς προμήθειαν τὴν προσήκουσαν, καὶ τότε δὲ πολυωροῦσαί τε καὶ κηδεύουσαι, ὑφ' αἷς λι-
D παρούσαις μὲν πολλά τισιν εἰς εὐεργεσίας ἔπραττε, συμβουλευούσαις δὲ προσεῖχε καὶ συγκατήνυε. λέγεται δὲ καὶ ὡς βουλῇ

2. τὸ] τῷ? an διὰ τὸ?

erat germana imperatoris Eulogia, suavissimis et ipsa moribus, frequentiusque solita itare ad principem fratrem seseque immiscere negotiis, haud scio an non ei peculiariter iucunda, quod augurio ipsi prospero recuperationem magnae urbis fratri eminaretur ut fato debitam. unde autem in eam spem esset ingressa, sic illa, postquam est deinde capta civitas, narrare consueverat, admirans divinam in eo providentiam. oportebat autem eos qui hoc audire ex ipsa vellent, delinire ipsam prius et rogare. referebat porro in hunc modum, cum imperator adhuc infans sub ubere iaceret in cunis, fuisse illum saepe rabiosiuscule querulum et somni difficilis, se vero sororia caritate soporando fratercolo dantem operam multas et varias solitam ad eum demulcendum cantillare naenias, nulla earum pacante inquietudinem pueruli, donec semispertis labris data opera balbutiens modulari coepisset cantilenam de urbe huius fere formae "euge imperator urbis, in eam aurea inveheris porta, resque has et has isthic magnificas plane perficies." ad ea quippe statim verba pueruli velut Sirenum quodam cantu delinitum siluisse, mollique ac suavi quievisse somno. tales et sic in ipsum affectae imperatoris sorores erant; quae et ipsum olim, cum eius vel aetas vel fortuna ipsarum auxilio eguit, studio ac caritate providentissima fovissent et nunc eiusdem imperantis securitati ac conservationi pervigili cura prospicerent; quarum commendatione ac precibus multa in quosdam beneficia contulit, consilia vero earum et libenter audivit et pleramque secutus est. dicitur etiam harum sugge-

www.libtool.com.cn

σφῶν, καὶ μᾶλλον τῆς Εὐλογίας (θατέρα γὰρ περὶ τὰ πλεῖστα μαλακώτερον εἶχεν), ἰδιωτεύειν τὸν Ἰωάννην αἱροῖτο.

24. Τηνικαῦτα καὶ τῶν Τοχάρων, οὓς ἡ κοινὴ Ἀταρίους E λέγει συνήθεια, δίκην συρρευσάντων χειμάρρου κατὰ Περσίδος ὁ μὲν Χαλυφᾶς χρυσοῖς παρ' ἐκείνων ψωμιζόμενος ἐτελεύτα, οὐ μᾶλλον κατὰ χρείαν σφαγῆς ἢ κατὰ χλεύην, ὡς ἐξὸν τὸν χρυσὸν ἐκχεῖν καὶ νικᾶν τὸν ἐχθρόν, ὁ δ' ἠγάπα πλέον ἐκεῖνο ἢ ἑαυτόν, ὡς καὶ χρυσοτραγήσων ἄντικρυς. καὶ ὁ μὲν οὕτω κατ' οἰκείαν P 84 πρίσιν δῆθεν ἐπνίγετο, τὰ δὲ τῆς Περσίδος ἤδη ἐνόσει καὶ κατὼς εἶχεν, ὡς μηδὲ δίχα φόβου καὶ αὐτὸν τὸν σουλτὰν Ἀζατίην ἔασθαι. κατωρρώδουν γὰρ τὸ ἔθνος οἱ Πέρσαι καὶ κατημέλουν, ζητοῦντες καθ' αὑτὸν ὡς εἶχεν ἕκαστος τοῦ σώζεσθαι. καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν δὲ τὰ τῆς Περσίδος ἐκλυδωνίζετο τῶν σατραπῶν ἐπανισταμένων, ὥστε καὶ δύο τῶν μεγιστάνων ἐκεῖθεν προσχωρῆσαι τῷ βασιλεῖ, τοῦ σουλτάν, ὡς βλακικῶς διῆγε καὶ κατ' ἰδιώτην ἀκόλαστον, ἐκ τοῦ προχείρου ὑπεριδόντας. οἱ Βασιλικοὶ δ' B οὗτοι ἦσαν, ἄνδρες ἐκ Ῥόδου μὲν ἀνέκαθεν ὄντες, ἐκ θυμελικῆς δ' ἐπιτηδεύσεως τῷ σουλτὰν προσφκειωμένοι, οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ ὡς εὖ ἔχοντες τοῦ φρονεῖν τὰ πρῶτα φέροντες ἐν ἐκείνῳ, βρύοντες δὲ καὶ χρυσῷ πολλῷ, ὅσος ἦν ἐν ἐκπώμασι καὶ ὅσος κατειργασμένος εἰς Χαλυφικὸν νόμισμα. τὸ δὲ τῶν βήλων, ἔτι δὲ

stione inductus, maxime autem Eulogiae (in hanc enim teneriori fere videbatur propendere affectu), redigere in ordinem et insignibus imperii exuere Ioannem statuisse.

24. Tunc Tocharis, quos Atarios vulgus solet vocare, in Persidem torrentis ritu confluentibus Chalyphas auro liquefacto in os infuso interemptus ab illis est, non tam quod non alium expeditiorem haberent eius tollendi modum, quam in exprobrationem caecae ipsius avaritiae, qui cum facile potuisset aurum effundendo hostes vincere, maluerat auro parcere quam vitae ac saluti propriae prospicere, iure ab illo quod adeo perdite deamaverat metallo tragicum exitum nactus. et hic quidem in hunc modum statuta ipsi proprie a divino iudicio poena suffocatus est, res vero Persidis graviter laborabant malis et periculis magnis urgentibus, quae nec ipsum Sultanem Azatinem metu vacuum sinebant. horrebant enim Persae vehementer gentem illam, et quasi desperato resistendi successu negligentes in commune consulere privatam sibi, prout quisque poterat, nundinari salutem satis habebant, etiam aliunde imperio Persidis nutante, insurgentibus passim et res aliis alio trahentibus satrapis, adeo ut ex optimatibus duo illinc ad imperatorem accederent, spreto Sultano ut homine inerti desidiae dedito et omissis principatus curis, tamquam si privatus quispiam nepos esset, luxuriose ac molliter vivente. hi Basilici vocabantur, oriundi ex Rhodo, lyrices olim ac fidium artificio in Sultanis gratiam insinuati, deinde quod consilio prudentiaque excellerent, ab eo in primis familiarium culti, iidem praedivites auro multo vel

www.libtool.com.cn

λίθων καὶ μαργάρων αὔταρκες ἦν τοὺς εἰδότας θαυμάσαι. πα-
C λαιᾶς γοῦν φιλίας τῆς πρὸς τὸν βασιλέα ὑπομνησθέντες, ἱκανοῦ
δοκοῦντος σφίσι καὶ τοῦ κρατοῦντος εὖ παρ' ἐκείνων παθόντος
πάλαι κατὰ τοὐπιὸν ἀπομνημονεύειν τὴν χάριν, βασιλέως κατα-
στάντος καὶ δυναμένου, τὰ πιστὰ λαβόντες διὰ γραμμάτων ἐν
ἀπορρήτοις βασιλικῶν, καὶ τὰ κατ' αὐτοὺς εὖ διαθέμενοι, ὅλῳ
ῥυτῆρι πρὸς τὸν βασιλέα χωροῦσιν ἐν αὐτομόλων σχήματι. ὁ δὲ
δέχεταί τε ἀσμένως καὶ τιμᾷ τοῖς προσήκουσι, τὸν μὲν παρακοι-
μώμενον τοῦ κοιτῶνος καταστησάμενος τὸν Βασίλειον, θάτερον
D δὲ τὸν Βασιλικὸν μέγαν ἑταιρειάρχην ἀποδείξας. καὶ ἐχρᾶτο
τούτοις δεξιοῖς ἐς ὅτι μάλιστα εἰς τὰ πράγματα φαινομένοις, καὶ
ἡ πρὸς αὐτοὺς φιλία τοῦ βασιλέως προσῆν. οἱ δὲ πολλὰ μὲν
οἴκοθεν ἔχοντες, οὐκ ὀλίγα δὲ καὶ παρὰ τοῦ βασιλέως εἰς οἰκο-
νομίαν λαβόντες, πιστῶς μάλα καὶ εὐνοϊκῶς κατὰ Ῥωμαίους
μετασχηματισθέντες ὑπηρετοῦντο τῷ βασιλεῖ· οὐδὲν γὰρ οὕτω
συνίστησι τὰς εἰς τὴν βασιλείαν εὐνοίας ὡς ἡ κατ' ἀξίαν χάρις
E τοῖς ἀξίως οἰσομένοις ἐξ ἑτοίμου προτεινομένη. τότε καὶ ὁ σουλ-
τὰν ἔτι μᾶλλον τῶν ἀμφ' αὐτὸν κραδαινομένων ἅμα μὲν διὰ τὸ
φανὲν τῶν Τοχάρων ἔθνος ἅμα δὲ καὶ ἰδίων πραγμάτων ἕνεκα,

in scyphos vasaque similia formato, vel caso in monetam typo Chalyphae signatam. velorum vero gemmarum et margaritarum tantum in recondito habebant, quantum si cui ostenderent iure miraretur. hi ergo antiquae recordati amicitiae quam cum imperatore, quando is adhuc privatus ad Persas fugit, contraxerant, memores etiam se in eo signa observasse mutuae in ipsos benevolentiae, non dubitarunt esse illum hominem iis moribus quem non frustra confiderent acceptam in privata fortuna gratiam in imperio etiam, postquam ad illud ascendisset, agniturum, et quo plus iam posset, eo liberalius repensurum. quare cum ab illo arcanis prius convento nuntiis regias clam perlatas literas, quibus ipsis plene cavebatur, accepissent, suis illic otiose convasatis et tuto asportatis rebus, summa celeritate se ad imperatorem conferunt specie transfugarum. eos ille cum libenter ac perbenevole excepit, tum ut digni erant honoravit, alterum quidem eorum Basilium nomine excubitorem cubiculi faciens, alterum vero basilicum magnum et hetaeriarcham creans. expertasque mox eos ad omnia ad quae adhibebantur dextros atque industrios, eorum opera frequenter utebatur, pronamque in ipsos suam gratiam haud dubiis declarabat indiciis. porro illi multa ex se habentes, non pauca ipsis ab imperatore administranda commissa summa fide benevolentiaque tractarunt, gratissime semper utilissimeque servientes. plane transformati in mores habitumque Romanorum fidelissimum obsequium imperatori praestiterunt: nihil enim ita subditis in principem verum amorem sinceramque fidem inspirat ut gratia meritis prompte reddita et beneficium dignis ac referre scientibus ultro repraesentatum. tunc et Sultan, magis adhuc magisque vacillantibus qui circa ipsum erant, simul ob sese ostentantem terribili specie Tocharorum gentem, simul ob peculiarem rerum suarum

www.libtool.com.cn

καὶ μηδὲν ἔχων ὅ τι καὶ δράσειε τῶν ἁπάντων διεγηγερμένων, ἔγνω ἅμα γυναιξὶ καὶ τέκνοις, πρὸς δὲ καὶ γηραιᾷ μητρί, Χριστιανῇ εἰς τὰ μάλιστα οὔσῃ, καὶ ἀδελφῇ, καταφεύγειν εἰς βασιλέα, ὡς ἐκεῖθεν καὶ μόνως ἔξων βοήθειαν καὶ κατὰ καιρὸν ἐπανήξων αὖθις ἐξ ὑπερτέρας χειρὸς καὶ ἰσχύος. μηδὲ γὰρ πιστεύειν ἔχειν P 85
ἑτέρῳ τὴν σωτηρίαν, ἐπεὶ καὶ ὁ προρρηθεὶς Μελὴχ πρὸ χρόνων αὐτομολήσας παρὰ βασιλέως κατείχετο, ὃν δὴ καὶ αὐτὸν ὑπώπτευεν ὁσημέραι μὴ λυθεὶς ἐπιστῇ μετὰ πλήθους καὶ οὐ καλῶς ἔχειν τὸ εἰς ἀρχῆς κράτος ἐντεῦθεν γένοιτό οἱ. ἐπίστευε δὲ καὶ ταῖς εἰς βασιλέα παλαιαῖς ἐκείναις φιλοφρονήσεσι, καὶ ἐθάρρει φανεὶς ἀνύσαι τὰ πρὸς θυμοῦ. συμφορήσας τοιγαροῦν πλῆθος χρυσίων οὐ ῥᾳδίως ἀριθμητόν, καὶ τὸν Περσῶν πλοῦτον περιβα- B
λόμενος, ἅμα γυναιξὶ καὶ τέκνοις, τοῦ Πισσιδίας προαγωγοῦντος ὡς βασιλέα χωρεῖ. ὁ δέ, ὡς εἰκός, ἀσμένως δεξάμενος οὐκ εἶχεν ὅ τι χρήσαιτο τούτῳ, πλὴν μάλα φιλοφρονησάμενος πρὸς ἐκεῖνον, καὶ θαρρεῖν διδοὺς ὡς κατὰ καιρὸν ἐπανήξοι καὶ τὴν ἀρχὴν ἀναλάβοι αὐτοῦ συνεργοῦντος, ἐφῆκε διάγειν ὡς οἱ σύνηθες ἦν αὐτῷ οἴκοι τῆς Περσίδος ἄρχοντι. ὅθεν καὶ σέλμασι βασιλικοῖς τῷ βασιλεῖ παρεδρίαζε, καὶ φοβεροὺς περὶ αὐτὸν εἶχε

9. εἰς] ἐξ? 11. θυμούς P.

statum nesciens quo se verteret cuive confideret, cunctis arrectis in spes metusve rerum imminentium nec satis uspiam consistentibus, decrevit cum uxoribus et filiis cumque matre vetula optima Christiana, praeterea cum sorore ad imperatorem confugere, a quo solo tali articulo rerum suarum iuvari poterat et in posterum auxilium sperare, quo, si unquam resedisset illa tempestas, tentaret reditum in principatum validis Romanae potentiae subnixus copiis. cuncta enim circumspiciens, neminem tunc reperiebat cui recte committere salutem suam et fidere satis posset, quandoquidem et prius memoratus Melech, cum aliquanto antea ipse quoque transfugisset, ab imperatore detinebatur; a quo scilicet quotidie metuebat ne qua nactus exitum e custodia numerosum in se duceret exercitum, et sic in irritum recideret spes conatusque, quos intendebat in statuendo sibi firmandoque principatu. magnopere autem nitebatur vetere imperatoris amicitia, magnis sibi officiis, cum esset olim in Perside, testata; confidebatque, simul eius coram affandi contigisset copia, se quod cuperet ab eo impetraturum. congesta igitur in capsas quas secum extulit aureorum multitudine non facile numerabili, et ditissimis luxu Persico vestibus iadutus, cum coniugibus et liberis, Pisidiae praeside duce itineris, ad imperatorem se confert, qui eum humanissime excepit. et quamquam non habuit tunc in quo eius opera uteretur, omni tamen significatione benevolentiae consolatus est; spemque ipsi fecit auxiliorum a se subministrandorum in tempore, quorum ope tuto rediret in Persidem, et principata recuperato florentem ibi ut prius et tranquillam domi suae vitam in consueta dignitate degeret. itaque in suggestibus regiis imperatori

www.libtool.com.cn

C σωματοφύλακας, καὶ τοῖς τῆς ἀρχῆς συμβόλοις ἐχρῆτο ἐρυθροβαφὲς πέδιλον ὑποδούμενος. τὰ πιστὰ δὲ καὶ πρὸς τὸ εὖ πράξειν εἶχε διὰ τὴν ἐξ ὑπογυίου χάριν, ἣν κατὰ καιρὸν διδοὺς ἤλπιζε παρὰ τοῦ λαβόντος τὰ κρείττω. τὸ δὲ ἦν ἄρα οὐ σταθερά τις ἐλπὶς τοῖς νοοῦσι βαθύτερον. ἀλλὰ τότε τὸν καιρὸν θεραπεύων ὁ βασιλεὺς τοὺς μὲν περὶ αὐτόν, καὶ μᾶλλον γυναῖκας καὶ τέκνα, κατὰ συντήρησιν πρὸς Νίκαιαν πέμπει, τῷ μὲν δοκεῖν τὸ ἀσφα-
D λὲς ἐκείνοις παρέχων ἐφ' ᾧ μὴ βλαβεῖεν ἀφύλακτοι ὄντες· οὐδὲ γὰρ καλὸν ἐδόκει συνεκστρατεύειν τῷ βασιλεῖ ἀήθεις ὄντας καὶ τῆς γυναικωνίτιδος· τὸ δὲ πάλιν σφᾶς διατρίβειν ἐπ' ἀνατολῆς ἀναχωροῦντος τοῦ βασιλέως, μὴ καὶ εἰς κίνδυνον γένοιτο. τὸν δέ γε σουλτὰν συμπεριάγων αὐτῷ σὺν προσηκούσῃ τιμῇ τὴν ἐπὶ τοῖς ἐκείνου συνεσκίαζε πρᾶξιν, ἣν τῷ μὲν δοκεῖν, ὡς εἴρηται, ὑπὲρ ἀσφαλείας ἐκείνων προσέταττε, τῇ δ' ἀληθείᾳ δι' ἐκείνων τὸ ἀσφαλὲς ἐχόντων τὸ ἐν ἀσφαλεῖ τὸν σουλτὰν εἶναι καὶ μὴ
E συνισχημένον πραγματευόμενος. προκατελάμβανε γὰρ τὴν πρὸς τὸν τῶν Τοχάρων ἄρχοντα Χαλαοῦ εἰρήνην, ὡς ἐνευκαιρήσοντος

assedit, et minaces ipse quoque circa se corporis custodes habuit, et insignibus imperii utebatur, rubros induens calceos. haec autem honoris amorisque signa non vane ostentari, sed ex vere propenso in ipsum ac sincere faveate, quaeque polliceretur praestituro, imperatoris animo proficisci, persuasit ipsi conscia memoria suorum in illum meritorum, quae tempore supplicem eum benevole exceperat hospitio, cuius gratiae vicem mutuam a non immemore, et ab eo cui plus contulerat, id modicum quo nunc egeret accepturum plane confidebat. erat autem ea spes non usquequaque certa fundataque, iudicio eorum qui non haerentes in superficiaria specie res penitus ipsas introspicerent ac profundiore prudentia examinarent. caeterum tunc quidem imperator in occasionem imminens familiam Sultanis, praesertim uxores ac liberos, Nicaeam misit, praetextu plausibili necessariae securitatis, ut in tuto ibi servarentur neve cuiusquam iniuriae paterent in loco minus munito depositi, aut militantem imperatorem cum Sultane assectantes itinerum insueto labore parvuli mulieresque vexarentur, rursus ne si relinquerentur in urbe Orientali magis admota limiti, cum ab ea contingeret imperatorem expeditionum occasione distare, non satis remoti essent ab omni discrimine quod inde iure timeretur. porro Sultanem ipsum circumducens secum quocumque iret, ac exquisitis ubique semper afficiens honoribus, ista familiaritatis ac reverentiae specie id consequebatur imperator, ut ille nihil sinistri latere suspicaretur in illa filiorum et uxorum eius Nicaeensi custodia; quasi in solum ipsius commodum et securitatem eius familiae decreta. revera tamen aliud spectabat astutus princeps, cui erat propositum custodiendis certo sibi et tuto loco tam caris Sultani capitibus Sultanem ipsum tot pignorum caritate quasi constrictum apud se retinere, ne quo subito forte capto fugae consilio recederet. quo ille faciendo demerebatur Tocharorum principem Chalaum, quicum certis iam conditionibus de pace transegerat: hic enim Sultane procul alibi detento, et eius ob absentiae diu-

ἐντεῦθεν ἐκείνου τοῖς τῆς Περαίδος, μηδ' ὀνομαζομένου τοῦ συνιτὰν ἐν ταύτῃ. καὶ διὰ τοῦτο ἡμερῶν ἐφ' ἡμέραις τριβομένων τὰ τῶν Περσῶν ὑπεκλίνοντο τοῖς Τοχάροις, ὡς καί τινας οὓς ἂν εἴποι τις σκηνίτας καὶ τῇ πολιτείᾳ ἀπηχθημένους, μὴ θέλοντας ὑποτάττεσθαι, καθ' αὑτοὺς εἶναι, ἐπειλημμένους τῶν P 86
ἡμετέρων ὀχυρωμάτων, πλὴν καὶ τὸν ἐντεῦθεν ὑποτοπάζοντας κίνδυνον, εἰ φανερῶς ἐπιτιθοῖντο, κατὰ μὲν τὸ κοινὸν καὶ καθόλου ἐνσπόνδους εἶναι τῷ βασιλεῖ, καθ' ἕνα δὲ νυκτὸς λοχῶντας τοῖς ἐκ τῶν ἡμετέρων κλέμμασι χρῆσθαι. ἃ δὴ καὶ τῶν ἡμετέρων ἐξ ἴσου πρὸς ἐκείνους ποιούντων οὐ πόνος ἦν. ἐκ παντὸς δὲ τρόπου τὸ ἔθνος τῶν Τοχάρων δι' ἐννοίας ἔχων ὁ βασιλεὺς ὡς ἀνυπόστατον τὴν ὁρμὴν κατὰ τὸ εἰκὸς δοκοῦν ἔχειν, ἄρτι κτήσαν, τοὺς μὲν κατὰ τὰ ὀχυρώματα Πέρσας καὶ λίαν ὑπεποιεῖ- B
το, ὡς θριγγοῖς ἐλπίζων χρᾶσθαι εἰ ἐπιβρίσειαν ἐκεῖνοι, ἐκείνους δ' εἶχε διὰ μελέτης καὶ ἄλλως σπένδεσθαι διὰ κήδους. ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ φοβερὸν ἐδόκει καὶ μόνον πρὸς ἐκείνους πόλεμον

turnitatem memoria sentim exolescente apud Persas, tanto facilius felicisque universae potiri Persidis poterat, prout re ipsa fecit. imperatore quippe Sultanem suspensum spebus inanibus tenente, sicque diem ex die ducendo moras assidue nectente ne rediret unde venerat, res Persarum omni alio destitutae praesidio tandem ad Tocharos inclinarunt, tam universali consensu, ut quidam ibi iam antea segreges, quos iure quis scenitas dixerit, semper soliti a communibus abhorrere consiliis et res sibi suas habere privatim, cum aliis omnibus sponte subeuntibus imperium Tocharorum illi uni subiicere se ipsi recusarent, coacti fuerint in arces, de quibus diximus, nostri limitis recedere. ubi satis intelligentes se haud sine suo periculo tali tempore palam inde incursaturos Romanas terras, callido consilio universim quidem ac communiter foederatos se imperatori profitebantur, singillatim vero grassationibus nocturnis res nostrorum depraedabantur. in quo damnum nostrum haud magnum erat: nam illi limitanei strenue par pari referentes clandestinis et ipsi rapinis infidos hospites ulciscebantur et facile amissa reponebant. omni autem ratione sibi conciliandam statuerat imperator gentem Tocharorum tunc novo impetu et potentia ineluctabili motam, ut cui hostiliter irrumpenti nihil posset obsistere, eam beneficiis praeoccupatam ab infestis consiliis averteret. putavit etiam prudenter utendum illo, quem memoravi, adventu segregum Persarum in arces Romani limitis. et hos enim blandissime deliavit officiis promissisque, scilicet sperans istis se, quasi sepe obiecta, mediis usurum ad arcendam Tocharorum vim, si quando, quod a gente bellicosa et barbara timeri prudentia iubebat, bellum cum Romanis quam pacem mallent. studebat autem imperator vehementer quam artissima necessitudine foederis Tocharos sibi devincire, quoniam armis cum ea gente decernere rem adeo terribilem putabat, ut ne cogitatione quidem prima tenus belli cum iis suscipiendi mentionem admittendam duceret. omninoque adeo id horribile putabat, ut vel solo prolato istorum nomine

www.libtool.com.cn

C ἐννοεῖν, ὥστε καὶ ἕως ἐκείνου καὶ τοὔνομα μόνον εἰς φόβον ἠγεῖ-
P 87 σθαι καὶ δεδιέναι. (25) πρώην μὲν γὰρ ὁ Δούκας Ἰωάννης
κλέος μόνον ἐκείνων ἤκουε, καὶ κατωχύρου τὰ φρούρια σίτῳ καὶ
ἅρμασιν, ὧν τὸν μὲν καὶ εἰς χρόνους προσέταττεν ἀποτίθεσθαι,
βούλλαις μολυβδίναις τὸν ἐνόντα τοῖς ἐποίκοις σφραγίζων, φέ-
ροντας δ' ἔξωθεν ἐπιτάττων σιτίζεσθαι, τὰ δὲ καὶ ἀναγκαῖα
ἐτίθει τοῖς κτησομένοις, ὡς ἐκείνων πᾶν τὸ εἰς περιουσίαν ὂν
B ὑστερεῖν. προικοδοτοῦντας γὰρ μετὰ τὴν σεβασμίαν εἰκόνα τὰ
ὅπλα προσέταττε καταγράφεσθαι· μηδὲ γὰρ ἔχειν εἰδέναι τί τὸ
ἐξορμῆσαν τῶν σφῶν φωλεῶν ἔθνος, καὶ ὁποίοις τοῖς ἤθεσι χρᾶ-
ται, κἂν εἰρηνεύειν θέλοι κἂν μάχεσθαι. τόσον ἦν ἄδηλον ἕως
τότε τὸ ἔθνος. παρὰ πολλοῖς δ' ἐλέγοντο κυνοκέφαλοι, καί γε
διαίταις ἀπειρημέναις ἠκούοντο χρώμενοι, ὥστε καὶ ἀνθρωπο-
φαγεῖν ἐπιστεύοντο. Θεοδώρου δὲ τὴν ἀρχὴν βασιλεύσαντος,
C ἐπεὶ ἐλέγοντο διὰ Περσίδος πρὸς ἐκεῖνον πρεσβεύεσθαι, καὶ ὁ λό-
γος ἀληθινός, φόβος δὲ καὶ τάραχος ἦν. ἔγνω δ' ὅμως ὁ βα-
σιλεὺς τὸ φοβερὸν πλασάμενος ἐκείνους κατασοφίσασθαι. καὶ
πρῶτον μὲν προαπέστελλεν ὡς δῆθεν ἀγγελοῦντας ἐπὶ Περσίδος

causam se habere idoneam duceret metus non ignavi et consternationis non reprehensibilis experiundae fatendaeque. (25) et antehac quidem Ioannes Ducas, audita solum illorum fama, munivit arces frumento et armis. ac frumentum quidem ea copia quae sufficeret in usum quam longissimi temporis congeri iussit, obsignarique singula horrea bullis plumbeis indicantibus quantum in quoque conditum servaretur. atque ut certius is numerus constaret, praeceperat eos qui id frumentum comportabant non inde ad proprium victum sumere, sed ipsis aliunde subministrari, quo interim, dum ei convectioni navabant operam, vescerentur. armorum vero redundantem etiam numerum necessarium putabat, tale id esse genus rerum statuens, cuius numquam affatim utentibus sit, quippe quorum etiam dum innumerabilis videbatur affluere copia, saepe in occasione penuria sentiatur. quare illos quibus incumbebat ex officio gratis quaedam suppeditare militibus iussit adscribere catalogis suggerendarum e fisco rerum, post sacram iconem, arma cuiusque generis et usus. istius tam accuratae provisionis prudenti huic principi causam praebuit rumor procul auditus parantis erumpere gentis barbarae numerosae vehementis, etiam cum nondum intelligeretur quid esset, quantum posset, cur suis latibulis exiret, quibus uteretur moribus, pacemque an bellum praeoptatura videretur. tam vulgo enim increbuerat cum horrore terroreque ad Tocharorum mentionem quasi panico istius eiusdem caeca quaedam ignoratio populi, ut eos plerique caninis deformes capitibus dicerent, passimque audiretur de immani eorum genere victus, ac crederentur humanis carnibus ingluviem explere. cum vero ad Theodorum in imperio recentem dicerentur ii ex Perside legatos mittere (nec fama mentiebatur), magnum illi ea res metum et perturbationem admovit. decrevit tamen imperator dissimulata formidine ipsos fallere. ac primum misit certos homines qui nuntiarent in Persidem Romanorum imperatorem comparare

ὡς ἐπ' αὐτοὺς ἐὐτρεπίζοιτο, καὶ οἱ ταχυδρομοῦντες ἐπέμποντο. μισθὸς δ' ἦν τοῖς ἀγγελοῦσι ταῦτα, εἰ κινδυνεύοιεν ἐνιστάμενοι καὶ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἀνυπόστατον πᾶσιν ὁμολογοῦντες D ἔθνεσι, δαψιλῆ τέκνοις σφετέροις καὶ γυναιξὶ σιτηρέσια. εἶτα δὲ τοῖς πρέσβεσι προσελαύνουσι πέμψας τοὺς ὑπαντήσοντας ὡς δῆθεν καὶ σφίσι τὰς ὁδοὺς ὁδηγῆσαι, δι' ὅτι δυσχώρων ἐξεπίτηδες τόπων ἐκείνους διαβιβάζειν προσέταττε, κἂν τις ἀποκναίων ἐρωτᾷ τὴν δυσχωρίαν, οὕτω πᾶσαν ἔχειν τὴν τῆς Ῥωμαΐδος γῆν ἀποκρίνεσθαι, ὡς ἑτοίμως ἐχόντων τῷ μὴ εἰδέναι πιστεύειν. ἐπεὶ δὲ καὶ πρὸς βασιλέα πολλὰ πονέσαντες παραγένοιντο, τηνίκα E καὶ ἄλλ' ἄττα φοβερὰ ὑπενόει ὡς αὐτίκα καὶ ἐκ τῆς θέας φοβήσων. ἐπέταττε γὰρ τὰς δυνάμεις ἐν ταὐτῷ συνελθεῖν, καὶ ὁπλισθέντας κατὰ φρήτρας καὶ φῦλα καὶ τάξεις, ἐν ποσοῖς τισὶ τῶν ὁδῶν διαστήμασιν ἱσταμένους καταφράκτους σιδήρῳ, φόβον κατὰ παιδιὰς ἐμποιεῖν. τὸ δέ γε τῆς γερουσίας καὶ ὅσον ἦν τῶν

se ad movendum in eos infestis signis. hi alii super alios varie mittebantur quam velocissime, cum mandatis magnopere extollendi Romani imperii potentiam, ut cui resistere nulla quamvis fera et numerosa gens possit, in eaque affirmatione quam efficacissime inculcanda insistendi, quoad fidem facerent. cuius rei periculo ne deterrerentur, provisum erat magnitudine promissae mercedis. constituebantur quippe his qui istam operam reipublicae navabant ampla demensa e publico et statae perpetuoque duraturae in alimenta pensiones, quibus, si quid humanitus, ut in periculoso ministerio, pati contingeret eos qui meruerant, uxores ipsorum liberique fruerentur. alios etiam destinavit in occursum legatorum qui monstrarent iter: sed his praecepit ut eos de industria per loca maxime aspera inviaque ducerent, excusantes soli naturam et difficultatem situs, indeque captata occasione commendantes istud ipsum ipsis exhibitum officium, tamquam videlicet imperator audito illorum adventu, et conscius asperitatis itinerum, multa benignitate obvios deductores viaeque indices miserit. admonueratque ut si quis forte legatorum inter aegre superanda praecipitia rupium et saltuum perplexa offensus percontaretur, ecquid vel longo circuitu quaeri posset alibi commodior transitus, constantes concordesque asseverarent nusquam quidquam tolerabilius sperandum: ubique enim similiter praeruptam impeditamque terram Romanam esse, hoc siquidem facile creditaros audacter indigenis affirmantibus peregre appulsos barbaros ob necessariam ignorationem tam longinquae regionis. quandocumque autem post multum denique laborem ad imperatorem pervenirent, excogitaverat modum obiectandi eis illic scenam plane terrificam, quaeque ipsos quamlibet feros primo aspectu percelleret. praeceperat enim exercitum convenire universum, omnesque milites armatos per manipulos cohortes legiones, structis et digestis ordinibus, ad certa viarum intervalla stationibus descriptis, apparere cataphractos et totos rigentes ferro, insuper monitos ut artem adderent negotio, efferandaque data opera contumacia quadam oris ac superciliorum minis quasi per ludum formidinem augerent. senatores quoque cunctos ac quotquot

www.libtool.com.cn

P 88 ἐν τέλει καὶ τῷ βασιλεῖ πρὸς αἷματος, πάντας πρὸς τὸ μεγαλειότερον ἐσκευασμένους καὶ στολαῖς καὶ γενναίῳ τῆς ψυχῆς παραστήματι, ὡς αὐτίκα τὸν κατὰ πόδας λαπάξοντας, πολλάκις διιόντας ἐξ ἀφανῶν ἐς ταὐτὸ ξυμπίπτειν, ὡς τοὺς αὐτοὺς μὲν εἶναι ταῖς ἀληθείαις, δοκεῖν δ' ἄλλους καὶ ἄλλους καὶ μηδέποτε τοὺς αὐτούς, τρόπον δακτυλιδίου σφενδόνην μὴ ἔχοντος, ἣν τις βούλοιτο ἐπ' ἐκείνου τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον θεωρεῖν, ὡς τὸ B αὐτὸ μὲν πολλάκις λαμβανόμενον εἶναι, δοκεῖν δ' ἕτερον τῇ μεταλλαγῇ. αὐτὸν δὲ βασιλικῶς ἐσταλμένον, μηδὲν τῶν φοβερῶν ἐλλείποντα, ἄνω που καθῆσθαι σπάθην φέροντα ταῖς χερσί, βήλοις τε πολυτελέσι περικεκλεισμένον, ἄλλων καὶ αὐτῶν φοβερῶν περιισταμένων, ἱκανῶν ὄντων καὶ τούτων καταπλῆξαι τὸν ὁρῶντα καθ' ἑαυτούς, οὕτω ποιεῖν χρηματίζειν τοῖς πρέσβεσι, μακρὰν μὲν ἱσταμένοις, ὅσον εἰκάζειν τὸν βασιλέα καὶ ὁρᾶν τὰ C δρώμενα, ἐξαίφνης δ' ἐξ ἀδήλου τῶν παραπετασμάτων διανοιχθέντων οὕτως ἐγγενέσθαι σφίσι βλέπειν τὸν βασιλέα ἐπὶ τοῦ θρόνου μάλα σοβαρευόμενον, ὀλίγα τε εἰπεῖν καὶ ἀκοῦσαι μεταξυλογούντων τινῶν, φοβερὰ δὲ καὶ ταῦτα δοκοῦντα, ὡς μόνον λεγόμενα καταπλῆξαι. καὶ οὕτως ἐπ' ὀλίγον ἀφοσιωσάμενον τὸν χρηματισμόν, ἀποπέμπει διὰ τῶν αὐτῶν καὶ πάλιν ὀυσχω- D ριῶν τοῖς ὁδηγοῖς ἐπαναγομένους. τὰ γοῦν πρότερα ταῦτ' ἦσαν,

in praecipua dignitate erant, praesertim imperatorii sanguinis principes, iusserat quam magnifice ac speciosissime vestitos peculiari cura maiestatem ac fastum affectare, immo trucibus oculis vultuque irato feros spiritus prae se ferre velut mox obtrituros quemcumque occurrentem, sicque ire redireque saepius, ostentare se rursusque occultare, statimque denuo intrare, ut alii aliique viderentur et numerus in speciem cresceret. sicut enim annulum pala carentem qui secundo videt facile alterum credit, quippe non habentem quo discernatur aut unde iudicet spectator eundem unum secundo tertiove sumi, quare illi facile persuadetur multos esse plane similes sibi succedentes, ita pronum erat exteros intrantem in aulam offerentemque se subinde senatorem aut principem eundem pro diversis sumere. porro ipse imperatoriis vestibus maxime augustis splendidissime ornatus praecelso residens solio, minaciter supinus, vultu ac fronte terrorem spirantibus, ensem districtum manu vibrans latebat intra septum velis undique pretiosissimis oppansis clausum, non statim conspicuus admittendis in aulam, quae aliis varie cincta terriculis haud dubia formidine perfusura erat quantumlibet constantem audacemque spectatorem. traductos per istam terrorum pompam in ipso conspecta veli thronum regium tegentis mora longiuscula detinuit: tum suspensos expectatione solicita repente aulaeis undique reductis augusta illa et verenda, de qua dixi, maiestate perculit; iussos dehinc dicere quae vellent contemptim aliud agens audivit, cuidam identidem aliquid in aurem insusurranti partem attentionis commodans. ubi perorarunt, perpauca eaque minacia respondit. ita dimissos imperat extra limitem per easdem con-

www.libtool.com.cn

καὶ οὕτω δεδιότας ξυνέβαινεν ἀντιφοβεῖν ἐκ συνέσεως· τότε δ' ὁμαλῶς καὶ ἠπίως πάνυ ἐπεχείρουν πρεσβεύεσθαι μὲν ἐπ' ἐκείνους, ἐκεῖθεν δὲ πρέσβεις δέχεσθαι, ὡς αὐτίκα καὶ κατὰ κήδη σπέν- E
δεσθαι μελετᾶν.

Οὕτω δὲ τῶν τῆς ἀνατολῆς μερῶν κρατυνομένων καὶ κατ' ἐλπίδας ἀγαθὰς ὄντων, τὰ κατὰ δύσιν καὶ αὖθις ἐκύμαινον. (26) ὁ γὰρ δεσπότης Μιχαὴλ μὴ εὐχερῶς φέρων στερούμενος P 89
τῶν φρουρίων καὶ τῆς χώρας ἀπεληλαμένος, ἣν ὁ θεῖος αὐτοῦ καὶ πατὴρ ὁ Θεόδωρος, ὃς καὶ βασιλικῆς ἀναρρήσεως κατὰ δύ-
σιν ἠξιώθη τοῦ Ἀχριδῶν ταινιώσαντος Ἰακώβου, ἱδρῶσι πλεί-
στοις καὶ σπάθῃ ἐκσπάσας τῶν Ἰταλῶν τοῖς ἰδίοις προσεποιή-
σατο, τούτων μὴ φέρων ὁ Μιχαὴλ στερούμενος ἀνελάμβανέ τε
τὰς πρὸς τὸν βασιλέα συνθήκας, καὶ τὰ κατὰ δύσιν ὑποποιού- B
μενος εὐχερῶς πρὸς ἑαυτὸν διὰ τὸ καὶ ἄλλως τῶν δυσικῶν εὐρί-
πιστον ἔπειθεν ἀποκλίνειν αὖθις. διὰ ταῦτα τὸν μὲν δεσπότην
ὁ βασιλεὺς Ἰωάννην, σπουδῇ τὰ φωσσάτα λαβόντα, προσέταττε
τὸν πόλεμον πρὸς ἐκεῖνον ἐκφέρειν· ἐπεὶ δὲ καὶ οἱ ἀπὸ τῆς Σικε-
λικῆς ῥηγικῆς ἐξουσίας πολλὰ τῶν Ἰλλυριῶν καὶ τῆς νέας Ἠπεί-
ρου προσεσφετερίσαντο, πέμπει κἀκεῖσε τοὺς ἀντιταξομένους.
καὶ δὴ τῷ Καίσαρι Ἀλεξίῳ τὸ Σκυθικὸν παραδοὺς σὺν οὐ πολ- C
λοῖς ἄλλοις πρῶτον πρὸς Θράκην ἐξώρμα, τὰ κατὰ τὴν Ὀρε-
στιάδα καλῶς ὡς εἶχε διαθησόμενον, ἐν δευτέρῳ κἀκεῖνα τιθέ-

fragosas et praeruptas vias duci. in hunc modum tunc ille suspectam arrogantiam gentis barbarae simulata prudenter superbia retundere satagit, utili tum consilio. sed aliud secuta post tempora poposcerunt. quare non minus sapienter qui postea imperarunt, Tocharos et exceperunt venientes humanius et vicissim honorificis legationibus convenerunt, omni eos ratione sibi conciliare satagentes et foedere quam artissimo coniungere.

Sic Orientalium provinciarum statu qua pace in praesens qua spe bona in posterum firmato, res Occiduorum tractuum fluctuare denuo coepere. (26) nam Michaël despota iniquo animo ferens privatum se arcibus et expulsum regione, quam patruus eius et pater Theodorus (qui etiam acclamatus in Occidente imperator fuerat, coronante ipsum Iacobo episcopo Achridensi) multo sudore armata manu extortam Italis suae ditioni adiecerat, his, inquam, se spoliatum Michaël non ferens revocavit quae paulo ante imperatori promiserat, et Occiduas gentes rursus ad se trahere aggressus facile ad defectionem impulit leves ac faciles populos. ob ea imperator despotam Ioannem iussum statim exercitum educere ad Michaëlem bello urgendum misit. praeterea quoniam missae copiae a rege Siciliae multa Illyrici et novae Epiri loca sibi subiecerant, destinavit etiam illuc qui ipsis obsisterent. Alexium insuper Caesarem, Scythis ei auxiliaribus cum aliis non multis copiis traditis, primum in Thraciam immisit, cum mandatis ut invigilaret Orestiadi eiusque securitati quam

www.libtool.com.cn

μενος. τὸ γὰρ Βουλγαρικὸν οὐκ ἤθελεν ἠρεμεῖν, καὶ μᾶλλον κατ' ἔχθραν καὶ μῖσος τὸ πρὸς βασιλέα, τῆς πρώτης τῶν θυγατέρων τοῦ Λάσκαρι Θεοδώρου καὶ βασιλέως Εἰρήνης τὸν σύ-
D ζυγον Κωνσταντῖνον, ὃν καὶ βασιλέα Βουλγάρων ὁ λόγος ἐδείκνυ, μάλα θερμῶς ἐξοτρυνούσης κακοῦν τὴν χώραν, ἀντίποινα δῆθεν ὧν ὁ ἀδελφὸς Ἰωάννης ἔπασχε. τῷ γοῦν Καίσαρι προστεταγμένον ἦν πρὸς βασιλέως ἐπιστάντι τοῖς τῆς Θρᾴκης μέρεσι καὶ τῇ πόλει προσσχεῖν ἐκ παρόδου, καὶ ἐπισεῖσαι μὲν ἀπειλοῦντα τὸ ξίφος τοῖς Ἰταλοῖς, μὴ μὴν δὲ καὶ ὁτιοῦν πράττειν· οὐ γὰρ ἱκανῶς εἶχε τῶν στρατευμάτων. ὡς γοῦν τὴν Καλλίου ὁ Καῖσαρ περαιωθεὶς κατέλαβεν, ἔγνω πρότερον ἢ τοῖς κατωτέρω προσσχεῖν, κατὰ Σηλυβρίαν γενέσθαι, καὶ τῇ πόλει ἐκ τῶν δυτικῶν
P 90 μερῶν προσεγγίσας (μηδὲ γὰρ εἶναι κωλύμην ἁπάντων τῶν ἐκεῖ τῷ βασιλεῖ ὑποτεταγμένων) κατοπτεῦσαι μὲν καὶ ταύτην ὡς εἶχε τότε καὶ μαθεῖν τὰ τῶν ἐντὸς πῶς ἔχοιεν, ἰδεῖν δὲ καὶ τοὺς θε-
λληματαρίους, οὓς καὶ ὁ λόγος προέγραφε, καὶ ὁμιλῆσαι τά οἱ δοκοῦντα περὶ τῆς πόλεως. ἐλθὼν οὖν καὶ σκηνήσας ἐν τοῖς περιπολίοις προσεκαλεῖτο κρυφηδὸν τοὺς δοκοῦντας ἐκείνων, καί
B γε κατεπίστευε σφίσι τὰ κατὰ νοῦν, ὑποτείνων κἀκείνοις ἐλπίδας, εἰ συνεργοῖεν, τὰς μείζους. τῶν δὲ καιρὸν ἔχειν εἰπόντων ὡς

18. παραπολίοις P.

posset optime prospiceret. in quo tamen aliud praecipue spectabat. videbat enim Bulgaros in apparatu esse novarum rerum, Irene videlicet Theodori Lascaris, qui nuper imperaverat, filia Constantino, quem regem Bulgarorum factum superius diximus, nupta, virum instigante in Palaeologum nunc imperantem, et ardenter urgente ad irrumpendum in terras ditionis eius, sicque repetendam ultionem iniuriae quam ab ipso patiebatur Ioannes frater eiusdem Irenes contra fas et pacta redactus in ordinem. mandaverat porro imperator Caesari ut, cum attigisset partes Thraciae, urbi ex propinquo minaretur, obiter id quidem et tentandi potius terrendique Italos gratia quam expugnandi spe: non enim habebat idoneum tantae rei apparatum aut exercitum. ut igitur traiecto Caesar freto Calliopolim tenuit, decrevit, priusquam inferius descenderet, accedere Selybriam et inde a partibus Occiduis prope se admovere Constantinopoli (nihil enim erat quod id vetaret, cunctis ab illa parte imperatori subiectis), et sic e vicino contemplari quo tunc illic statu res essent, explorareque Latinos urbem tenentes, quid animi et virium haberent, voluntarios quoque, de quibus diximus, videre, agereque cum illis quae opportuna videbantur ad spem urbis aliquando recuperandae. cum igitur accessisset et in ipsis suburbiis tabernacula fixisset, clam vocavit praecipuos eorum, et ipsis confidenter quid in animo haberet aperuit, ostentans eis spes maximi proventuri ipsis commodi, si conferre operam vellent. quibus admonentibus nunquam opportuniorem quam nunc esset offerri posse occasionem capiendae urbis, quoniam quantum in ea prius

www.libtool.com.cn

ἐγκαίρως ἐπιθησομένων (τὸ γὰρ τῶν Ἰταλῶν πλῶϊμον ὅσον ἦν ἐν τῇ πόλει ἐπὶ Δαφνουσίας ὡς ἁλῶσον τὴν νῆσον χωρεῖν, καὶ γ' ἐπὶ πλείσταις ἡμέραις προσταλαιπωρεῖσθαι καθήμενον, ὄχλον δ' ἄλλως εἶναι τὸ κατὰ πόλιν καὶ πολέμων ἀπείρατον), ταῦτ' εἰπόντων καὶ τὰ πιστὰ διδόντων ὡς συνεργήσουσιν (ὁμονοήσειν γὰρ σφίσι καὶ τοὺς λοιποὺς ἐπὶ τοῦτο) ὁ Καῖσαρ αὐτίκα, ὅτε μὲν πρὸς τοὺς ἀπ' ἐκείνων λόγους ἀπεῖδε καὶ τὴν προθυμίαν ἑώρα ὡς ἑτοίμως ἐχόντων προσβοηθεῖν, ἐθάρρει τὴν προσβολήν, ὅτε δὲ πρὸς τὸ τῆς ἐγχειρήσεως δυσχερὲς αὖθις ἀπέβλεπε καὶ τὸ κινδυνῶδες τοῦ πράγματος, εἰ οὕτω μετ' ὀλίγων καὶ ἐκ παρέργου πόλιν τοιαύτην, ἣν καὶ πολλαὶ δυνάμεις οὐχ ἑλεῖν ἠδυνήθησαν, αὐτὸς ἐν ἀκαρεῖ παραστήσεται, κατώκνει καὶ ἀνεβάλλετο. ὅμως καὶ τοὺς λόγους λαμβάνων ἐν κοινῷ τὸ πρακτέον ἐτίθει. κἀπειδὴ ὁ ἀνεψιὸς ἐκείνου Ἀλέξιος ἐπέκειτο προσβιάζων, καί τις τῶν θεληματαρίων Κουτριτζάκης τοὐπίκλην μετὰ θάρρους ὅπως πραχθείη λέγων τὸ ἔργον ὑφίστατο (τὸ γὰρ εἰμαρμένον ἄφυκτον ὥσπερ ἐμψύχοις οὕτω καὶ πόλεσιν), ἀναθαρρεῖ τε κἀκεῖνος, καὶ πρὸς τὸ κρατῆσαι μετέωρος ἦν. ὅθεν καὶ τῶν ἄλλων μαθόντων τε καὶ συμφωνησάντων ἑτοίμως συγκαταπρᾶξαί οἱ τὸν λόχον, αὐτὸς μὲν ἄλλοτε μὲν περιῄει καὶ τὸν τόπον ὡς εἰκὸς κατεσκέπτε-

navalium copiarum Itali habuerant totum aberat, procul inde occupatum in oppugnanda insula Daphnusia, quam multis iam diebus multa sua aerumna obsiderent (superesse tantummodo in urbe vulgus imbelle), his ille auditis, et accepta fide cooperaturos pro virili ad expugnationem voluntarios (consentientes enim sibi caeteros habebant qui loquebantur), non mediocriter animatus ad audendum est: faciebat quippe istorum et significata verbis et declarata vultu signisque caeteris alacritas, procinctorumque ad strenue iuvandum ardor eminens, ut non usquequaque temerarium id coeptum videretur. mox tamen cum ad difficultatem negotii mentem adverteret, cumque reputaret secum quanti periculi aleam iaceret, si cum tam paucis, obiter et consilio citra praeviam deliberationem in arena capto, urbem tantam aggrederetur, quam paulo ante universae vires imperii frustra oppugnassent, cunctabatur, et quaerendum amplius putabat quid tali occasione esset agendum. cum autem vocatis super ea re in concilium ducibus Alexius eius patruēlis ad persuadendam oppugnationem vehementer incumberet, et quidam ex voluntariis cognomento Catritzaces fortissime in eam sententiam loquens operis etiam successum in se reciperet, (inevitabilis efficaciae videlicet sunt decreta providentiae, non solum in interitu aut alio casu singulorum viventium, sed etiam in mutationibus fortunisque civitatum) tandem et ipse adductus ad audendum est, et nihil iam aliud nisi victoriam cogitans totus in negotium incubuit. itaque caeteris similiter per exercitum cunctis consilium, simul cognoverunt, impense probantibus, expedientibusque pro se quoque impetum ad omnem sive insidiandi sive irruendi necessariam operam, ipse

www.libook.com.cn

τό, τότε δὲ τὴν ὑποψίαν διαφυλαττόμενος ἐκποδὼν ὤν, τοῖς ὑποβαλλομένοις προσέχων, εὖ εἰδὼς τῶν τόπων συνίη, καὶ προσεσκέπτετο ὅπως ἄριστα γένοιτο καὶ μετὰ σπουδῆς τὸ μελετώμενον σφίσι, μή πως καὶ ἀντιλλαξάντων τινῶν τὸ ἐν κρυπτῷ φωραθείη.

P 91 27. Ὡς γοῦν ἔστη τὸ πᾶν τῆς βουλῆς, καὶ ὁ καιρὸς ἐτάττετο· νυκτὸς γὰρ τὴν ἐπιβουλὴν συνοίσειν καὶ ἐκ τοῦ αἰφνιδίου μὴ προσδοκώντων ἔγνωσαν. κἀκείνοις μὲν μέλον ἦν ἐπαναβεβηκότας τὸ τεῖχος διὰ κλιμάκων ἀψοφητὶ τοὺς φυλάττειν τε τεταγμένους καταρριπτεῖν ἄνωθεν καὶ τὴν τῆς πηγῆς πύλην ἀνοίγειν σφῆνας ἐμβαλόντας, τὸν ἐκ λίθων μόνων προσαρμόζοντα
B ταύτῃ τοῖχον κατερηριφότας πρότερον, τῷ δὲ Καίσαρι τοὺς στρατιώτας διὰ νυκτὸς ἐφελκόμενον ἑτοίμως εἰσβάλλειν καὶ κατὰ τὴν ἀνοιχθεῖσαν πύλην εἰσέρχεσθαι. εὐθὺς τῆς ὡρισμένης νυκτὸς ἐπιστάσης οἱ μὲν ἦσαν πρὸς τοὔργῳ, καὶ τόπον εὔθετον στοχασάμενοι ἐκεῖσε προσῆγον τὴν κλίμακα, εὐφυλάκτως τὸ σύμπαν ἔχοντες, μή πως τοῖς φύλαξι φωραθεῖεν καὶ τὴν θήραν ἀνα-
C σοβήσωσι, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ μέγιστος αὐτοῖς κίνδυνος ἐπιστῇ, εἰ ἁλῷεν ἐπιβουλεύοντες. Καῖσαρ δὲ τῆς νυκτὸς ἐκείνης τὸ Σκυ-

2. συνήει?

quidem interdum circuibat lustrans exploransque, ut par erat, cuncta, identidem autem, ne suspicionem Latinis urbem tenentibus moveret, recedens removensque se a conspectu, semper iis quae suggerebantur attendens: ibat enim una cum ipso idem ille Cutritzaces peritissimus locorum, pariter cuncta circumspiciens. providebant autem ambo simul ut quam optime quamque celerrime quod meditabantur fieret: periculum enim erat in mora, ne aliquid alicunde sentientes custodes moenium vociferarentur et quod clam parabatur palam proderent.

27. Ut igitur de omnibus convenit quae conducibilia ad successum negotii sunt visa, et constitutum tempus est (noctu enim et ex improviso supervenire minime opinantibus decreverant), suis quique partibus strenue defungendis intenti expectabant signum. aliis enim cura demandata est conscendendi sine strepitu scalis admotis muro, eoque superato quos ibi custodes reperirent superne extra deiiciendi, ac portam cui a fonte nomen est patefaciendi, cuneis impactis, ubi obductam ostia maceriam prius diruissent. Caesari vero reservatum excitatos per noctem et pransos paratos secum trahere milites, quos opportune immitteret et per apertum ostium cum ipsis irrumperet. statim ergo ut condicta nox adfuit, illi quidem in opere praescripto versabantur, clam scalis erectis idoneo ac solerter delecto loco, cautionem adhibentes summam, ne custodibus indicium sui darent, et quam venatum ibant praedam strepitu intempestivo terrerent praemature moverentque. ad quam sedulitatem cavendi excitabantur magnitudine proprii periculi, utique quibus certa pernicies impendebat, si interciperentur in ipsa molitione insidiosi assultus. Caesar porro per eam noctem sumptis secum Scythis et cunctis aliis co-

www.libtool.com.cn

θικὸν καὶ ὅσον ἦν ἄλλο λαβὼν ἠπείγετο πρὸς τὴν πόλιν, καὶ ἐπεὶ πρότερον ἢ τοῦ πράττειν ἐκείνους ἔφθασαν καὶ ἡ νὺξ ἀργοῦσι παρῴχετο, περιδεῶς εἶχε πρὸς τὴν ἀργίαν καὶ ἀντεπιβουλὴν ὑπώπτευεν. ἀλλ' ὁ Κουτριτζάκης ἀνελάμβανέ τε τῆς δειλίας ἐκεῖνον καὶ ἐλπίζειν εὐθαρσῶς παρεῖχεν ὡς ἐκείνων τι πραττόντων ἐντός. οὐ μὴν δὲ καὶ ὑποψίας ὁ Καῖσαρ ὕφιετο· ποῦ γὰρ καὶ ὑπενόησεν D ἀργεῖν ἐκείνους ἐφ' ᾧ κατερείπειν τὸν ἐπὶ τῇ πύλῃ τῆς πηγῆς ἐκ λίθων ξηρῶν ἐπιτειχισμόν; ὅθεν καὶ ἐμφανεῖς προεξεδέχετο τοὺς κινδύνους, καὶ δῆλος ἦν χλευασθεὶς ἀλύων. ὁ γὰρ θεραπεύειν ἠλπισμένος ἐπίβουλος ὑπωπτεύετο, καὶ συνδέειν ἐδοκίμαζε τὸν ἀναλαμβάνοντα ὡς συνειδότα τοῖς ἐντὸς τὴν ἐπιβουλήν. ὅθεν καὶ συνέδει διδόντος ἐκείνου καὶ ἕτοιμον ἑαυτὸν παρεχομένου πα- E θεῖν ὅ τι βούλοιτο, εἰ ἐκεῖνοι ἐπιβουλεύοιεν. συγκατήνει δὲ τοῖς λεγομένοις καὶ ὁ Ἀλέξιος ἐπιθαρρύνων τὸν θεῖον καὶ τὸ δέος ἀποκρουόμενος. καὶ ὁ μὲν περὶ τὴν μονὴν τῆς πηγῆς προσεκάθητο, τὸν στρατὸν κατέχων σιγῇ καὶ μετέωρος ὢν πρὸς τὸ σύμβολον (τὸ δ' ἦν ἡ τῶν βασιλέων εὐφημία ἐπὶ τοῦ τείχους ὑψηλοφωνεῖσθαι μέλλουσα)· οἱ δὲ ἡσύχως καθ' ἕνα ὑπαναβάντες P 92

2. ἢ τοῦ] ἤ τι?

pia festinabat urbem versus. et quoniam ad viciniam portae cum suis prius pervenit quam alii perfecissent id quod facturos ipsos convenerat, et nox ipsis cessantibus abibat, male coepit metuere ne cuius magni mali aut causa aut effectus esset ista cessatio. contrarias videlicet insidias et ancipitem proditionem suspectabat. verum Cutritzaces revocabat eum ab illo metu quantum poterat, et spem optimam ut conciperet orabat, affirmans aliquid omnino facere intus eos qui murum conscenderant. nec tamen illum audiens a suspicione conquiescebat Caesar: comminisci enim non poterat ubi et quamobrem tam diu feriarentur, nec quod statim facturos spoponderant, adhuc dissipassent murum subitarium e lapidibus temere congestis sine caemento retro portam fontis erectum. quae maxime res inquietissimum illi terrorem admovebat magni a mox erupturis hostibus periculi. itaque vultu haud dissimulabat moerorem quasi serae poenitentiae, quod illudi sibi ac fucum fieri seque ac exercitum fraude in insidias trahi passus esset. quem illi errorem qui demere consolando conabatur, adeo parum proficiebat, ut sese potius ipsum tanquam doli successum fallaci sermone promoventem ei suspectum redderet. quare statuit eum veluti conscium insidiarum constringere custodiendumque suis dare, quod et fecit volente ipso ac se paratum exhibente ad quidvis supplicii subeundum, si quidquam insidiarum ab iis qui iam urbem intraverant strueretur. comprobabat quae a Cutritzace fidenter ea occasione dicebantur Alexius, confirmans similiter patruum, et ut metum deponeret adhortans. ergo ille circa monasterium ad fontem situm quiescebat, continens exercitum silentio, et intentus observando signo de quo convenerat. erat autem id acclamatio, qualis fieri imperatoribus solet, supra murum edita voce sublata et late intelligibili. illi porro tranquille ma-

www.libtool.com.cn

τὰς κλίμακας προσπαίουσιν εὐθὺς τοῖς φρουροῖς κοιμωμένοις, Ἰταλοῖς γε οὖσι, καί σφιν οἱ ἐπιόντες ὄναρ ἐπέστησαν φοβερόν· εὐθὺς γὰρ τοὺς μὲν μηδ' αἰσθομένους ἐκποδὼν κατασχόντες ἐρρίπτουν, σφάττοντες πρότερον, τοὺς δὲ καὶ τῆς ταραχῆς ἐπαΐοντας καὶ πρὸς φυγὴν τρεπομένους φθάνοντες κατεσπάθιζον, ὡς μηδ' ἄγγελον τῶν δρωμένων ὑπολελεῖφθαι, ὅπου γε καὶ τὸν ἀπὸ τοῦ κωλύσοντος φόβον ἐνίκων αἱ προθυμίαι, καὶ δῆλοι ἦσαν ἤν τις ἀντισταίη μαχούμενοι. ἐλθόντες δὲ πρὸς τὴν τῆς πηγῆς πύλην καὶ ταύτην ἀναπεφραγμένην εὑρόντες λίθοις κατέσπων εὐθέως, κἀκ μέσου ποιοῦντες τοὺς λίθους δίοδον τῇ στρατιᾷ ἡτοίμαζον εὐμαρῆ, εἶτα δὲ καὶ σφησὶ χαλκέοις τοὺς θαιροὺς τῶν πυλῶν ἐκκρούσαντες κατασπῶσι. καὶ εὐθύς, ἔτυχε γὰρ παρὼν ἐκεῖσε καὶ τῶν ἱερωμένων ὁ Λακεράς, ἐκ τῶν θελληματαρίων ὢν καὶ αὐτὸς καὶ συνεργῶν ἀνδρικῶς, ὑπαναβαίνει τὸ τεῖχος συνάμα Γλαβάτῳ τινὶ καὶ λοιποῖς ἑτέροις. οὐδὲ γὰρ ἔτι ἐτόλμα, καὶ ἡ φωνὴ συναπεσβέσθαι τῷ δέει ἐγγὺς ἐκινδύνευεν, ὅπου γε καὶ τὸ τεῖχος δοκεῖν ὁ φόβος ἐδίδου κραδαίνεσθαι, ὡς καὶ καταπίπτειν

gnaque vitandi strepitus cura, singillatim conscensis scalis, offendunt statim custodes dormientes (Itali hi erant) et terribile illis somnium portant: subito enim eos nec sentientes corripiunt ac deturbant deorsum, iugulatos prius. socios vero quosdam ipsorum, qui tumultu exciti fugam expediebant, praeoccupantes concidunt gladiis, ut nemo superesset qui nuntiaret quae gerebantur. nempe iam metum, quo moenia timide subeuntes aestuaverant, ne qua vi maiore ab incepto prohiberentur, nunc denique alacritate animorum ac fortitudine successu aucta vicerant extinxerantque, planeque prae se ferebant se quemvis, qui adversaturus se obiiceret, armis ultro adoriri non dubitaturos. progressi ad portam fontis, et hanc maceria retro obstructam reperientes, diruunt eam statim abstractis disiectisque lapidibus raptim congestis ac temere superstructis, quibus constabat, ingressum irrupturo mox exercitui latum et inoffensum ea opera pandentes. deinde autem cuneis aeneis cardines valvarum demolientes revellunt. forte praesens adfuit hoc illis agentibus sacerdos quidam nomine Laceras, e gente et ipse voluntariorum; qui ubi ad portae demolitionem viriliter cooperatus ipsis esset, murum conscendit cum quodam Glabato nomine et aliis reliquis. sed terror eum tantus constrinxerat ut vix expedire posset vocem; parumque aberat quin ea in faucibus metu extincta condictae acclamationis signum edere nequiret: nam etiam murus, postquam in eum ascendit, tremere ipsi utique turbato videbatur et totus concuti. quare opportunus ei confirmando fuit comitatus aliorum, qui misere formidantem ne, simul vocem attolleret in constitutam acclamationem Augustorum, de muro statim praeceps caderet, sic adhortationibus undique instantes animarunt, sicque amplexando tenendoque a vano periculo ruendi ex alto securum fecerunt, ut conari tandem auderet, ac tremente quidem intermortuaque voce, solemnem formulam bene precandi Augustis utcunque pronuntiaret. responderunt statim qui

www.libtool.com.cn

τὸν μέγα φωνήσοντα τὴν τῶν κρατούντων εὐφημίαν. ὅμως παραχρατούμενος τοῖς ἑτέροις τρεμούσῃ φωνῇ τὴν βασιλικὴν ὑπεσήμαινεν, καὶ συνήχουν οἱ κάτω τοῖς ἄνω, καὶ ἡ φωνὴ διῄρετο καθόσον ἦν ὑψηλότερον. τότε καὶ οἱ ἀμφὶ τὸν Καίσαρα τὴν D φωνὴν καραδοκοῦντες ἀκούσαντες ἐκπηδῶσι τοῦ λόχου, καὶ ἅμα τάχει ἀπτέρῳ ἐπὶ τῆς πύλης ἐχώρουν, καὶ προκαταλαβόντες εἰσχέονται παμπληθεί. ἔτι δ' ὑπ' αὐγαῖς ταῖς πρώταις τῆς ἡμέρας οὔσης ἐξαίφνης τὴν χώραν κατέθεον καὶ ἐπόρθουν τὸ προστυχὸν σκυλεύοντες. τὸ δέ γε Σκυθικὸν εὐσυνέτως μὴ σκεδαννύμενον εἶργον τὸ προσγινόμενον ἐκ τῆς πόλεως πλῆθος, εἴ που E συσταῖέν τινες μαθησείοντες τὸ γινόμενον· πλάσματι γὰρ τὸ πραχθὲν ἐῴκει λεγόμενον. ὁ μέντοι γε Καῖσαρ στρατείαις πολλάκις ἰσχολακὼς καὶ εἰδὼς τὰ τῶν ἁλώσεων δυσχερῆ, δεδιὼς σχολῇ προσέβαλεν, ἕως τῆς ἡμέρας ὑπανυγασάσης τέλεον μάθοι τὴν ἐνὸς δύναμιν ἀκριβέστερον. μεταλαμβάνει δὲ τὴν δειλίαν ταύτην ἕτερος θόρυβος, ἱκανῶν Ἰταλῶν φανέντων ἐν ὅπλοις καὶ ἰσχυρῶς φαινομένων ἔχειν ἀμύνειν. ἐγγὺς δ' ἐλθεῖν ἐκινδύνευε διὰ ταῦτα πάλιν τραπέσθαι τε καὶ τὴν πρᾶξιν ἀναβαλέσθαι· οὐδὲ γὰρ εἰς μάχην οἱ εἰσελθόντες ἀξιόχρεῳ ἐνομίζοντό οἱ, μόλις εἰς πεῖραν καὶ λόχον ἀρκέσοντες. ἀλλὰ προστίθενται τούτοις καὶ οἱ P 93 θελῆματάριοι, καὶ ἄλλως μὲν θαρραλέοι ὄντες, ὅμως δὲ καὶ ὁ

1. φωνήσαντα P.

infra murum erant, et vocem superne acceptam multiplicatam robustius frequentarunt, quae late iam clareque audita ubi Caesarem cum suis id ipsum expectantes admonuit, exiliunt ex insidiis, et volucri celeritate ruentes ad portam per eam occupatam densi subeunt. hora erat diluce-scentis primulum diei, quando ingressi urbem milites Caesaris incursare regionem primum obviam ac diripere coeperunt, spoliantes quotquot occurrerent. at Scythicae copiae, prudenti sane consilio, militariter ordinatae perstiterunt, submoventes affluentem e reliqua urbe multitudinem, sicubi coëuntes quidam consisterent cupidi cognoscendi quid gereretur: non enim fidem faciebant qui rem ut erat narrabant. caeterum Caesar longo usu rerum bellicarum edoctus, saepeque ac diu versatus in expeditionum et oppugnationum periculis, indeque reputans quam sit anceps et erroribus perniciosis obnoxia res expugnatio urbium, sapienti cunctabundus metu nonnisi caute ac pedetentim procedebat, expectans dum adulta iam die plene ac certo cognosceret quantum intus esset copiarum. quam eius progrediendi timiditatem alius continuo tumultus excepit, Italis videlicet sat magno numero apparentibus in armis ea specie ut fortissime viderentur pro urbe liberanda pugnaturi. hi cum se admovissent propius Caesari, parum abfuit quin ille receptui caneret opusque relinqueret inceptum: non enim ipsi videbantur, quos in urbem induxerat, resistendo pares, quippe quos vix ad tentandum ex insidiis insultum sufficere putabat. verum iis se adiunxerunt voluntarii fortes alioquin et bello boni, tunc autem audaciores facti certitudine impendentis ipsis extremi peri-

www.libtool.com.cn

περὶ τῶν ὅλων κινδυνος τότε καὶ παρὰ τὸ εἰκὸς σφᾶς ἐποίει ἀνδρίζεσθαι, ὡς μὴ περιεσομένους ἂν κρατοῖεν οἱ Ἰταλοί. τῷ τοι καὶ συσταθέντες καὶ ἑαυτοὺς ἀρτύναντες ἀντεῖχον καὶ περιῆσαν, ὀλίγους μὲν ἀποβαλόντες, ἐνίκων δὲ καὶ κατετροποῦντο, καὶ νῶτα διδόντας τῷ εἰς φυγὴν τραπέσθαι ὑποδῦναι σκότος ἐποίουν, ἔνθα ἂν καὶ σωθεῖεν. τότε τοιγαροῦν τὸ μὲν Σκυθικὸν ἀνέδην ταῖς
B σκυλεύσεσιν ἐπεβάλοντο, καὶ ἀποθήκαις τῶν χρειωδῶν προσπαίοντες ἐνεφορροῦντο τῶν ἀναγκαίων. ὅμως δέ γε καὶ πάλιν ἀμφὶ τὸν Καίσαρα συνελέγοντο τῆς ἡμέρας πολλάκις, καὶ περιτειχιζόμενοι τοῦτον ἐφρούρουν τε καὶ ἐφρουροῦντο, ὡς εἴ τινες φανεῖεν, εἰσβαλοῦντες προθύμως. ὁ δέ γε βασιλεὺς ἐκείνων ὁ Βαλδουῖνος, ἐκπλαγεὶς οἷον ἀκούσας καὶ τῶν φρενῶν ἔξω γενόμενος, οὐδὲν ἀλλ' ἢ πρὸς τῷ φυγεῖν ἦν. καὶ δὴ καταλιπὼν τὰ
C τῶν Βλαχερνῶν ἀνάκτορα ὡς οὐ δυνατῆς δοκούσης ἀμύνειν τῆς γῆς, δρόμῳ χωρεῖ (ἐπίστευε γὰρ τῇ θαλάσσῃ πλέον) πρὸς τὸ μέγα παλάτιον, καὶ ὡς εἶχεν, ἀφεὶς μὲν καλύπτραν ἀφεὶς δὲ καὶ σπάθην, τὰ τῆς αὐτοῦ βασιλείας σύμβολα, νηΐ καταβὰς πιστεύει τὴν σωτηρίαν. τῆς ἡμέρας δὲ ταύτης οἱ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐπιστάντες φάλαγγος ἐφ' ᾧπερ εὑρήσειν καὶ καθέξειν τὸν βασιλεύοντα, τῆς φυγῆς ἐχρῶντο συμβόλοις, καὶ ἀπεθάρρουν πλέον

5. διδόντες P.

culi, si res eo loci deducta omitteretur: neque enim erat dubium quin, si eo periculo incolumes Itali defungerentur, gentem sibi obnoxiam, quae ipsos esset perdere conata, pari exigenda tam acris iniuriae vindicta funditus perderent. coëuntes igitur magno numero instruentesque sese in aciem egregie restiterunt, tandemque superiores, paucis suorum amissis, vicerunt fuderuntque hostes, et terga vertere compulsos in latibula cuique nota compulerunt, ubi tenebrarum beneficio vitam servarent. tunc demum secure ac palam Scythae congerendis ex hoste praedis spoliisque operam dederunt, et in apothecas rerum ad victum paratarum incurrentes expleverunt se cibo potuque, sic tamen ut rursus circa Caesarem se subinde congregarent ipsumque vallarent, ac vicissim ab ipso copiisque quas ducebat protegerentur. ac sic omnes, si qui de novo adversariorum apparerent, eos alacriter adorirentur. caeterum imperator Latinorum Balduinus consternatus audito urbis captae casu, et mentis impos factus, nihil nisi fugam meditabatur; et relicta regia Blachernarum, nihilque ad salutem spei amplius in terra constituens, cursu contendit ad magnum palatium: mari enim plus fidebat. et ut erat, amisso capitis tegmine abiectoque ense, ipsius insignibus imperii, navi raptim conscensae salutem credidit. ea porro die duces Romanae phalangis, quo militum studia incenderent ad investigandum capiendumque Latinorum imperatorem, palam ostentarunt imperii eius insignia, quae quod in hostium manus venissent indicio erant fugisse ipsum. quae res etiam valebat ad augendos

www.libtool.com.cn

ἐντεῦθεν δραπέτου γεγονότος τοῦ ἐπὶ τῷ φυλάσσειν τεταγμένου, τὴν δέ γε καλύπτραν καὶ τὸ ξίφος ἀναλαβόντες ἀπαρχὴν αὐτάρκη D ταῦτα τῶν κατὰ πόλιν λαφύρων καὶ ἀκροθίνιον ἐποιοῦντο. καὶ ἅμα σημεῖον ἦν τοῖς ἐπ᾽ ἐκείνῳ θαρροῦσιν ὡς οὐδὲν ἐκεῖθεν ἀγαπήσαντος φεύγειν ἔχοιεν.

Ἐπεὶ δ᾽ ἔκπυστον ἐγένετο τὸ πραχθέν, αὐτῶν γε καὶ ἔτι κατεπτηχότων καὶ μὴ καθαρῶς πιστευόντων ἔχειν τὰ ἐν χερσὶ κρατούμενα, ἀφικνεῖται ταχέως καὶ ἐπὶ τοὺς περὶ τὴν Δαφνουσίαν φήμη γε οὖσα καὶ θεὸς ἡ φήμη, καὶ ἅμ᾽ ἤκουσαν διαπεφω- E νήκεσαν, περὶ ταῖς σφετέραις γυναιξὶ καὶ τέκνοις κατορρωδήσαντες. ὅμως ἐτάχυναν ἐπιστῆναι καὶ ὡς εἶχον ἀμῦναι· περὶ γὰρ τριάκοντα καὶ πρὸς λόγος ἔχει μακραῖς ναυσὶ μονήρεσί τε καὶ τριήρεσι κατὰ Δαφνουσίας χρήσασθαι. ταύταις ἁπάσαις ταχυναυτούσαις ἠπείγοντο πρὸς τὴν πόλιν, ἅμα θαρροῦντες καὶ τῷ ἐκ Σικελίας μεγίστῳ πλοίῳ πολλοὺς ἔχοντι τοὺς ἐπιβάτας, ὧς καὶ αὐτοὺς συναμύνειν τῷ γένει καὶ τοῖς ἐπισῦσιν ὁμόσε χωρεῖν. καὶ οἱ μὲν ἐπὶ τοιαύταις ἐλπίσιν ἠπείγοντο, ὁ δὲ Καῖσαρ προαι- P 94 σθόμενος τούτων τὴν ἔφοδον τοὺς Ῥωμαΐζοντας προσκαλεῖται, οἳ καὶ ὡς Ῥωμαῖοι ἑκόντες ἄκοντές τε συνήργουν τοῖς ἡμετέροις.

Romanis animos, utique qui viderent inde non difficile negotium restare absolvendae expugnationis urbis, quam is cui proprie incumbebat ex officio tueri ac propugnare deseruerat. tegmen ergo regium capitis et ensem imperatoris fugientis tanquam primitias spoliorum urbis captae et votivum anathema consecrarunt palam appendentes, id quoque consecuturi ut isto spectaculo fiducia omnis Byzantinis excuteretur, si quam in Latinorum opibus tanquam idoneis ad ipsos defendendos collocassent: quid enim ab iis iam tale sperare possent cum eorum principem spem suae ipsius salutis ultro in fuga constituisse cernerent?

Accidit autem ea res tam mira, cum vulgata est, ut ipsi Romani victores inopinatissima successus novitate stupefacti vix propriis oculis crederent, ac se quae manibus tenebant aegre persuaderentur possidere. pervolavit autem celerrime ad Latinos Daphnusiam oppugnantes captae urbis fama, vere fama, hoc est divinum nec humano delatum ministerio indicium, cum adhuc res fieret divulgatum procul. illi simul audierunt, simul consternati fractique animis sunt horrore discriminis extremi, in quo versari carissima pignora liberorum coniugumque sentiebant. quare omnes uno impetu solvunt, occurrere ad defensionem aut ultionem festinantes. aiunt classem Latinorum ad Daphnusiam fuisse navium longarum circiter triginta uniremium aut triremium, quibus cunctis toto impetu ad urbem ferebantur, fidentes etiam oneraria quae aderat ex Sicilia maxima, plurimis onusta vectoribus, quorum auxiliari opera pro necessitudine generis usuros se non dubitabant in praelio, si decernendum foret. his illi spebus animati procedebant. at Caesar infestum eorum adventum praesentiens Romanos qui sub Italis in urbe constiterant convocat, et admonitos originis volentes nolentes adegit ad nostras pro virili iuvandas par-

www.libtool.com.cn

ἦν οὖν τότε οἰκεῖος τῷ Βαλδουΐνῳ θεράπων ὁ Φύλαξ λεγόμενος Ἰωάννης, ἀνὴρ βαθὺς καὶ τοῦ φρονεῖν εὖ ἥκων εἰς τὸ ἀκρότατον, ὃς καὶ βουλὴν εἰσάγει τότε μάλα καιρίαν καὶ τῷ καιρῷ πρόσφορον, ἣν κἂν ἄλλος εἰσάγειν ἀπώκνησε πρὸς τὸ τοῦ πράγματος
B ὀλέθριον ἀποβλέψας. εἰδὼς γὰρ ἐκείνους μαχομένους ἐξ ἀνάγκης καὶ ὑπὲρ δύναμιν ὑπέρ τε γυναικῶν καὶ γνησίων οἴκων τε περιουσίας ἁπάσης, καὶ συὸς τρόπον ἐπιτεθησομένους ὑπὲρ αὐτῶν ὥστε ἢ περιγενέσθαι ἢ μὴν πεσεῖν εὐκλεῶς, εὐβούλως μερίζει τὴν χρείαν, καὶ πῦρ μὲν ἐμβαλεῖν ὑποτίθεται, ὡς καυσομένων καὶ οἴκων καὶ περιττῆς καὶ ἀχρήστου ὕλης, γυναικῶν δὲ καὶ παίδων ἐξ ἀνάγκης διαφυλαξομένων τῷ ἐκδραμεῖν, ἔστι δ' οὗ καὶ φυλαξόντων καί τινα τῆς καθαρᾶς καὶ εἰς πλοῦτον ὕλης, ἐκείνους
C δ' ἐκ νηῶν ἰδόντας πυρὶ μὲν οἴκους ἁμαθυνομένους γυναῖκας δὲ καὶ παῖδας τὰς χεῖρας ἐκτείνοντας εἰς ἀντίληψιν, τῶν μὲν ὑπεριδεῖν ὡς μηκέτ' ὄντων ἐκείνους δ' ἐκζητεῖν καὶ σώζειν, καὶ οὕτως χάριν τοὺς διδόντας τιθέναι τοῖς ἐκζητοῦσιν, ἀγαπῶσιν εἰ αὐτοὶ καὶ γυναῖκες καὶ τέκνα σώζοιντο. εἶναι γὰρ ἐξ ἑτοίμου τούτοις καὶ τὰς τριήρεις ὑποδεξομένας τὸ πλῆθος, κἂν ἄλλοι θέλοιεν,

18. ὑποδεξαμένας P.

tes. erat tunc familiaris Balduini minister Ioannes Phylax sive custos dictus, profundi vir ingenii, solertiaque summa praeditus. is consilium suggessit opportunum et tali rerum articulo utilissimum, eiusmodi tamen quod nemo alius propter eius perniciosam atrocitatem sustinuisset proponere. considerans enim eos qui ex Daphnusia desperati serum urbi iam perditae auxilium ferebant, caritate utique liberorum ac larium, ultimae adactu necessitatis supra vires, aprorum instar intra casses frustra frendentium, ferocia nihil nisi in cladis cumulum cum exitio gentis profectura pugnaturos, quippe irrevocabili ruentes proposito aut vincendi, quod fieri non posset, aut honorifice cadendi, videns hoc, inquam, et sapienti consilio decernens necessariis afflictae improvisa clade reipublicae usibus illas reliquias servare, subiiciendum per urbem ignem domibus suasit. cuius mirae propositionis rationes hunc fere in modum subducebat. flamma in aedes iniecta consumet solum materiam migraturis inutilem, hostibus profuturam, et personas avellet salubri necessitate a noxio nunc complexu penatium in quibus natae sunt, quos nisi deserant, praeda hostibus erunt. nec uxores solum liberique nostrorum sic salvi fient, sed pretiosissima, ut fit, conditarum domi rerum secum asportabunt. classiarii porro nostri huc appulsi ubi ex navibus cernent ardentes quidem domos, coniuges vero ac filios manus e littore tendentes obsecrantesque ut se in tutum recipiant, tecta quidem ut iam perdita negligent, cara vero capita periculo subducere contendent; et sic ablata in manifestum exitium ruendi causa, temerarium deponent propositum pugnandi sine spe cum hoste potentiori et certo victoriae, satis habentes dulcissimos affectus domesticarum necessitudinum a flamma gladio et servitute hostili ereptos salvos secum ipsis pariter incolumibus et tutos in navibus habere. adfore autem triremes et capacia quantaevis multitudinis ea occasione accursurae navi-

www.libtool.com.cn

καὶ αὐτοῖς ἐφιέναι· ἱκανὴ γὰρ ἡ ἐκ Σικελίας ναῦς αὐτοὺς ὑποδέχεσθαι. οὕτω τῆς βουλῆς ῥηθείσης καὶ ἀγαθῆς δοξάσης, καὶ D μᾶλλον ἀντέχειν μὴ ἔχουσι διὰ τὴν τῶν ἀνδρῶν ὀλιγότητα, πῦρ ἐφάπτουσι παραυτίκα ὅπου μᾶλλον οἶκοι καὶ πράγματα. ὃ δὴ καὶ νεμόμενον τοὺς οἴκους ἐσπόδει. ἐξέθεον δ' οἱ ἐν οἴκοις τεθορυβημένοι μελισσῶν τρόπον καπνιζομένων, καὶ τοὺς λόφους τῆς πόλεως καταλαμβάνοντες γυμνοὶ ὡς εἶχον, ἅμα δὲ καὶ περιδειῶς περὶ τῆς σφῶν σωτηρίας, δακρύοις παρεκάλουν τοὺς ἔξω θεωμένους τὰ δρώμενα. τότε δὴ καὶ ἐν ἀμηχανίᾳ τοῦ δρᾶν τι E γενόμενοι (εἴτε γὰρ ἀνύοιεν, οὐ καλῶς ἔχειν αὐτοὺς γυμνωθέντας, καὶ ἅμα κινδύνου τοῖς σφετέροις ἐπικειμένου· εἴτε δὲ καὶ μὴ νικῷεν, τελέως αὐταῖς γυναιξὶ καὶ τέκνοις ὀλέσθαι) πρὸς ἱκεσίαν τρέπονται, καὶ τοὺς οἰκείους μάλα θερμῶς ἐξαιτοῦνται, εἰ μὲν βούλονται, συνάμα καὶ τοῖς περιοῦσι πράγμασιν, εἰ δ' οὖν, ἀλλ' αὔταρκες εἶναι τούτοις τὸ σῶς ἀπολαβεῖν τοὺς γνησίους. τότε τοίνυν δεινά τε καὶ σχέτλια ἐτελοῦντο, μέγιστα ὧν ὄψει καὶ ἀκοῇ παρειλήφει τις· γυναῖκες γὰρ ἀνίβριστοι καὶ παρ- P 95

gia, praesertim maximum unum e Sicilia, solum satis amplum cunctis fere qui terrae pericula mari fugere vellent recipiendis. ea Ioannes cum exposuisset, suadere utilia est visus, ea maxime ratione cunctos in assensum necessarii consilii trahente, quod satis pateret ne expositis quidem in terram navalibus copiis eum se numerum habituros militum quo plane opus esset ad urbem in tali discrimine tuendam et victores inde pellendos. igitur qua frequentissimae confertissimaeque aedes erant ignem statim iniiciunt, qui momento in materiam grassatus, et obvia quaeque avide correpta momento redigens in cinerem, quem par est credere tumultum ac trepidationem habitantibus obiecit. prodibant apum instar fumo ex alveis pulsarum, in editiora urbis concurrentes loca, nudi aut eo habitu in quo eos flammae terror oppresserat, trementes, anxii de propria salute, quos procul extra videbant vicissim intentos in ea quae fierent, cum lacrimis orantes ut succurrerent in extremo discrimine miserrima patientibus et metuentibus peiora. tali spectaculo reducibus e Daphnusia Latinis obiecto, steterunt hi aliquantulum incerti et deliberabundi quid agerent. an, prout decreverant, exscenderent, et hostes invaderent? at inconsultum videbatur ipsos nudos, ut erant, apparatu terrestris belli, pro focis et re familiari, quibus se iam spoliatos populante cuncta incendio videbant, caeco impetu decertatum ruere, cum certa pernicie non sui solum ipsorum, sed coniugum praeterea et liberorum, nisi vincerent (quod sperari vix poterat), cum ipsis haud dubie perituro rum. haec reputantes satius putarunt descendere ad preces, supplicesque instanter petierunt ut sibi necessarii domesticique redderentur, si quidem vellent, cum ea quae superesset familiari suppellectili, sin minus, vel sola restitutione carorum capitum contentos abituros cum iis nudis licet, at incolumibus et salvis. tunc vero graviora acerbioraque contigere quam quisquam unquam visu audituque perceperit. honestae mulieres ac virgines indusiis modo aut tunicullis male tectae singulis, iisque

www.libtool.com.cn

θένοι ὑφ' ἑνὶ χιτῶνι, διερρωγότι καὶ τούτῳ, τοῖς τυχοῦσι περιστελλόμεναι, νηλίποις ποσὶν ὑπὸ πολλῶν ὄψεσιν ἀτίμως πρὸς τοὺς οἰκείους ἐξέθεον. καὶ δίκας ἐτίννυον ἄντικρυς Ἰταλοὶ ὧν ἐκεῖνοί ποτε πρὸς Ῥωμαίους ἐποίουν. ἅμα δὲ καὶ τὸ παλαιὸν θέσπιον ἐπληροῦτο, "Ἀλέξιος Ἀλεξόπουλος καὶ ἐπὶ τούτοις Κουτριτζάκης." ἔφθασε γὰρ καὶ πρὸ τοῦ ταῦτα γενέσθαι ὁ συγγραψάμενος ἀκούειν παρὰ πατρὸς ὁμιλοῦντος ἄλλῳ καὶ τὸν τοιοῦτον λόγον λέγοντος. ὡς γὰρ πολῖται ὄντες ἐκεῖνοι τὰ οἴκοι ἐζήτουν καὶ εἴ ποθι ἄλωσις τῆς πατρίδος συμβαίη ἐσκόπουν ὑπὸ φωτὶ νυκτὸς (ἦν δ' ἐγὼ ὁ τὸν κηρὸν κατέχων καὶ φαίνων ἐκείνοις), τοῦτο ξυνέβαινε λέγεσθαι παρ' ἐκείνων ὡς εἰδότων ὡς εἰδόσι τάχα ὁπόθεν ἁλῴη· ἐπὶ γὰρ γενησομένου τινὸς βασιλέως Ἀλεξίου ὑπενόουν τὴν τῆς πόλεως ἅλωσιν, καὶ τινων ἄλλων, οὓς ἔλεγεν ὁ χρησμός. ἦσαν δ' οὗτοι ὁ Καῖσαρ Ἀλέξιος ἄντικρυς, ὁ ἀνεψιὸς ἐκείνου Ἀλέξιος τὰ πολλὰ συμβαλλόμενος, καὶ ὁ δοκῶν τῶν θελληματαρίων Κουτριτζάκης, ὃς καὶ τὴν βουλὴν πρῶτος ὑπεσήμαινε τῆς ἁλώσεως.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτω κατὰ τὴν πόλιν ἐπράχθησαν· ἐπεὶ δ' ἐχρῆν πανταχοῦ φημίζεσθαι τὰ πραχθέντα, καὶ μᾶλλον ὅσον τὸ θαυμασιώτερον εἶχον, ὡς ἐκ παρόδου ἁλῶναι τοιαύτην πόλιν

pertusis, qualescumque fugam expedientibus primae occurrerant, nudis pedibus, sub oculis multorum, ad propinquos ignominiosissime cursabant. et poenas omnino aequas Itali dederunt earum iniuriarum quibus olim Romanos affecerant. simul etiam veteri oraculo sua fides constitit. eius haec erant verba "Alexius, Alexopulus et super hos Cutritzaces." id ego huius historiae scriptor, antequam urbs caperetur, memini me audire ex patre meo cum alio quodam de his agente et vaticinium nondum eventu patratum recitante. cum enim ambo illi Constantinopolitani cives essent et exulare cogerentur, patriae, ut fit, desiderio prophetias scrutabantur, si quae recuperationem urbis regiae promitterent. versabantur autem in ea conquisitione per noctem me ipso, qui haec scribo, facem ipsis ceream, ad cuius lumen lucubrabant, praetendente, ac sic e propinquo audiente quae inter sese loquerentur. significabant autem, quantum recordor, compertum sibi, ex isto videlicet vaticinio, capiendam aliquando Constantinopolim: sed id faciendum opinabantur a quodam deinde regnaturo imperatore, nomine Alexio, adiuvantibus illis aliis post eum in oraculo expressis. caeterum eventus docuit non imperatorem expugnatorem urbis, sed Caesarem Alexium futurum; Alexopuli autem nomine indicatum ibi Alexium iuniorem, prioris patruelem, qui multum ad hanc rem contulit, uti et inter voluntarios existimatione et auctoritate praestans Cutritzaces, primus auctor consilii de urbis expugnatione tali tempore tentanda.

Ac negotium quidem recuperationis civitatis regiae transactum hoc modo est. quoniam vero conveniebat divulgari facti famam eo celerius quo mirabilior res erat, obiter et ab aliorsum missis expugnari tantam

www.libtool.com.cn

ταῖς γε μὴ ἐπὶ τούτῳ τὴν ἀρχὴν ἀφιγμένοις, τινὲς τῶν ταχυδρο- D
μούντων ἐπὶ συγχαρείας ἔθεον πανταχοῦ γῆς, ὡς ἁλώη ἀγγελοῦν-
τις τὸ μέγα ἄστυ, ἡμέρας ἐπισήμου, ἐφ' ἑορτῇ τῆς θεομήτορος
Ἄννης, μηνὸς Ἀνθεστηριῶνος, ἀκονιτὶ σχεδὸν καὶ ὡς οὐκ ἤλ-
πισάν ποτε οἱ ἁλόντες. σημεῖον δ' ἀληθείας τῶν λεγομένων ἐκεί-
νοις ἦν κοκκοβαφὴς σάρισσα δεικνυμένη. (28) ἐπεὶ δὲ καὶ εἰς P 96
Νικομήδειαν ἔφθασαν, ἐνεστώσης τῆς πανηγύρεως τοῦ ἐν μάρ-
τυσι μεγίστου Παντελεήμονος, ἔτυχε δ' ἐκεῖσε καὶ ὁ Κακὸς Σε-
ναχηρεὶμ ἐν πρωτασηκρῆτις ὀφφικίῳ μεγαλυνόμενον καὶ τὸ φημι-
ζόμενον ἤκουσε, πρῶτον μὲν διηπίστει καὶ ὡς πλάσμα τὸν λόγον
ἀπέπεμπεν, ὡς δ' ἐξελθὼν ἤκουσε καὶ ἐπίστευεν, εἰσελθὼν ἅμα
καὶ τῶν σφετέρων γενείων ἁπρὶξ ταῖς χερσὶ δραξάμενος "ὦ οἷον" B
εἶπεν "ἀκούω. τοῦτο ταῖς ἡμετέραις ἐταμιεύετο, τί γε ἁμαρτοῦ-
σιν ὡς ἐπιζῆν καὶ βλέπειν τοσαῦτα δεινά; τοῦ λοιποῦ καλόν
τις μὴ ἐλπιζέτω, ἐπεὶ Ῥωμαῖοι καὶ αὖθις πατοῦσι τὴν πόλιν."
ταῦτ' ἔλεγεν ἐκεῖνος, καὶ δῆλος ἦν δυσχεραίνων τὰ παρὰ πολλοῖς
θαυμαζόμενα. ὅπου δὲ κατήντησαν ταῦτα, ὁ λόγος κατὰ τέ-
πον ἐρεῖ.

29. Τότε πολλοὶ καὶ πρὸς βασιλέα ἠπείγοντο κατὰ τὸ P 97
Νύμφαιον διατρίβοντα, καὶ ἀντεφιλονείκουν ἀλλήλοις, ὅστις ἂν
προφθάσας κηρύξοι τὰ εὐαγγέλια. προφθάνει δέ τις κατὰ σπου-

5. ἁλόντες interpres.

urbem, quidam velocissimi cursores tantae gratulationis nuntii discurrerunt per omnem late terram, ubique promulgantes captam fuisse magnam urbem die insigni, sacra S. Annae deiparae virginis matri, mense Iulio, facile ac fere sine certamine, quo modo ne ipsi quidem qui ceperant unquam sperassent capi posse. ostentabant autem in signum veritatis nuntiatae rei sarissam cocco tinctam. (28) horum aliqui Nicomediam cum venissent quo die ibi celebrabatur panegyris S. Panteleemonis in martyribus maximi, fuit ibi forte Malus ille Sennacherib in primi a secretis officio magnifice se iactans. is audito nuntio, primum non credidit et tanquam figmentum reiecit. ut autem alio abeunti undique occurrerunt tot veri argumenta quae plane rem persuaderent, domum moestus ingreditur pilos genarum utraque manu vellens, "et quid" inquiens "audio? hoc nostris diebus servabatur! quid peccavimus ut vitam produceremus in hanc horam et tam acerba videremus? de caetero nihil boni speretur, Romanis iterum urbem calcantibus." sic est locutus ille, non dissimulans se molestissime ferre id ipsum quod passim populus admirans gratulansque praedicabat. quid ex his deinde secutum sit, historia nostra in loco memorabit.

29. Multi tunc incitato cursu ad imperatorem ferebantur Nymphaei tunc commorantem, contendebantque omni conatu se mutuo praevertere, gratiam primum allati tam optati nuntii pro se quisque affectantes. prae-

www.libtool.com.cn

δήν, μηδὲ παρὰ τοῦ Καίσαρος γράμματα κομιζόμενος. καὶ
ἐπεὶ μηδένα ἔδει ἀκούειν τῆς ἀγγελίας πρό γε βασιλέως αὐτοῦ,
ἐκεῖνος μὴ οἷός τε ὢν τῆς πρὸς τὸν βασιλέα προσόδου τυγχάνειν,
B ἀπελθὼν ἀπαγγέλλει τῇ ἀδελφῇ τοῦ βασιλέως Εὐλογίᾳ ὡς ἅλῳη
καθαρῶς τὸ Βυζάντιον. ἐκείνη δ' εὐθὺς τὸν λόγον δεξαμένη,
ἔωθεν καὶ παρὰ τὸ σύνηθες ἐλθοῦσα πρὸς τὰ ἀνάκτορα ἐφίσταται
ὑπνοῦντι τῷ βασιλεῖ. τὸ γοῦν διυπνίζειν ἅμα καὶ λέγειν τοιαύ-
την ἀγγελίαν οὐκ ἐδοκίμαζε, μή πως καὶ πάθοι τι ἐξαίφνης καὶ
παρὰ προσδοκίαν ἀκούσας ἅμα τῷ τὸν ὕπνον διολισθεῖν, σοφόν
C τι καὶ οὐ κατὰ γυναῖκας ποιοῦσα. τοῦ γὰρ ἐμφύτου πνεύματος
μετὰ τὴν τροφὴν περὶ τὴν πέψιν ἀσχολουμένου καὶ ἐντὸς εἰσδύ-
νοντος ἀνάγκη τὰς αἰσθήσεις ἢ ἀργεῖν ὑπνούντων ἢ ἀτονεῖν γρη-
γορούντων, μὴ σφίσιν ἐπιπολάζοντος, εἶτα κἂν τι περὶ τὰ αἰ-
σθητὰ συμβαίη μὴ καταστάντος κατὰ χώραν [ὑπνούντων] καὶ
τι καὶ πρὸς ἀντίληψιν προσβιάζωνται, εἰ μὲν ὁμαλὸν καὶ τῶν
συνήθων ἐστὶ τὸ ἀντιλαμβανόμενον, αἴφνης ἀκούσαντας κατερ-
D ραθυμημένως προσέσθαι, εἰ δ' ἀτηρὸν ἄλλως ἢ τοὔμπαλιν χα-
ρίεν καὶ τῶν ἀσυνήθων, μὴ ἱκανῶς ἔτι πρὸς ἀντίληψιν ἐχούσας
θορυβεῖσθαι καὶ τῇ ψυχῇ εὐθέως τεθορυβημένας προσπαιούσας

14. ὑπνούντων Possinus cum πνεύματος mutat, ego sustulerim.

volavit eo ante omnes celeritate usus summa quidem; qui cum a Caesare literas non ferret, et satis intelligeret neminem prius tam fausto nuntio impertiri oportere quam imperatorem ipsum, ad quem tamen ut statim admitteretur non poterat impetrare, sororem eius adit Eulogiam, eique plane captum Byzantium asseverantissime affirmat. haec statim ab hoc audito summo mane praeter solitum regiam ingressa reperit dormientem imperatorem; et in tanta licet tam expetitae rei cito indicandae prurigine muliebrem cupiditatem sapientia maiori in potestate habuit, moderata sibi, ne fratri e somno excitato tantam subito laetitiam obiiceret, qua periclitari valetudo eius posset, extremi gaudii vehementissimum ex inopinato appulsum tali articulo haud innoxie fortassis excepturo semisomni corpore, siquidem naturali spiritu post cibum sumptum in eius concoctione occupato, et intus ea causa retracto, necesse est sensus aut plane otiari dormientium, aut recens excitatorum languere, copia videlicet spirituum, quorum affluxu vigent, tunc adhuc alibi detenta. quare si, quod in momento quo quis expergiscitur movet sensum, lene fuerit et solitum, percipietur sine noxa, mediocri attentione, et qualis est ludibundorum et aliud agentium, ad id sufficiente. porro ad hanc satis instructa facultas est, utcumque intro adhuc tenetur pars maior spirituum. sin vero inopinatum quiddam et magnum obiiciatur, in utrumvis mali aut boni, doloris aut gaudii extremum excedens, turbat animum vehementius, et eum raptim incitans ad exigendas e sensibus, tunc, ut dictum est, spirituum absentia debilitatis, acres operationes, laedit eos et valetudinem corrum-

www.libtool.com.cn

ἔκπληξιν ἀπεργάζεσθαι. τότε τοίνυν ἐκείνη τῆς τοῦ βασιλέως
ἀσφαλείας οὐχ ἧττον ἢ τοῦ τὰ ἡδέα λέγειν προυνόει, καὶ κατ' ὀ-
λίγον γρήγορσιν ἀνελάμβανε. τῶν γὰρ τοῦ ποδὸς δακτύλων τὸν
μέγιστον κατασχοῦσα μετρίως ἐπίεζε τοῖς δακτύλοις ὡς ὁμαλῶς E
διαπνίσουσα, καὶ διύπνιζε παραυτίκα. καὶ ὃς τῇ μοναχῇ ἐνιδὼν
ἱσταμένῃ, ὅ τι παθοῦσα πράττει τοιαῦτα διεπυνθάνετο. ἡ δὲ
γέλωτι μὲν καὶ χαροπῷ τῷ ἤθει ἐμφανὴς ἦν τὰ καθ' ἡδονὴν
ἐροῦσα, οὐ μὴν δ' ἐκ τοῦ παραυτίκα τὰ κατὰ νοῦν ἐξήγγελε,
μέχρις ἂν κατασταίη κατὰ τὸ εἰκὸς τὸ φρονοῦν. ἐπεὶ δὲ καθί-
στατο καὶ αὖθις ἠρώτα μαθεῖν γλιχόμενος τὸ ἡδυνοῦν, ὡς ὑπε-
νόει, τότε προσετίθει τὰ εὐαγγέλια, ὡς ἥ τε πόλις ἁλῴη ὅ τε
Καῖσαρ μετὰ τοῦ Σκυθικοῦ ἐντὸς ἀνέδην διάγοι, καὶ ὡς εὐαγ- P 98
γέλια ἐκεῖθεν ἥκοντος, ἐπὶ τούτοις ἰσχυριζομένου τὰ μάλιστα ὡς
ἐκεῖ πραττομένων παρόντος. ἐπεὶ δὲ καὶ εἰ ἀποσταλείη παρὰ
τοῦ Καίσαρος οὗτος ἀνεπυνθάνετο, ἡ δὲ οὐκ εἰδέναι μὲν ἔφα-
σκεν, ὅμως αὐτὸν παρόντα αὐτάρκη εἶναι ἀποκρινεῖσθαι. ὃ
μέντοι γε βασιλεὺς ἐννοῶν μὲν καὶ τὸ τοῦ πράγματος ξένον καὶ δὴ
καὶ ὡς οὐκ ἀποστέλλοι ὁ Καῖσαρ ἐπὶ τούτοις, ἐννοῶν δὲ καὶ τὸ
τῶν ἑφεπομένων πλῆθος ὡς ἔλαττον ὂν ἢ ταῦτα πράττειν, καὶ B

2. ἢ deerat.

pit, corpore interdum in deliquium et symptoma sonticum redacto. haec sapienter tunc reputans Eulogia instillare gaudium quam superfundere fratri maluit; nec nuntium felicissimum nisi praeparatis idoneae suspensionis mora expergiscentis auribus commisit. primum vellicato pedis articulo maiori sopiti fratris somnum excussit. cumque is oculis apertis solam eo loco ac tempore sororem vidisset, quaesivit admirans, satin sana et quorsum ibi esset quidve ageret. illa hilari arridens vultu satis ipsa oris renidentia monstrabat prosperae se rei adesse indicem. nondum tamen quid afferret exposuit, otium praebens sensibus excutiendi torporis vigorisque resumendi. tum ubi satis spatii datum naturae iudicavit ad restituendam in statum consentaneum intelligendi facultatem, cupide flagitanti Augusto ne diutius taceret quod dulce auditu nuntiatura venisset, tandem exposuit captam teneri urbem et Caesarem intra eam secure cum Scythicis copiis degere. id certo sciri ex oculato teste, homine inde summa celeritate profecto, constantissimeque affirmante sese interfuisse dum res gereretur et gestam vidisse. interrogante vero imperatore ecquid ille missus a Caesare venisset, illa se nescire dixit: caeterum adesse hominem et interrogari posse, quippe idoneum reddendae sui rationi. prudens imperator reputans quam nova et inopinata narraretur res, de qua nuntius a Caesare, qui gessisse dicebatur, nullus appareret, memor etiam paucitatis copiarum cum Caesare profectarum talis ut tantam urbem occupasse etiam ultro sine certamine apertam, vel si voluissent maxime, haud potuisse viderentur, sustinuit assensum nec fidem adhibuit nuntio,

ὡς εἰ βουληθείη, οὐκ ἂν ἠδυνήθη, οὐδ' ὅλως τοῖς λεγομένοις ἑαυτὸν ἐδίδου. τὰ δὲ χλεύη καὶ πάλιν εἶναι, μὴ καὶ ἀβέλτερος εἴη ὁ ταῦτα συσκευαζόμενος. αὐτὸς οὖν ἔγνω καθίσας διερωτᾶν τὸν ἥκοντα, οὐ τῷ τοῖς ῥηθησομένοις ἐξ ἑτοίμου θήσεσθαι, τῷ δὲ νομίζειν ἐκεῖνον εἰς φόβον καταστάντα βασιλικὸν τἀληθῆ λέ-
C ξειν, τἀληθὲς ἐλπίζων πυθέσθαι. εἰσήγετο τοίνυν τοῦ βασιλέως προστάξαντος, καὶ ἐρωτώμενος ἔλεγε, καὶ ὡς ἴδοι ἐπιτελεσθεῖσαν τὴν ἅλωσιν ἐβεβαίου. λέγων οὖν καθ' ἕκαστον πολλοῖς μὲν ἐνειργάζετο πίστιν, πᾶσι δὲ κατάπληξιν. ὁ μέντοι βασιλεὺς παρὰ τοὺς πολλοὺς δοκεῖν θέλων εἰδέναι, καὶ μᾶλλον ἐπὶ στρα-
D τείαις, καὶ ἅμα ψευδῶν μὲν ὄντων τῶν λεγομένων μὴ ξυναρπαγῆς ἔγκλημα φέρειν, ἀληθινῶν δὲ τὸ μετὰ δοκούσης ἀσφαλείας τῶν ὡς αὐτὸν ἀναφερομένων κερδαίνειν, προσέταττε φυλάττεσθαι δεδεμένον. πλὴν ἄσμενοι ἦσαν ἅπαντες, εἰ πιστεύοιντο Ἰταλοὶ οὕτω τῆς πόλεως ἐξωθούμενοι. ὡς δὲ τῆς αὐτῆς ἡμέρας πλείους οἱ πεμπόμενοι πρὸς Καίσαρος ἦσαν, καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ τὴν καλύπτραν καὶ τὴν σπάθην τοῦ Βαλδουΐνου ὡς βέβαιον κομίζων τεκμήριον, βασιλεῖ δὲ καὶ τὰ γράμματα ὅπως εἴη ἡ πόλις συνειλημμένη ἐδήλου, οὐκέτι ἀμφίβολος ἦν ἀλλ' ἐπίστευε. καὶ

2. χλεύην?

suspicatus quinetiam illudi sibi ab homine fortasse nimium simplici aut plano, qui haec astute aut stulte confinxerit. decrevit igitur ipse per otium eum interrogare, sperans agniturum ex eius responsis quid in re esset: nam metu praesentis maiestatis simulationem, si quam adhibuisset, ipsi excutiendam, fassurumque ex vero cuncta. tunc igitur ad imperatorem iussu ipsius introductus cursor est, et ab eo interrogatus constanter asseveravit spectatum a se coram negotium confectum captae urbis. simul referens minutim prout contigerant singula, multis quidem fidem fecit, cunctis admirationem ac stuporem movit. at imperator, qui affectabat videri plus quam vulgus sapere cum in caeteris tum in militaribus negotiis maxime, simul cogitans, si forte ad extremum falsum id deprehenderetur indicium, subiturum se notam levis credulitatis, nec deprehenso mendacio decorum sibi fore impunitam dimisisse impostoris audaciam, sin veritas dictorum eius tempore pateret et consensu aliorum inde mox affuturorum firmaretur, nihil illi fraudi fore moram cantae suspicionis brevem (repraesentanda quippe ipsi cum fide praemia debita velocitati qua praevenisset omnes in afferendo tam laeto nuntio), iussit hominem vinctum custodiri. tamen isto ipso, cuiusquemodi tandem foret, indicio iam tum omnes laetabantur; praecipiebantque praesagis animis triumphale gaudium quo perfundendi essent, ubi plane constitisset sic expulsos urbe Italos. ut autem eodem die multi advenerunt missi a Caesare, et super hos qui tegmen capitis et ensem in certissimum receptae urbis argumentum imperatori cum laureatis Caesaris literis afferret, plane affirmantibus receptam urbem Romano praesidio teneri, non amplius du-

www.libtool.com.cn

ἀντιδίδου μὲν τῶν λόγων τὰ μείζω, τὸν μέντοι γε πρύτανιν τούτων καὶ παροχέα ὡς δυνατὸν ἐμεγάλυνεν· οὐδὲ γὰρ μικρὸν οὕτως ἤγετο τῇ ἐκείνου βασιλείᾳ προστεθῆναι τοιοῦτον κατόρθωμα. καὶ δὴ μεγίστης ἑορτῆς ἄγων ἡμέραν ἐκείνην, μετημφιάζετο μὲν πρὸς τὸ μεγαλειότερον, συνεκάλει δὲ τοὺς συννησομένους, καὶ αὐτοὺς ὡς εἰκὸς ἐστολισμένους ποικίλοις, καὶ αφίσι δημηγορῶν συνήδετο, μηδὲ τοὺς πόρρω κενοὺς ἀφιεὶς ἡδονῆς, ἀλλά γε καὶ πρὸς ἐκείνους χράμματα πέμπων συνεκάλει πάντας πρὸς εὐχαριστίαν τοῦ κρείττονος. (30) "οἴδατε" λέγων πρὸς τοὺς παρόντας, P 99 "ἄνδρες βασιλείας ὑπήκοοι τῆς Ῥωμαίων, ὅσοι τε μεγιστᾶνες καὶ ἡμῖν πρὸς αἵματος καὶ ὅσοι τοῦ πλήθους, ὅπως πάλαι τοῦ θείου μηνίσαντος ἀνέμοις ἐξώσταις οἷον τοῖς Ἰταλοῖς ἐξώσθησαν τῆς πατρίδος οἱ ἡμέτεροι πρόγονοι, καὶ ὡς εἰς στενὸν τὰ τῆς ἐκείνων ἀρχῆς κατηντήκεσαν. καὶ παρεῶ τὰ πάλαι, ὅτε ἡ τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴ πρὸς ἕω μὲν Εὐφράτῃ καὶ Τιγριδι, πρὸς δύσιν B δὲ Σικελίᾳ καὶ τοῖς πρόσω Πουλίας ὡρίζετο, Αἰθίοπας δ' εἶχε πρὸς νότον καὶ πρὸς βορρᾶν τὰ προσάρκτια. ἀφίημι ταῦτα. ἀλλ' οἴδατε πάντως ἀκούοντες ὡς ταύτης δὴ τῆς θαλάσσης ἐντὸς πρὸς ἤπειρον οὐ δυοῖν καὶ τριῶν ἡμερῶν, ἀλλ' ἔστιν ὅπου καὶ δέκα καὶ τούτων πλέον τόπου διάστημα παρὰ τῶν ἡμετέρων C

16. Σικελίας P.

bitavit imperator, sed omnino iam persuasus plura et maiora quam promiserat est primo nuntio largitus. ac ducem quidem facti auctoremque successus gratiis et laudibus quam potuit amplissimis prosecutus est: non enim existimabat parvum ornamentum imperio suo additum facinore tam illustri. itaque diem illum festum egit solemnitate summa: quippe sumptis ipse magnificentissimis vestibus ad proceres celebrandi causa communis gaudii ad se vocatos, splendido et ipsos varioque insignes ornatu, gratulatoriam orationem habuit. ac ne absentes quidem eius voluptatis expertes passus, scriptis et quoquo versum missis eiusdem cum oratione sententiae literis cunctos ad agendas deo gratias publiceque laetandum adhortatus est, (30) "nostis" inquiens ad praesentes, "viri Romano imperio subditi, quique optimates nobisque consanguinitate iuncti, caeteraque multitudo huc adestis, nostis, inquam, ut olim deo irato ab Italis, velut ventis quibusdam vehementibus, maiores nostri expulsi patria fuerint et in artum contrusa ditio eorum. ac vetera praetereo illa, quando Romanum imperium ab ortu quidem Euphratem ac Tigrim limites habuit, ab occasu vero Siciliam et hac ulteriorem Apuliam, in meridiem processit usque ad Aethiopas, versus septentrionem usque ad admotas polo regiones. omitto illa, tantum obiter memorans quae fando audita cognovistis, intra illud mare versus continentem non solum quantum bidui aut tridui cursu emetiri spatium potest, sed quantum decem et eo plus diebus, in nostrorum fuisse potestate, praeter omnes insulas, in quibus quaedam

www.libtool.com.cn

τότε κατείχετο, χωρὶς ἁπασῶν νήσων, καὶ τῶν μεγίστων. ἀλλὰ θεοῦ θέλοντος, ἢ μᾶλλον παραχωροῦντος κατ' εἴσπραξιν τῶν εἰς ἐκεῖνον πλημμελημάτων, αὐτῆς ὡσανεί τινος καρδίας τῆς πατρίδος παθούσης συνενεκρώθησαν πάντα, καὶ τὰ μὲν Ἰταλοὶ τὰ δὲ Πέρσαι Βούλγαροί τε καὶ Τριβαλλοὶ καὶ πάντες ἄλλοι διε-
D μερίσαντο, ἔστι δ' ἃ καὶ Ῥωμαῖοι τῇ βασιλείᾳ ὑπήκοοι νοσφισάμενοι καθ' αὑτοὺς ἦσαν δεσπόζοντες. τὰ δέ γ' ἡμέτερα Νικαίᾳ καὶ Προύσῃ καὶ τρίτῃ Φιλαδελφείᾳ καὶ τοῖς πέριξ διεγνωρίζοντο. τὰ μὲν οὖν ἄλλα πῶς καὶ αὖθις ἀνεζωώθησαν, καί γε ἀναζωοῦνται κατὰ μικρὸν ἐλεοῦντος πάλιν τοῦ θείου, τί χρὴ καὶ λέγειν; πλὴν ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἦν ἀσφαλῶς ἔχειν λειπούσης τῆς βασιλίδος. ποῖος γὰρ ἡμῖν οὐ προσκρούων ὠνείδισεν, εἴ που καὶ διεπρεσβευσάμεθα, ὡς ἀπόλισι καὶ πόρρω τοῦ βασιλείου θρόνου
P 100 κατ' ἀνάγκην διάγουσιν; ἄστρασι τοίνυν τὴν πατρίδα διασημαινομένους ζητεῖν τὰ λοιπά, καὶ ἀνακαλεῖσθαι παρὰ τῶν κατεχόντων, μηδ' εἶναι τὴν ἀγωγὴν εὔλογον. καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῶν πρὸ ἡμῶν βασιλέων πολλὰ πονεσάντων, οὐκ ὀλίγα δὲ καὶ ἡμῶν πρότριτα παθόντων, οὐδὲν ἠνύσθη. τὸ γὰρ καὶ φυλαττομένης πόλεως εἰς κενὸν ἀγρυπνεῖν, καὶ εἰς χεῖρας κειμένης αὖθις γενέσθαι εἰς μάτην τοὺς πειρωμένους πονεῖν, θεοῦ ἐστὶ μάλιστα,

sunt amplissimae. caeterum deo volente, aut potius permittente in ultionem iniuriarum ipsi factarum, cum ipsa rerum principe nostra patria, velut corde imperii, clade ultima oppressa, cuncta pariter reipublicae membra letali quasi morbo elanguerunt, dum eorum quaedam Itali, alia Persae Bulgari Triballi caeteraeque omnes gentes barbarae inter sese partirentur. fuerunt et nonnulla quae ipsi Romano imperio, cui erant subditi, rebelles avulsa et seorsim tracta dominorum nomine tenerent. nostrae vero res Nicaea Prusa tertiaque Philadelphia cum terris adiacentibus definiebantur. et alia quidem ut rursus revixerint (nam paulatim deo miserante revaluerunt) quid attinet dicere? verum ne haec quidem vel servata vel recuperata secura nobis et certa esse poterant, quamdiu principe urbe carebamus. quotus enim quisque legatos nostros, si quos rerum repetendarum causa mittebamus, non irrisos convicio repellebat tanquam ab exulibus missos patria electis et procul ab imperii sede necessario degentibus. quare illos qui domesticos lares, hostibus insessos, designare ubi tandem essent nonnisi geographico radio ex ratione astrorum quibus essent suppositi valerent, incongruum absurdumque esse reliqua tanto minus praecipua imperii membra a detinentibus reposcere. qui maxime nodus ne ante nos imperantium multi et magni labores quidquam admodum proficerent obstitit, idem nostros quoque non paucos pro nostrae facultatis modulo his retro diebus tentatos conatus cassos effectu reddidit. quod porro novissime nunc accidit, multos acresque custodes amplissimae opulentissimaeque civitatis frustra vigilasse, et hostium reducem exercitum rei dum adhuc gerebatur supervenientem, recipere illam rursus eiiciendo paucos e nostris qui in eam penetrarant nequidquam co-

www.libtool.com.cn

θεοῦ, ὃς οἶδε καὶ τὴν εἰς κίνδυνον νομιζομένην κεῖσθαι φυλάττειν B
ἀφύλακτον οὖσαν, καὶ τὴν ἰσχυροῖς ὁπλίταις ὠχυρωμένην ἐγκαταλείπειν εἰς χεῖρας πίπτειν τῶν πολεμίων. τὸ γὰρ πολλὰ καὶ μεγάλα πραγματευσαμένους περὶ αὐτῆς, καὶ διὰ τοσούτων πε-
ραιωθέντας δεινῶν, μηδὲν ἐξανύειν πολλαπλασίους ὄντας τῶν ἐνοικούντων, δεικνύντος θεοῦ ἦν ὡς ἔργον ἐκείνου καὶ μόνου ἐξ ἑλέους ἔσται τὸ δοῦναι, οὗ δὴ καὶ τὸ λαβεῖν ἐπιστεύετο. ἔφθασε τοίνυν ἡ τῆς εὐσπλαγχνίας κυρία, καὶ ξένον, ἡμῶν βασιλευόντων τῶν τίς ἂν εἴποι ἀγαθὸν ἐχόντων. καὶ δὴ εὐχαριστεῖν ἐστὶ C
δίκαιον ἀπολαβόντας τὴν πατρίδα, καί γε ἐλπίζειν, ὥσπερ κατασεισούσης ταύτης συγκατέπιπτον τὰ λοιπά, οὕτως ἀνακληθείσης αὐτῆς οὐκ ἔστιν ὅπως οὐκ ἀνακληθήσεσθαι ταῦτα. ἡ γὰρ παλίμπους περιστήσεται δίκη, καὶ πολλῶν πρὶν φρυαττομένων αἰχίνες (σὺν θεῷ εἰρήσθω) καθυποκλιθήσονται πρὸς τὸ ταπει-
νότερον. εἰ μὲν οὖν οἱ πατέρες ἡμῶν οὐκ εἶδον τὸ τοῦ θεοῦ ἔλεος, ἀλλ' ἡμῖν ἰδεῖν γέγονεν, υἱοῖς ἐκείνων γε οὖσιν· οὐ γὰρ προσώποις ἀλλὰ γένεσιν ἐς τὰ μάλιστα καὶ τὴν εὐεργεσίαν καὶ τὴν D

7. τὸ δοῦναι] τοῦ δ. P. 9. τίς] τί τις?

natos esse, dei profecto potissimum opus est, qui novit et periclitari visam, utcunque destitutam praesidio, custodire civitatem, et eandem validissimis armatorum defensam cohortibus, in manus hostium tradere cum libet. nam quod nuper contigit, ut eandem nos urbem traiecto tot aerumnis et laboribus freto validissimis et omnium eius incolarum ingentem licet multitudinem numero longe superantibus oppugnantes copiis re infecta recedere cogeremur, quid aliud fuit quam dei admonitio declarantis suum id solius opus esse suae misericordiae reservatum, dare quando et cui dignabitur tantum istud decus regiae recuperandae civitatis. istius ergo diu suspiratae misericordiae momentum ecce nunc beatum et fortunata dies illuxit, nobis, quod mirum est, imperantibus, qui nihil in nobis boni agnoscimus quo tantum beneficium mereremur. quare totos nos in gratiarum actiones effundere iustum est recepta patria; fas etiam sperare, sicut ea quondam cadente caetera pari ruina conciderunt, ita eadem in pristinum modo revocata statum reliqua similiter quae afflicta fuerant in fortunam restituenda meliorem. nam divinum nos protegens iniuriasque nobis factas ulciscens iudicium, quod a nostris quasi partibus deficiens nos deseruisse videbatur, iterum ex hoc principio vim suam in nostrum patrocinium seque favens ac propitium nostrae causae adiungit. quare plurium istorum nos superbe prius despicientium illae arduae indomitaeque cervices (dei fretus auxilio sic loquor) frangentur inflectenturque, velint nolint, in subiectionem demississimam. haec felicitas servabatur nobis, ut usu visuque experiremur gratiam miserantis dei: patribus nostris tanti fructus gaudii negatus est, nobis utique filiis eorum abunde nunc cumulateque repraesentatus. non enim personis singulis, sed generibus statae vices alternis commeantium in vitam hominum beneficiorum et suppliciorum divinae providentiae reddi solent. hoc ita factum

www.libtool.com.cn

τιμωρίαν τοῦ θεοῦ γενέσθαι. τοῦτ' ἐπράχθη καὶ ἐπὶ τῶν πάλαι. καὶ τοῖς πατράσιν ἐπαγγειλάμενος τὴν ἀγαθὴν γῆν ἐκείνην τὴν πάλαι προαγγελθεῖσαν τῷ Ἀβραάμ, ὡς αὐτίκα τῆς Αἰγύπτου ἀπαλλαγεῖσι λῃψομένοις ἐκείνην, ὃ δὲ ἐκείνων μὲν ἐπὶ τῆς ἐρήμου πεσεῖν τὰ ὀστᾶ παρεσκεύασε, τοῖς δ' υἱέσι πληροῖ τὴν ἐπαγ-
E γελίαν, καὶ οὐ διέπεσεν ἡ ὑπόσχεσις. οὕτω δικαίοις μέτροις καὶ σταθμοῖς αἱ θεῖαι πράξεις οἰκονομοῦνται. καιρὸς γοῦν μετοικεῖν προστάσσοντος τοῦ θεοῦ, οὐ σκιαδείοις ἐκ φύλλων ἐν λαμπήναις (ταῦτα γὰρ ἦσαν τὸ πάλαι) ἀλλὰ σκεπομένοις χάριτι τοῦ θεοῦ. καὶ δὴ ἐξ αὐτῆς ἅμα πεμπέτω τις τῶν ἀρχόντων, καὶ λαμβανέτω
τοὺς οἴκους οἳ πανοικεὶ κατοικήσει. εἰ μὲν συμβαίνοι τοὺς πατρίους εἶναι καὶ τοὺς τοῦ γένους περιόντας ἔτι, εὖ ἂν σχήσοι· εἰ δ' οὖν, ἀλλά τις ἐκλεγέσθω τοὺς ἁρμοδίους. ἐχρῆν γὰρ θεοῦ
P 101 διδόντος τὴν χάριν κατὰ νόμους ἐκείνου ποιεῖν καὶ προσφιλοτιμεῖσθαι τὸ μέρος ἑκάστῳ. οὐδὲ γὰρ ἡμῖν μόνοις ἀλλὰ καὶ ὑμῖν
δίκαιον ἡγεῖσθαι τὸ θεῖον χαρίζεσθαι· καὶ ὥσπερ τὸ ἀπερρῖφθαι κοινὸν τὸ τῆς ὀργῆς ἅμα πίνουσι κόνδυ, οὕτω καὶ τὸ ἐπανακαλεῖσθαι καθολικὸν τὴν εὐεργεσίαν λαμβάνουσιν. ἔψονται δ' ἐφε-

3. τῆς] τοῖς P.

cernere licet et in antiquis. nam promissam patribus felicem terram, dudum praenuntiatam Abrahamo tanquam statim dandam liberatis ex Aegypto ipsius posteris, hi quidem non acceperunt in deserto mortui, sed eorum ossibus peregre relictis feliciores illorum filii desponsa non singulis quibusvis capitibus sed universim Israeliticae genti hereditate adeunda fidem vaticiniorum liberarunt, splendideque demonstrarunt haud excidisse ac ad extremum cassa eventu remansisse quae deus praedixerat. sic iustis mensuris aequisque ponderibus divinae semper dispensantur operationes. tempus igitur nunc est iubente deo, ut non umbraculis foliorum aut ramorum attegiis protecti pompam curulibus tabernaculis festam traducamus (id erat veteris iam antiquati moris), sed ornati dei gratia celebremus laetitiam quam ipse fecit. atque adeo iam nunc praemittatur in urbem aliquis principum metator domorum avitarum, in quas sumus migraturi. et siquidem illas ipsas quas patres incoluerunt hereditario cuique iure debitas idoneas repererit, bene habebit: sin vero, quascumque aptas inveniet, paret pro tempore. decet enim nos tam singulari dei beneficio affectos legitimas ei in ipsa illa quam liberalissime concessit ecclesiae et imperii metropoli gratias agere, ac cum eo, ut divina lex iubet, in sua quemque postliminio reducere. non enim nobis solis, sed vobis etiam et vestrum viritim singulis gratificari hoc miro eventu deum voluisse putandum est. quin sicut communiter ad omnes imperantes iuxta subditosque pertinuit expulsionis e patria calamitas, atque in calice irae dei per omnes circumlato partem quisque suam amarae potionis hausit, ita convenit ut conversae in melius sortis et exuberantis inde laetitiae sensu omnes perfundantur. post primos qui illuc remigraverint, sequentur eodem suo deinde ordine reliqui. et sic iterum exhausta replebuntur, uno-

www.libtool.com.cn

ξῆς ἄλλοι, καὶ οὕτω πάλιν τὸ κενωθὲν ἀναπληρωθήσεται, πόλιν ἀντὶ πολιχνίων αἱρουμένων, τὴν ὄνομα ἔχουσαν τῶν ἀνωνύμων καὶ εὐτελῶν. οὐ μὴν δὲ καὶ καταφρονητέον τῶν τῇδε· ἀσφάλεια γὰρ τῶν ἐντὸς μεγίστη, εἰ τὰ κύκλῳ φεύγοι τὸν σάλον. B ταῦτα δὲ τὸν σάλον φευξοῦνται πολυωρούντων τῶν οἰκητόρων ὅμα τοῖς πεμπομένοις ἄρχουσιν. ἀλλὰ τὰ μὲν κατὰ καιρὸν καὶ λεχθήσονται καὶ πραχθήσονται θεοῦ συναιρομένου δι' ἔλεος· νῦν δ' ἄγε κἀκείνοις δι' ὧν ἐπεμετρήθη ἡμῖν ἡ χάρις (καὶ γὰρ δίκαιον) γράφοντες τὰ εἰκότα δείξωμεν χάριν σφίσιν εἰδότες μετὰ θεόν." τῷ τοι καὶ ἐκ τοῦ παραχρῆμα κελεύει γραφῆναι τὰ χαριστήρια, ἐκλέγεται δὲ καὶ οἷς ἂν πεμφθεῖσι τὴν κληροδότησιν C ἐπιπρέψοι τῶν μεγιστάνων. τοῖς γὰρ πολλοῖς γε καὶ ἀνεβάλλετο τὸ διδόναι, καὶ πρόφασις ἐκείνῳ τὸ διὰ σπάθης ἑλόντος μηδένα εἶναι τὸν δικαίως ἂν τῶν ἰδίων, εἴ που παρεῖεν, ἐπὶ τῆς πόλεως ἀνθεξόμενον. περιῆσαν γὰρ ἔτι οὐκ ὀλίγα καὶ τῶν τυχόντων, ἐν ὀκτὼ μόνοις πρὸς τοῖς πεντήκοντα ἔτεσι κατεχομένης τῆς πόλεως τοῖς ἐχθροῖς. ἐν οἷς καὶ πάντα ἂν περιῆσαν, εἶγε εἰρήνην

8. κἀκείνους P.

quoque, ut par est, praeoptaturo in urbe quam in municipiis degere, et regiae inclytaeque splendorem civitatis obscurorum et sine nomine oppidulorum angustiis et sordibus praeferre. non tamen haec ubi nunc sumus spernenda aut penitus relinquenda sunt. nam ut media tuta sint, circumiecta sunt tuenda; nec potest securitas intus esse, si exteriora in tumultu sint. providebitur autem ut haec in pace contineantur, tum colonorum hic relictorum et sua curantium fida custodia, tum adiuvante atque invigilante providentia magistratuum ex urbe mittendorum. sed haec suo tempore edicentur agenturque, deo pro sua misericordia nobis adfuturo: nunc, age, illis quibus ad tantum nobis largiendum bonum divina beneficentia ministris usa est, grates rependamus, quas par et aequum est iis referri quibus secundum deum debetur a nobis plurimum." sub hoc confestim praecepit conscribi authentico diplomate decreta victoribus praemia: elegit etiam e proceribus quos ad urbem missos ibi praeesse iuberet distributioni domuum et terrarum, et si qua residua e bonis caeteris erant, optimatum cuique faciendae rerum ad ipsos ex paterna avitave successione hereditario iure pertinentium. optimatibus autem nunc quidem solis in eo genere providit: plebi pariter consulere distulit, in animo habens id prorsus omittere, nullo se ad id adstringi iustitiae officio existimans, quod urbem vi et armis receptam ex hoste, iure belli spectare in solidum ad principem et in praedam ac fructum victoriae cedere aequum esse duceret; quo nomine quaestum haud modicum fecit. supererant enim adhuc e bonis privatorum et hominum e vulgo a dominis antiquis agnoscibilia non pauca, ut in civitate octo et quinquaginta solum annis ab hostibus detenta. in qua plura etiam atque adeo cuncta servanda et in primo statu fuisse relinquenda verisimile est, si principes qui post urbem a Latinis captam Romanae rei praefuerunt, pace cum

www.libtool.com.cn

εἶχον πρὸς ἐκείνους οἱ βασιλεῖς· εἰ γὰρ μὴ τῶν ἐπιτηδείων ἐκ τῶν
D συχνῶν μαχῶν ἐν σπάνει ἐγένοντο, οὐκ ἂν καὶ τῶν θαυμαστῶν
ναῶν ἥπτοντο. πλὴν τὰ ξένα κατέχοντες, καὶ αἰὲν ἐν δειλίᾳ
ὄντες τοῦ ἐξωσθῆναι τῶν μὴ σφίσι προσηκόντων, ἔσπευδον ἄλ-
λος ἄλλο τι εἰς χεῖρας τὸ ἀλλότριον ἔχων ὑποσπᾶν τε καὶ ὑποκλέ-
πτειν, ὡς ἐπὶ πολὺ μὴ ἔξων.

Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς ταῦτ' εἰπών τε καὶ πράξας διὰ ταχέων
ἀπέστελλε πρὸς τὸν Καίσαρα, οὔθ' ἅπαξ ἕνα οὔτε τοὺς πάντας
E ἅμα, ἀλλὰ συχνοὺς καθ' ἡμέραν ἄλλους ἐπ' ἄλλοις, ἅμα μὲν
πλειστάκις πρὸς ἐκείνου ζητῶν μανθάνειν περὶ ἑκάστων, ἅμα
δ' ἐπιτάττων καὶ καθιστάναι τάχει, ὡς μετ' οὐ πολὺ κἀκεῖνος
σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐπιδημήσων· εὐτρεπίζεσθαι γὰρ καὶ τὰ τῶν
παλατίων προσέταττεν. οἱ δέ γε μεγιστᾶνες καὶ αὐτοὶ καθ' ἕνα
τὸν οἰκεῖον ἀπέστελλον ὡς αἰτήσοντάς τε καὶ ληψομένους τὰς οἰ-
κίας· μηδὲ γὰρ καὶ αὖθις εἶναι βραδύνειν βασιλέως κινηθέντος.
ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἐπιστάντες, καθὼς ἕκαστος εἶχε, τοῖς προστε-
P 102 ταγμένοις προσεῖχον. ὁ Καῖσάρ τε διένεμε τοὺς οἴκους τοῖς τε
προσώποις καὶ ταῖς ἀξίαις προσηκόντως. ἅμα δὲ καὶ διὰ σπου-

17. *Καῖσάρ τε*] K. δὲ?

ipsis facta, quietos illos ac securos reliquissent. nam nisi ex crebris bellis penuria urgeret, continuissent utique a templis sanctissimis rapaces manus. verum exteri raptores magnae nec spe secura possessae incubantes praedae, utique assidue circumsonantibus minis insultibusque repetentium et ex urbe ipsos pellere conantium, fecerunt quod solent qui rerum alienarum brevem modo furtivamque nacti usuram iis non ut suis ac propriis parcunt, sed mox sibi extorquendas arbitrati, interim dum licet iis abutuntur veluti mox auferendis et profuturis hosti, quod praevertere subtrahendo ac pro se quisque diripiendo prudens consilium putabant.

His dictis et actis imperator misit ad Caesarem quam celerrime non unum semel aut omnes una, sed multos quotidie alios super alios, simul ut quam saepissime, mutuis expeditis ab eo nuntiis, certior fieret de singulis quae ibi erant aut fiebant; simul ista mandatorum frequentia efficacius urgendum Caesarem ratus ad praeparanda in urbe, quod maxime volebat, cuncta proximae suae isthuc migrationi cum familia et comitatu imperatorio. quamobrem peculiariter praescripserat purgari adornarique palatia in quibus veteres imperatores habitassent. optimates pariter pro se quisque familiarem aliquem mittebant propria ibi cuiusque curaturos, petendo scilicet recipiendoque avitas ipsorum aedes et ad proximam habitationem instruendo, providentes haud sibi fas fore cunctari differreque reditum in urbem, quando imperator, quod mox facturum cernebant, eo iter intendisset. porro qui publice aut privatim adornandis illic cunctis praefecti erant, strenue atque attente negotium curabant; et Caesar dividebat domos personis et dignitatibus, prout cuique conveniebat. in quo urgendo, uti et caeteris simul eius loci ac temporis curis, ita occupaba-

www.libtool.com.cn

δῆς συνεχοῦς εἶχε, μηδ' ἀναπνεῖν ἐώμενος ταῖς φροντίσιν, ἡμέρας μὲν καθιστᾶν τὸ πλῆθος, Ῥωμαίοις μὲν πιστεύων, Ἰταλοὺς δ' ὑποπτεύων. ἦν γὰρ ἐνσεσωρευμένον πλῆθος, ξύγκλυδες ἄλλως καὶ ἀπόλεμοι ἄνδρες, ταῖς χειρὸς ἐργασίαις προσέχοντες· ὅμως δὲ καὶ τὴν τούτων ὁρμὴν ὡς ἐπιθησομένων τὸ [γὰρ] τοῦ γένους ἀλλότριον, τό τ' ἐξ ὑπογύου γυμνωθῆναι τῶν ὄντων, B καὶ πρὸς τὸ νεωτερίσειν ἕτοιμως ἂν ἔχειν ὡς οὐ πολλῶν τῶν ἀντιστησομένων ὄντων, ἅμα δὲ καὶ μὴ ἀτρεμούντων ἔτι, ἔπειθε δεδιέναι. ταῦτ' ἐν νῷ βαλλόμενος ἡμέρας μὲν διὰ μελέτης εἶχε κατασπέλλειν τὸ πλῆθος, φόβον ἐμποιῶν, νυκτὸς δὲ διατάττων τοὺς διατρέχοντας, καὶ νυκτεπάρχου τρόπον ἀγυιὰν ἑκάστην προσιερευνῶν, μὴ κακὸς ἔξω πλανῷτο· πανταχοῦ γὰρ ἐκέκλαστο C καὶ τὸ τεῖχος, ᾧ δὴ τοιαῦτα πράττειν ἦν βουλομένῳ. ἀλλὰ καθ' ἡμέραν ἐπισωρευόμενοι πλείους ἔξωθεν ξυνδιέφερον μὲν τὰς φροντίδας ἐκείνῳ, ἐν ἀφοβίᾳ δὲ τοὺς ἡμετέρους καθίστων.

31. Ὁ δὲ βασιλεὺς συνταξάμενος ὅσον ἦν τὸ περὶ αὐτόν, P 103 ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ καὶ τὴν Ἀὐγούσταν, ἔτι δὲ καὶ τὸ νεογιλὸν θάλλος τὸν ἐξ ἐκείνου Ἀνδρόνικον, οὗ δὴ καὶ τῇ προσηγορίᾳ τὸν πατέρα οὐκέτ' ὄντα ἐτίμα, οὗ τὴν μνήμην ὡς φιλοπάτωρ καὶ

5. γὰρ expunxerim. 7. πολλοῖς P.

tur ut respirandi vix spatium haberet, per dies quidem intentus continendae multitudini urbanae; quae cum e Romanis Italisque constaret, illis fidebat, hos ut suspectos observabat. erat autem magna vis confertae plebis collectitii generis, vulgus plerumque imbelle, parando manu victui variis artificiis attendens. tamen et ab his cavebat, utpote qui si efferati vim pararent (quo ut traherentur exteri de statu incerti, ne mox spoliarentur metuentes, pronum erat), vel ipso numero formidabiles erant, cum armati non sat multi ad manum essent qui eis opponerentur; quare utcunque acquiescere praesenti sorti videbantur, non tamen de iis securus Caesar erat, sed eventus incertos reputans, per diem quidem (ut dicere coepi) sedulam dabat operam compescendis turbis et coitioni disturbandae plurimorum; quod assequebatur plateas obiens cum idoneo armatorum comitatu, ac circumferenda per urbem terrifica sui specie, metum utilem incutiens: per noctem rursus vigilum cohortes cursare per vicos omnes, fora et angiportus obire cunctos iubens, scrutarique diligenter numquis uspiam domo egressus aut in urbem per hiatus murorum, qui multi undique patebant et facilem dabant aditum, ingressus vagaretur. caeterum quotidie fugientes conferti, quo quisque posset, ex illa quam dixi collectitia multitudine plurimi parte solicitudinis Caesarem levabant, securioresque reddebant nostros.

31. At imperator satis iam omnibus compositis, universum quem secum habebat procerum ac familiarium comitatum ducens, Augustam quoque suam coniugem et regiae stirpis tenerum surculum ex ea susceptum Andronicum, cui tali tribuendo nomine honorare studuerat patris sui Andronici dudum mortui memoriam, per quam etiam quadam ostena-

www.libtool.com.cn

ἐνόρκιον ἐφ' ἑκάστῳ ἐτίθει, τὸν μέγαν ἐπὶ γλώττης φέρων δομέστικον, καὶ τὴν τῆς Αὐγούστης μητέρα, ἣν μεγάλην κυρίαν κατὰ
B τιμὴν ὠνόμαζον οἱ πολλοί, συνάμα τῇ γερουσίᾳ πάσῃ καὶ τῇ συγκλήτῳ τὴν ἐπὶ τῆς πόλεως ὦδευε, καὶ δὴ περαιωσάμενος τὸν Ἑλλήσποντον ἐκεῖθεν ἐχώρει πρὸς τὸ Βυζάντιον. ἐλθὼν δὲ καὶ τὴν Χρυσέαν πύλην κατειληφώς, ἐκεῖ καθήμενος ἐφ' ἡμέραις τὴν εἰς πόλιν εἴσοδον, ὅπως θεοφιλῶς ἅμα καὶ μεγαλοπρεπῶς γένοιτο, ἀνεσκόπει τε καὶ συνέταττε. καὶ δὴ πέμψας ἄγει ἐκ τῆς
C μονῆς τοῦ Παντοκράτορος τὴν σεβασμίαν εἰκόνα τῆς ἁγνῆς θεομήτορος, ἣν λόγος ἔργον μὲν εἶναι τοῦ θείου Λουκᾶ, ἐκεῖσέ που παρούσης κἀκείνης καὶ θεωμένης, δῶρον δὲ μετὰ ταῦτα γενέσθαι Πουλχερίᾳ τῇ βασιλίδι παρὰ τῆς νύμφης αὐτῆς Εὐδοκίας τῆς ἐξ Ἀθηνῶν καὶ δεσποίνης, καὶ δῶρον ἀξιόχρεων ὄντως ἐκ Παλαιστίνης ἀποσταλέν. ὑπὸ δὴ ταύτῃ ὁδηγῷ γε οὔσῃ, δι' ἧς ἐπεπιστεύκει καὶ ἀπολήψεσθαι, εἰσελαύνων τὴν πόλιν ἀποχρώντως
D ἠγείτο οἱ ἔχειν τὴν εἰς ἐκείνην ἀπονέμειν χάριν. ἔταττε δὲ καὶ τῶν ἐκεῖσε ἀρχιερέων ἕνα, τὸν τῆς Κυζίκου Γεώργιον, τὴν στολὴν ὑπενδύντα τὰ τῆς εὐχῆς ἄγειν καὶ τὴν ὑπὲρ τῶν πραττομένων εὐχαριστίαν ἀποπληροῦν. ἠνοίκτο τοίνυν ἡ Χρυσέα πύλη χρονία, καὶ ἀρχιερεὺς τῆς εὐχῆς ἐξῆρχεν. ὁ μέντοι γε βασιλεὺς καὶ πᾶν τὸ περὶ αὐτὸν σχολαίῳ ποδὶ καὶ ἀνατεταμένῃ διανοίᾳ

tatione filialis pietatis vulgo iurare consueverat, cum quid affirmaret, magnum domesticum passim in ore habens, et Augustae matrem, quam magnam dominam plerique honoris causa nominabant, denique cum maioribus natu cunctis et universo senatu in urbem iter arripuit, ac traiecto Hellesponto processit inde versus Byzantium; quo perveniens et ad Auream delatus portam ibi per aliquot dies substitit, sedulo providens et mandatis opportunis curans ut in ea, qua parabat in regiam civitatem invehi, triumphali pompa nihil ad religionis sanctitatem, nihil ad splendorem magnificentiae posset desiderari. inter caetera iussit afferri ex monasterio Pantocratoris sacram imaginem intemeratae dei matris, quam aiunt opus esse divi Lucae, eius penicillo ac manu e vivente coramque spectata deipara expressum, missum deinde ad Pulcheriam Augustam ab huius fratria domina Eudocia Atheniensi ex Palaestina, donum plane mittente et accipiente dignum. hac duce praeeunte ingrediendo civitatem quam eius beneficio sibi apertam traditamque crederet, putabat se testaturum satis cui tanti successus gratiam deberet, et sic quantum posset officium grati animi patronae tam liberali repensurum. iussit praeterea unum e praesulibus qui aderant, Georgium Cyzicenum, stola induta solemnem precationem praeire ac conveniente praesenti gaudio gratiarum actione rite defungi. tum denique, postquam diu clausa permanserat, subito aperta est porta Aurea, et antistes orationem inchoavit, quando imperator et universus eius comitatus gravi et tardo incessu, mente vero

www.libtool.com.cn

μεθ' ὅτι πλείστης τῆς πρὸς θεὸν ἀνθομολογήσεως τὴν πόλιν εἰσ- E
έρχεται, πεζῇ βαδίζων καὶ τὸ τῆς βασιλείας σοβαρὸν ὡς μὴ τοι-
αύτῃ τελετῇ πρέπον συνόλως ἀποτιθέμενος. ἦν δὲ τότε καὶ τὸ
τῆς ἡμέρας μεσημβρινὸν τοῦ μετρίου πλέον ἐκκαῖον, τοῦ ἡλίου
κατὰ κορυφὴν ἱσταμένου, καὶ ἡ τῶν συνειλεγμένων προθυμία
πρὸς τὸ πνῖγος διεφιλονείκει, ὡς εἴ τι καὶ συμβαίη καταληψομέ- P 104
νων συνάμα τῷ βασιλεῖ τὸ μέγα παλάτιον. τὸ γὰρ τῶν Βλαχερ-
νῶν οὐκ εὐπρεπῶς ἦν ἔχειν πρὸς τὴν τῶν βασιλέων κατοίκησιν·
ἔγεμε γὰρ καπνοῦ καὶ λιγνύος Ἰταλικῆς, ἣν οἱ τοῦ Βαλδουΐνου
διαταλευταὶ ἐκ πολλῆς τῆς ἰδιωτείας ἐκείνου τοῖς τῶν ἀνακτόρων
τοίχοις προσέπαττον, ὡς ἔργον εἶναι τὴν ἐκείνων κάθαρσιν. ἅμα
δ' ὅτι καὶ εἰς ἀσφάλειαν ἱκανῶς εἶχε βασιλεῦσι πρώτως ἐπιβᾶσι
πόλεως τῶν πραγμάτων τεταραγμένως ἐχούσης. τὸ μὲν οὖν ἡσυ- B
χία χαῖρον τοῦ δήμου, ἄρτι πρώτως βασιλέα Ῥωμαίων ἐν τοῖς
ἀνακτόροις θεώμενον, μεταβαλὸν τὴν ἔκπληξιν εἰς χαρὰν ἐν ἐλ-
πίσιν ἦν τοῦ λοιποῦ εὐπραγεῖν ὑπὸ τούτῳ βασιλευόμενον. δο-
κοῦσι δέ μοι πρὸς ἐκείνην τὴν ὄψιν καὶ οἱ κατὰ τὴν πόλιν Ἰταλοὶ
μεταβαλέσθαι ἂν καὶ ἀγαπᾶν οὕτω πραχθέντων (μηδὲ γὰρ ἀδο-
ξεῖν τοιούτῳ δουλεύοντας), εἰ μή γε ἡ κατὰ γένος κόρυζα εἰς

1. τῆς πόλεως P.

in deum penitus intenta, demississima professione summae gratiae a se pro tam insperata felicitate numini debitae, civitatem ingressus est pedibus ambulans, omni regiae maiestatis fastu velut tali ceremoniae non congruente prorsus deposito. erat tunc hora meridiana et summus diei fervor, sole supra verticem altissimo ignitos radios vibrante. tamen devota pompam celebrantium alacritas cum aestus incommodo certabat, unoquoque ipsorum, et Augusto prae ceteris, subire libenter parato si quid detrimenti valetudo pateretur ex ardentissimo coeli verticem insidentis meridie solis vapore tolerato, dum sic lento gressu ad magnum palatium feruntur, nondum apta ad imperatorem excipiendum regia Blachernarum propterea quod haec sordebat adhuc fumo plena nidoremque olens Italicum, parietibus illic passim fuligine inquinatis per Balduini coquos illita (ipso id haud digna principe negligentia fieri sinente), quae purgari nisi longiori tempore et laboriosiori opera nequiret. praeterea illa magni palatii visa est securior interim sedes futura principibus in urbem nondum plene pacatam ex tam diuturna hostili oppressione tunc primum ingressis. plebs porro quiete gaudens, viso tum primum in urbano palatio Romano imperatore, stupore in gaudium verso bene de caetero sperabat, proventura ex talis principis praesenti regimine laeta sibi cuncta confidens. mihi quoque videntur ipsi qui supererant in urbe Itali ad hanc speciem multo augustioris maiestatis aliquantum deliniri potuisse, ac non longe futuri fuisse ab acquiescendo praesenti fortunae, haud ignominiosum sibi ducentes tali principi subesse, nisi rancor ingenitus in contemptum potestatis homini non sui generis commissae traheret, praeser-

www.libtool.com.cn

C ὀλιγωρίαν ἐκύφου καὶ ἄλλως ἐξ ὑπογύου τὰ δεινὰ παθόντας. πλὴν τελεσθείσης τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἐπὶ κρότοις ἐπινικίοις καὶ θείοις ᾄσμασι, τὴν μὲν νύκτα φρουραῖς ἀσφαλέσι διείληπτο τὸ παλάτιον.

D 32. Πρωΐας δὲ ὅλος ἦν πρὸς βουλαῖς, ὅπως τε τὰ κατὰ τὴν πόλιν καταστήσας ὀχυρώσει φρουροῖς τὸ ἄστυ, καὶ ὅπως ἂν τοῖς δοκοῦσι τῶν Ἰταλικῶν γενῶν (οὗτοι δ' ἦσαν Γεννουῖταί τε καὶ Βενετικοὶ καὶ τρίτοι Πισσαῖοι) σοφῶς προσενεγκάμενος καὶ ὑφ' αὑτῷ ποιήσοι· οὕτω γὰρ ἂν αὐτῶν ὑποποιηθέντων, οἵων τ' ὄντων τὰ μέγιστα συγκροτεῖν ἐς ὅ τι καὶ ῥέψοιεν, τοὺς ἄλλους

E καὶ μὴ θέλοντας ἠρεμεῖν. ὅθεν καὶ προσκαλούμενος ἡμέρας ὅλης ἐχρημάτιζε τὰ εἰκότα, καὶ ταῖς τῶν ἐλπίδων ἀμείνοσιν ὑπέσπα τε τῆς πρὸς τοὺς ὁμογενεῖς οἰκειότητος καὶ κατ' ὀλίγον προσεποιεῖτο, καί γε τὰς ὁρμὰς σφίσι σοφῶς ταῖς χάρισιν ὑπετέμνετο. αἱ δ' ἦσαν ἐν καλῷ τε τῆς πόλεως κατοικεῖν ἀνέδην, τόσον τοῦ τόπου λαβόντας, καὶ τὴν σφίσιν συνήθη τάξιν ὑπ' ἄρχοντι πεμ-

P 105 πομένῳ παρὰ τοῦ κοινοῦ συνεδρίου τοῦ γένους αὐτῶν, ὃν καὶ ποτεστάτος ἐξουσιαστὴν εἴποι ἂν ἡ Ἑλλήνων γλῶσσα, νόμοις ἰδίοις προσέχοντας πολιτεύεσθαι, ἀτέλειαν δ' ἔχειν καὶ ἐλευθε-

18. ποτεστάτον? an paulo ante δε?

tim memores calamitatum recentis cladis, et peiora ex proclivi metuentes, alioqui superbos animos. caeterum consumpta tota ea die plausibus triumphalibus et festis canticis, per noctem sequentem valido praesidio palatium septum est.

32. Mane consecuto totum se imperator impendit consiliis et deliberationibus de optima ratione constituendae ac praesidiis firmandae civitatis, deque via ac modo conciliandi atque in partes, quoad posset fieri, trahendi praecipuos quosque Italici generis (hi erant Genuenses Veneti et tertii Pisani): nam si hos sibi devinxisset, spes erat vel pariter assensuros et quasi vi quadam, vellent nollent, attrahendos reliquos, vel si contumacia invicta in odio perstarent, exarmatos eorum discessione minus deinceps ad nocendum valituros et quieturos necessario caeteros. quare iis ad se vocatis alloquendis solidum sumpsit diem, idonea commemorans deliniendis ipsis, et spe commodorum cuique privatim oblatorum abducendis a communi universo Latinorum generi conspiratione in odium Graecorum. nec nihil proficiebat ista opera: sensim enim curabat feros, et saevos iratorum impetus beneficiis emolliendo frangebat. ipsis quippe indulgebat ut in bono urbis loco habitare secure possent, tantum loci occupantes quantum sibi sufficere putarent, sua ipsorum propria utentes disciplina, sub cura praefecti a concilio gentis publico missi, quem Potestatem ipsi vocant, nomine significante praetorem aut magistratum rerum iudicandarum et administrandarum auctoritate praeditum, propriis item obtemperantes legibus; praeterea ut essent im-

www.libtool.com.cn

ρίαν ἐφ' ἅπασι ναυσὶ χρωμένους καὶ μεταχειρίζοντας κατ' ἐμπειρίαν τὰ πράγματα. καὶ ταῦτα μὲν Γεννουΐταις τὰ ἐπαγγέλματα, Βενετικοῖς δὲ καὶ Πισσαίοις τὰ ὅμοια προσεφιλοτιμεῖτο, τοῖς μὲν ὑπὸ παϊοΐλῳ, ὃν Ἕλλην ἂν εἴποι ἐπίτροπον, τοῖς δὲ Πισσαίοις κονσούλῳ, ἐφόρῳ νόμοις τοῖς αὐτῶν χρωμένοις, πράτ- B τειν τε τὰ αὐτῶν ἀκωλύτως, ἐλευθέρως διαβιοῦντας. πλὴν τοῖς μὲν Γεννουΐταις οὐκ εἶχε πιστεύειν ἐντὸς περικεκλεισμένοις τοῦ ἄστεος, πολλοῖς γε οὖσι καὶ οὐ κατ' ἐκείνους ἀμφοτέρους συνάμα, ἐκείνους δ' ἠλαττωμένους τῷ πλήθει ἐντὸς κατέχων οὐκ ἤλγει. τὸ δ' οὖν διαιρεῖν τὰ γένη, καὶ τοῖς μὲν παροῦσι φιλικῶς ἔχειν, τοῖς δὲ καὶ ἀποῦσι πόρρωθεν δώροις ὑποχαλᾶν τὰς ὁρμάς, δεικνύντος ἦν ὡς δεδίοι τὴν ὁμαιχμίαν, καὶ μᾶλλον ὅτι Βαλ- C δουΐνος φυγαῖς χρησάμενος καὶ Καρούλῳ συμμίξας, ἀνδρὶ σοβαρῷ καὶ ὑπὲρ τὸ μέτριον φρονοῦντι, συνήλλαττε λαμβάνων ἐφ' υἱῷ τὴν ἐκείνου θυγατέρα καί οἱ ὡς ἕδνα τὴν πόλιν ἣν οὐκ εἶχε διδούς. ὃ δ' ἐλάμβανε καὶ μὴ ἔχοντος παρ' ἐκείνου, ἐλπίζων ὡς καταλήψαιτο στόλον ἐξαρτύσας.

33. Πρῶτον γοῦν τῶν ἐκείνου ἔργων ἐντὸς τοῦ πολίσμα- D τος τοὺς ἐποίκους εἰσάγειν τε καὶ οἰκίζειν, πρὸς τῇ θαλάσσῃ κα-

1. ἐμπορίαν? 4. μπαϊούλῳ? 9. ὑλακτουμένους P.

nunes ac prorsus liberi in omni ratione navigationis ac commercii, negotia solita ipsis industria gerentes. haec Genuensibus promissa, Venetis autem et Pisanis paria similiter ostentata sunt, nempe ut illi quidem sub Baiulo (vocabulo, si in Graecum interpreteris, praepositum sonante), Pisani autem sub Consule, quasi dicas ephoro aut aedile, legibus ipsorum quisque propriis uterentur, suasque res agerent prohibente nemine, libere per omnia viventes. caeterum Genuensibus satis fidere non poterat intra urbem degentibus, quod multi essent nec cum Pisanis et Venetis communiter viverent, sed suas sibi separatim res haberent; quos allatrari, cum apparerent, et plebis proscindi conviciis haud moleste ferebat, sic illos (quod sibi utile putabat) cohiberi ne facile prodirent, et intus detineri gaudens. ea porro industria tractandi separatim cum unaquaque gente, et praesentibus quidem benevolentiam exhibendi, procul vero absentium iras exarmandi donis missis et privilegiis indultis, eius erat qui ostenderet formidare se nationum harum consensum et conspirationem in communem expeditionem bellicam; quem illi magis admovebat intendebatque metum acceptus de Balduino nuntius, istum referens fuga delatum ad Carolum, praeferocem et magnorum spirituum virum, affinitatem cum eo contraxisse iungenda suo filio Caroli filia, imputata in patrimonium et maritalem dotem urbe Constantinopoli; quam licet qui assignabat non haberet, admisit nihilominus Carolus libenter, sperans se illam recepturum classe, quam ad id armabat, immissa.

33. Primum imperatoris urbem ingressi opus fuit suburbiorum inquilinos in urbem inducere, ad mare prius habitantes; secundum distri-

www.libtool.com.cn

τῳκισμένους τὸ πρότερον, δεύτερον κληροδοτεῖν τοῖς ἐν τέλει ἐκτός τε καὶ ἐντὸς πόλεως τόπους εἰς γεωργίαν, ἐξῃρημένης τῆς εἰς χάριν γονικευθείσης τοῖς θελήματαρίοις, τῆς ἐκείνων σπουδῆς καὶ εὐνοίας ἕνεκα, γῆς ἀγαθῆς εἰς καρποφορίαν καὶ ἀρετώσης εἰς πᾶν τὸ καταβαλλόμενον. ἔτι τ' ἀφοσιοῦν ταῖς μοναῖς ἑτέρας μάλα πιείρας. ἦν γὰρ αὐτῷ τὸ σπούδασμα καὶ ταύταις προσαρ-
P 106 μόττειν τὰς ἔξω, αἳ δὴ ὑπὸ πολλῷ πλούτῳ κατ' ἀνατολὴν παμπληθὲς αὐτάρκως ἔχουσαι τῶν ἐπιτηδείων συνίσταντο· οὕτω γὰρ ἐκεῖθεν καὶ ταύτας συνιστᾶν ἐγνώκει. τρίτον τοῖς συνειλεγμένοις ἐκδιδόναι τόπον ἐφ' ᾧ κτίζοιεν ἐπὶ τέλει. τὸ δὲ πρὸ τούτων καὶ μεῖζον, ἀρήγειν ἐπανηκούσαις πρὸς τὸ πρῶτον τὸ δοκεῖν μοναῖς εἶναι, ἀνακτίζειν τε καὶ τὸ πόλισμα πάνυ σπουδαίως τοὺς ἀπὸ στρατιωτῶν ἐλαφροὺς εἰσάγοντα. μηδὲ γὰρ ἠρεμήσειν οὓ-
B τως ἐξελαθέντας τοὺς πρὶν κατέχοντας, ἀλλὰ στόλῳ συνεπιθήσεσθαι. τῷ τοι καὶ στόλον ἐξήρτυε καὶ ἐναυπηγεῖτο, καὶ τοὺς προσελῶντας ἐκ τῶν χωρῶν καὶ εἰς χιλιάδας ἔταττε πλείους. ἄλλα τε πολλὰ κατέπραττε, τὰ μὲν κατὰ χρείαν τὰ δὲ καὶ κατ' ἔκπληξιν, προαναστέλλων τὰς ἐπιθέσεις.

buere optimatibus hereditaria bona intra et extra civitatem, domos et agros ad culturam, segregata tamen ea parte quam in gratiae loco eximie voluntariis reservaverat, praemium debitum studio et benevolentiae ipsorum: erat autem illa portio terrae optimae et in omni fructuum genere feracis. excepit et partes alias monasteriis valde pingues. erat autem ei in animo monasteria urbana iis quae multa extra urbem variis per Orientem locis visebantur ditia, et magnae multitudini alendae quod sufficeret habentia, coniungere, sic fore autumans ut ex alterorum copia alterorum inopiae subveniretur; quam optimam putabat monasteriorum urbis recte constituendorum rationem. statuit quoque ut evocatis ad urbem frequentandam assignarentur loca in quibus aedificarent, certo indicto vectigali quod fisco penderent. ante haec et aliud instituit maius memoratuque dignius, decernens videlicet ut ope ac favore regio iuvarentur conatus eorum qui antiqua monasteria desolata vel destructa restituere in pristinum splendorem curarent. incubuit etiam studio ingenti moenibus urbis instaurandis reficiendisque, qua hiarent aut labem facerent, imponendisque turribus ac propugnaculis ad custodiam manu promptis expeditisque militibus. satis enim intelligebat minime quieturos pulsos inde Italos, sed classe quamprimum armata venturos ad recuperationem tentandam sic amissae urbis. quare et ipse classi apparandae aedificandisque navibus operam impendit. et in navale ministerium e multitudine quae in urbem, ex quo erat recepta, concurrerat e cunctis undique regionibus, ad multa remigum millia centuriavit. plura quoque eius generis alia fecit, partim ad usum verum imminentis belli, partim ad speciem, speranus terrore ipso varii apparatus et ostentata inde confidentia se repressurum spes audaces inhiantium urbi Latinorum et novam in eam expeditionem parantium.

www.libtool.com.cn

34. Ἦν δὲ ἄρα μέλον ἐκείνῳ καὶ τῆς ἐκκλησίας οὕτω κε- C
χηρωμένης ποιμένος. συνῆγε τοίνυν τοὺς ἱεράρχας καὶ βουλαῖς
σὺν αὐτοῖς ἐχρῆτο, τὸ ποιητέον θέλων μανθάνειν. τοῖς μὲν
οὖν ἐδόκει ἀνακαλεῖσθαι ἔτι περιόντα τὸν πατριάρχην Ἀρσένιον·
μηδὲ γὰρ κανονικῶς προβῆναι τὰ κατ' ἐκεῖνον· ἔδει γὰρ ἐπιμέ-
νειν παρακαλοῦντας, καὶ μὴ ἐᾶν παρωθοὺς ἀνέγκλητον ὄντα.
τοῖς δὲ τοὔμπαλιν αὐτὸν μὲν μένειν ἐφ' οἷς κατέγνωστο· ἱκανὴν D
γὰρ εἶναι καὶ εἰς παραίτησιν τὴν ἐκχώρησιν, καὶ τὸ ἀξιούμενον
μὴ καταδέχεσθαι ἀλλ' ἀποπέμπειν τοὺς ἱκετεύοντας δηλοῦντος
ἦν ὡς ἀπολέγοι τὴν προστασίαν. τούτων οὕτω κινουμένων καὶ
λεγομένων, ὁ βασιλεὺς καὶ ἀμφοτέροις τιθεμένῳ ἐῴκει προμη-
θείας τῆς κατ' αὐτὸν ἕνεκα. τό τε γὰρ ἐκεῖνον μεταπαλεῖσθαι
καὶ ἐφιστᾶν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πράγμασιν εὖ ἔχειν ἐδόκει, εἰ
ὑπ' ἐκείνῳ πατριαρχοῦντι τὰ κατὰ γνώμην προβαίη, ὥστε καὶ
ὅ τι αἱροῖτο πράττειν καὶ μηδὲν μηδέσιν ὑπολελεῖφθαι εἰς σκαν-
δάλου πρόφασιν. ἐδεδίει δ' αὖθις μή πως ἐκκρουσθεὶς ἁμάρτῃ P 107
τῶν κατὰ γνώμην, καὶ οἱ ἐντεῦθεν βυθὸς πραγμάτων ἀναρρα-
γείη. τὸ δ' ὑπερφρονεῖν καὶ ἀντικαθιστᾶν ἕτερον προβαίνειν
μὲν ἀκωλύτως ταῖς πράξεσιν οὐκ ἀμήχανον ἐλογίζετο, ταραχὴν

34. Curae quoque imperatori fuit status ecclesiae tunc viduatae pastore. congregavit ergo episcopos, et sententias eorum exquisivit, quid opus esset facto discere cupiens. erant in iis quibus Arsenius revocandus ad sedem patriarchalem videretur. negabant enim canonice factam eius exauctorationem: quippe aiebant oportuisse amplius expectare, postquam ille invitatus ad reditum fuerat, nec tam cupide procedere ad eius nec accusati nec damnati depositionem. alii contra dicebant satis constitisse de fixo eius et irrevocabili abdicandae dignitatis proposito, neque aliam expressiorem recusationem expectari debuisse quam ipsum secessum, ex quo nullis precibus missorum a sacra synodo retrahi potuerit. inter haec ultro citroque mota dictaque alternans imperator, et modo his modo illis assentiri visus, nunquam expediebat in utra potius contrariarum sententiarum acquiesceret, quia nesciebat utrum consilium esset utilius ad finem ipsi propositum confirmandi et in maius promovendi res suas. nam hinc quidem hominem expertae facilitatis, auctoritatis magnae, rebus iterum ecclesiasticis imponi honestum amplum et vulgo placiturum apparebat; et idem erat imperatori peroommodum, si quo modo senem potuisset inducere ad ea quae habebat in animo, quaeque agere iam coeperat, patriarchalis auctoritatis nutu et suffragatione roboranda. sic enim et quod decreverat perficeret; et simul omnem omnibus offensionis ac querelarum occasionem demeret. sed rursus verebatur ne spe ista excidens securim suis rebus magnam infligeret, ac quasi quadam mota Camarina novarum inde tempestatum periculosissimas excitaret nubes. e contrario si persisteret in Arsenio procul habendo aliumque patriarcham eligi curaret, occurrebat fieri quidem tunc posse ac facile sperari ut consilia de amovendo a spe imperii pupillo exitum haberent: cae-

www.libtool.com.cn

δ' ἄλλως εἶναι, δι' ἣν οὐδὲ τὰ γενόμενα προσήσεσθαί τινας, δεινὰ καὶ ἄλλως ὄντα, τῶν εἰκότων ἔκρινε. μέσος οὖν ἐναπειλημμένος ἀμφοτέρων τῶν λογισμῶν ἐν ἀπορίᾳ καθειστήκει τοῦ
B τίσι τίθεσθαι. ὅμως ἐκχωρῶν τῷ καιρῷ προϊόντι ὡς κρεῖττόν τι ἐπάξοντι, ἀφεὶς κατὰ σφᾶς τοὺς ἱεράρχας περὶ τούτου βουλεύεσθαι ὥστε καὶ ὁμολογεῖν ἀλλήλοις μὴ διαφωνοῦντας, αὐτὸς ἐπὶ τὰς τῶν κοινῶν ἐτρέπετο διοικήσεις, οὐ μὴν δὲ ὥστε καὶ ἀφροντίστως ἐκείνων ἔχειν.

C 35. Τὸ γὰρ κατὰ νοῦν βυσσοδομευόμενον οὐχ ἡσυχάζειν ἐποίει τοὺς λογισμούς. οὐκ ἀφανὴς γὰρ ἦν ἐξ ὧν τοῖς ὑπονοουμένοις τῷ Ἰωάννῃ προσκεῖσθαι ἔγκλημα δυσνοίας πρὸς ἑαυτὸν ἐπῆγε καὶ ὑπεβλέπετο, ἔστι δ' οὗ καὶ αἰτίας πλαττόμενος ἀπηνῶς ἐκόλαζε, μηδὲ μέχρις ὀνόματος κοινωνὸν ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ θέλων ἔχειν τὸν Ἰωάννην καὶ τὸ ἐκποδὼν τῶν ὅλων καταστῆσαι
D διὰ πλείστου ποιούμενος. ἦν δὲ τὸ μὲν ἐρεθίζον εἰς ταῦτα τῶν μὲν ἀνθρώπων οἱ περὶ τὴν ἀδελφὴν Εὐλογίαν, τῶν δὲ πραγμάτων τὸ τὸν υἱὸν Ἀνδρόνικον τῇ ἡλικίᾳ προκόπτειν, ὃν μὴ κατὰ

terum orituras inde turbas providebat, cupidis rerum novarum speciosum adversum sese coniurandi praetextum non neglecturis; quorum utique seditiosi conatus favorem apud vulgus haud dubium inde traherent, quod iustitiae ac religionis in vindicanda sacri capitis iniuria, iam plurimum invidiosa, colore honestissimo commendarentur. his suspensus curis atque utramvis in partem ambiguus optimum iudicavit permittere negotium quasi sortis arbitrio, ipsos qui convenerant episcopos sinendo libere decernere quod vellent, autumans allaturum, ut solet, aliquid forte in rem non incommodum tempus ipsum ac moram; quae ut longior contingeret, antistites inter se commissos admonuit, darent operam mature considerandis cunctis, nec deliberationi finem imponerent quoad omnes ad unum in concordem sententiam convenirent. ipse alio curas vertit ad instantium administrationem, haud tamen attentione penitus aversa ab iis quae in synodo a patribus agerentur, quos quasi furtivis obtutibus, aliud licet agere simulans, perrexit observare.

35. Nam quod machinabatur animo, acquiescere ipsum in re tali et nimiae fiduciae indormire non sinebat. multorum in imperatorem gliscebant non obscuris excitatae indiciis suspiciones, parum eum benevole in pupillum Ioannem affici atque adeo in eius circumventionem incumbere, unde crimen perfidiae in se ipsum attrahens obliquis plerorumque indignitatem rei non ferentium oculis designabatur. constabat eum fictis causis graviter multasse quosdam, quorum culpa non erat alia quam Ioannem imperatorem libera voce praedicasse; quem ne nomine quidem tenus sibi adiungi collegam supremae potestatis ferre poterat. nec satis dissimulabat redigere plane se puerum in ordinem et ab omni funditus excludere participatione imperii omni studio cupere, ac in eo verti fortunam salutemque propriam ducere. eo illum incitabant partim homines partim ipsae res. Eulogia videlicet eius soror nullum faciebat finem eius iniquitatis suadendae. Andronicus autem puer, filius imperatoris Palaeologi, crescens in dies spe indoleque bona, tacito sui aspectu patrem assidue

βασιλέως ἀνάγειν δεινὸν ἐποιεῖτο καὶ οἱ οὐ φορητὸν ἐνομίζετο, τὸ δὲ πλέον ἡ μεγίστη φιλοτιμία καὶ τὸ ἄκαιρον ὑπερήφανον μένειν ἐπὶ μετρίοις οὐκ ἀρκουμένου. ἡ δὲ τοῦ δοκεῖν οὐκ ἀλογίστως ταῦτα βούλεσθαι πρόφασις ἡ τῆς πόλεως ἅλωσις, εἰς θρόνον βα- P 108
σιλείας λογιζομένης αὐτάρκη τῷ κατασχόντι· αὐτὸν δ' εἶναι καὶ μόνον τὸν εἰς ταύτην κληθέντα προτείνων, αὐτὸν καὶ μόνον βασιλεύειν συνελογίζετο. ἔτι δ' ὅμως ὕπουλον ἦν τὸ δεινὸν καὶ τοῖς πολλοῖς οὐκ εὐσύνοπτον, εἰ καί πως οἱ βαθύτερον ἐπιβάλλοντες ἔκ τε πολλῶν ἄλλων καὶ τοῦ μὴ συνεισελθεῖν τὴν πόλιν ἐκείνῳ τὸν Ἰωάννην οὐ δυσχερῶς εἶχον ὑπιδέσθαι τὸ μελετώμενον, ᾧ δὴ τρεφόμενον ὑπ' ἀγρίας πλεονεξίας, εἰς θεὸν πειθούσης B
ἁμαρτάνειν τὰ μέγιστα διὰ τῆς τῶν ὅρκων παραβάσεως, μεῖζον ἤροιτο ἢ ὥστε παρορᾶσθαι τῷ μελετῶντι. τὸ δ' ἦν ἄρα τὸ τοῖς Ῥωμαίοις μεγάλων ἄρξαν κακῶν καὶ ταραχῆς ἀνυποίστου ἐρεχθέν.

Τότε δὲ τὰ τῆς πόλεως ὡς οἷόν τε καθιστὰς πρὸς τὸ ἀσφαλέστερον, Γεννουΐτας μὲν τούς τ' ὄντας τούς τε προσδοκωμένους προσγενέσθαι πλείστους ἐνιδών, καὶ δυσχερεῖς ἢ ὥστε καὶ C
ὑποκλίνεσθαι ῥᾳδίως Ῥωμαίοις, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ταῖς τυχούσαις προφάσεσιν ὑποκινηθησομένους ἂν ὡς ὑπερόφρυς καὶ σοβαρούς,

1. ἐνόριζε?

stimulabat, quasi deprecans ne se privatum adolescere permitteret. quo tantum commovebatur, ut videre carissimum filium expertem summi honoris rem plane intolerandam arbitraretur. vehementissimum porro machinationis iniustissimae incentivum erat ingens ambitio et intempestiva superbia moderari sibi atque intra fines aequae mediocritatis se tenere dedignantis; cui praetextum coloremque cupiditati fucandae suggerebat aliquem recuperatio urbis, quae sedes esset imperii praecipua, quasi ea capienda proprie in imperii thronum ascendisset, ac ut in eam solus, suis utique expugnatam auspiciis, evocatus esset, sic imperare solus in ea et ex ea deberet. porro id propositum habebat in arcano indeprehensibile primis obtutibus occurrentium. si qui tamen penitius introspicerent, cum ex aliis signis, tum ex eo quod secum Ioannem in urbem non duxisset, subodorabantur quid pararet. cogitatum profecto nefarium et ortu primo extinguendum. nunc illud sinu gignentis fotum et lacte quodam ferae cupiditatis eductum usque ad audaciam deum ipsum foedifrago periurio violandi, erupit denique magnam in perturbationem perniciemque Romanorum.

Sed haec postea. hoc vero tempore coepto imperator insistens operi res urbis in statum quam maxime securum componendi, Genuenses quidem, quique iam aderant quique mox venturi expectabantur, plures et contumaciores cernens quam ut spes esset subiici bona fide Romanis posse, providensque fore ut levibus quibusque subinde causis aut praetextibus ad arma et rebellionem concitarentur, utpote homines arrogantes et feroces, eos intra ipsam habitare civitatem haud putavit tutum; seponen-

www.tibtool.com.cn

ἐντὸς μένειν τῆς πόλεως οὐκ ἐγνώκει συμφέρον, ἰδίᾳ δὲ προσκαθῆσθαι, καὶ πρότερον μὲν κατὰ τὴν Ἡράκλειαν τῆς Θράκης φέρων κατῴκιζεν, ὕστερον δὲ καταντικρὺ τῆς περαίας παρὰ μόνον τὸ τοῦ Γαλατᾶ φρούριον ἀσφαλὲς ἐδοκίμαζε κατοικίζειν· Βε-
D νετικοὺς δὲ καὶ Πισσαίους, τὸ κατὰ πλῆθος ὀλίγον, μένειν ἐντὸς ἐδικαίου, ἀποκεκριμένους καὶ τούτους τῶν ἄλλων. ὅθεν καὶ ἐν ἀκινδύνῳ τῷ κατ' αὐτὸν ἐκέλευε μὲν αὐτίκα τό τ' ἐντὸς ἀνοικοδομηθὲν πρὸς τῷ κατὰ θάλασσαν μέρει τῆς ἀγορᾶς φρούριον τό τ' ἐκτὸς τὸ τοῦ Γαλατᾶ ἀμφότερα κατερεῖψαι, καὶ οὕτω Γενουίτας μὲν κατὰ τὴν πρὸς δύσιν περαίαν πρὸς τῷ Γαλατᾶ σφᾶς αὐτοὺς ἐπιμήκιστον παρεκτείνοντας κατοικεῖν, τοῖς δὲ λοιποῖς ἀποταχθῆναι ἰδίους τόπους πρὸς οἴκησιν. ἔχειν δ' ἕκαστον γένος τοὺς ἰδίους φόρους ἀκωλύτως προσέταττε.

P 109 36. Διεπρεσβεύετο δὲ καὶ πρὸς τὸν πάπαν διὰ ταχέων ἐκμειλίσσων δώροις. δύο δ' ἦσαν οἱ πρέσβεις, εἷς μὲν ὁ Νικηφορίτζης λεγόμενος, ἄτερος δὲ ὁ Ἀλουβάρδης, ἄνδρες εἰς ὑπογραμματέως τελοῦντες πρὶν τῷ τῶν Ἰταλῶν βασιλεῖ τῷ Βαλδουΐνῳ, αἰτίαν δὲ προδοσίας πρὸς Ῥωμαίους σχόντες. οἷς δὴ καὶ τὴν Ἰταλίαν καταλαβοῦσι κίνδυνος ἐπιπίπτει βαρύς, ὃν οὐδ' αὐτὸ τὸ σχῆμα τῶν πρέσβεων μὴ παθεῖν τὰ χείριστα παρῃτεῖτο.
B ἀλλ' εἰ καὶ τὰ τῆς προδοσίας ὀνείδη ταῖς τιμαῖς συνεκάλυπτεν ὁ κρατῶν εἰς αὐτὸν παραπρεσβευόντων ἐκ πόλεως, ἀλλ' ἐκεῖνοι

dos igitur duxit in proprie ipsis assignatum locum. ac principio quidem Heracleam Thraciae ipsos transtulerat. deinde tamen securius existimavit collocare illos e regione Peraeae, et sua intra solam arcem Galatae habere domicilia iubere. Venetos autem et Pisanos, quorum erat non ita magna multitudo, manere intra urbem permisit, sed separatos ab invicem et ab aliis. inde ad omne periculum certius, quantum in ipso erat, praevertendum dirui et solo funditus aequari iussit munitiones tum intra urbem arcis extructae ad maritimam fori partem, tum extra suburbii Galatae. in quo sic propugnaculis nudato habitare Genuenses ex adverso oppositae ipsi ab occasu Peraeae, extensa quam maxime in longum domorum serie, praecepit. aliis quoque decernens praescribi locos ad habitandum, et cuique genti suos census et vectigalia, nullo prohibente, provenire.

36. Misit et quamprimum legatos imperator ad papam, donis eum deliniens. duo autem legati erant, quorum unus Nicephoritzes, alter Alubardes vocabatur. uterque scriba Balduini fuerat nuper imperatoris Italorum; unde quod ad partes Romanorum transissent, proditionis accusabantur a Latinis. hos in Italiam appulsos grave periculum excepit, in quo ne nomen quidem sacrosanctum legatorum extrema ipsis mala deprecari potuit, quamquam alias imperator proditionis in se reos ex urbe tum a Latinis detenta subdole missos benigne accepisset, crimen honore legationis occultatum se videre dissimulans. Itali enim cum alias irrita-

χαλεποί γε ὄντες καὶ ἄλλως, παρακνιζόμενοι δὲ καὶ τῇ στερήσει
τῆς πόλεως εἰς μανίαν μείζονα, κατὰ τῶν πεμφθέντων ἐπ' αἰ-
τίαις τῆς προδοσίας, ὡς ἐπιστάντας ἐωρῶντο, τιμωρεῖν ὥρμην-
το. ὅθεν καὶ τὸν μὲν Νικηφορίτζην κατασχόντες ἐκ ποδῶν ἐς κε- C
φαλὴν ζῶντα ἀνηλεῶς ἐξέδερον, τιμωροῦντες αἰτιασθέντα, ἅμα
δὲ καὶ ἐπ' ἀτιμίᾳ τοῦ πέμψαντος· ὁ δ' Ἀλουβάρδης προγνοὺς
τὴν ἐπιβουλὴν ἀνὰ κράτος φεύγει. καὶ ταῦτα μὲν τόνδε τὸν τρό-
πον συνέβη τοῖς παρ' Ἰταλίαν πεμφθεῖσι πρέσβευσιν.

biles ac vehementes, tum incommodo recenti amissae Constantinopoleos efferati adversus hos tali tempore sese ipsis offerentes in rabiem solito maiorem, ulcisci supplicio prorsus atroci crimen ipsis impactum proditionis aggressi repente sunt. captum videlicet Nicephoritzen a pedibus ad caput vivum crudeliter excoriarunt, non magis in poenam sceleris ipsius quam in imperatoris ipsum mittentis ignominiam ac contemptum. at Alubardes, comperto quid sibi pararetur, praevertit infortunium fuga matura. hic successus missae in Italiam legationis fuit.

Γ.

Ὁ δὲ βασιλεὺς στοιχιζόμενος ταῖς ἐννοίαις, ὡς ἄλλως οὐκ ὂν P 113
πατριάρχου δίχα τὰ τῆς ἐκκλησίας ἰθύνεσθαι, ἐσκόπει καθ'
ἑαυτὸν πῶς ἂν καὶ τὰ κατὰ τὸν πατριάρχην κατασταίη καὶ τὰ
κατὰ γνώμην ἐκβαίη, θατέρου δ' εὐοδήσαντος εἰ θάτερον ἀπο-
λείποιτο, τὸ πᾶν ἂν χωλεύειν ἀναγκαῖον ἡγεῖτο. εἴτε γὰρ κα-
τασταίντος τοῦ πατριάρχου αὐτὸς ἐμποδίζοιτο ταῖς βουλήσεσιν,
ἐπὶ μεγίστοις ἀτυχεῖν· εἴτ' ἀπόντος ἐκείνου αὐτὸς τὰ κατὰ βού- B
λησιν πράττοι, τῶν πρὸς αὐτοῦ μὲν ἥκιστα ἁμαρτάνειν, πολ-

16. ἁμαρτάνει P.

III.

At imperator multis undique cogitationibus occurrentibus, tandem intelligens fieri non posse ut res ecclesiae sine patriarcha componerentur, deliberabat secum quo pacto consequeretur ut et sedi vacanti daretur patriarcha et simul sibi ex sententia destinata procederent. nam horum alterum si succederet, altero deficiente, claudicaturum necessario statum suum providebat. quippe si restituto patriarcha ipse prohiberetur exequi quod decreverat, e maximis se spebus in par lapsurum infortunium exhorrescens cogitabat: sin relicto illo ubi erat, ipse per sese quae vellet

www.libtool.com.cn

λους δὲ συμπλέκοντας ταῦτα τῷ περὶ τὸν πατριάρχην συμβάντι
ὡς οὐκ ἐνδίκως ἀπραχτοῦντος μεγίστην αἴρειν τὴν ταραχήν, καὶ
προσεῖναι τὸ εὔλογον, ὡς εἰ παρῆν πάντως, ἐμποδὼν ἂν ἐκεῖνον
στῆναι ταῖς ἐπινοίαις. νῦν δὲ προαιρουμένου τοῦ βασιλέως πα-
ρανομεῖν, παρανόμοις ἄλλαις ἀρχαῖς συμπέρασμα παράνομον
C ἐπεισῆχθαι, ὡς καὶ τὸν πατριάρχην παραλογίσασθαι καὶ τὸν βα-
σιλέα πτερνίσαι ταῖς οὐ καλαῖς περὶ τὸ θεῖον ὑπολήψεσιν, ὡς
ἐκείνου ἢ μὴ ἐφορῶντος ἢ μὴ μετελευσομένου τὸν ἁμαρτήσαντα.
τὰ δ' εἰς μεγάλην εἶναί οἱ τὴν ταραχήν, ὡς καὶ κίνδυνον ὑπο-
νοεῖσθαι. ταῦθ' ὁ κρατῶν λογιζόμενος συνάπτειν ἤθελε τὰ
ἀσύναπτα, τήν τε τοῦ πατριάρχου ἀποκατάστασιν καὶ τὴν τοῦ
γνησίου βασιλέως ἀπραξίαν· τὰ δ' ἦσαν λίνον μὴ λίνῳ συγκλώ-
D θοντα πράττειν. ἔγνω γοῦν πειρᾶσθαι τοῦ πατριάρχου, εἰ
οὕτω τῶν κατὰ τὸν Ἰωάννην ἐχόντων ἀπηρτημένως πάντῃ καὶ
ἀνειμένως αὐτὸς κατανεύοι τὴν εἰς τὴν πόλιν εἴσοδον, πρὸς δὲ
καὶ τὴν προστασίαν τῆς ἐκκλησίας, καὶ στέφειν αὖθις ἐκεῖνον
βασιλικῶς κατὰ τὸ δεύτερον προαιροῖτο ἐπὶ τῆς πόλεως (εἶναι γὰρ

efficeret, ingentem se subiturum invidiam et erupturis inde assultibus vix parem futurum reputabat, siquidem habituros parum sibi aequos plurimos, rebus imminentes novis, speciosum praetextum validae conflandae factionis, obtendendo videlicet arcanis odiorum causis, livori et ambitioni, publice plausibili et in speciem religioso zelo vindicandi ab iniuria et reponendi in thronum ereptum exulantis sine causa patriarchae, ac verisimiliter iactando voluisse imperatorem eo procul habendo amovere a se molestum arbitrum, quem satis nosset haud unquam acquieturum ingratis eius et iniustis molitionibus; et quoniam praeoptasset illegitimam monarchiam legitimo collegio supremae potestatis, ecclesiasticum quoque supremum magistratum illegitimum malnisse, quoniam ex eo, cum talis esset, suffragationem in suum ipsi similem sperasset; ac duplici utraque scelestissima iniuria consciscenda in patrem sacrorum, quem circumvenisset, in pupillum principem, quem supplantasset, male se de deo sentire declararet, quippe quem videretur opinari aut non videre quae in ipsum peccantur, aut connivere ad scelera, poenis eorum nunquam repetendis. quibus ex rebus vel propria probabilitate vel artificiis adversantium populo persuasis maximam orituram perturbationem palam erat, tamque atrox excitandum discordiae civilis incendium, quo periculum esset ne caput ac familia ipsius simul cum ipsa republica conflagraret. talia reputans formidansque imperator connectere insociabilia voluit, patriarchae videlicet restitutionem et exauctorationem legitimi principis. hoc autem erat telam texere lino linum non iungendo, sed diversas nec natura cohaerentes in unum stamen intricare materias. hoc proposito aggressus ante omnia est tentare patriarchae animum, ecquid persuaderi seni posset ut relictis in suspenso et in incerto, uti tunc erant, Ioannis pupilli rebus, venire ipse in urbem annueret, ac throno patriarchali in sua vera metropoli conscenso emolliri se pateretur ad sese coronandum ibi deinde pompa et ceremonia solemnissima. nec desperabat rem ipsi probari posse,

www.libtool.com.cn

καὶ ἄλλως δίκαιον πρώτως εἰσαχθέντα καὶ πρῶτον τῶν βασιλέων στέφεσθαι), ὡς εἰ διδοίη ταῦτα, καὶ τἀπὶ τούτοις ἐλπίζειν, ὡς E
ἐφησυχάσοι πραχθέντων. τρισὶ δ' ᾤετο πείσειν τοιαῦτα λέ-
γοντα, τῷ τε μεμαλακίσθαι τοῦτον τῷ χρόνῳ ἐν ὑπεροψίαις διά-
γοντα, τῷ τε δεδιέναι μὴ καὶ αὖθις ἀντικαταστῇ ἄλλος, γεγο-
νὼς καὶ ἐπ' ἄλλῳ ἤδη, καὶ τρίτῳ τῷ ἀνάγκην εἶναι καὶ αὐτὸν
ἐᾶν τῆς πατρίδος, ἧς ἀδύνατον ἐπιβῆναι, καὶ ταῦτα μεθ'
ὑπερτάτης τιμῆς τε καὶ δόξης, μὴ ταῦθ' ὑπισχνούμενον ἐκτελεῖν. P 114
εἰ δέ γε μὴ πείθοιτο, αὔταρκες πρὸς ἐκεῖνον εἶναί οἱ τὸ ἀξιῶσαι.
τοιούτοις τοιγαροῦν ὁ βασιλεύων συγκροτηθείς, ἔτι τὸν ἀρχιε-
ρέων διαφωνούντων, προστίθεται καὶ αὐτὸς τοῖς ἐκεῖνον ψηφι-
ζομένοις, καὶ ἀμφιρρέπει τὰ τῇδε προστιθέντος τοῦ βασιλέως.
θάτερον δὲ μέρος ὡς ἀσθενῆσαν ἐντεῦθεν συγκατακλίνεται, καὶ
μᾶλλον ὅτε ἐπὶ ψηφοῖς πρὸς βασιλέως καὶ τῆς συνόδου καλοῖτο.
ἦν γὰρ καὶ αὐτοῖς ἰδίως προσαπαιτούμενον ἀμνημονεῖν μέν σφισι B
τῆς εἴτε προπετείας εἴτ' ἀδικίας χρὴ λέγειν, καὶ παραυτίκα κοι-
νωνεῖν ἐκείνοις τῶν ἱερῶν καὶ τοὺς παρὰ τοῦ Νικηφόρου χειροτο-

quidquid alias in coronatione repugnasset, quoniam causa nunc erat idonea, ut qui prior imperatorum in urbem suis unius auspiciis captam intraverat, prior quoque ibi coronaretur. quae si ab Arsenio impetrarentur, spes erat in aliis quoque assensurum, ac cum forent perpetrata quae imperator destinarat, factis acquieturum. tres autem secum reputans reperiebat causas, quae ipsi sperandum suaderent fore nunc exorabiliorem in his quam antea Arseniun. prima erat, quod esset verisimile taedere ipsum exilii tam longi, eoque taedio emollitum ad libenter paciscendum de reditu. altera, quod vix esset dubium quin metueret ne alius in patriarcham iterum se vivo eligeretur, prout iam semel erat factum, et id malum praevertendi oblata occasione foret gavisurus. tertia erat patriae caritas, qua eum solicitari ad desiderandum in urbem iam receptam adventum suum necesse erat; uti et verisimile, sic affectum minime recusaturum oblatam conditionem regrediendi cum summo splendore in patriam carissimam, praesertim cum intelligeret ea reiecta sibi spem nullam restare patriae urbis unquam revisendae. si autem ille sic invitatus admittere oblata et petita polliceri non induceret in animum, ipsam tamen istam supplicem invitationem idoneae ad populum excusationis loco fore ad avertendam ab Augusto culpam omnem officii neglecti, et totam invidiam in eum qui compellatus renuisset exonerandam. in hunc ferme modum subducta secum imperator consiliorum summa, ingressus synodum bifariam scissam contrariis sententiis, horum revocantium, illorum excludentium Arsenium, ipse ad revocantes se adiungit, et sui accessione suffragii quasi momento alteri lanci addito eatenus ambiguae deliberationis aequilibrium depressit, accedentibus mox quoque qui Arsenium excluserant, praesertim ubi per synodum, satagente imperatore, ipsorum et securitati et honori cautum est abunde decreta oblivione nuper actorum, et sancito ne cuiquam fraudi foret illa, sive iniustitia sive temeritas dicenda esset, qua fuerat vel exauctoratus Arsenius vel Nicephorus electus.

www.libtool.com.cn

μηθέντας δέχεσθαι, καὶ μὴ σχίζειν τὴν ἐκκλησίαν ἔκ τινος μικροψυχίας μηδένα ἐχούσης καιρόν. ταῦτα συνθέντες ἀποστέλλουσι τοὺς ἀπαγγελοῦντας. ὁ δ' ὡς ἤκουσε τῶν διαμηνυμάτων, πρῶτον μὲν ἐσχετλίαζεν εἰ καλοῖτο προσαπαιτούμενος καὶ μὴ παρακαλοῖτο συγγνώμην τῶν ἡμαρτημένων παρασχεῖν· τὸ μὲν γὰρ δίκαιον ἐχόντων ἐφ' οἷς ἔπραξαν εἶναι, τὸ δ' ἁμαρτόντων. ὅμως παρακαλούμενος ἐπραΰνετο, καὶ ἕτοιμος ἦν πρὸς τὸ προσχωρεῖν. πλὴν πεζῇ τὴν πορείαν ἐκεῖθεν διηνυκὼς ἐν τοῖς Ῥουφίνου γίνεται, ὡς τοῦτο μὲν προσαναπαυσόμενος, τοῦτο δὲ καὶ τὰς ἀποκρίσεις ἐντελέστερον ἐκ τοῦ παρασχεδὸν δώσων ἐφ' οἷς ἀπήτητο. (2) ἐκεῖσε τοιγαροῦν πεμπομένων πρός τε τοῦ βασιλέως καὶ τῆς συνόδου, καὶ κινουμένων τῶν ζητημάτων, ὁ δὲ τὰ μὲν διδοὺς τὰ δὲ καὶ προσυποσχόμενος περαιοῦταί τε τὴν ταχίστην, καὶ τῆς πόλεως ἐπιβὰς ψήφῳ κοινῇ καὶ γνώμῃ τὴν ἐκκλησίαν καταλαμβάνει. πρῶτος οὖν ὁ βασιλεὺς ἀπολογούμενος ἐκείνῳ περὶ τῶν πραχθέντων μεγάλαις ἠγάλλε ταῖς τιμαῖς, καὶ ταῖς εἰς τὴν ἐκκλησίαν προσόδοις ἐτίμα. καὶ τὸ μὲν ἱερὸν ἅπαν μετεποίει πρὸς τὴν προτέραν κατάστασιν, ἐκτραπὲν ἐπὶ πολλοῖς παρὰ τῶν Ἰταλῶν. καὶ δὴ ἐπιστήσας τὸν μοναχὸν Ῥουχᾶν, ἄνδρα δραστή-

2. μηδὲν P. 7. τῷ P.

communio quoque subito excommunicatis eo nomine reddita. statutum etiam ut ordinati a Nicephoro reciperentur, ne intempestiva morositate ecclesia scinderetur. his constitutis synodi patres mittunt ad Arsenium qui ipsum ad reditum invitent. quos ille ut audivit, primum graviter ferre visus est, quod tantum invitaretur, non etiam rogaretur veniam dare ob ea quae in se peccata fuerant, causando invitationem ineram eorum esse qui se nullius peccati conscios profiterentur: nam si agnoscerent culpam, utique deprecarentur. tamen cum hac eius exceptione admoniti legati preces etiam adhibuissent, mitigatus senex exhibuit se promptum ad eundum quo vocabatur. reque ipsa partim terrestri partim maritimo itinere ad Rufini praedia se contulit, vel paululum illic acquiescendi causa, vel inde clarius ex propinquo certiusque respondendi, cognitis distinctius quae peterentur. (2) igitur conventus illic patriarcha legationibus cum ab imperatore tum a synodo missis, postque disceptationem ultro citroque cunctorum accuratam, partim largitus partim pollicitus quae postulabantur, celeriter transfretavit, et invectus in urbem, consentientibus iam omnium votis ac calculis, patriarchalem rursus insedit thronum. ibi eum primus imperator, postquam diligenter excusasset quae acta fuerant, demisse veneratus exquisitis affecit honoribus, et in liberaliter a se collatorum ecclesiae munerum proventuumque possessionem misit. ac sacrorum quidem apparatum et ecclesiasticam suppellectilem, imminutam multis aversis per Italos, reposuit atque in pristinum reformavit statum, praeposito ei rei curandae monacho Rucha, viro industrio.

www.libtool.com.cn

ρων ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, τό τε βῆμα καὶ ἄμβωνας καὶ σωλέαν καὶ ἄλλ' ἄττα βασιλικαῖς ἐξόδοις ἀνῳκοδόμει. εἶτα πέπλοις καὶ σκεύεσιν ἱεροῖς τὸ θεῖον τέμενος καθίστα πρὸς τὸ εὐπρεπέστερον. εἶτα καὶ χώρας προσετίθει τῇ ἐκκλησίᾳ, φθάσας προσθεῖναι καὶ C
ἄλλας εἰς τὴν τῶν ὑμνοπόλων οἰκονομίαν, ὡς μὴ ἐνδεῶς τὰ τῶν ἐπιτηδείων ἔχοντες ἀμελοῖεν. ὁ δ' ἀρχιερεὺς καὶ ὡς εἰς τιμὴν μὲν τοῦ θείου ταῦτα γινόμενα συνόλως προσαπεδέχετο, εἰδέναι δὲ καὶ χάριν ἰδίως, ὡς χάριν αὐτοῦ γίνοιτο, τῶν εἰκότων ἐνόμιζεν. ὅθεν καὶ στέφειν ἤθελε τὸν διδόντα, καὶ ἀμνημονεῖν τῶν παραχθέντων τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐβούλετο, τοῖς δέ γε παρὰ τοῦ Νι- D
κηφόρου χειροθετηθεῖσιν ἐκχωρήσας τὰ τῆς ἀρχιερωσύνης ἅπαντα, παρὰ μόνον τὸ συλλειτουργεῖν, ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἐχρῆτο· εἶναι γὰρ νομίζεσθαι δίκαια τὰ εἰς ἐκεῖνον πραχθέντα, καὶ αὐτῷ συνδοκεῖν, εἰ τὴν ἐπὶ τοῦ βήματος ἐκείνων κοινωνίαν καταδέχοιτο. ἐπεὶ δ' ἔδει καὶ περὶ τοῦ ἐκ δευτέρου στέφειν τὸν βασιλέα κοινολογεῖσθαι, ἑτοίμως καὶ ταῦτ' ἐδίδου. καὶ μὲν δὴ καὶ ἡ τῶν ἡμερῶν κυρία παρῆν, καὶ ἐπὶ τοῦ ἱεροῦ τεμένους μεγαλο- E
πρεπῶς ἔστεφε. μνήμη δ' οὐκ ἦν τὸ σύνολον Ἰωάννου, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ τῷ Καίσαρι Ἀλεξίῳ προσεπεφιλοτίμητο, ὡς δι' αὐ-

enavit de novo altare; ambonem et soleam, tum alia quaedam, refecit regiis impensis; velis praeterea et vasis sacris dei aedem instruxit ad convenientem speciem elegantiae. adiunxit etiam nova ecclesiae praedia, praeter ea quae prius attribuerat ad alimenta et stipendia cantorum sacrorumque ministrorum, ne ii necessariorum patientes penuriam officia sua negligentius obirent. omnia ea patriarchà et ut in dei honorem facta donataque religiose ac liberaliter iucundissime admisit, et ut in sui quoque gratiam studiosius impensa grate agnoscere imputareque in beneficii proprie accepti partem ac locum prae se tulit. eoque maxime inductus est ad coronandum munificum largitorem, obliviscendumque priorum, omni deponendo iniuriarum nupera depositione sibi factarum sensu. ordinatis quinetiam a Nicephoro omnem functionem sacerdotii permisit, excepto solum secum una pariter, ubi sacris solemniter operaretur, ministrandi usu. in caeteris promiscue pari iure ac reliquos adhibuit. causam autem exceptionis huius allegabat hanc, quod videri posset ut iusta et rite acta comprobare quae gesta contra se fuissent, si ordinatos ab intruso in suum locum in consortium faciendi secum ad aram sacri communis admitteret. simul autem est ei propositum videri convenire ut imperator iterum rite solemni coronaretur, libenter ad id quoque annuit. quare dies isti ceremoniae dicta est dominica proxima, qua patriarcha imperatorem magnifico apparatu coronavit, nulla prorsus facta mentione aut significata memoria Ioannis, sed potius eodem tacite reiecto per id quod honorarii muneris loco concessum ea occasione Alexio Caesari est in praemium captae urbis, ut videlicet statim post imperantes (hoc est

www.libtool.com.cn

τοῦ ἁλούσης τῆς πόλεως, τὸ μετά τε τοὺς βασιλεῖς καὶ τὸν πατριάρχην ἐν ταῖς συναπταῖς μνημονεύεσθαι.

P 116 3. Τότε δὴ τῷ βασιλεῖ τῶν πραγμάτων καλῶς καὶ ὡς ἤθελε καταστάντων, ἐξήγοντο καὶ πρὸς τοὺς μακρὰν πρεσβεῖαι, τοῦτο μὲν πρὸς τὸν ἄρχοντα τῶν Τοχάρων Χαλαού, τοῦτο δὲ καὶ πρὸς τὸν τῶν Αἰθιόπων σαυλτάν. τὸν γὰρ τῶν Περσῶν μεθ' ἑαυτοῦ εἶχε τὸν Ἀζατίνην, ἐπὶ τῆς πόλεως βλακικῶς διάγοντα, κώμοις καὶ μέθαις ἀνὰ πᾶσαν διημερεύοντα ἄμφοδον·
B κενῆς γὰρ οὔσης ἀνθρώπων ἔτι τῆς πόλεως συνέβαινε τὰς ἀμφόδους ὡς ἐρημίας εἶναι, ἐφ' αἷς ἐκεῖνος ἀνέδην καθήμενος σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν πολλοῖς καὶ μεγάλοις οὖσιν ὠργίαζέ τε τῷ Διονύσῳ καὶ ἐμεθύσκετο. πρὸς γοῦν ἐκείνους εἶχε διαπρεσβεύεσθαι καὶ αὖθις λαμβάνειν ἐκεῖθεν πρέσβεις. τῷ μὲν Χαλαοὺ μετὰ τοῦ μοναχοῦ καὶ ἱερέως Πρίγκιπος ἐξεδίδου τὴν ἐκ τῆς Διπλο-
C βατατζίνης ἐκ νοθείας παῖδα Μαρίαν. καὶ Πρίγκιψ, ἀρχιμανδρίτης ὢν τότε τῆς τοῦ Παντοκράτορος μονῆς, ὑπὸ μεγάλαις φαντασίαις τε καὶ ἀβρότησι συνάμα καὶ πλούτῳ παντοδαπῷ τὴν κόρην ἐκόμιζεν, ἐπιφερόμενος καὶ σκηνικὴν νεὼ ἐκ πέπλων στιβαρῶν μετάξης, τὰς δέ γε τῶν ἁγίων μορφὰς χρυσῷ πεποιημένας ἔχοντα, σταυροῖς καὶ σχοίνοις ἐρηρεισμένας, καὶ ἅγια σκεύη
D πολύτιμα κατὰ χρείαν τῆς ἱερᾶς θυσίας. καὶ οὕτω μὲν πρὸς τὸ

Augustum cum coniuge) et patriarcham memoraretur in precibus publicis, quas synaptas vocant.

3. Hac vice rerum imperator succedentibus sibi ad votum negotiis, et pace domi constituta, tempus aptum putavit mittendis ad gentes longinquas legationibus, ad principem videlicet Tocharorum Chalaü et ad Aethiopas. nam Sultanem Persarum secum habebat Azatinem, in urbe vitam degentem ignavissimam ac totos etiam in triviis comessando compotandoque consumentem dies quippe exhausta tum adhuc et raris incolis pro sui magnitudine habitata civitate, vacare plateas frequentia civium et quasi desertas cernens, libere illa solitudine fruebatur, et sic tanquam rure degeret procul ab arbitris, securus cum familiaribus et magnis suae gentis ac comitatus viris, mensis in propatulo positis assidens bacchanalia quotidiana celebrabat, vino sese barbara impudentia palam ingurgitans. ad eos igitur quos dixi solos destinandas legationes habuit, et mutuas inde vicissim accipiendas. atque ad Chalaü quidem, Principem monachum et sacerdotem misit, qui filiam ipsius notham nomine Mariam, quam ex Diplobatatzina susceperat, desponsam ipsi coniugem comitaretur. et Princeps cum tunc esset archimandrita monasterii Pantocratoris, splendidissima specie mollissimi simul ditissimique apparatus ista sponsae deductione functus est, circumferens inter caetera templum solutile tabernaculi ritu crassis e Serico velis circum et superne tectum, sanctorum formas auro elaboratas habens, crucibus et funibus firmatas, praeterea vasa sancta pretiosissima ad usum divini sacrificii.

www.libtool.com.cn

μεγαλειότερον τὸ συνάλλαγμα ἐξηρτύετο, κἂν ταῦ Χαλαοὺ ἐξ ἀνθρώπων γεγονότος πρὶν ἐκείνους φθάσαι ἡ κόρη τῷ υἱῷ ἐκείνου Ἀπαγά, διαδόχῳ γε τῆς ἀρχῆς καταλειφθέντι, ἐν ὑστέρῳ φθάσασα ἐνηρμόζετο. τὸν δέ γε τῶν Αἰθιόπων σουλτὰν ἄλλη τις χρεία τῷ βασιλεῖ σπένδεσθαι κατηνάγκαζεν. ἐκ Κομάνων γὰρ ὢν ἐκεῖνος, εἷς τῶν εἰς δουλείαν ἀποδεδομένων, τὸ γένος ἐζήτει κατ' αἰτίαν συνετὴν ὅτι καὶ ἐπαίνων ἐγγύς. τὰ γὰρ ἀντικρὺ ἀλλήλων κλίματα τῆς γῆς, τό τε βόρειον καὶ τὸ νότιον, ἐμφύ- E
τοις τισὶ δυνάμεσιν ἐπί τε σωματικῇ καὶ ψυχικῇ διαθέσει ἀντιπεπόνθασιν, ὥσπερ δῆτα καὶ κράσεσιν, ἐν αἷς οὐ μόνον ζώων ἀλόγων πρὸς ὅμοια ζῶα διαφορὰς εὕροι τις ἐμφανεῖς, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀνθρώπους ἀνθρώπων. βορείοις γὰρ τὰ ζῶα λελεύκωται, νοτίοις δὲ μεμελάνωται. ἄνθρωποι δὲ ἐν μὲν βορείοις ἀσύνετοι P 117
ἄλλως καὶ μόλις λογικοὶ καταλαμβανόμενοι, ἐν οἷς οὐ λογικαὶ ἐπιστῆμαι, οὐ μαθήματα φυσικά, οὐ γνῶσις, οὐ φρόνησις, οὐ περὶ τὸν βίον οἰκονομίαι καὶ τεχνῶν ἐργασίαι καὶ τἆλλα οἷς τῶν ἀλόγων ἄνθρωποι διαστέλλονται, ὁρμὰς μέντοι παραβόλους καὶ πρὸς μάχην ἑτοίμους ἔχοντες, καὶ ἑτοίμως ὁρμήσοντες ἤν τις ἐποτρύνῃ, παράβολόν τι καὶ βακχικὸν ἔχοντες ἐπ' ἀλλήλοις, καὶ

6. ἀποδομένων P.

tali magnificentia nuptialis ista conventio celebrabatur. verum Chalaû mortuo antequam ad eum Princeps cum sponsa pervenissent, puella sero licet adveniens re infecta non rediit: nupsit enim filio et successori Chalaû in principatu, vocato Apaga. Sultanem porro Aethiopum aliae utilitates impulerunt ad foedus cum imperatore faciendum. erat is genere Comanus, venditus olim in servitutem, qua in regnum mutata satagebat prudenti laudabilique consilio ut commeatus esset facilis popularibus suis ad eos quibus imperabat, indigere ipsos sentiens tali auxilio. sunt enimvero non magis situ quam indole naturalique qualitate inter se adversae atque e diametro oppositae arctoae austrinaeque nationes, commissis invicem penitusque dissidentibus qua corporum qua etiam animorum affectionibus, pro differentia videlicet temperamenti ac coeli, quae inter utrumque tractum intercedit; cuius etiam vestigia cernuntur in brutis animantibus, quarum sub Septentrionibus natae altaeque a generis eiusdem genitis educatisque in regionibus meridianis haud modicis diversitatibus differunt, color siquidem etiam ipse corporum discrepat, in borealibus fere candidus, in Australibus ater. sed animorum in hominibus maioris momenti discrimen est, stolidorum et vix ratione utentium in Septentrionalibus, apud quos frustra requiras logicas physicasve disciplinas, scientiam aut prudentiam, cum ne ratio quidem parandi necessarii victus aut convenientis cultus, non artes, non opificia, non caetera quibus homines a belluis differunt, in iis reperiantur. vividi e contrario acresque, projecti ad contemptum periculorum cupidique praeliorum Boreales sunt, tum irritabiles, et si quis lacessierit, fanatico ruentes impetu in caedes mu-

www.libtool.com.cn

B τῷ Ἄρει σπένδοντες· ἐν δὲ νοτίοις τοὐναντίον ἅπαν. ἐκεῖνοι γὰρ εὐφυεῖς μὲν ἄλλως καὶ ἄγαν συνετοὶ καὶ ἄριστοι τὰ ἐς πολιτείαν καὶ τέχνας καὶ λογικὰ μαθήματα καὶ βουλὰς ἑφ' ἑκάστῳ, νωθροὶ δὲ τὰ ἐς ὁρμὰς καὶ μαλακοὶ πρὸς μάχας καὶ ἀπραγμοσύνῃ μᾶλλον συζῶντες ὀλίγα ἔχειν ἢ πολλὰ πολυπραγμονοῦντες αἱρού-
5 μενοι. τούτων δὲ τὸν ἥλιον αἰτιάσαιτ' ἄν τις φυσικευόμενος,
C τῷ μὲν ὁμιλεῖν ὀλίγα καὶ πρὸς ὀλίγον οὐ μετρίως θερμαίνοντα τὸν ἐγκέφαλον, ὅθεν καὶ ἡ εὐφυΐα προσγίνεσθαι πέφυκε, τὸ δέρμα δὲ συμπιλοῦντα ἀπεργαζόμενον τοῖς μέλεσι τὴν στερρότητα, ἐπὶ δὲ θάτερα τῶν μερῶν τῷ ἐπὶ πλέον ὁμιλεῖν θερμαί-
10 νοντα μὲν εἰς εὐφυΐαν, ἔκλυτον δ' εἰς ἀνδρίαν ἀπεργαζόμενον τὴν ὁλομέλειαν τῶν σωμάτων· συμμεταίθεσθαι γὰρ τοῖς σώμασι τὰς ψυχὰς ὁ φυσικὸς λόγος δίδωσι. διὰ τοιαῦτα καὶ πρότερον μὲν πολλοῦ ἐτίμων τὸ Σκυθικὸν Αἰθίοπες, κατὰ δουλείαν
D μὲν κτώμενοι, ἄλλως δὲ στρατιώταις ὑπὲρ αὐτῶν χρώμενοι. τότε δὲ καὶ εἰς αὐτὴν τὴν ἀρχὴν καταστάντος Σκύθου τὸ Σκυθικὸν ἀνεζητεῖτο ὡς στρατεύματος σφίσιν ἐκεῖθεν συστησομένου, ὅπερ οὐκ ἄλλως ἦν αὐτοῖς ὠνυμένοις μετακομίζειν, εἰ μὴ διὰ

tuas, martiale prorsus genus et cruente pugnax. quorum cuncta in Australibus contraria, solertibus, mansuetis, eximie callidis, politicae rationis consultis, industriis ad artes, rationalis disciplinae capacibus, fecundis consiliorum, et in omni occasione quid optimum factu sit momento videntibus, vicissim ad labores pigris, ad pugnas mollibus, otio gaudentibus, egere feriando quam satagendo abundare malentibus. cuius tantae discrepantiae si quis soli causam imputaverit, haud a vero, ni fallor, aberrabit. quia enim eius radii Arctoos et exiguo tempore et raro et oblique illuminant, non eam cerebris humanis vitalis caloris mensuram affiant, quae ad expediendas operationes mentium, sensusque communis acrimoniam requireretur. frigus porro illius coeli naturale, solaris teporis admixtione liberum, addensat duratque cutem corporum, crassitiemque et soliditatem inducit membris. sub meridiano contra circulo aut in accedentibus ad illum terris frequentius imminens constantiusque immorans ac superne incoquens subiecta vapor ardentis solis eliquat corpora, et ad omnem motuum alacritatem audaciamque certaminum fluxos languidosque artus efficit. affici autem alterarique animos consensu quodam qualitatibus et temperamento corporum, naturalis tradit ratio, experientia sane suffragante. his de causis et olim Aethiopes valde gaudebant affluente ad ipsos copia mancipiorum Scythici generis, quippe quorum opera cum ad omne laboriosum ministerium tum ad contentiones impetusque praeliorum in usu necessariae tuendis finibus militiae percommode uterentur; quo minus mirum imperitantem iam ipsis hominem ortu et natalibus exterum, cum proprio, tum populi cui praeerat genio, suae gentis consortium consuetudinemque affectasse, militari utique, qua egebat, manu non aliunde ipsi quam ex empta evocataque inde iuventute suggerenda. quia vero Scythas ad se tuto deportare nisi missis ad Euxinum navibus nequibat, cuius maris fauces cum haud dubie forent in

www.libtool.com.cn

τοῦ στενοῦ τις Εὐξείνῳ προσβάλλοι θαλάσσῃ. τοῦτο δὲ ποιεῖν μὴ ἀξιοῦντας τὸν βασιλέα ἀμήχανον· διὸ καὶ πολλαῖς ἐδωρεῖτο τοῦτον ἀποστολαῖς, ἐφ' ᾧ τὰς ἐκεῖθεν διαπλοϊζομένας νῆας ῥᾳ- E
δίως Εὐξείνῳ προσβάλλειν, καὶ τοὺς ἐν αὐταῖς πολλὰ διδόντας μέρακας Σκυθικοὺς ἐξωνεῖσθαι καὶ πρὸς τὸ ἔθος ἐπανήκοντας φέρειν· ὃ δὴ καὶ πολλάκις γεγονὸς ἔγνωμεν, ἐκεῖθεν μὲν τῶν χαρισμάτων πρὸς βασιλέα διαπεμπομένων, ἐντεῦθεν δ' ἀνοιγομένης σφίσι τῆς πρὸς ἐκεῖνον πελεύθου.

4. Ἐν δὲ τοῖς χαρίσμασιν ἦν καὶ καμηλοπάρδαλις, ξῶον P 118
θαυμάσιον καὶ ἀσύνηθες, περὶ οὗ ὀλίγα βούλομαι λέγειν, τοῖς μὲν ἰδοῦσιν ὑπόμνησιν, τοῖς δὲ μηδὲ θεασαμένοις διδασκαλίαν. σῶμα τούτῳ μέτριον κατ' ὄνους οὓς πάνθωνας ὀνομάζομεν, δέρμα κατὰ παρδάλεις, λευκὸν καὶ πυρραῖς φολίσι κατάστικτον, θέσις σώματος κατὰ τὰς καμήλους ἐξ ὀπισθίων βουβώνων ἐς ὤμους ἀνωφερής, τῶν ἐμπροσθίων ποδῶν ὑπερκειμένων αὐτάρ- B
κως τῶν ὄπισθεν· τράχηλος κατὰ γεράνους ἐπὶ μήκιστον ἐκτεινόμενος καὶ ἐς κεφαλὴν ἀναγόμενος, ὡς ἀγέρωχον τὸ ζῶον ἐγκαθιστᾶν. κεφαλὴ δὲ βαιὰ καὶ καμηλοειδὴς τῷ σχήματι. λευκὸν τὴν κοιλίαν, καὶ ἀπὸ τραχήλου διὰ ῥάχεως πάσης καὶ ἕως οὐρᾶς μετρίας γραμμὴν ἐπὶ στάθμην μέλαιναν ἰθύντατα περικείμενον. πόδες λεπτοὶ κατ' ἐλάφους καὶ διχηλοῦντες. ἦμερον δ' ἄλλως, C

potestate insumentis illis Constantinopolitanae civitatis, facile videbat prudens barbarus nequaquam sibi, quod optabat; aliter quam gratia et beneficio imperantis illic posse contingere. quare iste ut placato benevoloque uteretur, multis legationum et missorum cum illis munerum conabatur officiis assequi. nec votis excidit: augusto quippe annuente libere commeabant in Euxinum missi cum auro multo ab Aethiopum principe, qui Scytharum adolescentulorum maximum magna pecunia coëmptum numerum ipsi perducerent; quod saepe factitatum novimus, ex quo blandiùs donorum delinitus imperator eam aperiri et tuto frequentari permisit viam.

4. Caeterum in donis haec de caeteris missis camelopardalis fuit, animal rarum et mirabile, de quo planiora hic subficere decrevi, ut qui viderunt recordentur, qui non viderunt discant. moles ei corporis non magna, qualis ferme magnorum asinorum, quos canthones vocamus. pelle obducitur pardalibus similî, rubris in albo sparsim compuncta maculis, magnitudinis ac figurae aequalium. forma corporis camelos imitatur, a tergo et femoris ad armos sursum eminens, anterioribus cruribus longitudine non modice superantibus posteriora. collum ut in gruibus longissime protensum alte in verticem assurgit fastidiose circumquaque despectans quodam quasi supercilio ferinae superbiae. caput exiguum a camelis figurâ non discrepans. venter albus, a capite per dorsi spinam usque ad caudam, quae modica est, linea nigra velut ad normam rectissime producta signatur. pedes tenues in similitudinem cervinorum, fissis

www.libtool.com.cn

ὡς καὶ παισὶ παίζεσθαι ἀγόμενον ἐκ ῥινός, καὶ πειθήνιον ἐς ὅπου θέλοις ὁρμᾶν, ποηφάγον, καὶ ἄρτῳ καὶ κριθῇ κατὰ τὸ πρόβατον ψωμιζόμενον. τὸ δ' ἦθος χειρόηθες. ἡ δ' ἄμυνα τούτῳ πρὸς τὸ λυποῦν (τῷ μεγίστῳ γὰρ μέρει καὶ τοῦτο φιλοτιμεῖται τοῖς ζώοις ἡ φύσις, ὡς εἴ τις ἐπιτίθοιτο προσαμυνεῖσθαι) οὐχ ὁπλῇ κατὰ τοὺς ἵππους ἢ κέρατι κατὰ βοῦς (οὐδὲ γὰρ κέρασιν
D ἐστεπται), οὐκ ὀδόντι κατὰ τοὺς κάπρους, οὐκ ὄνυξι κατὰ τὰς γαλᾶς, μόνοις δὲ τοῖς ὀδοῦσιν, οἶμαι, διὰ δηγμάτων μετρίων, ὅσον καὶ ἀποσοβεῖν τὸ λυποῦν μὴ βλάπτον· οὐδὲ γάρ τις ἰὸς τοῖς ὀδοῦσιν ἐντέθραπται κατ' ἐκεῖνα ἃ δὴ τοῖς τοιούτοις ἡ φύσις ὁπλίζει. τοῦτο ὡς εἴ τι τέρας ἐκεῖθεν πρὸς βασιλέα διακομισθὲν ἑκάστης θέαμα ἦν καὶ τρυφὴ τοῖς ὁρῶσι δι' ἀγορᾶς ἑλκόμενον.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τῷ κρατοῦντι πεπράχαται δοκήσει τοῦ
P 119 συνοίσειν τοῖς ἡμετέροις. καὶ ὅσον μὲν εἰς εἰρήνην ἀνυστὸν ἦν τὸ πραγματευόμενον, ἄλλως δὲ καὶ ἐς μέγιστον ἐλυμήναντο·
B (5) ταῖς γὰρ συνεχέσι μετακομίσεσι τῶν βορέαθεν μειρακίσκων πλῆθος ἐν καιρῷ συστὰν στρατιωτικὸν ηὔξησέ τε τὴν τῶν Αἰθιόπων ὁρμήν, καὶ ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα ἐπήδων, ὡς πολλάκις τῷ

2. ποηφόρον P.

et ipsi ungulis. ipsum alioqui animal mansuetum ac cicur, ut etiam ludendum se pueris praebeat, et naso tractum non invitum sequatur quocunque duxeris. herba vescitur: sed et panem et hordeum non minus quam oves libenter gustat. indoles tractabilis nec iracunda. si quid offendat (nam ferme animantibus natura quibus iniurias propulsent arma non negavit), si quid, inquam, infestum ingruerit, non id calce ut equi, non ut boves cornu, quo caret, non dente sanguinario et terribili, ut apri, non unguibus ut feles, sed solis, puto, non acutis dentibus ulciscitur per morsus non rabiosos, sed moderatos, ut intelligas nolle ipsum aliis nocere, satis habens ab sese quomodocunque propulsare noxam. neque vis ulla veneni dentibus subest in perniciem morsu propaganda, ut in multis animantibus quibus dentes natura pro armis dedit. tale peregrinae formae animal ex Aethiopia ad imperatorem missum spectaculum diu quotidianum et iucundum Byzantinis praebuit, per fora et plateas ductum.

Quae imperator ostentabat eo consilio, ut populus delectatus fructu isto longinqui commercii pacem et societatem initam cum Aethiope ut nostris rebus utilem probaret. et erat in ea forte conducibile quidpiam, si quis in praesentis usu tranquillitatis acquiesceret: sed qui longe consuleret in posterum, magnam summae rerum et nomini Christiano parari perniciem ista in barbaros indulgentia sentiret. (5) experientia certe docuit auctos et corroboratos Aethiopas isto libere concesso commeatu puerorum e borealibus tractibus, qui deinde in coelo mitiori affluente victus copia in acres bellatores adolescerent, formidabiles evasisse, conscriptis exercitibus invictis; nec iam virium conscios suarum sese intra cancellos

www.libtool.com.cn

κατὰ σφᾶς ἀσφαλεῖ θαρροῦντας ὑπερορίους ἐκφέρειν πολέμους καὶ κατὰ Χριστιανῶν ἀνδρίζεσθαι. τῶν γὰρ Ἰταλῶν τὴν τῆς Συρίας ἁπάσης παραλίαν κατεχόντων καὶ Φοινίκης ἀρχόντων καὶ αὐτῆς Ἀντιοχείας τὸ κράτος ἐχόντων, διαμφισβητούντων δ' ἐξ C
ὑπερτέρας ἰσχύος καὶ τῶν τῆς Παλαιστίνης τόπων ὡς ἁγιότητος δόξαν ἐχόντων, καὶ μάλα εἰκότως διὰ τὰς ἐκεῖσε τοῦ σωτῆρος διατριβὰς καὶ τὰ πάθη καὶ τὰ τῆς οἰκονομίας τραστικά, αὐτοί γε θαρσήσαντες ταῖς ἐκ τῶν Σκυθῶν συστάσαις δυνάμεσιν, ἐξελθόντες πᾶσαν ἐκείνην τὴν γῆν Μυσῶν τὸ λεγόμενον λείαν ἐποίουν, ὥς οὖ κατ' ὀλίγον (οὐδὲ γὰρ ἦν τοῖς Ἰταλοῖς πρὸς αὐτοὺς σπέν- D
δεσθαι ἐχθρούς γε ὄντας καὶ λεγομένους τοῦ τιμίου σταυροῦ) καὶ αὐτῶν δὴ τῶν μεγίστων πόλεων ἐξώσαντες αὐτὰς εἰς ἔδος κατήρεψαν. καὶ νῦν κεῖται μὲν ἡ περιφανὴς Ἀντιόχεια, κεῖται δὲ ἡ Ἀπάμεια, κατέσκαπταί τε Τύρος καὶ Βηρυτός, καὶ Σιδὼν τὰ ὅμοια πάσχει. ἑτέρωθεν δὲ θρηνεῖ Λαοδίκεια. Τρίπολίς τε καὶ Πτολεμαΐς, τὰ μεγάλα τῶν Ἰταλῶν ἄστεα, ὡς οὐδ' ἂν ἦσαν λογίζονται. καὶ δὴ Δαμασκὸς ἡ καλλίστη, τά ποτε τῆς Ῥωμαΐδος ὅρια καθ' ἑώαν, ἠφάνισται παντελῶς, καὶ ὅλως πλὴν τῶν εἰς Ἀρμενίους τελούντων οὐδέν ὅ τι συνίσταται. ὁ δὲ παμπληθὴς ἐκείνων λαὸς πανταχοῦ γῆς διεσπάρη ἄνευ τῶν πεσόντων,

olim fixos tenuisse aut secura possessione propriorum contentos domi acquievisse, verum ausos erumpere ac saepe bella finitimis inferre, sicque magno rei Christianae damno famam sibi parasse bellicae virtutis. Italis enim oram Syriae maritimam universam obtinentibus, imperantibus etiam Phoeniciae et ipsi urbium olim principi Antiochiae dominantibus, et eductis inde validis copiis prospere subinde certare solitis de possessione locorum Palaestinae antiqua sanctitatis fama merito inclytorum, quod in iis versatus passus et mira operatus fuerit deus factus homo, illi, de quibus agimus, Aethiopes freti exercitibus ex iuventute, ut diximus, Scythica conflatis, erumpentes e suis latebris istas regiones universas latrociniorum et praedarum campum habuerunt, ferentes illic agentesque cuncta, et tanquam de Mysis, quod dici solet, impune spolia raptantes, dosec paulatim (Italis abhorrentibus a foedere cum ipsis icendo utpote venerandae crucis notissimis et implacabilibus hostibus) quoad, inquam, paulatim post eiectos Christianos e maximis urbibus ipsas solo aequarunt. et nunc iacet quidem illustris illa Antiochia, iacet et Apamea. destructa est Tyrus et Berytus. Sidon quoque similia patitur. alia ex parte luget Laodicea. Tripolis et Ptolemais, magnae Italorum urbes, ac si nunquam fuissent, reputantur. pulcherrima etiam Damascus, terminus olim Romanae ad Orientem ditionis, eversa funditus est. et omnino praeter vectigales Armeniis regiones nihil ibi subsistit. numerosissima vero provincias illas opimas incolentium multitudo per omnes dispersa terras in miserrimo gemit exilio, praeter eos qui aut bello cecidérunt aut tyrannicis tormen-

www.libtool.com.cn

τῶν μὲν πολέμου νόμῳ, τῶν δὲ καὶ ἄλλως νόμῳ μαρτυρικῷ, μὴ καταδεχομένων τὴν ἄρνησιν.

Καὶ ταῦτα μὲν Αἰθιόπων τὸ Χριστιανικὸν ἀπώναντο ταῖς ἡμετέραις ἀβουλίαις ἢ κακονοίαις ἢ αὐτονόμοις ὁρμαῖς καὶ ὀρέξεσι· Τοχάρων δὲ τοῦ θράσους καὶ ἔτι ἀνέχομεν, οὐ δυνάμεσιν
P 120 εὖμενοῦν θαρσαλέαις, ἀλλὰ φιλικαῖς εἴτ' οὖν δουλικαῖς ὑπειλέσθαι, κήδη ποιοῦντες καὶ δωροφοροῦντες συχνάκις τὰ κάλλιστά τε καὶ μέγιστα, ὡς καὶ δεύτερον ἄλλο μετὰ ταῦτα καὶ χρόνοις ὑστέροις συνέστη πρὸς τοὺς δυτικοὺς Τοχάρους, ἔκ ποθεν ἀφανῶν ἐπιστάντας καὶ τὰ βόρεια κατασχόντας μεθ' ὅτι πλείστου
B δυνάμεως, συνάλλαγμα τῷ ἄρχοντι τούτων Νογᾷ, ἐκδόντος τοῦ βασιλέως ἑτέραν παῖδά οἱ ἐκ σκοτίων σπερμάτων γεγεννημένην, Εὐφροσύνην τοὔνομα, ἐξ ὧν συνέβαινε μετὰ φιλίας ἐκείνους ἔχειν ἃ δὴ προσταλαιπωροῦντες πολέμῳ μόλις ἂν ἐκτῶντο.

C 6. Τῷ μὲν οὖν βασιλεῖ μετὰ ταῦτα διεγνωστὸ ἀπαλλαγῆναι καὶ τῶν βασιλίδων τῶν καὶ αὐταδέλφων τοῦ παιδὸς Ἰωάννου, δοκουσῶν ἔχειν καὶ τούτων τὸ μέρος βασιλείας κλῆρον ἀπὸ πατρός. καὶ διὰ τοῦτο βαθύ τι σκοπῶν ἐκεῖνος Ῥωμαίους αὐταῖς οὐ συνήρμοττε. τὴν μὲν γὰρ τῷ ἀπὸ τοῦ Μορέου εὐγενεῖ Λατίνῳ Μαΐῳ Δεβελικούρτῳ λεγομένῳ συνῆγεν εἰς λέχος ἐντεῦθεν

tis Christianae causa fidei, quod eam abnegare iussi renuerent, consumpti sunt.

En quid Christianae respublicae profecerit ex auctis Aethiopum viribus imprudentia vel potius malitia nostra consiliisque ambitiosis et privatas utilitates bene quantovis emptas dispendio arbitratis cupiditatibus! Tocharorum vero in clades Christianorum ferociam adhuc quidem utcumque coercemus, non armorum utique meta aut viribus nostris, quibus quam parum fidamus ipsi norunt, sed precario emendicata gratia illorum, sive, ut vere vocabulo rem ut est exprimamus, servilibus obsequiis, affinitatibus illos honorantes, et ditantes donis creberrime missitatis, quam ia rem optima et pretiosissima nostrorum impendimus. huc pertinet quod aliquanto post haec tempora foedus iniit imperator cum Tocharis Occiduis, ex prius ignotis prodere se ac proferre in lucem indipientibus, et quae nostris finibus a Septentrione obiacent vi maxima occupantibus. quorum principi Noga dicto imperator aliam suam filiam, et ipsum ex pellice genitam, dedit uxorem, Euphrosynem nomine. unde contigit ipsos ultro a nobis amicitiae nomine condonata auferre, quae ancipiti et laborioso bello vix unquam acquirere potuissent.

6. Post haec decrevit imperator amovere a se tres reginas pueri Ioannis sorores germanas, quae videri poterant partem aliquam iuris ad imperium a patre trahere. quare cavendum etiam atque etiam putavit ne iis Romani coniuges darentur, ne qua inde cuiquam offerri rerum novarum moliendarum posset occasio et oriri perturbatio sibi familiaeque suae periculosa. igitur unam quidem ipsarum nobili Latino Maio de Be-

www.libtool.com.cn

ἐνθημήσαντι, τὴν δὲ δευτέραν Λατίνῳ μεγιστᾶνι, ὃν ἂν ἐκεῖνοι φαῖεν σεμνύνοντες κόντον, ὄνομα Βιντιμίλια, ἀπὸ Γεννούας D τότε προσελθόντι κατὰ φήμην τῷ βασιλεῖ, εἰς γάμον ἐκδοὺς καὶ δώροις τὰ εἰκότα φιλοφρονησάμενος ἀποπέμπει συνάμ' ἐκείνῃ συ-
5ζύγῳ, τὴν δὲ τρίτην Βουλγάρῳ τῷ Σφεντισθλάβῳ κατὰ Μυσίαν τῶν κατὰ τὴν Αἶμαν ὀρεινῶν ἄρχοντι δίδωσι. καὶ οὕτως ἐκείνων ἀπαλλαγεὶς καὶ τῶν φροντίδων τῶν ἐπὶ ταύταις ῥαΐσας ἑτέραις πράξεσιν ἐπιβάλλεται.

7. Φθάνει μὲν οὖν τῷ πρὸς Ἀλαμάναν Ἄνναν, ἣν συν- P 121
10οικοῦσαν ἐπ' ὀλίγον εἶχεν ὁ τοῦ Λάσκαρι πατὴρ Ἰωάννης ἐν ἰσχάτῳ γήρᾳ, Φερδερίχου ταῦ τῆς Σικελίας ἄρχοντος παῖδα, τοῦ Μαφρὲ δ' ἀδελφήν, ἣν δὴ καὶ ἐκ πρεσβείας ἐλθοῦσαν ταινιώσας ὁ δηλωθεὶς βασιλεὺς Ἰωάννης Λεγούσταν θεικνὺς σύνοικον εἶχε καὶ ἔστεργε, — τῷ γοῦν πρὸς αὐτὴν ἔρωτι ὁ βασιλεὺς
15Μιχαὴλ ἁλοὺς ἐν ἀσφαλεῖ μὲν εἶχεν ἐφ' ᾧ τάχα μὴ ἀποδρᾶναι B πρὸς τοὺς οἰκείους, ὅμως δ' ἐκείνῃ προνοῶν τῶν ἐπιτηδείων βασιλικῶς πάντα τρόπον ἐπείρα τῆς σωφροσύνης περιγενέσθαι. ὡς δ' οὐκ ἔπειθε πολλὰ πράττων καὶ δεξιούμενος (μηδὲ γὰρ ἂν καλὸν εἶναι ἢ εὐπρεπὲς βασιλέως ἀκούσασαν δάμαρτα οὕτω μεγί-
20στου καὶ φοβεροῦ ἐν ὑστέρῳ τὸ λέχος ῥισχῦναι καὶ τῷ δούλῳ, εἰ

19. ἢ] τὸ P.

fcarto nuncupato, qui ex Moreo, unde ortus erat, Constantinopolim advenerat, matrimonio coniunxit; alteram Latino item megistani, quem sui perhonorifice apud ipsos vocabulo comtum appellabant, nomine Vintimilia, qui tunc famam secutus ex urbe Genua ad imperatoris comitatum accesserat, uxorem dedit, et donis eum magnificis honoratum in patriam cum nova remisit coniuge. tertiam collocavit Bulgaro Sphentisthlabo, montanae circa Haemum regionis in Mysia principi. sicque his imperatorii generis mulieribus precul amandatis, solutus ea parte curarum, aliis pro arbitrio gerendis iam securiorem applicuit animum.

7. Ante omnia memorandum est quid de Anna Alamana tentaverit, fuerat haec exiguo tempore coniux Ioannis Augusti, patris Theodori Lascaris, ab eo ducta in extremo senio, Friderici Siciliae regis filia, Manfredi soror, quam a legatis ad eam accersendam missis deductam et solemni coronationis ritu Augustam declaratam memoratus imperator Ioannes uxorem, eamque percaram, habuerat. huius amore captus imperator Michaël custodivit eam diligenter ne rediret ad suos, magnifice tamen ipsi ac regie quae opus ipsi erant ad victum cultumque suppeditans, at nullam non interim admovens machinam ad eius, si qua ratione posset, pudicitiam expugnandam. in quo frustra fuit, artes eius omnes insidiosasque blanditias matrona repellente, quippe quae sapienter reputaret quam probrosum foret se tali ortam domo, vita in summa dignitate per inoffensam hactenus famam transacta, viduam maximi et potentissimi

www.libtool.com.cn

καὶ βασιλεύοι νῦν, παλλακεύεσθαι μεγίστην οὖσαν καὶ ἐκ μεγι-
C στων), ἄλλον τινὰ τρόπον ἔγνω θεραπεύειν τὸν τυραννοῦντα μα-
νικὸν ἔρωτα. καὶ δὴ αὐτῇ μὲν ὑπέσχετο ἑαυτῷ συνοικίζειν εἰς
γάμον ἀφέντα τὴν ἑαυτοῦ, πλὴν ἐπὶ δοκούσαις εὐλόγοις προφά-
σεσιν, ἃς καὶ προὔτεινεν ἐπὶ πολλῶν, καλὴν μὲν εἶναι τὴν Θεο-
δώραν (οὕτω γὰρ ὠνομάζετο ἡ Αὐγούστα) καὶ γένους ἀξίου τού-
του βασιλικοῦ, καὶ μηδὲν ἔχειν ἐπαιτιᾶσθαι ἢ γένους ἢ σωφρο-
D σύνης τρόπων παραβεβασμένων ἢ τοῦ μὴ φίλανδρον εἶναι καί οἱ
ἀξίαν συμβασιλεύειν. ἀλλ' ἀναγκαῖον εἶναι πάντως εὐφυλακτό-
τερον καὶ πρὸς τοὺς ἐχθροὺς ἔχειν ἐπὶ τῆς πόλεως ὄντας, ἧς πο-
λὺς μὲν ὁ ζῆλος ἀναγκαῖος δ' ὁ κίνδυνος, οὐκ ὀλίγων ἐπεισφρεῖν
ἐχόντων, καὶ ταῦτ' Ἰταλῶν τῶν ἐχόντων πρότερον, παρακε-
κνισμένων καὶ ἄλλως εἰς μῆνιν, ὅτι ἔχοντες ἀφῃρέθησαν. καὶ
νῦν παρακινηθέντας στόλον ἀκούεσθαι φοβερὸν ἐξαρτύεσθαι,
E αὐτοὺς δ' ἀντωπεῖν ὁρμαῖς τοιαύταις μὴ ἔχειν· οὔτε γὰρ ναυσὶ
τοσαύταις εἶναι πρὸς ἐκείνους ἀντέχειν, οὔτε μὴν οἵους τ' εἶναι
στρατεύμασι πολεμεῖν κατὰ γῆν. τοὺς δὲ Βουλγάρους καὶ αὐ-
τοὺς ἑτέρωθεν ἀπειλεῖν εἰσβάλλειν διὰ Θρᾴκης, καὶ μᾶλλον τῆς

imperatoris, contaminare lectum eius et Augustale decus cum illustri memoria tanti coniugis foedissimo pellicatu profligare, subiiciendo sese turpi libidini servi olim eius ac subditi, licet hodie ad imperium evecti. cuius honestissimi certa propositi cum tamen prudenter vereretur quorsum amor impotens desperati successus furiis incensus in tyrannica licentia posset erumpere, optimum factu putavit hanc deliniendae flagrantis cupiditatis inire rationem. dixit imperatori haudquaquam se abhorrere ab eius coniugio, si quis modus reperiretur eius legitime sancteque committendi. quare videret ecquid eo quo nunc esset implicatus matrimonio sese rite posset exolvere. tali nexu libero se, ut honeste, ita non illibenter postea nupturam. arrexit aures ad ea Michaël, et excitatum oblata spe animum cupide advertit ad comminiscendas et quibus opus erat artificiose insinuandas speciosas causas repudiandae, quam habebat in contubernio, coniugis, aiebat haud se ire infitias talem esse Theodoram (id erat Augustae nomen) in qua nihil ad regii generis claritatem, ad pudicitiae decus, ad morum sanctitatem aut caritatem in virum posset requirere, quo minus dignissimam fateretur quae secum imperaret. considerandum tamen esse necessitatem gravem, imminenti nunc rebus Romanis atroci periculo impositam, solicite praecavendi Latinorum iras, erepta nuper Constantinopoli furentium. opibus ipsos et numero valere, causa quoque irritari communiter plausibili, pulsos ex possessione diturna et multis spoliatos, quae propria dudum carissimaque habuerant. concitatum audiri totum Italorum nomen, et armari conspirante sententia potentiaque ferocissimarum gentium potentissimam classem, cui vix habeat Romanum, quo nunc statu est, imperium quid satis validum opponat. neque maritimo apparatu haud dubie impares, terrestribus saltem copiis fidere possumus, quibus satis negotii facessent exurgentes e Bul-

τῷ τῶν Βουλγάρων ἄρχοντι Κωνσταντίνῳ συνοικούσης Εἰρήνης μὴ ἠρεμεῖν ἐώσης τὸν σύζυγον τῇ πρὸς τὸν βασιλεύοντα ἀπεχθείᾳ. κύκλῳ γοῦν τῶν ἐχθρῶν παρακινουμένων χρῆναι φυλάσσεσθαι P 122 τὰς ἐπιθέσεις εἰς ὅσον δυνατόν, ἰδίως δὲ δεδιέναι καὶ τοὺς τῆς βασιλίδος Ἄννης οἰκείους ὡς ἑτοίμως διὰ ταύτην κἀκείνους τοῖς ἄλλοις συνεξορμήσοντας. εἰ δέ τι προμηθευσαίμεθα κρεῖττον καιρὸν ἔχοντες, μὴ μόνον ἐχθροὺς ἐκείνους ἀλλὰ καὶ φίλους γενέσθαι, αἰδουμένους τὸ κῆδος, καὶ κατ' ἀγχιστείαν, εἰ συνοικίσομεν ἑαυτοῖς τὴν ἐκείνων, οἰκείως πρὸς ἡμᾶς ἔχοντας. ταῦτα τοῦ βασιλέως βουλευομένου καὶ σοφιστικῶς λέγοντος (ἔπειθε γὰρ B ὁ ἐκκαίων ἔρως, καὶ μᾶλλον παρὰ τῆς δεσποίνης Ἄννης περιφρονούμενος) ἡ βασιλὶς Θεοδώρα πυθομένη χαλεπῶς εἶχεν ἐνέγκαι, εἰ δέσποινα ἑστεμμένη οὖσα καὶ γνησία γυνή, ὑπ' ἀνδρί τε τῷ βασιλεῖ τεκοῦσα παῖδας, καὶ πρῶτον μὲν ἀποιχόμενον ἄλλον τὸν Μανουήλ, εἶτα δὲ καὶ τὸν περιόντα Ἀνδρόνικον, ὃν βασιλικῶς ὁ πατὴρ τρέφοι, καὶ τρίτον τὸν ἐπὶ τῆς πόλεως γεννηθέντα τὸν πορφυρογέννητον Κωνσταντῖνον, τοιαῦτα πάθοι ἀπολειφθεῖ- C σα, στερηθεῖσα μὲν τοῦ ἀνδρὸς στερηθεῖσα δὲ καὶ τῆς βασι-

guria motus, unde Constantinum principem assidue in nos stimulatum ardentissimis instigationibus Irenes coniugis nobis perinfensae minari audimus irruptionem in terras nostras per Thraciam. in tanta multitudine et rabie coorientium in nos ex omni circum parte ferocissimorum hostium, quis non videt consulturum utique circumventae undique reipublicae, qui dederit operam numero eorum minuendo quibusdam aut ad nostram societatem attrahendis aut a communi certe aliorum conspiratione abducendis? iam illud satis constat, in primis Latinorum ditione ac vi bellica imperatricis Annae cognatos numerari. porro istos communione nominis ac generis satis per se pronos in partes hostium nostrorum propriae in nos saevius commovebunt causae, repetendae reducendaeque domum consanguineae matronae quasi detentae a nobis indigna custodia, nisi mature praecavemus et ex ipsa mali causa remedium quaerimus, tempestiva si unquam affinitate contrahenda, qua propinquorum dominae Annae non solum exarmentur irae sublatis incentivis odiorum, sed etiam amores auxiliaque concilientur, tanquam utique propinquis et necessitudine connubii cum sorore Manfredi filiaque Friderici iam quasi domesticis ipsorum. talia versare animo ac sophisticis honestare conari rationibus imperatorem (prout adigebat illum exurens intime vaesanus amor, irrideri sese a domina Anna et vana obiecta imagine nunquam successuri coniugii deludi non sentientem) audiens Augusta Theodora graviter, ut erat consentaneum, tulit. quam enim intolerandum contumeliae genus fore se legitimam coniugem, quae viro imperatori tres mares peperisset, primum Manuelem fato praereptum, alterum Andronicum superstitem, regie a patre educatum, tertium, ex quo Constantinopolim migraverant, ibi natum in purpura, Constantinum, inde Porphyrogenitum cognominatum, post tanta merita nullius compertam culpae repudiari, exauctorari, viro imperio honore omni privatam abiici, et aemulam in locum suum intru-

λείας, καὶ πάσης ἀπερρεμμόνη τιμῆς, τὴν δ' ἀντίζηλον ἐπὶ τοῦ θρόνου τῆς βασιλείας ὁρῶσα συμβασιλεύουσαν τῷ ἀνδρί. ὅθεν καὶ πρὸς τὸν πατριάρχην πέμψασα ἱκετεύει τοιαύτην συμφορὰν ἐμῶναι ταύτῃ, καὶ νόμων θείων ὑπερμαχεῖν ἀξιοῖ. ὃς δὴ μυθὼν καὶ ἀγάμενος, εἰ τοιούτοις ἐπιχειροίη ὁ βασιλεὺς καὶ ἀνέδην τῶν ἀθίκτων ἅπτεσαι, ὡς καὶ τοὺς κειμένους νόμους ἐθέλειν καταπατεῖν, αὐτὸς τοιοῦτος μὴ νομιζόμενος πρότερον, δεινὰ ἐποίει καὶ διεμήνυε, τὸ μὲν ὀνειδίζων, τὸ δ' ἐπισείων ἐκείνῳ καὶ τὴν ἐκ θεοῦ ἀγανάκτησιν. τὰς δέ γε προφάσεις ὡς ἱστὸν ἀράχνης διέλυε· τὸ γὰρ φόβον θεῖον παρ' οὐδὲν τίθεσθαι κακῶς κρίνειν εἶδότος εἶναι τὸ φοβερόν, τὸ μέντοι γε τοὺς θείους νόμους φοβεῖσθαι ἀφοβίαν εἶναι μεγίστην τῷ φοβουμένῳ, κἂν ὅ τι προτείνοι τις ἐπὶ τῷ φοβεῖν. ταῦτα τοῦ πατριάρχου καὶ λέγοντος καὶ μηνύοντος, ἔτι δ' ἑτοίμου ὄντος ἀποκόπτειν ἐκεῖνον, εἰ ἄλλο τι πράττοι, τῆς τοῦ Χριστοῦ ὁλομελείας ὡς μέλος σεσηπὸς ἤδη καὶ θεραπείαν μὴ προσιέμενον, ἐπεὶ ἔγνω προσκρούσας ὁ βασιλεὺς ἰσχυροτέρῳ τῶν αὐτοῦ δυνάμεων, καὶ ὡς πρὸς Κρῆτα κρητίζει δῆθεν τὸν ἤδη μαθόντα τὰς ἐκείνου ἐπιχειρήσεις (οὐδὲ γὰρ ἐπὶ μικρὸν οὐδ' ἐκείνου ἠρεμεῖν εἴα τοὺς λογισμοὺς ἡ τοῦ παιδὸς Ἰωάννου ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ παρόρασις), πρύμναν τε κρούεται, τὸ

sam cernere. hoc metu anxia mittit ad patriarcham qui eum suo nomine suppliciter rogarent ut tam atrocem a se iniuriam arceret, dignareturque pro sua auctoritate deterrere imperatorem, ne tam proterve uxores pro libito commutando divinis legibus illudere auderet. miratus plurimum hoc audiens patriarcha est cogitari attentarique res tales ab imperatore, palam inconcessis inhiante, nec verente per conculcatas leges in cupiditatum obsequium ruere; quantae illum nequitiae capacem non ante credidisset. quare haud molliter castigandam ratus erumpentem in tam inverecundos ausus insaniam, gravissime illum qua exprobrando qua obiurgando increpuit, minis etiam intentatis irae divinae. simul allegatos in obtentum proterviae lasciviae praetextus ut telas aranearum amovit difflavitque, sapienter monens formidare vim hominum et dei numen ac vigilem in scelera vindictam audaci licentia spernere nonnisi eius esse qui de vere terribilibus pessime iudicet, hinc quidem stulte trepidus, inde praepostere securus. quaecumque sibi demum terrorum spectra prave formidolosi confingant, divinas vereri leges veram demum securitatem esse. desineret igitur vana commlnisci, et trepidationem inanem iusto et sancto dei metu comprimeret. haec eō his consentanea gravitate tali persona digna monentem patriarcham, clareque insuper minantem sese illum, si porro cogitata promoveret, e Christi corpore velut membrum putridum et curationem respuens abscissurum, reveritus imperator, aut potius confusus deprehensa turpis voti conscientia, eventumque desperans coepti facultate (quod sero sentiebat) et viribus superioris, insuper metuens ne veteres patriarchae in se offensiones ob amotum ab imperii collegio Ioannem refricaret, ac clare tandem intelligens frustra se fucum perspicacibus

www.libtool.com.cn

τοῦ λόγου, καὶ ὡς εἶχεν ἐφοδιάσας τὴν δέσποιναν Ἄνναν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα πέμπειν αἱρεῖται, πλὴν ἐπ' ἀνταμοιβῇ τοῦ παρὰ τἀδελφῷ P 123
ταύτης Μαφρὲ κατεχομένου Καίσαρος· ἐκεῖ γάρ οἱ ὁ πενθερὸς ἐκείνου Μιχαὴλ ὁ δεσπότης τοῦτον κρατήσας ἐξέπεμψεν, ὡς προείρηται. ὅτι δὲ σκῆψις ἦν ἐκείνῳ τὸ προβαλλόμενον, καὶ μόνον ἔρωτος θεραπεία καὶ οὐ τοῦ κοινοῦ προμήθεια, ὁ τῶν πραγμάτων εἰδὼς ἀκριβῶς τὴν μελέτην συνελογίζετο. (8) ἦ γὰρ B
Ἄννα Φερδερίχου μὲν ἦν θυγάτηρ, Μαφρὲ δ' αὐταδέλφη, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν, ἀποστατῶν τοῦ πάπα καὶ τῶν τοῦ πάπα, καὶ ὡς αὐτοὶ φαῖεν ἄν, τῆς αὐτῶν ἐκκλησίας. οὐδὲ γὰρ ἐβούλοντο κατὰ τοὺς ἄλλους καὶ αὐτοὶ εὐπειθεῖν τε καὶ ὑποκατακλίνεσθαι καθ' ὅ τι λέξοι καὶ πράξοι ὁ τῆς ἐκκλησίας ἐπειλημμένος, ἀλλ' αὐτονόμοις χαίρειν ὁρμαῖς καὶ οὕτως ἐπὶ Σικελίας καὶ τῶν ἐκτὸς τὴν ἀρχὴν διοικεῖν. ὑβριοπαθῶν δ' ὁ πάπας πρὸς C
ταῦτα, εὑρὼν δραστήριον ἄνδρα, ἀδελφὸν ῥηγὸς τῶν Φραντζίσκων ὄντα καὶ εἰς κόντους τεταγμένον, τὸν Κάρουλον, τὸν κατ' ἐκείνων ὡς δῆθεν ἀποστατῶν ἐγχειρίζει πόλεμον, τάξας ἐκεῖνον εἰς τὴν αὐτῶν ῥῆγα, καὶ πόλεμον ἐμβαλὼν ἐκείνοις ἐντεῦθεν ἀκή-

facere conatum erumpente in notitiam male tecta fraude, remigium, ut sic loquar, inhibuit, et quasi a cursu temere inito se reprimens incubuit, quod dicitur, in proram, retro cessim nitendo, novo videlicet ex re capto consilio, dimittendi ad sua copioso instructam viatico dominam Annam, caeterum postmodum cum ea permutari et vicissim liberum dimitti Caesarem apud Manfredum Annae fratrem detentum: eo quippe illum a se bello captum eius socer despota Michaël deducendum curaverat, ut dictum est. porro istam ab imperatore ostentatam solicitudinem praecavendi ne cognati Annae Augustae cum caeteris Latinis conspirarent, nihil nisi vanum et inverisimilem praetextum fuisse vafra simulatione obtentum vitioso amori quo flagrabat, palam apparuit statum rerum tunc Italicarum ex vero scientibus. (8) Fridericus enim et Manfredus, quorum illum quidem Annae patrem, hunc fratrem fuisse diximus, ambo a papa et papae partibus defecerant, et ut ibi loquebantur, excommunicati ab ecclesia ipsorum suas sibi seorsim res habebant. non enim sicut caeteri obtemperare ac se morigeros praebere iussis ac placitis moderantis ecclesiam volebant, sed affectabant usurpabantque nemini obnoxiam licentiam agendi et statuendi prout liberet, ac sic tam in Sicilia quam extra, pleno et nullum agnoscente superiorem dominio, regnare. quarum intolerabilium injuriarum nactus papa idoneum ultorem Carolum fratrem regis Francorum, ex Contorum sive Comitum ordine, virum strenuum, bello eum praefecit illis veluti rebellibus et apostatis indicto, regnum ipsis ereptum illi tribuens quam optimo iure possidendum, si eos vi et armis inde pelleret; id quod summa ope tunc cum maxime ille ardens nihilque non movens conabatur. quodnam ergo, quaeso, periculum erat, ne isti

www.libtool.com.cn

ρυκτον. πῶς οὖν οἱ τόσον διαφερόμενοι πρὸς τὸν Κάρουλον
P 124 ὁμαιχμεῖν μετὰ τοῦ βασιλέως ἔμελλον πώποτε;

Ὅμως τὸ μελετώμενον ἀπεκρούσθη, καὶ ὁ βασιλεὺς ἔμενεν ἐπὶ τρόπου καὶ τὰ αὐτοῦ ἔπραττε. τὰ δ' ἦσαν τὸ βουλὰς ὑφαίνειν σὺν ἄρχουσιν, ὅπως ἀνακτίζοιτο μὲν ἡ πόλις διὰ ταχέων ἐπ' ἀδήλῳ τῷ τί Ἰταλοὶ φρονοῖεν περὶ αὐτῆς (δέος γὰρ μὴ ἀφανῶς ἐπιθοῖντο), ὅπως δὲ φυλαχθείη Ῥωμαίοις ἐπιστάντων ἐκείνων, καὶ μὴ φανέντες λαφύξαιεν ὡς ἐξ ἀνάγκης κραταιότερον ἐπιθέμενοι. οὐδὲ γὰρ ἠρεμεῖν οὐδὲ μικρὸν ἠκούοντο, ἀλλὰ στόλον μέ-
B γιστον ἀπὸ γῆς καὶ θαλάσσης κατὰ τῆς πόλεως ἐξαρτύεσθαι.
C (9) ἐδόκει γοῦν πρὸς τὰ παραστάντα διὰ ταχέων ἀνυψοῦν τὰ τείχη τῆς πόλεως, καὶ μᾶλλον τὰ πρὸς τῇ θαλάσσῃ, ἃ δὴ καὶ χθαμαλὰ ἦσαν εἰκότως θαλασσοκρατοῦντος τότε τοῦ πρώτως ἀνεγείραντος Κωνσταντίνου τοῦ οὐχ ἧττον τὸ σέβας ἢ τὰς πράξεις μεγίστου, κατεπείγοντος δὲ τοῦ καιροῦ, ἐπεὶ οὐκ ἔχοιεν πέτραις σὺν τιτάνῳ τὴν ἀνοικοδόμησιν ἐκτελεῖν, μόσυσι, σανίσι πλατείαις καὶ ἐπιμήκεσι σὺν τῷ καὶ στιβαρὰς πρὸς τὸ ταῖς ἐπιφοραῖς
D ἀντέχειν εἶναι, τούς τε πύργους καὶ τὰ τείχη προσανυψοῦν, πρὸς

17. στιβαραῖς πρὸς τὸ τὰς ἐπιφορὰς P.

cum Carolo communis in nos expeditionis societatem inirent, quicum capitalibus commissi odiis internecino bello de statu et salute dimicabant?

In hunc modum illae de novo coniugio imperatoris cogitationes evanuerunt, ipso in officio permanente ac de caetero intento rebus suis. inter quas quae tunc urgebant, erant deliberationes crebro ab illo habitae cum primis suorum de restauranda quamprimum urbe, sicque omni praesidiorum genere et intentae vigiliae custodia firmanda, ut quae arcano comparari ferebantur ad eam recuperandam insidiosae molitiones Latinorum, quandocumque in vim erupissent, successu frustrarentur. timebantur enim occultae artes et proditionum fraudes. copiarum quoque ac caeterorum apparatuum belli curabatur, ut tantum esset ad manum quantum opus erat ad prohibendum, ne statim atque in conspectum urbis venisset formidabilis ille, quem fama erat adornari, exercitus Italorum, eam absorberet, sed ab illorum quantumvis vehementibus defenderetur insultibus et Romano imperio servaretur. frequentes porro memorabant nuntii haud cessare ulla in parte Italos, sed in expeditionis apparatu duplici totos esse: nam et classem instruebant maximam, quae mari rem gereret, et terrestrem exercitum praevalidum armabant, quo urbs undecunque oppugnaretur. (9) usum igitur est necessarium ad occurrendum instantibus ante omnia summa celeritate moenia urbis attollere, praesertim quae mare spectabant, quippe quae humiliora erant, eo qui condidit, quod mari dominaretur, munire illa diligentius ea parte superfluum rato. is fuit Constantinus, non religione minus quam civilibus et bellicis actis maxime inclytus. quia vero angustiis temporis urgebantur nec petrae et calx ad manum erant, tabulis latis et praelongis usi trabibus, quas ubi deficiebat summitas depressioris muri, validis nexibus aedificio

www.libtool.com.cn

δέ γε τὸ αὐτάρκως ἔχειν τῶν ἀνθεξόντων ἐντὸς πλῆθος στρατιωτῶν ἔξωθεν εἰσοικίζειν, πλὴν ἐλαφρῶν ὡς ἐντὸς μενόντων ἐπὶ τοῦ τῆς μάχης καιροῦ, ἦν δέ τε δέοι καὶ ἀπὸ γῆς ἐκφέρειν πόλεμον, εἶναι τοὺς ὑποστησομένους ἐκ στρατευμάτων μεγάλων βασιλικῶν. τὰ δέ γε τῆς τροφῆς αὐτοῖς, εἰ ἐπὶ μήκιστον παραμένοιεν προσκαθήμενοι, ἑτοίμως ἀπὸ τῆς πόλεως ἑτοιμάζεσθαι· εἰσαχθέντων γὰρ βοῶν ἱκανῶν εἰς γεωργίαν τῶν ἀρουρῶν, ὅπου ἂν εἴησαν αὗται καὶ παρ' ὧν κατέχοιντο, τῶν ἐντὸς λέγω τῆς πόλεως, αὐτοὺς γεωργεῖν ἔχειν νεοῦντας καὶ σπείροντας καὶ θερίζοντας, ὡς εἶναι καὶ τοῖς ἀνθρώποις αὐτάρκη τροφήν, πρὸς τῷ καὶ ταρίχῃ προεισαχθῆναι τοῦτο μὲν ἐξ ὑείων κρεῶν τοῦτο δέ γε καὶ ἐκ τοῦ τῶν προβάτων γάλακτος, καὶ χιλὸν τοῖς ἵπποις προσαπομέρειν, εἶναι δὲ καὶ γεωργοῦσιν ἐντὸς τα ἐς τροφὴν ἀνθρωπίνην τῶν ζώων ἐξ ἀνάγκης περιγινόμενα, ὡς τρέφειν ἱκανῶς ἔχουσι. περιβλήματα δὲ ἐκ βοείων δερμάτων ταῖς σανίσιν ἐπιτιθεῖσθαι, μὴ καὶ πῦρ ἐναύσαντες ἐκκαίοιεν οἱ πολέμιοι. τὰ μὲν οὖν τῶν σανίδων εἰς ἔργον ἐξέβη, καὶ πύργοι μὲν ὡς ἐπὶ τρεῖς ἀνυψοῦντο B P 125

3. τε] τι?

priori committebant, suggestum coronae moenium et surgentibus per intervalla turribus adstruxerunt, quantum sufficeret ad tegendos intus defensores; quorum ne deesset copia, foris accivit et intra urbem collocavit, domiciliis pomoerio vicinis, magnum numerum militum levis armaturae: non enim loricis caeteroque gravi apparatu opus erat pugnaturis ex tuto, pinnis murorum protegentibus. nam ad eruptiones, si quas usus belli posceret, et apertas in campo dimicationes cum obsessoribus, praesto adfuturos cataphractos e castris maioribus imperatoris. providit autem ne praesidiariis hisce urbanis alimenta unquam deforent, quantumcunque duraret obsidio, sed esset semper affatim unde ipsis ex urbe suppeditarentur ad victum necessaria; quam ad rem introduxit in urbem boum numerum, quantus sufficeret culturae camporum suburbanorum, quorum opera industrii agricolae arando serendo metendoque conficerent frumenti quod esset opus ad annonam in urbe degentium, addita quam pariter intro congeri curabat copia magna duratorum sale ac fumo ad diuturnam conservationem ciborum, partim ex suillis carnibus partim ex ovino lacte. foeni quoque vim ingentem in pabulum equorum reposuit, non defutura ipsis agricolis intra urbem degentibus et ex ea in culturam ruris undique vicini quotidie prodituris etiam obsidionis tempore quadam copia carnium etiam recentium, nonnullo utique numero animalium suburbanis pascuis alendo; unde non solum soboles succresceret apta laboribus aratri ac plaustri, sed quae in macelli quoque ac mensarum usum urbanum abundaret. porro coria boum sic in cibos absumptorum imponi agglutinarique iubebat exterius iis tabulis, quas dixi muris additas fuisse, quo illae protegerentur ab igne hostili, si forte iniiceretur. ac suggestus quidem ille murorum ex materia, uti destinatus fuerat, peractus est, turres attollens supra molem priorem ad tres cubitos, et moenia similiter, debita proportione ad turres. caetera eius generis, ut minus urgentia in prae-

www.libtool.com.cn

πηχεις, τείχη δὲ ἀναλόγως τοῖς πύργοις τὴν αὔξην ἐλάμβανον· τὰ δὲ λοιπὰ ὑπερετίθεντο ὡς ἐπὶ καιροῦ πράξοντες. τὸ δ' ἐλαφροῖς τῶν στρατιωτῶν οἰκίζειν τὴν πόλιν καὶ λίαν ἐπ' ἀνάγκης εἶχεν, ὅπου γε καὶ Λάκωσι πλείστοις ὕστερον ἐκ τοῦ Μορέου ἀφιγμένοις ἐπιμερίσας τόπους ἐπὶ τῆς πόλεως παρεῖχε κατοικεῖν ὡς αὐτόχθοσι, καὶ ῥόγαις ἐτησίοις δωρούμενος καὶ πλείστοις C ἄλλοις φιλοτιμήμασιν ἐπὶ πολλοῖς καὶ ἐντὸς καὶ ἐκτὸς ἐχρῆτο, ὥς ἀξίαν τριβὴν ἐν πολέμοις ἔχουσι. τῷ δέ γε Γασμουλικῷ, οὓς δὴ συμμίκτους ἡ τῶν Ἰταλῶν ἐῖπειε γλῶσσα (ἦσαν γὰρ ἔκ τε Ῥωμαίων καὶ Λατίνων γεγεννημένοι), προσανεπαύετο ἐκπέμπων ἐπὶ νηῶν· ἦσαν γὰρ τὸ μὲν προμηθὲς εἰς πολέμους καὶ συνετὸν ἐκ Ῥωμαίων, τὸ δ' ὁρμητικόν τε καὶ αὔθαδες ἐκ Λατίνων ἔχοντες. καὶ στόλον μέτριον ἐξηρτύετο, καὶ προσεκτᾶτο τὰ τῶν νή- D σων ἐγγύτερα, ῥόγας μὲν ἀποτάττων αὐτοῖς ἐκ τοῦ κοινοῦ ταμιείου καὶ φιλοτιμίαις αὔξων τὰς προθυμίας, ἀντιλαμβάνων δ' ἐκ τῆς ἐκείνων σπουδῆς καὶ ἐργασίας πλείονα. εἶχε γὰρ ταῖς ἀληθείαις καὶ τὸ εὐεργετικὸν πρὸς ἅπαντας, καὶ ἀμφοτέραις ἐξήντλει πολλῶν προαποκειμένων, οὐκ οἶδα εἴτε τις τὴν φύσιν τοιοῦτος ὤν, ἢ προσποιούμενος δι' ἄλλα μέγιστα τὸ φιλότιμον, ἀναγκαστικὰς τὰς εὐνοίας ὑποποιούμενος, ὡς δῆθεν οὐκ ἐνδίκως

sens, suo tempore curanda dilata sunt. illud quippe iam nunc necessarium mature ac cum solicitudine curatum, ut expediti leviterque armati milites ad urbis praesidium idoneo numero, admotis circum undique pomoerio domiciliis, collocarentur. quo in genere Laconibus plurimis e Moreo post receptam Constantinopolim profectis assignatis locis aedes attribuit, pensionibus illos, tanquam si essent indigenae, annuis donans, caeteraque plurima liberalitate sibi devinciens. unde illos promptos habebat ad quaevis obsequia, libentesque libenter adhibebat ad multa intus et extra urbem, quippe usu idoneo praeditos rei bellicae. Gasmulico quinetiam Hybridarum genere, quos Italorum lingua commixtos diceret, confidit, partem talibus reipublicae committens, navalem videlicet militiam, in quam eorum plerosque conscripsit, aptos ei functioni utpote prudentiam solertiamque ex Romanis, impetum vero et audaciam ex Latinis haustam simul habentes. itaque ex his maxime classem instruxit satis magnam, qua vicinas insulas recuperavit et obtinuit, stipendia et donativa ipsis ex aerario communi constituens, ac cum fide repraesentans, aliisque praemiis ultro subinde datis alacritatem ipsorum excitans augensque, vicissimque ab iis utilem operam studiumque in obsequia etiam periculosa promptum recipiens. habuit enim hic imperator vere liberalitatem in omne hominum genus effusam, utraque hauriens manu ex parata copia conditarum longa parsimonia opum, quae late spargeret in usus egentium, haud equidem scio an instinctu indoleque naturae, an iudicio animi ob praesentem eius rei utilitatem benefici nomen affectantis, eo scilicet adigente necessitate parandae sic vulgi benevolentiae, qua in primis opus

www.libtool.com.cn

ἄρξας, ἢ τό γε τρίτον, πρὸς τὰς τῶν προτέρων βασιλέων ὠφερ- E
γεσίας ἀντιβαλλόμενος, κἂν μὴ τόσον εὐηργέτει μηδ' οὕτως.
τέως δέ γε κατὰ βασιλεῖς ἠναγκάζετο χρῆσθαι τοῖς πράγμασι, μὴ
καὶ δόξοι σκηνικῶς τὸ ἄρχειν ἐπιτηδεύων. οὔτε γὰρ ἥλιος ποθει-
νὸς μὴ τὰς ἀκτῖνας παρίσχων τοῦτο μὲν γῇ τοῦτο δ' ἀνθρώποις
καὶ ζώοις ἅπασιν, οὔτε βασιλεὺς τὸ ἀληθινὸν πρὸς ἄρχειν ἕξει
μὴ τοὺς ὑπηκόους εὐεργετῶν. ὅστις δὲ βασιλεύων γλίσχρος ἐστὶ
πρὸς τὸ διδόναι, ἐκεῖνος σκηνὴν βασιλείας, οὐ βασιλείαν μετα-
χειρίζει· τεκμήριον δὲ ὁ ἐπὶ σκηνῆς Ἀγαμέμνων καὶ Οἰνόμαος P. 126
Οἰδίπους τε καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ καὶ Ἄδραστος βασιλεὺς Ἄργους καὶ
οἱ λοιποί, ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον λέγω τῶν ἐπὶ σκηνῆς βασιλέων.
πότε γὰρ ἐξ ἐκείνων τις εὖ πάθοι, πότε δὲ καὶ εὐεργετηθείη,
ὑποκρινομένων τὰ τῶν βασιλέων πρόσωπα; ἀλλ' ἐκείνοις μέν
ἔστι καὶ ἀπολογεῖσθαι καὶ τὴν μέμψιν διαφεύγειν τὴν τῶν πολ-
λῶν· σχήματα γὰρ προσώπων καὶ οὐ πρόσωπα ὄντας ἀνάγκη
καὶ σχήμασι μόνοις εὐεργετεῖν· τούτοις δέ γε τίς ἀπολογία καὶ B
ὑπολέλειπται μὴ δεδοῦσιν; εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ σχηματίζονται καὶ

6. ἀρχὴν?

erat ei qui sibi esset conscius usurpati fraude nec iuste possessi principatus. potest et tertia excogitari causa, quae Michaëlem Palaeologum ad large plurimis benefaciendum potuerit impellere, aemulatio laudis in isto genere praeclarae illorum qui ante ipsum imperaverant; quorum effusum studium bene merendi tribuendique ex priori memoria cum repeteret, nunquam se putaret, quantumvis large passim donando conaretur, decus hoc ipsorum ac famam aequare imitando aut assequi. mihi quidem sic videtur, litium ex quo imperatoris nomen assumpserat, indixisse sibi inelactabilem necessitatem imperatorio more agendi, ne non vere imperare sed velut in scena simulare imperatorem videretur. ut enim amabilis sol non esset nisi radios spargeret, per quos iuvat terras homines et cunctas animantes, ita ille verum instar principis non habet, qui cumulare beneficiis non studet eos quibus imperat. mea, inquam, sententia, qui regis habens nomen parcus et tardus ad donandum est, simulacrum et larvam gestat regni, minime autem veram eius tituli maiestatem obtinet. argumento sint illi tralatitii scenarum reges, Agamemnon, Oenomaus, Oedipus et huius posteri, Adrastus quoque Argorum rex, et ne singulos numerem, eius formae caeteri; a quibus quis unquam spectatorum patientem ipsis operam humanti silentio dantium, dum se magnifice ostentant in purpura non sua, mutuae quidquam accepit gratiae? quem unum iuverunt re alia? cui commodi quidquam aut doni tribuerunt? atque hi quidem excusationem habent purgandae ad populum illiberalitatis suae plausibilem, quod personati tantummodo sunt principes; quare ipsis ad utcunque defungendum precario isto quodam officio simulatae ad horam potestatis abunde sit simulata item et vano expressa gestu beneficentia. at istis qui vere se reges putant, quid ad defensionem relinquitur, nisi largiantur, quo minus in larvatorum quoque regum numerum ac gregem compingendi sint? prorsus vero exturbandi longeque submovendi a coetu

www.libtool.com.cn

οὗτοι τὸν βασιλέα, βασιλεῖς μὴ ὄντες μηδ' ὁπωσοῦν. τοιοῦτοι δ' ὄντες τί ἀξιοῦσι τιμᾶσθαι, μὴ ἀληθινῶς βασιλεύοντες; ἡ γὰρ τιμὴ βασιλεῖ μετὸν καὶ οὐ σκηνικῶς βασιλεύοντι. ταῦθ' ὁρῶν ἐκεῖνος, καὶ μᾶλλον ἐξ ὑπογύου βλέπων τοὺς παρὰ τῶν ἀπελθόντων βασιλέων εὐεργετουμένους, συνειδὸς ἔχων ἠλέγχετο, καὶ
C εὐηργέτει μέν, πλὴν οὐχ ὅσον ἐκεῖνοι, τὸ μὲν διὰ τὴν ἀνάγκην καὶ τοὺς ἐλέγχους δεδιὼς ὡς κατ' ὀφθαλμοὺς ὄντας, τὸ δὲ φύσει χρώμενος, ἴσως μὴ παρακατέχειν αἱρούμενος ζωὴν ταλαιπώρων ἀνθρώπων, τῶν προύργου παντὸς ἀναγκαίου πορίζειν ἔχοντος τὴν τροφὴν ἐπὶ θεραπείαν ἐκείνων ἰόντων κατά τι ἀρχαῖον νόμιμον. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως καὶ παρακαίρια, ἐφ' ᾧ μόνον
D δεῖξαι φύσει προσὸν τῇ βασιλείᾳ τὸ εὐεργετικόν. οὗ ἐκεῖνος αὐτάρκως μετεῖχεν, οὐ τὰ πολλά γε μικρολογούμενος. ἀπέστελλε δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἐπιδόξους τῆς Ἰταλίας, καὶ μᾶλλον τοὺς τῆς ἐκκλησίας, φίλους ἐκείνους καὶ μακρόθεν κτώμενος.

P 127 10. Τότε δ' ἐνευκαιρήσας ἐκ τῶν ἄλλων τὸν τῆς καρδίας ἔμμονον λογισμὸν ἔγνω καταστέλλειν κακίστοις ἐπιχειρήμασιν. ὁ μὲν οὖν λογισμὸς τὸ καὶ εἰσέπειτά οἱ συνάρχειν τὸν Ἰωάννην καὶ δυοῖν κεφαλαῖν (τὸ τοῦ λόγου) μίαν ἐπικεῖσθαι καλύπτραν καὶ λίαν ἀπᾴδον εἶχε, χωρὶς καὶ τοῦ μὴ ἐν ἀσφαλεῖ καθίστα-
σθαι· τὸν μὲν γὰρ οὗτος τὸν δ' ἐκεῖνος στέρξοι, ἀνὰ μέρος ἀπο-

ac consessu verorum principum; quorum quid ergo sibi honorem arrogant, cum tales non sint? nam honor regis veri propria res est, non mimi diademate larvati. haec Michaël clare perspiciens, ac beneficia quae magna in multos extabant priorum imperatorum, suis comparata praecellere sentiens; simulque, quod ipse convincente intime conscientia tacitus fatebatur, ne alii monstrante rerum evidentia cernerent et in se invidiose loquerentur, metuens, cum huius praecavendae ignominiae necessitate, tum indole bonae naturae haud sustinente vitam miserorum hominum intervertenda operariis mercede iniustis detinere manibus, quod antiquissima lex vetat, stimulis ultro additis haud mollibus innatam ad bene merendum propensionem incitavit. sed haec otiosius et forte intempestive disputamus. sufficiat igitur hactenus demonstrasse natura coniunctum cum suprema potestate benefaciendi studium esse. quo ille, quantum sat esset, praeditus etiam ad illustres per Italiam viros, praesertim ecclesiastici ordinis, pretii non exigui dona misit, longe aucupans sibi utilem gratiam eorum ad arcanas opportunitates consiliorum votorumque, quae mente versabat.

10. Horum unum erat, et profunde quidem animo fixum olimque versatum, expunctio pupilli, cuius cogitationis ex hactenus utcunque dissimulata in opus apertum aliquando proferendae commodam nunc sibi videbatur opportunitatem temporis nactus. absurdum et perincommodum putabat adhaerere istum sibi puerum imperii collegam, nec magis tolerabile aut facile quam duo (quod aiunt) capita uno tegi pileo. nam praeterquam quod sic nutare ac minime sibi certum existimabat fore princi-

www.libtool.com.cn

στέργων τὸν ἕτερον, καὶ οὕτως ἄτακτον τὸ πολύαρχον. χρῆναι B
γοῦν σβεννύειν τὸ εἰς ἐκεῖνον τῶν πολλῶν θάρρος, καὶ δὴ καταρ-
ξάμενον τελειοῦν. ἥμισυ γὰρ τοῦ παντὸς τὴν ἀρχὴν φασί τινες,
ἀρχὴν δ' εἶναι τὸ οἷον κατασιγασθῆναι τὴν ἐκείνου μνήμην,
ὡς μηδὲ συνάρχειν ὑπολαμβάνεσθαι· τὸ γὰρ καὶ δεύτερον στεφο-
μένου μὴ κἀκεῖνον συντιμᾶσθαι καὶ συνευφημεῖσθαι τοῦ πατριάρ-
χου στέφοντος ἠρέμα πως ὑπορρεῖν ἀνάγκη, καί γ' εὐχερὲς ἂν
εἶναι καὶ τὸ πλέον ἐπιτεθῆναι, ὡς μηδ' ἐλπίδα ὑπολελεῖφθαι. C
τούτοις καταστρατηγηθέντος τοῖς λογισμοῖς τοῦ βασιλέως (ὑπέ-
καιε γὰρ αὐτὸν ὁ τῆς μοναρχίας ἔρως, καὶ τὴν παρερχομένην
δόξαν περὶ πλείονος ἐτίθει τοῦ θείου φόβου διὰ τὴν τοῦ πλείονος
ὄρεξιν) βουλὴν βουλεύεται μάλα μὲν αἰσχίστην, μάλα δὲ καὶ
θεοῦ πόρρω βάλλουσαν, καὶ πέμψας ἐκτυφλοῦν τὸν παῖδα
προσέταττε, παιδίον ἁπαλὸν καὶ μηδὲν ἔτι σχεδὸν τελέως ἢ τὸ D
χαίρειν ἢ τὸ λυπεῖσθαι μαθόν, καί κ' ἐν ἴσῳ τιθέμενον τό τ'
ἄρχειν καὶ τὸ ἄρχεσθαι, μόνῳ δὲ τῷ πατριάρχῃ πιστεῦον καὶ
τοῖς οὕτω τὰ κατ' αὐτὸν διοικοῦσι, καὶ μηδὲ ὅτι τί ἐστιν ὅρκος
εἰδός, ἐξ οὗ καὶ θαρρεῖν εἶχε μὲν οὐκ αὐτός, ἀλλ' οἱ περὶ ἐκεῖ-
νον, ἐκεῖνον σώζεσθαι. γίνεται γοῦν ὡς τὴν ἀρχὴν προσετάχθη,

patum suum, votis videlicet hominum divisis, et quibusdam quidem uni duorum Augustorum, aliis alteri studentibus, etiam perturbatio reipublicae totius et quae sequuntur ex regimine plurium incommoda inde iure timebantur. omnino igitur expedire semina novitatum in multorum iam animis, pueri fiducia, periculosos ausus designantium elidere in capite, matureque extinguere mox erupturam e scintilla flammam, nec cessare in consummando quod inchoatum, immo promotum sit: dimidium enim totius recte dici coepisse, coeptum autem dudum et quidem feliciter, id negotium, abolita paene pueri memoria ac nemine iam fere imperare illum opinante, utique Michaële semel ac bis, sine ulla ipsius ut imperii collegae acclamatione aut omnino mentione, coronato per solemnem a patriarcha ceremoniam; unde sensim diffluere ac evanescere hunc illius honorem necesse sit, ut facile iam sit quod deest addere, ac fastigium alte iam extructis ultimamque velut manum operi provecto imponere demenda in posterum omni spe. eiusmodi in Michaëlis animo, calcata iuris et aequi reverentia, praevalebant impiae cogitationes, ambitione vaesana et caeco amore principatus posthabere fluxae gloriae dei metum suadentibus. itaque his impulsoribus expeditur impetus in immane quam atrox deoque exosum facinus, mittente imperatore qui suo iussu excaecarent puerum adhuc tenellum, et necdum fere quid sit gaudium aut dolor scientem per aetatem, cuique idem aut perinde esset imperare vel subesse, infantia, qua vixdum excesserat, talium rerum ignorante discrimen, acquiescentem autem unice fidei providentiaeque patriarchae, nescientem vero quid iuramentum sit quaeque vis religionis istius, quam non ipse, sed ii quibus erat curae profuturam ei ad tutelam securitatemque frustra speraverant.

www.libtool.com.cn

καὶ τοῦ βρέφους μικρὸν ὑπερβεβηκὸς παιδίον στερεῖται τοῦ βλέ-
E πειν, τοῦτο μόνον φιλανθρωπευσαμένων τῶν ἐξυπηρετουμένων
τῷ μιαρῷ τολμήματι, τὸ μὴ σιδήροις ἐκπυρωθεῖσι τοὺς ὀφθαλ-
μοὺς λυμήνασθαι, ἀλλ' ἠχείῳ τινὶ πυρωθέντι ἐπὶ τῶν ὄψεων
φερομένῳ ἐξοπτῆσαι τῷ νεανίσκῳ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀπομαραν- 5
θέντας τῇ ἐκπυρώσει καὶ ἠρέμα σβεσθέντας τὸ ὀπτικόν. μεθ'
δὲ ταῦτ' ἐτολμήθη κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς ἑορτῆς τοῦ σωτῆρος,
P 128 καθ' ἣν ἄρα καὶ ἐγεννήθη, χειρὶ μὲν παρανόμῳ· προστάξει δὲ
παρανομωτέρᾳ, φέροντες φόρτον ἐλεεινὸν καὶ οἷον ἄψυχον τῷ
πρὸς θάλασσαν τῶν Νικητιάτων τῆς Δακιβύζης φρουρίῳ ἐν 10
ἀσφαλεῖ κατακλείουσι, καὶ οἱ φρουροὶ ἐγκαθίστανται, ἀπο-
ταχθέντος αὐτάρκους σιτηρεσίου τῷ ἐγκεκλεισμένῳ. ὅρκοι δ'
ἐκεῖνοι καὶ συνθέσιαι καὶ ἐμπεδώσεις φρικταὶ ὡς λάχανα κατεδή-
δοτο βασιλεῖ δοκοῦντι θεοφίλειαν ἔχειν, δι' ἣν καὶ προὐτιμᾶτο
B παρὰ τῆς ἐκκλησίας εἰς τὴν ἀρχήν. ἀλλ' ἦν ἄρα τὸ λεγόμενον 15
ἀληθές, ὡς ἀρχὴ δείξει ἄνδρα· ἔδειξε γὰρ ἡ ἀρχὴ κἀκεῖνον,
ὅπως ἔμελέ οἱ τοῦ δικαίου καὶ τῆς περὶ τὸν θεὸν εὐλαβείας. πλὴν
τυφλώττων κἀκεῖνος τῇ τῆς δόξης ματαιότητι τὴν ψυχὴν ἐκτυ-
φλοῦν ἐκέλευε σωματικῶς τὸν ἀνάλτιον.

C 11. Τότε δὲ καὶ αἰτίας πλασάμενος τῷ Ὀλοβώλῳ Μα- 20
νουήλ, παιδίῳ γε ὄντι καὶ εἰς τοὺς οἰκείους τότε τελοῦντι γραμ-

ergo privatur oculis parvulus paulum supergressus infantiam, hoc solum humane indulgentibus ministris barbari mandati, ut non ferreis clavis e fornace candentibus ocellos tenellulos foderent, sed crepitaculo quodam ignito sclei luminum obiecto videndi facultatem absumerent et sensim arefactam depascerentur. id factum supra omnem modum crudele die omnium sanctissima et maxime festiva, Christi Salvatoris nostri natali, perpetratum est, manibus scelestissimis, mandato multo etiam detestabiliori. quo statim facto harpyae immanes iisdem ungulibus, quibus praedam innoxiam excarnificaverant, onus miserabile corpusculi luce cassi et velut exanimi tollentes in arcem illud maritimam Nicetiatarum, Dacibyzae dictam, importarunt, tuta illic et impenetrabili custodia tenendum fidissimi praesidii, annona in alimenta inclusi, quantum sat foret, provisa. iuramenta porro illa et pacta exquisitaeque ad firmandam fidem cautiones, horrendae quinetiam dirarum imprecationes in fallentem, ut olera deglutita sunt ab imperatore religionem habere viso, et ut tali eximie ab ecclesia honorato praeque cunctis ad imperium promoto. verum nempe est quod dicitur, magistratus ostendet virum. nam hunc qualis esset, palam ostendit magistratus: quam illi curae ius fasque esset, qualis esset in deum pietate, demonstravit imperium. caeterum excaecatus et ille animo, et caliginosis nebulis gloriae caducae veras mentium lucis intuita amisso, nefarie praecepit innocentem visu corporis privari.

11. Neque hoc contentus, conflictis tunc causis Manuelem Holobolum, puerum teneras aetatis et in domesticorum grammaticorum iam ei-

www.libtool.com.cn

ματικούς, ὑπερπαθοῦντι δ' ὅμως τοῦ Ἰωάννου τοιαῦτα παθόντος ἀδίκως ὦ δίκη καὶ παρὰ τὸ εἰκός, ἀφαιρεῖται ῥινὸς αὐτῆς μετὰ τῶν χειλέων. ἐκεῖνος δὲ παραυτίκα ῥακενδυτήσας τὴν μονὴν τοῦ Προδρόμου εἰσέρχεται. καὶ δὴ ἄλλους πλείστους διὰ ταῦτα ὑποβλεπόμενος τοὺς μὲν ἐν οὐδεμιᾷ ἔταττε μοίρᾳ, τοὺς δὲ καὶ ἐκόλαζε. τοιοῦτον γὰρ τὸ μὴ εὐνόμως ἄρχειν ἀλλὰ τυραννικῶς· οἷς γὰρ ἁμαρτάνειν συμβαίνει τὸν ἄρχοντα, τούτοις ὑπειδόμενον τοὺς τῶν ἀνθρώπων εὐσυνειδήτους ἄχθεσθαι, ἐπεὶ οὐκ ἔστιν ἐκεῖνον μετανοεῖν ἐφ' οἷς ἐπράχθη καὶ συγγνώμην ζητῶν παραιτούμενον, ἀνάγκη δικαίως πιστεύοντα ἀπεχθάνεσθαι μισεῖν ἐντεῦθεν τοὺς ὑπονοουμένους καὶ τιμωρεῖν. ἦν οὖν τότε κατὰ τὸ ἀρχεῖον ταραχὴ λογισμῶν φόβῳ σύμμικτος, τῶν μὲν λογισμῶν μηδὲ τὸν ἀνάλγητον φύσει ἠρεμεῖν ἐώντων, τοῦ δὲ φόβου, ὡς μή τις μαθὼν προσαγγείλοι καὶ οὐ φυκτά οἱ τὰ τῆς κολάσεως γένοιτο, παρευθὺς συστέλλοντος· δεινὴ γὰρ ἐν προσαγγελίαις διαφερόντως ἦν ἡ τοῦ τινὰ δοκεῖν προσκεῖσθαι τῷ παιδὶ Ἰωάννῃ καὶ συμπαθεῖν. (12) παρ' ἣν αἰτίαν καὶ ὀλίγον ὕστερον οἱ κατὰ τῆς Νικαίας τἄκρα χωρῖται, ἀγρόται μὲν ὄντες καὶ

8. ὑπειδόμενος P.

dine merentem, quod is graviter ferre visus esset quae in Ioannem tam crudeliter acta viderat, quam iniuste! (testor ius et aequum) quam ultra omnem modum immaniter! mutilari foede iussit abscisso cum labris naso. ille autem miser ita deformatus centunculo indutus in monasterium praecursoris ingressus est. alios item plurimos similem ob causam sibi suspectos invisosque partim ultus contumelioso neglecta est, nullam eorum in distributione honorum ac munerum rationem habens, partim quaesitis praetextibus male multavit. en fructus imperii non iuxta leges tyrannice parti gestique. quippe princeps istiusmodi, quae large peccaverit, cum a probis et bonae conscientiae hominibus aut animadverterit aut suspicatus fuerit vituperari, exardescat in furias necesse est; et qui poenitentiam profiteri perperam actorum aut veniam poscere alienum a sua dignitate ac morte peius vitandum censeat, toto incumbit animo ad existimandum prae seque ferendum iusta esse quae fecit. unde quid est consequens nisi ut odisse cogatur et pro viribus ulcisci secus de se consentes? erat ergo tunc in aula confusio cogitationum meta perplexa. nam hinc quidem nemo quamvis ferus et ad sensum humanitatis gelidus informare animo poterat tragicam speciem exercitae in puerulo eius loci perorsus inexcio crudelitatis tam immanis, quin commoveretur intime et ad vindicandum incitaretur: inde pariter omnes constringebat metus et solicitudo cuiusque de se ipso, ne si quod emanaret istorum sensuum indicium, cupide collectum a paratis delatoribus ad tyranni aures perveniret, secutura statim inevitabili eaque atroci poena, siquidem ex omni genere delationum illae impotentissime celerrimeque concitabant in saevissimos furores Michaëlis animum, quae de quopiam forte mutilarent condolere illum Ioanni puero et casum eius aegre ferre. (12) propter quam causam etiam paulo post agrestes, qui vicinos Nicaeae montes incolunt, aratores homines et

www.libtool.com.cn

γεωργίᾳ προσέχοντες, θαρραλέοι δ' ἄλλως, πίσυνοι τόξοις, ἅμα δὲ καὶ ταῖς κατὰ σφᾶς δυσχωρίαις τὸ πιστὸν ἔχοντες ὡς οὐ ῥᾳδίως πεισόμενοι κἄν τι πράττοιεν, εὑρόντες ἤκοντά ποθεν νεανίσκον νόσῳ λελυμασμένον τοὺς ὀφθαλμούς, φήμης προοδευούσης
C ἐκείνου παρὰ τῶν συσκευασαμένων τὸ δρᾶμα ὡς αὐτὸς εἴη τὸ παιδίον ὁ Ἰωάννης, ἁπρὶξ συναχθέντες ἔχονται τούτου, ἅμα μὲν ὡς δεσπότου ὑπονοουμένου σφίσιν, ἐφ' ᾧπερ καὶ ὅρκοις τοῖς πρὸς τὸν πατέρα πεδούμενοι ταῖς ὑπὲρ ἐκείνου προθυμίαις ἐσφάδαζον, ἅμα δὲ καὶ ὡς ἠδικημένῳ προσαμύνοντες. καὶ ἀποστατεῖν ἤρξαντο, δῆλοι ὄντες ἐξ ὧν ἐποίουν τοῖς ἐπιθησομένοις πολε-
D μησείοντες. καὶ δὴ περιστείλαντες τοῖς εἰκόσιν ἐκεῖνον καὶ δουλικῶς προσφερόμενοι προΐστων εἰς βασιλέα καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ κινδυνεύειν ὥρμων. ὁ μέντοι γε βασιλεὺς μαθὼν τὰ περὶ τούτου, ἀνέζει τε τῷ θυμῷ καὶ καθεκτὸς οὐκ ἦν, εἰ ἄκραι τοιαῦται παρασπᾶσθαι τῆς ἐντρεχούσης φήμης ἕνεκα κινδυνεύουσιν, ἐξ ὧν εἰκὸς εἶναι καὶ ἄλλους παρακινεῖσθαι πλείστους ἀποστατεῖν. ὅθεν καὶ πάσαις ταῖς κατ' ἐκεῖνον προθυμίαις ἐνεδίδου, καὶ ἅπαν τὸ στρατιωτικὸν ἐν ταὐτῷ συλλέξας ἀπέστελλε πολέμους πολεμήσοντας ἐμφυλίους. καί γε πολλοὶ τῆς κατὰ σφᾶς ἰσχύος κρείττονες

agriculturae attendentes, fortes alioquin et audaces, arcubus freti, simul autem, propter asperitatem inaccessorum saltuum et cacuminum in quibus sedes habent, confisi se non facile damni quidquam passuros, quantumvis quid agerent quo imperatorem irritarent, cum invenissent profectum nescio unde adolescentulum morbo excaecatum, de quo fama praeiverat opera quorundam istius fabulae artificum esse illum puerum Ioannem, congregati magno numero irrevocabiliter ei adhaeserunt ut suo domino, quem videlicet ipsum esse opinabantur Theodori nuper imperantis filium, cui se obstrictos existimabant religione sacramenti dudum ab ipsis rite concepti in verba Theodori patris et decessoris eius, studioque ingenti ad quidvis pro huius salute ac dignitate audendum subeundumque incubuerunt, ultores iniuriae atrocis ipsi factae se ferentes. ergo palam ab imperatore defecerunt, si qui ab eo contra venirent, acriter se restituros ac qualecunque discrimen pugnae libentissime adituros demonstrantes. primum omnium vestitu ornatuque Augustae maiestati congruo indutum circumdatumque comitatu eum ut imperatorem agnoverunt coluerunt-que, ac se pro illo cuiusvis periculi aleam iacere paratos professi sunt. quibus imperator cognitis incredibiliter exarsit, mixtis ira metuque indignationem vehementissimam incendentibus. extra enim sese ferebatur cum cogitabat illa famae late vagantis vanitate periclitari sese, ne illi mentes et arces tanti momenti a suo imperio avellerentur; simulque reputabat verisimiliter inde secuturam plurimorum quoque aliorum defectionem. quocirca totum, quo tunc motu primo ardens flagrabat, impetum irae continuo admisit ad severe quamprimum vindicandam horum rebellionem. itaque subito immisit in istud civile bellum raptim undique coactas imperii copias, in quibus plerique alacritate ruebant viribus maiori, cupidi pro se quisque ostentandae praecipuae cuiusdam erga imperatorem benevo-

www.libtool.com.cn

ὥρμων δοκήσει τῆς πρὸς βασιλέα εὐνοίας, καὶ ἔρις ἦν ἥν τις προκινδυνεύσας χαρίσαιτο. οἱ δὲ μαθόντες οὕτω πολλοὺς P 130 καθ' αὑτῶν ὁρμῶντας ὡς ἀποστατῶν ἄντικρυς, τὴν μὲν ἀποστασίαν πολλοῦ τινὸς συγκαλύπτειν ἐδέησαν, ὥστε καὶ ὡμολόγουν καὶ μέγα τι ἐδόκουν πράττειν εἰς δεῖγμα τῆς κατὰ σφᾶς εὐσεβείας, εἴ γε καὶ ὑπὲρ βασιλέως καὶ ἠδικημένου κινδυνεύοιεν. καὶ σύνθημα ἦν ἐκείνοις ἕν, ἢ νικᾶν ἢ πάντας πίπτειν. ὅθεν περισχόντες τὰ ὀχυρώματα, ἀπ' αὐτῶν τε τὰ διὰ τόξων βέλη ἐνίεσαν καθ' ὅστις ἂν καὶ ἐγγὺς προσβάλλοι, καὶ προπηδῶντες γυμνῖται προσέβαλλον, τόλμῃ τε προσπίπτοντες μείζονι κατη- B κόντιζον μὴ καταθαρροῦντας ἐκείνων τοὺς στρατιώτας. οἱ δὲ καὶ πονοῦντες ὑφίσταντο καὶ δεινὸν ποιοῦντες, εἰ πλείους ὀλίγων καὶ ἄγροικοι ἀστικῶν περιγένοιντο· προσεβοήθουν τε ἀλλήλοις, καὶ ἐπέπιπτον κραταιότερον· καὶ πολλοὺς μὲν ἔφθειρον, οὐ μὴν δὲ ὥστε καὶ ὑποχαλᾶν ἦν τὰς ὁρμὰς σφίσι. μᾶλλον μὲν οὖν κακουμένοις καὶ παρὰ τὴν αὐτῶν ὑπόληψιν ἐπῄει ἀνδρίζεσθαι, καὶ C ἀπτείρῳ τύχει τὰς δυσχωρίας καταλαμβάνοντες ἀπ' αὐτῶν ἡμύ-

10. προσέβαλον P.

lentiae, certatim sese mutuo praevertere studentes periculis ultro deposcendis adeundisque. illi porro quos iste apparatus petebat, cum audissent tantum in se numerum oppugnantium immitti tanquam in vere rebelles et hostes imperii, rebellionis quidem probrum atque invidiam enixe depellebant: quin contra profitebantur et ultro iactabant magno se utique documento monstrare fidem ac pietatem suam, qui pro imperatore a gravissima iniuria vindicando capita fortunasque suas ipsorum sub extremum discrimen mitterent. quare hac animati conscientia piae belli causae, hoc quasi pro tessera in ore ac mutuis sermonibus assidue habebant forte atque irrevocabile propositum vincendi aut omnino moriendi. ergo insessis magna multitudine arcibus ac editis situ locis, inde ingentem telorum vim eiaculabantur arcubus, tuebanturque spatium intra iactum, ne quis eo se impune admoveret. sed et auctis mox animis prosilientes inde, sine loricis et galeis, irruere audebant manu facta, et ultro aggressores lacessere crebro iaculorum missu. quibus milites imperatoris, haud ausi descendere in certamen cominus vel aequo se campo credere, tuta procul iaculatione respondebant, magna pernicie ipsorum, cum in confertos nullum telum iret irritum. illi indignantes tantum inferri sibi damni non ab exercitu acie instructo sed a praesidiariis stationum sparsim positarum, in quarum viciniam irruerent, ingensque rati suum dedecus si plures a paucis et durati frigore montano ac rustico labore ab innutritis otio urbano delitiisque vincerentur, concurrebant maiori numero atque impetu, mutuo se hortantes adiuvantesque; unde et plures ipsorum contigit cadere stragemque non parvam edi. nec tamen id ad minuendam audaciam eorum remittendosque ardentes impetus valuit: quin potius inopinatae sensu cladis velut stimulo ad contendendum enixius virilliusque pugnandum incitari visi sunt. itaque suis redditi rupibus ac iugis inviis, quo summa celeritate se receperunt, inde tantam quoquoversum telorum vim assidue

www.libtool.com.cn

νοντο βάλλοντες. τοῖς δὲ οὔτε κατὰ τὰς φάραγγας προσιτὸν ἦν, καὶ τὸ μακρόθεν βάλλειν μάταιον ἐνομίζετο· ἐπενδυόμενοι γὰρ ἐκεῖνοι τὰ δένδρα βάλλειν μὲν εἶχον καὶ εὐστοχεῖν καθ' οὗ τις τὸ βέλος ἐντείνας τὸ τόξον ἀνίῃ, βάλλεσθαι δὲ οὐδὲ τὸ παράπαν ἦν. ἀπαρουμένων δὲ πάντοθεν τῶν ἐκτὸς μηδὲν ἐχόντων ἢ προσβάλ-
D λοιεν, ἐδόκει πῦρ ἐνιέναι· ταύτῃ καὶ γὰρ καὶ μόνως ἀποχωρησάντων αὐτοὺς ἔχειν ἐγγίζοντας τοῖς οἰκείοις αὐτῶν ἐπεισπίπτειν. ἀλλ' ἡ δυσχωρία οὐχ ὑπήκουε τῷ πυρί· ἐφ' ὅσον γὰρ τὸ πῦρ ἥπτετο, ἐπὶ τοσοῦτον ὑποχωροῦντες ἐκεῖνοι κατὰ θάτερα παρατατόμενοι ἐκάκουν τοὺς ἐνιέντας καὶ ἀπεκώλυον. ἐκείνοις δ' ἦ-
σαν οὕτω καὶ τὰ κατ' οἶκον ἐν ἀσφαλεῖ, ὡς γυναῖκας μὲν καὶ παιδάρια ταῖς ἐσωτέραις παραδύεσθαι δυσχωρίαις, καὶ σταυροῖς δὲ ἐπιμήκεσι καὶ ἁμάξαις διειλῆφθαι τὸν κύκλῳ τόπον, ὡς
E μηδ' εἰσβαλόντας τολμᾶν εἰσελθεῖν. ἔπιπτον τοίνυν καθ' ἡμέραν οἱ δοκιμώτατοι τῇ τοῦ θυμοῦ παραθηγόμενοι ζέσει, καὶ οὐκ ἐπ' ὀλίγον ἐκαινοτομοῦντο στρατεύματα οἷά τε δοκοῦντα καὶ μεγάλων δυνάμεων κατευμεγεθεῖν, οὓς ὀλίγοι τινὲς πρὸς ἐκείνους πλείους ὄντας καὶ ἀγρόται ἐπὶ πλεῖστον τοῦ καιροῦ κακουμένους

5. ἢ] ἢ P.

spargebant, ut plane iam nulli securus esset aditus subiectarum vallium. iaculis vero procul impetere iaculantes ex alto vanum experientia deprehensum est: nam qui ad id se accingerent, in ipso conatu tendendi arcus praeoccupabantur et sternebantur sagittis montanorum, e densis ramis arborum quas inscenderant otiose ac secure in exposita undique collimantium, nemine illos vicissim contingere iaculis valente, quippe non conspicuos sed plane tectos obtentu frondium. in quibus difficultatibus melioris inopes consilii milites imperatoris optimum factu iudicarunt ignem iniicere obviis saltibus: silvis enim flamma populatis sperabant receasuros haud dubie rusticos, et iter apertum iri ad intimas latebras eorum, ubi familias absconderent. caeterum ne id quidem successum habuit, ipsa eadem obstante difficultate locorum, siquidem cum in unam partem incumbebatur immittenda flamma, inde fugientes rustici alio coibant, unde commodo in incendiarios iactu telis eos configebant, prohibebantque ne perficerent quod ceperant. porro ipsis tuta erant domi omnia: mulieres enim et parvulos in sinus intimos maxime abruptorum submoverant montium, septoque ibi valido decussim innexarum per circuitum trabium vallaverant, ut neque si quis nostrorum militum eousque penetraret, tentare intra id vallum aditum foret ausurus. ducebatur hoc modo bellum, et telis montanorum multi quotidie Romani, iique ex praestantissimis, cadebant. tum enimvero ardere ira exercitus et successu inopinatissimo fremere, quasi qui hactenus se idoneos arbitrati vel fortissimis et exercitatissimis pari numero profligandis copiis, nunc experimento deprehenderentur ne tanto quidem paucioribus quam ipsi essent, iisdemque ab aratro ac sarculo semiermibus rusticulis, debellandis pares, cum quibus utique ne aequo quidem Marte sed longe peiori sua sorte, plurimis suorum

www.libtool.com.cn

τῷ πολέμῳ κατηγωνίζοντο. πρὸς τούτοις τε αὐτοὶ μὲν ἦσαν ἐν ἀσφαλεῖ, κἂν ὅ τι ποιοῖεν οἱ ἔξω μὴ ἐπαΐοντες, τῷ τοῖς τόποις κατωχυρῶσθαι, κἂν πλείους ἔτι προσβάλλοιεν· οὐδὲν γὰρ ἦν ἢ αὐτοὺς προσπίπτοντας ἀλλήλοις τῇ ῥύμῃ τῶν τόξων μηδ' ἀντι- P 181
σχεῖν ἔχοντας παραπόλλυσθαι. ἐκείνους δέ, εἴ πού ποτε καὶ μερισθεῖεν κατὰ χρείας ἀνάγκην, ἀπολελειμμένους ὀλίγους ἑκασταχοῦ κινδυνεύειν συνέβαινεν ἐξ αἰτίας τοῦ τοὺς μὲν τὴν χώραν πρὸς αὐτῶν ἔχοντας καὶ μηδὲν εἰς κίνδυνον κατὰ νώτου προσδοκῶντας ἔχοιεν, τετραμμένους πρὸς τοὺς πρόσθεν, ἐπηλυγαζομέ-
νους καὶ τούτους ἐκ φόβων δένδρεσι, κατολιγωρεῖν, τοὺς δὲ προσδοκῶντας ἐφ' ἅπασι καὶ κύκλῳ τὸν κίνδυνον ἐκδεχομένους πολυωρεῖν, καὶ οὕτω συχναῖς ὅπου παρείκοι χρωμένους ταῖς ἐκ- B
δρομαῖς ἐπεισπίπτειν καὶ ῥοπάλοις (οὐ γὰρ εἶχον ἅπαντες σπάθας) καταγωνίζεσθαι. οὕτω γοῦν ἐπὶ πολὺ τοῦ πολέμου συνι-
σταμένου καὶ τῶν πραγμάτων τριβομένων, ἐπεὶ οὐκ ἦν σφίσι μα-

9. an ἔχειν? quod iungendum illi κατολιγωρεῖν.

inultis cadentibus, tamdiu pugnarent. inter haec montanorum optimo loco res erant. in tuto ipsi laresque ac pignora ipsorum, non modo citra teli iactum, sed etiam, quidquid intus agerent, extra notitiam et sensum frustra dudum obsidentium stabant, naturali situ et asperitate locorum abunde muniti. contra quam si vel insanire oppugnatoribus liberet palam contra nitendo acie instructa, quid aliud quam ignominiam damno cumularent, sua capita pro scopis ostendentes exercitatissimis arquitis, ex alto et tuto in densam turbam nunquam iactu irrito vibraturis spicula? quodsi non universis simul copiis sed per manipulos segregatos et seorsim immissos tentaretur assultus, id quoque cum frustra tum perniciose factum iri experientia monstrabat. nam qui hactenus ob locorum multos simul non capientium angustias necessario divisi a caeteris aggredi montanos voluerant, aut in conatu ceciderant aut male multati coacti fuerant recedere. cuius rei causa erat, quod nostri conscientia castrorum late cuncta quae a tergo erant obsidentium circumveniri non timentes, et in solos ex adverso positos intenti hostes, quorum plerique non aspectabiles latebant inter ramos arborum et latebras familiarium silvarum, falsa securitate provehebantur in loca unde receptus non esset, propterea quod observantes eorum incautum progressum ex occulto rustici eruptionibus illos opportunis a latere aut a tergo, unde minime timebatur, coorti caedebant. porro ille ipse metus et solicitudo montanorum, reputantium se paucos a plurimis, loco uno clausos ab universam late circum regionem obtinentibus impeti, acuebat eorum vigiliam in excubiis, ne opprimi a nostris ulla in parte improviso possent. ac quamquam illorum plerique carentes ensibus clavas solum et ramalia nodosa pro armis habebant, tamen adiuvante iniquitate locorum nostros utcumque optime armatos, per nota ipsis diverticula deprehensos, facile opprimebant vincebantque. hac conditione tam nobis damnosa belli cum longo iam esset tempore pugnatum nec res exitum haberet, versi ad artes nostri, quod vis non succederet, tentandum sibi putarunt, si paucos saltem hostium, ac per vicem

www.libtool.com.cn

χομένοις περιγίνεσθαι τῶν ἀνθισταμένων, ἔγνωσαν εὐσυνέτως ὑπέρχεσθαι μετ' εἰρήνης, οὐ πάντας ἅμα· ἀδύνατα γὰρ οὕτως ἦν ὑποκλίνεσθαι σπενδομένους· τοῖς γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἐγνωσμένοις
C ἐμμένοντες μεταβάλλειν ᾐδοῦντο τὸν πλησίον ἕκαστος, καὶ τὸ δύσελπι σφίσι προσῆν ὡς ἀπολουμένοις εἰ ἐνδοῖεν. τῷ τοι καὶ καθ' ἕνα πέμποντες τῶν μὲν συμβάντων ἀμνηστίαν ἔχειν καὶ βασιλέα καὶ αὐτοὺς ὑπισχνοῦντο, ἐκείνοις δὲ μὴ διηνεκῆ τὴν ἐπὶ κακίστοις ὁμόνοιαν πρὸς τοὺς ἄλλους ἔχειν ὡς οἷόν τε συνεβούλευον, καὶ σφᾶς, εἰ θέλοιεν, προῆγον εἰς τόπους σεσημασμένους ὄντας, πλὴν μεθ' ὁμήρων (οὐ γὰρ ἀπατᾶν ὀρέγεσθαι),
D ἐντυγχάνειν, ἐξ ὧν εἶναι μανθάνειν ὁπόσα πρὸς βασιλέως εὐεργετηθήσονται ἐνδόντες μὲν τὰς ἐνστάσεις τῷ σπένδεσθαι, προδόντες δὲ καὶ τὸν εἰς βασιλέα φημιζόμενον πλάνον. μηδὲ γὰρ εἶναι τοῦτον τὸν Λάσκαριν Ἰωάννην, μηδ' ἂν πάντες λέγοιεν· αὐτὸν γὰρ ἀποκεκλεῖσθαι τῷ τῶν Νικητιάτων φρουρίῳ καὶ ἀσφαλῶς ἐγκαθείργνυσθαι. ἢν δέ τις καὶ βούλεται βλέπειν ἐφ' ὅρκοις λαβὼν τὰ πιστὰ φρικώδεσι, προσεῖναι τοῦτον ἰέναι καὶ βλέπειν.
E τούτοις καὶ πλείοσιν ἐκείνους ὑπεξάγοντες καθ' ἡμέραν, ἅμα δὲ καὶ προσπέμποντες ἱκανά, μύλις ἔπειθον καὶ ἐδούλουν τὰς γνώ-

singulos, abducere a conspiratione communi et ad pacis tractationem inclinare possent. ratio haec erat consilii prudentis. haud sperandum videbatur posse admitti ac vel audiri patienter a communi consilio gentis, et ira flagrantis et successu belli elatae, compositionis mentionem: fixi quippe omnes erant in proposito vindicandi tuendique, quem se habere putabant, legitimi sui principis; ad haec insidias in conventione suspectantes, et non sine causa metuentes ne dolose inducti specie pacis irritatissimis hostibus ad poenas atroces dederentur, cuncta eius generis statim oblata respuebant. ergo primum ad unum et alterum, mox sensim succedente negotio ad alium aliumque mittuntur certi nec ingrati privatim homines, qui oblivionem utrimque transactorum proponerent, pollicentes optima fide ab imperatore sanciendam, si et ipsi paria spondere de se vellent. sub haec insinuabant sese illis, amice suggerendo consulerent rebus suis privatim, nec caeco se multorum impetu in certum exitium abripi praecipites sinerent. non se postulare ut verbis crederent: capere licere praesens experimentum rerum ipsarum. venire modo ne gravarentur, obsidibus in tutum reditum acceptis, ad loca designata, ubi distinctius explicandum illis foret quantis essent ab imperatore cumulandi praemiis, si redire cum eo in gratiam vellent impostore illo, pro quo pugnassent, abdicando. non enim esse illum Ioannem Lascarim, quidquid ipsis fuisset universis persuasum, sed agyrtam et planum, falso se venditantem nomine ipsisque illudentem. et manifestam imposturae convictionem offerebant, servari verum Ioannem affirmantes tutissima custodia in arce Nicetiatarum, quo spectatum se conferre sine ullo periculo possent: praesumpturos enim quantascumque vellent iuramentorum aut pignorum cautiones, sicque istuc aequo ac securo intraturos animo, cum pleno arbitrio liberi reditus, citra ullam suspicionis umbram. eiusmodi

www.libtool.com.cn

μας χρυσῷ μερίζοντες. καὶ νῦν μὲν τοῦτον νῦν δὲ ἐκεῖνον ὑπερχόμενοι τοῖς μηνύμασι, τοῦτο μὲν θεραπεύοντες τοῦτο δέ γε καὶ ὑπισχνούμενοι παρέπειθον τοὺς πολλούς, καὶ μᾶλλον τοὺς ἐπιδήλους. οἱ δὴ ὁσημέραι πλέον μαλακιζόμενοι ὑποψίαν τοῦ προδιδόναι παρεῖχον τοῖς ἄλλοις. πλὴν καὶ τῆς μεταβολῆς αἰσθανόμενοι οὐκ εἶχον ὅ τι καὶ πράξειαν· μόνους γὰρ τοὺς σπενδομένους ὑπελάμβανον σώζεσθαι, κἀκείνοις ὁσημέραι πολλοὶ προσετίθεντο P 132 δέει τοῦ κινδυνεύειν. ἦσαν δὲ καί τινες οἳ πολὺ κρείττονα τὸν ἐν τῷ πολέμῳ ἡγοῦντο θάνατον τῆς προσδοκωμένης, εἰ καθυφεῖντο καὶ προδοθεῖεν, κολάσεως, καὶ ἀντέχειν διὰ ταῦτα διὰ τέλους ἤθελον. (13) ἐπλεονέκτουν δὲ μᾶλλον οἱ καὶ τὰ ὑπὲρ P 133 τοῦ τυφλώττοντος προβαλλόμενοι. καὶ "τί γὰρ" ἔλεγον "δίκαιον ἡμῖν πέπρακται ἐπὶ τῷ ἀλλοδαπῷ τῷδε, εἰ κἀκεῖνος εἴη, εἰ ἄλλος; ἐπειδὴ δεξάμενοι ἐτίθεμεν ὑπὲρ αὐτοῦ τὰς ψυχάς, γυναῖκας καὶ αὐτὰ τὰ γνήσια προβαλλόμενοι, ἐς ὃ σωθείη ὃ εἰς χεῖρας ἡμετέρας καταφυγών, νῦν μεταβαλόντες καταπροώμεθα; τί δ' ἡμῖν εἰς ἀπολογίαν πρὸς τοὺς μεμφομένους ἐσεῖται προδοῦ- B σιν; ὅτι παρώτρυνε μὴ θέλοντας; ἀλλ' ἡμῖν γλιχομένοις ὑπὲρ

blandimentis plausibilium sermonum aliquantulum initio labefactata duritie quorumdam e montanis, accedente vero larga missitatione munerum vehementius impulsa, vix tandem loco cessit, placida docilitate succedente ac plena promissione veri in imperatoris obsequia studii, auro, ut solet, distrahente concordes et studia invicem votaque committente prius unanimiter conspirantium. ea ratione traxerunt in partes multos, et in iis capita ipsa nationis, auctoritate illic et existimatione principes. quibuscum utcunque isthaec arcano tractabantur, et ipsi sedulo celabant, tamen cum in deliberationibus de bello et in omni occasione similium sermonum ii molliores in dies se praeberent, suspicionem aliis moverunt quasi proditionem meditarentur. moxque suspicio in opinionem transiit, idoneis extantibus mutationis signis. unde non parum conturbari contigit plerosque, videlicet existimantes sibi cavere solis ac salutem dumtaxat propriam pacisci eos qui cum imperatore tractarent: caeteros omnes irae hostium expositos relinqui. eo valuit huius periculi metus, ut multi quotidie ad eos qui tractabant se aggregarent. erant tamen qui mortem in bello minus acerbam ducerent malis suppliciisque, quibus se subiiciendos expectabant, si aut ultro cederent aut aliorum dolo proderentur. quare obfirmabant se in sententia resistendi bellandique, quoad vincerent aut caderent. (13) maxima horum pars erat miserantium caecum quem apud se habebant, et factu indignum contendentium illum, quicumque esset, prodere. quo enim, aiebant, iure alienum hunc, sive Ioannes est Lascaris sive non est, hostibus eius ad cruciatus et necem acerbam dederemus? postquam enim pro illius ad nos confugientis salute capita nostra, uxores ac carissima quaeque in discrimen misimus, si hunc modo mutata repente sententia destituimus, quid nobis ad defensionem faciemus reliqui, quominus ab omnibus proditionis perfidiosissimae damnemur? an dicemus nos ab ipso nolentes impulsos coactosque? at nobis iam antea paratis et

δεσπότου πάσχειν ἐπέστη. ἀλλ' ὅτι τὰ καθ' ἡμᾶς ἐν ταραχῇ κατέστησεν; ἀλλ' ἡμῖν γε προθυμουμένοις μᾶλλον ἢ τούτῳ μέμψοιτό τις. ἀλλ' ὅτι ὑπεκρίθη τὸν βασιλέα καὶ προσικέτευσε; καὶ πρῶτον μὲν τίς οἶδεν ἂν ἀληθῆ ταῦτα; ῥᾷον αὐτοῖς ἄλλον
C ἀντὶ τοῦ ἀληθοῦς ἐμφανίζειν καὶ ἀπατᾶν, εἰ ἐπισταῖμεν, ἢ τοῦ- 5
τον ἄλλον ὄντα ἐκεῖνον ὑποκρινεῖσθαι. εἶτα ἔστω καὶ τοῦτο. πλὴν πᾶσι μὲν ἡ τοῦ πλείονος ἔφεσις, καὶ ἀγαπητὸν μὲν αὐτὸν ἕκαστον ὄντα τὸν σπουδαζόμενον τῶν καλῶν τυγχάνειν, εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ καὶ τὸ δοκοῦντα μεγαλύνεσθαι μοῖραν οὐ τὴν τυχοῦσαν φιλοτιμίας ἔχει. τί οὖν ἑαυτοῖς ἀφέμενοι μέμφεσθαι, 10
συναρπασθεῖσιν οὕτως καὶ κίνδυνον ἐπανῃρημένοις, μᾶλλον ἐκεί-
D νῳ προστρίβομεν, καὶ ἀντὶ τοῦ σώζειν μεγίστῳ κινδύνῳ περιβάλλομεν; ἄλλως τε, εἰ καί οἱ τὰ παγχάλεπα πέπρακται, τὸ γοῦν σχῆμα τῆς ἱκετείας ἱκανὸν καὶ τὸν κάκιστον σώζειν. οὐδὲ γὰρ ἂν τί παθεῖν ἐκεῖνον, ἀλλὰ τί ποιεῖν ἄξιον ἡμᾶς προσκοπεῖν." 15
ταῦτα τινῶν λεγόντων ἐδόκει τισὶν ἀδοξεῖν τὰ μεγάλα, εἰ καταπροοῖντο τὸν ἱκέτην. καὶ τὸ μὲν διηνεκῶς πολεμεῖν (καὶ γὰρ ἂν
E ἀνάγκη τοῦτ' εἶναι μὴ περιγενομένους τῶν πάντων, τοῦτο δ' ἦν

5. ἁπάντων P. 15. ἂν] δεῖ? 18. περιγενομένοις?

gestientibus pro domino iniusta passo vindicando pugnare supervenit. an illud causabimur, eius gratia perturbatas res nostras esse? atqui nostrae verius praecipiti ad novandum audaciae quam huic culpa istius tumultus imputabitur. an quod se imperatorem esse simulavit, et ut tali sibi succurreremus oravit? primum quis scit simulasse illum, et non esse verum qualem se nominat Ioannem? et cui certo poterit constare illum alium, quem ostendere nobis se paratos aiunt, custoditum apud ipsos caecum adolescentulum revera Ioannem esse Lascarim? deinde esto ita, sit: tamen isti culpae, ne a nobis tam atrociter vindicanda videatur, magnam partem detrahit invidiae innata omnibus et late communis cupiditas augendi fortunam suam, praesertim ingerente se crescendi occasione et studiis hominum ultro ad maiora vocantibus; quo tempore quis non venia dignam existimet ambitionem eius qui regnum a volentibus delatum non recusaverit? quid igitur attinet nobis culpa solutis illi crimen impingere? quem utique absentem desideratum, occurrentem evectum, ac si quid in eo deliquit, peccare a nobis coactum tueri potius et servare deberemus quam, quod sine iusta vituperatione nequimus facere, gravissimo illum periculo exponere, sitientissimis cruoris eius ipsum hostibus condonando. atqui vel atrocissimi compertam convictamque flagitii pessimumque palam caput habitus supplicis, fas ac verecundia confugientis in fidem atque asylum protectionis nostrae, praestare intactum immunemque communi humanitatis officio deberet; neque enim tunc tam spectare oporteret quid eum pati iustum esset, quam quid nos facere deceret. talia quidam disserentes persuadebant aliquibus non posse sine summa suae gentis infamia prodi ab ipsis dedique hostibus supplicem. iidem tamen anxii secum inquirebant: quid igitur agendum? utrum pugnandum semper? id quippe necessario consequi ex proposito perseverandi ad extre-

www.libtool.com.cn

ἀδύνατον) ὡς κινδυνώδες καὶ ἄλλως ὂν ἀπρεπὲς ἀπέλεγον, τὸ δ' αὖθις καταπροεμένους τὸν ξένον σπένδεσθαι ἐπίμωμον ἔκρινον καὶ ἄδικον πάντῃ πρὸς τὸν ἥκοντα, εἰ πιστεύσας ἐκείνοις σφάζοιτο. τῷ τοι καὶ τὴν μέσην χωροῦντες αὐτὸν μὲν ἀπεῖπον μὴ προδιδόναι, αὐτοὺς δὲ σπένδεσθαι οὕτως, εἰ θέλοιεν· εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ διὰ τέλους μάχεσθαι συνετίθεντο. ἐν τοσούτῳ οὖν τοῦ καιροῦ τριβομένου καὶ τῶν μὲν μηδὲν ἐχόντων ποιεῖν τῶν δὲ μή P 134
τι ἀποχρινεῖσθαι, ὁ μὲν ξένος ἀνεῖτο φεύγειν πρὸς Πέρσας, οἷς δ' ἦσαν ὑποσχέσεις παρὰ τῶν τῇδε καὶ συνθεσίαι, ἐσπένδοντο τὰ πιστὰ λαβόντες τοῦ μὴ παθεῖν. οἱ δὲ ταῖς σπονδαῖς πρὸς ἐκείνους ἡμερωθέντες τοῖς ἄλλοις κακῶς καὶ ἀπηνῶς προσεφέροντο, καὶ προσετίμουν ζημίαις οὐ φορηταῖς καὶ μείζοσιν ἢ ὥστ' ἐνεγκεῖν ἐκείνους. τὸ δ' ἐλαύνειν ἐκεῖθεν ἐξορίζοντας, ἄσμενοι ἂν εἰς τιμωρίαν μεγίστην πράξοντες, ὅμως ἐκωλύοντο B
πράττειν, μὴ καὶ τὰς ἄκρας ἐρημοῦν ἀνδρῶν τὰς ὁρμὰς τῶν Περσῶν ἀνέχειν δυναμένων. ταῦτα περὶ τοὺς Τρικοκκιώτας καὶ τοὺς τοῦ ζυγοῦ διαπραξάμενοι ἀνεχώρουν ἐπ' οἴκων.

14. Τὸ μέντοι περὶ τὸν παῖδα Ἰωάννην συμβάν, μέγι- C
στον ὂν ἢ ὥστε κρυβῆναι, ἔκπυστον γέγονε καὶ τῷ πατριάρχῃ.

15. ἐρημοῖεν?

num in defensione pueri. nisi, quod sperari non poterat, una ipsi nec magna gens universum in se coniuratum imperium vincerent, ac ne si quidem posset succedere, tamen tentari conveniret. hic vero cum ad unicam oblatam componendae pacis rationem referebant animum, ad deditionem nempe pueri hospitis, abhorrebant atque aversabantur, potiusque propendebant in anceps damnosumque consilium bellandi ad extremum periculo quocunque. inter hos multorum aestus, cum longa perplexarum deliberationum mora certi consilii nihil expediretur, caecus advena, causa tantorum motuum, dimissus ad Persas fugit. qui porro ex montanis pacisci cum nostris et arcano tractare dudum coeperant, ii foedus iam palam icerunt, receptique in gratiam, cum esset, ut dixi, et multi et praecipui montanorum, reliquos infirmiores illius gentis irae ministrorum imperatoris obiecerunt; qui eos acerbe crudeliterque vexarunt, spoliantes intolerabiliter miseros, et multae nomine summas ab iis pecuniae maiores exterquentes quam quas, ne venditis quidem quae habebant universis, possent conficere. nec ulla imperatorios misericordia tenuit ab iis exterminandis et exturbandis sede patria in ultionem rebellionis: sed ab eo consilio illa eos cura revocavit, quod providebant fore ut his inde pulsis nemo iam esset qui inga illa, propugnacula Romani limitis, a Persarum assidue illis partibus insidiantium crebroque irrumpentium incursionibus tuta praestaret. his circa Tricocciotas et montanos gestis Romanae copiae domum reverterunt.

14. Caeterum quod puero Ioanni evenerat, maius utique atque atrocius quam ut tacari posset, ad aures patriarchae quoque perlatum

www.libtool.com.cn

ὁ δ' ἀκούσας ἐν δεινῷ ἐτίθει τὴν ἀγγελίαν, καὶ οὐκ εἶχεν ὅ τι καὶ πρόξοι, οὐδὲ καθεκτὸς ἦν ἀλύων. εἶτα μὴ κρίνας ἀσφαλῶς ἑαυτῷ ἐπὶ τοιαύταις πράξεσι σιωπᾶν καὶ μὴ ἐπεξιέναι ἐπιτιμῶντα, προσκαλεσάμενος τοὺς περὶ αὐτὸν ἱεράρχας, καὶ δεινὰ σχετλιάσας τὸ πρῶτον ὡς χλευασθείς, καὶ ὅτι νόμοι καταφρονοῖντο
D θεοῦ διὰ τῆς τῶν ὅρκων παραβασίας ὑπεραγανακτήσας, τέλος τί δεῖ ποιεῖν κατεσκέπτετο, ὡς μὴ ψεῦδος ἀληθείας κατακαυχήσαιτο καὶ ὁ ἀδικήσας κερδαίνειν δόξοι ἀνεχομένης τῆς δίκης. "τὸ γοῦν ἐξ ἡμῶν" ἔφη, "ἂν ἐκείνη περιαργοίη, δίκαιον γίνεσθαι, ὡς ἂν τῷ περὶ τούτων ἀγανακτεῖν μισοπόνηροι δόξωμεν."
P 135 ταῦτα τοῦ πατριάρχου λέγοντος ἀπήχθοντο μὲν οἱ περὶ ἐκεῖνον ἐκτόπως καὶ ἀπεστύγουν τὰ πεπραγμένα, τὸ δὲ πᾶν ἐπ' ἐκείνῳ κεῖσθαι διωμολόγουν, ὡς καὶ αὐτῶν ἑψομένων, εἴ τι ἂν ἐκείνῳ καὶ δόξοι. ὁ δὲ ὅρκων ἐκείνων καταστενάξας, καὶ μνησθεὶς ὅπως ἐμπεδοῖντο καὶ ἄλλοι μὴ οἷοί τε πράττειν τὰ ὁμωμοσμένα,
αὐτὸς τὸ εἰς ἐκεῖνον ἧκον ποιεῖν ἀνεδέχετο μόνος. πλὴν οὐ σωματικῶς σφάττειν ᾔρεῖτο (οὐδὲ γὰρ ἄξιον)· ὅσον δ' ἧκε κατὰ ψυχὴν πράττειν, οὐκ ἐρραθύμει. τὸ δ' ἦν πάντως ὅπερ διὰ
B τῆς μαχαίρας τοῦ πνεύματος γίνεται, ὅ ἐστι ῥῆμα θεοῦ, ὡς

est. is porro acerbo consternatus nuntio aestuabat animo, quid ageret incertus; nec teneri poterat quin se in cuncta palam luctuosissimi doloris indicia effunderet. deinde ratus haud securum esse sibi super tali facinore silere nec iustae id animadversionis ulcisci vindicta, convocatis qui ad manum erant praesulibus, graviter conquerens primum se delusum irrisumque, tum foede contemptas dei leges nefaria violatione iuramentorum, indignitatem horrendi flagitii exaggeravit; ac denique deliberandum proposuit quid tali occasione se facere deceret, ne mendax perfidia de conculcata veritate impune gloriaretur, neve grassator iniquissimus opimo, quod immanissime rapuerit, spolio gauderet, connivente iustitia divina; quae si suis, ut plerumque solet, incompertis humano ingenio consiliis cunctetur, tamen nostri esse officii non negligere quod possumus, sed saltem demonstratione aliqua insigni mundo et posteris testari non sane probantibus aut tolerantibus nobis, at vehementer indignantibus et detestantibus, tam atrox scelus fuisse perpetratum. talia loquente patriarcha exhorruerunt ad mentionem phanaticae crudelitatis qui aderant antistites, nulloque non signo declararunt abominari sese totis animis facinus adeo execrabile. adiunxerunt, decerneret quod tali occasione fas et aequum poscere putaret: comprobaturos sese ac pro virili secuturos. ad ea ille gravi, ex alto pectore ducto gemitu, recordari se testatus qua religione iurisiurandi sese omnes adstrinxerint ad statim vindicandam vi et manu perfidiam, in utro Augustorum existeret, alteri contra pacta conventa insidiari ac grassari in alterum audente, addidit, quoniam appareret deesse facultatem caeteris iurata exequendi, se quidem quod esset in se facturum. non stricturum autem sensibilem gladium in corpus ac iugulum sacrilegi (haud enim id sibi convenire), sed quod suae potestatis foret, minime cunctaturum exequi, utendo gladio spiritus, quod est verbum

www.libtool.com.cn

διαιρεῖν τὸν ἄξιον καὶ τὸν ἀνάξιον, καὶ τὸν μὲν εὐλογεῖν, τὸν δ' ἐκπέμπειν τῆς ὁλομελείας τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ. ταῦτα στήσας καθ' ἑαυτόν, τῶν ἄλλων τῷ μὲν δικαίῳ δυσωπουμένων τῷ δὲ φοβερῷ συστελλομένων, μὴ καὶ ἀνεδέστερον ἀπεργάσαιντο, πέμψας ἐκεῖνος ἅμα τε ἐλέγχει ἀσεβήσαντα καὶ ἅμ' ἐπιφέρει τὴν τοῦ πνεύματος τομὴν τὸν ἀφορισμόν. ἐνταῦθά τις καὶ μέμψαιτο τοῖς γεγονόσιν ὡς οὐ κατὰ τρόπον γεγονόσι, καὶ ὑπεραπολογήσαιτο τῶν πραξάντων πάλιν ὡς οὐκ ἄλλως ποιεῖν ἐχόντων. καὶ ἡ μὲν μέμψις, ὅτι θεὶς τὸν δεσμὸν ἐφῆκε τοῖς τοῦ κλήρου ψάλλειν ἐκείνου χάριν, ὥστε οἱ καὶ κοινωνεῖν ἐκείνους διὰ τῶν ἱερῶν τελετῶν, αὐτός τε τὰς ἱερὰς ἐτέλει μυσταγωγίας, ἐφ' αἷς ἦν ἀριδήλως τὸν δεσμοῖς πνευματικοῖς κατεχόμενον μνημονεύεσθαι. ἡ δ' ἐπὶ τούτοις ἀπολογία, ὅτι αὐτάρκως εἶχε τοιούτῳ προσώπῳ τὰ τῆς ἐπιτιμήσεως, ὡς εἰ καὶ προσετίθετο πλέον, κινδυνεύειν συγκεχύσθαι τὰ πάντα κατὰ τὸν Ἐμπεδόκλειον σφαῖρον, καί τι καὶ παράλογον προβῆναι τοῦ βασιλέως ἀπαυθαδίσαντος. εἰ γὰρ

C

D

4. ἀναιδέστερον? 9. ὑφῆκε P. 14. προσετίθειτο P.

dei, ad dividendum iustum ab impio, et illi quidem bene precandum, hunc vero abscindendum a Christi corpore. haec se plane facere decrevisse cum ille significasset, aliis ob manifestam rei aequitatem improbare non audentibus, et terrore tamen haud dubio concussis, ne diris omnes suppliciis, satellitibus ab irritato anathematis ignominia imperatore immissis, conciderentur, patriarcha pronuntiato palam et merita severitate obiurgato Michaëlis Augusti scelere, ipsum, legitima prolata talis iudicii formula, spirituali sectione a communione Christo credentium rite resecat. fuit in modo ac circumstantia quadam huius facti quod iure quis reprehenderet: sed nec defuit quod ad excusationem contra vicissim allegaretur pro sic agentibus, quod aliter vix possent. inconsequens videri potuit patriarcham, excommunicato nominatim imperatore, permittere, quemadmodum fecit, clericis ut consuetas pro eo preces palam in choro pronuntiarent (nam hoc erat ipsos cum eo in sacris communicare qui a communione abscissus fuerat), tum praeterea patriarcham ipsum per se operari rei divinae, in qua sciebat honorifice memorandum eum quem diri anathematis vinculis irretisset. verum ad haec dici potest merito visum sufficere debere in tali persona severitatem animadversionis, quae aliquid e summo rigore remitteret: periculum enim fuisse, ne si vel pauxillum plus acerbitatis admisceretur negotio per se odioso, cuncta statim modico momento in perniciem praecipitata confunderentur, quemadmodum in Empedocleo contingebat globo, quem ventis compressis et sopitis foetum si quis imprudentius contrectaret, ex eo repente procellae immanes cuncta late conquassantes erumpebant. nam quo non erat verisimile prodire immanitatis posse efferatum nimis acri contumelia, irritabilem alioqui, ad haec summae potestatis sibi conscium imperatoris animum, cui tenendo dum vehementi cupiditate raperetur, infirmos esse verecundiae cancellos atque officii satis erat experientia compertum. sane si non fere patientius domus magna parvum infortunium quam domus parva cladem maxi-

www.libtool.com.cn

δυσχερὲς μέγαν οἶκον μικρὰν δυστυχίαν δέχεσθαι, ὥσπερ καὶ μικρὸν μεγάλην, ἀλλ' οὖν τὸ τὴν μεγάλην δυστυχίαν τῷ μείζονι οἴκῳ ἐπεισπεσοῦσαν μὴ κατὰ τὸ εἰκὸς ἐκμειλιχθεῖσαν καθυφιέναι τῆς ἀπηνείας οὐκ ὀλίγα βλάψειεν ἄν. Οἰδίποδες ταῦτα καὶ Θοῖ-
E ται Θυέστου καὶ πλάνοι Ὀδύσσειοι μαρτυρήσουσιν. οὕτω μὲν οὖν τοῦ πατριάρχου μετελθόντος τὸ τοῦ βασιλέως τόλμημα, ἑκὼν μὴ θέλων δέχεται τὴν ἐπιτίμησιν ὁ κρατῶν, καὶ τόπον διδοὺς τῷ δικαίῳ θυμῷ ἡσύχαζεν, οὔτε μεμφόμενος (οὐ γὰρ οἷ ἄξιον), καὶ τὰ τῆς πράξεως ὡς εἶχεν ἀπελογεῖτο. ὅμως ἐν ἀφύκτοις οὐκ ἀγνοῶν κατεχόμενος ἠρέμα διέφερε τὴν ὀργήν, καὶ καιρὸν μετα-10
νοίας ἐζήτει ἐφ' ᾧ τὴν συγχώρησιν δέξασθαι. ἤλπιζε γὰρ ὡς εἰ μικρὸν ἡσυχάσας, εἶτα μεταγνῶναι δόξας τὴν λύσιν ζητοίη, ἕψεται οἱ παραυτίκα καὶ ἡ συγχώρησις.

P 136 15. Ἀμέλει τοι καὶ μικρὸν ἐπισχὼν τὰ αὐτοῦ ἔπραττεν. ὁ δ' οὖν σὴς τοῦ συνειδότος ὡς ὀστέον τὴν καρδίαν ἐβόσκετο, 15
καὶ ταπεινὸς ἐδόκει, κἂν τῷ σοβαρῷ τῆς βασιλείας αἱρεσθαι προυνοεῖτο, ἐφ' ᾧ μὴ καταφρονούμενος καὶ τῶν ἀναγκαίων ἀποτυγχάνοι. τὸ γοῦν ναυτικὸν ἔπλει, καὶ αἱ τριήρεις ταῖς νήσοις προσίσχουσαι οὐκ ὀλίγας ἐκείνων ἤρουν, καὶ παραυτίκα αἱ

mam tolerat, quis neget prudenter factum ut de maxima in familiam potentissime regnantem necessario immittenda calamitate, quantum posset, detraheretur, et adiungerentur delinimenta quibus amarities temperaretur, ne stimulis iusto acutioribus ira concitata efferretur in desperatum impetum universa secum pessum in exitium trahendi. testes huius rei Oedipodes, coenae Thyestis et Ulyssei errores, extrema omnia consilia, in quae priscos heroas nimis acribus praecipitatos iniuriis tota queritur antiquitas, responsantibus hodieque tragicis scenis. itaque patriarchae nunc quoque istius suae moderationis hic fructus constitit, ut imperator suum facinus anathemate diro vindicatum aut tulerit aut ferre simulaverit patienter, ac volens nolens submissa ferienti cervice, dans locum iustae irae, quieverit, non murmurans de poena, sed factum ut poterat excusans: cum enim non ignoraret talis se compertum criminis quod nulla satis posset defensione dilui, si quam intus in animo adversus ulciscentem iram concepit, prodere saltem distulit, in praesens contentus leni responso spatium ad poenitentiam poscere, qua promereri veniam posset, sic secum subducta spei ac rationum summa, post brevem obnoxiae quietis moram, si velut iam datis satis illustribus poenitentiae suae signis reconciliationem peteret, voti statim se compotem futurum, quippe mox ab exoratis praesidibus sacrorum libenter redintegrandum in statum pristinum.

15. Hoc consilio se ipsum cohibens aliquandiu suus sibi privatim res habuit, luctui indulgens, vero fortasse dolore, quem utique vermis conscientiae, teredinis instar ossa intime rodentis, cor depascens animo penitus infigeret. inde habita tristi demissoque maiestatis imperatoriae deprimebat fastum, cum eo tamen ut simul caveret ne in contemptum perniciosum rebus suis ista humilitate caderet. quae igitur opus erant non omittens vel tali tempore curare, iussit prodire navales copias; et

www.libtool.com.cn

ἁλοῦσαι φρουροῖς ἠσφαλίζοντο, καὶ Ῥωμαίοις προσεκτῶντο αἱ B
Λατίνοις δουλεύουσαι. ἐξ ὧν ἁλισκομένη μὲν ἔγνωστο Νάξος,
αἱρουμένη δὲ Πάρος ἠκούετο, καὶ Κέως καὶ Κάρυστος Ὠρεῷ
κατὰ καιροὺς ἰδίους συνελαμβάνοντο, καὶ σὺν ἄλλοις ἄκρα Πε-
5λοποννήσου ἀμφὶ Μονεμβασίαν σὺν Σπάρτῃ καὶ Λακεδαίμονι
ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐγένοντο.

16. Τότε τοίνυν τοῖς ἀδελφοῖς ἐγχειρίσας τὰ δυσικά, τῷ P 137
μὲν δεσπότῃ Ἰωάννῃ τὰς ἀνατολικὰς παραδοὺς δυνάμεις συνάμα
τῷ Σκυθικῷ τὰ κατὰ γῆν προσέταττε μετιέναι, καὶ τὰ τῶν Ἰλ-
10λυριῶν μεθέπειν καὶ Τριβαλλῶν, καὶ τὰ τοῦ Πηνειοῦ πέραν,
τὴν ἰδίως Ἑλλάδα λεγομένην, κατατρέχειν, τῷ δεσπότῃ Μιχαὴλ
πολεμοῦντα· οὐδὲ γὰρ ἦν αὐτῷ προφασίζεσθαι ὅτι ἔξω που τῆς
πατρίδος ὄντος τοῦ βασιλέως δικαιοῖτ' ἂν κἀκεῖνος τὰ μέρη κα- B
τέχειν. τὸν δέ γε σεβαστοκράτορα Κωνσταντῖνον ναυσὶν ἐμβιβά-
15σας ἐπὶ Μονεμβασίας ἐκπέμπει, παραδοὺς κἀκείνῳ ὅσον ἦν ἐκ
Μαγεδῶνος Ῥωμαίων, καὶ τὸ Περσικὸν ἅπαν· τὸ γὰρ Ἰταλικὸν
μὴ ἁρμόζον πρὸς μάχην Ἰταλικὴν ὁ δεσπότης συνεπεφέρετο.
συνῆσαν δὲ τῷ μὲν δεσπότῃ πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι τῶν μεγιστάνων
καὶ ὁ Καντακουζηνὸς Μιχαὴλ ὁ καὶ μέγας ἐν ὑστέρῳ κονοσταῦ-
20λος, οἱ ἀνεψιοὶ ἐκείνου Ταρχανειῶται, καὶ ἄλλοι συχνοὶ ἐκ τῆς C
δύσεως τῷ βασιλεῖ προσχωρήσαντες, τῷ δέ γε σεβαστοκράτορι

triremes ad insulas appulsae non paucas earum Latinis antea subditas reperarunt, captasque statim praesidiis impositis in Romanorum possessione firmarunt. horum nuntii successuum alii super alios advolantes merita gratulatione excipiebantur, dum referrent modo Naxum occupatam, alias expugnatam Paron, Ceon ac Carystum quoque cum Oreo subinde capta; et ut caetera omittam, montana Peloponnesi circa Monembasiam cum Sparta et Lacedaemone Romania ea expeditione subiecta sunt.

16. Porro tunc imperator suis fratribus Occiduas provincias commendavit. ac Ioannem quidem despotam copiis Orientalibus et Scytharum auxiliis instructum terra gerere rem iussit per Illyrios et Triballos, atque ultra Peneum regionem proprie Graeciam vocatam incursare, bellando adversus Michaëlem despotam. cui iam dempta erat illa excusatio, qua prius, cum provincias illas repeteretur, excipere solebat, Parum convenire imperatorem, qui urbe sua patria et imperii capite careret, membra illa et partes eiusdem quasi corporis extremas requirere ac longe persequi. sebastocratorem autem Constantinum impositum navibus adversus Monembasiam mittit, tradens illi quantum Romanorum prius in Magedonum regione militaverat, et universam praeterea militiam Persicam. nam Italicum exercitum, haud aptum visum bello adversus Italos gerendo, Ioannes despota secum abduxerat. cum eodem porro despota comites expeditionis iverunt alii quoque multi optimatium, inter quos Cantacuzenus Michaël, qui postea magnus conostaulus fuit, illiusque patruëles Tarchaniotae; insuper alii, qui frequentes ex Occiduis tractibus ad partes imperatoris transierant. sebastocratorem vero sequebantur cum alii plurimi,

www.libtool.com.cn

ἄλλοι τε πλεῖστοι καὶ ὁ μέγας δομέστικος ὁ Φιλῆς Ἀλέξιος, σὺν αὐτῷ δὲ καὶ ὁ Μακρηνός, ὃν παρακοιμώμενον ὁ κρατῶν εἶχε. τὸ δέ γε ναυτικὸν ἔπλει ἐξ Ἥρος ἐς Ἄρκτοῦρον, κἂν πολλοῖς εὐστόχει. ἦγε δὲ τοῦτο ὁ Φιλανθρωπηνὸς ὁ πρωτοστράτωρ Ἀλέ-
D ξιος, ἀνὴρ γεραρὸς καὶ γενναῖος, παρὰ τοσοῦτον εἰργόμενος τῷ μεγαλοδουκάτῳ σεμνύνεσθαι ἀξιώματι παρ' ὅσον ἦν ἄλλος ἐπὶ τοῦ ἀξιώματος, ὁ τοῦ παλαιοῦ Λάσκαρι τοῦ βασιλέως αὐτάδελφος, ἔξωρος ἤδη καὶ παρηβηκὼς ἐπὶ τῆς Κωνσταντίνου καθήμενος, βουλαῖς καθ' ἡσυχίαν τῷ βασιλεῖ τῆς τῶν κοινῶν φροντίδος ὡς ἐνὸν συναιρόμενος, ὁ μέντοι γε Φιλανθρωπηνὸς ἀγχιστεύων τῷ βασιλεῖ· τὸν γὰρ ἀνεψιὸν ἐκείνου τὸν τῆς Μάρθας υἱὸν Μιχαὴλ
E γαμβρὸν εἶχεν ἐπὶ θυγατρί. ὁ γοῦν τοιοῦτος κατεῖχε τὸ πλοῖμον, καὶ ἦρος ἐξαρτυόμενος στόλον ἀπέπλεεν, ὅμως δ' ἐσύστερον θανόντος τοῦ Λάσκαρι τὴν τοῦ μεγάλου δουκὸς ἀξίαν παρὰ βασιλέως εἰς ἀμοιβὴν τῶν κόπων ἐλάμβανεν, ὡς ῥηθήσεται. ἀλλ' οὗτοι μὲν τριχῇ κοσμούμενοι ἀνὰ μέρος τὰ κατὰ δύσιν μεθεῖπον. καὶ ὁ μὲν δεσπότης τῷ Μιχαὴλ δεσπότῃ ἐπεῖχε, καὶ
P 138 ἀνεκαλεῖτο τὴν ἐκείνου χώραν ὡς πάλαι τῇ βασιλείᾳ προσήκουσαν. ὁ δὲ εἶχε μὲν πρότερον προφασίζεσθαι, καὶ ἐπροφασίζετο πιθανολογούμενος, ὡς οὐκ ἀνάγκη αὐτοῦ τοῦ βασιλέως τὸν τῆς βασιλείας θρόνον (ὃ δ' ἦν ἡ Κωνσταντινούπολις) μὴ κατέχοντος αὐτὸν ἀπαιτεῖσθαι τὸ λεῖπον· ἀπαιτητέα γὰρ εἶναι μᾶλλον τὸν θρόνον τοὺς Ἰταλοὺς ἢ ἐκεῖνον τὰ κατὰ δύσιν, οὕτως ἀνηρ-

tum magnus domesticus Philes Alexius; cum ipso Macrenus et quem imperator cubiculi praefectum habuit. classis navigavit a vere ad Arcturum, et multa cum successu tentavit. ductabat illam Alexius Philanthropenus protostrator, honoratus vir et strenuus, designatus iam dux magnus, et dignitatis istius titulo atque usu in tantum abstinens, quod vivebat adhuc alius illo magistratu insignitus frater germanus Lascaris senioris Augusti, effoetus iam senio et fere decrepitus, in quiete quam aetas extrema poscebat, consiliis imperatori opportunis ad commune regimen cooperans. affinitate porro Philanthropenus imperatori arta coniunctus erat, quippe qui Michaëlem Martha imperatoris sorore natum, collocata ipsi filia, generum haberet. talis igitur vir navalibus praefectus copiis classe primo vere instructa navigavit, et Lascari paulo post mortuo magni ducis dignitatem ab imperatore in praemium laborum accepit, ut dicetur. hunc in modum trifariam instructi fratres et necessarii imperatoris in totidem Occiduarum partium tractus moverunt. ac despota quidem Michaëlem despotam adortus repetebat occupatas ab eo provincias ut olim ad imperium pertinentes. eae cum antea reposcebantur, solebat ille plausibiliter causari haud tempestivam repetitionem istam esse: nam quid attineret imperatorem sede ipsa imperii, urbe Constantinopoli, exclusum de rebus tanto minoris momenti recuperandis esse solicitum? reciperet primum ab Italis solium regni, tum sane de regiunculis istis Occi-

www.libtool.com.cn

τημένους πάμπαν καὶ μόλις ὁριζομένους Θεσσαλονίκῃ. τοιαῦτα γοῦν ἀπελογεῖτο πρότερον. τότε δὲ ἀλλὰ χώραν ἣν οἱ γονεῖς ἐκεί- B
νου πόνοις καὶ ἱδρῶσι καὶ μόνον οὐχ αἵμασι στάζοντες προσεκτή-
σαντο καὶ κλῆρον κατέλιπον τοῖς παισί, πῶς ἂν καὶ δικαίως ἀπαι-
τούμενος ἀποδῴη; Ἰταλοὺς γὰρ ἀφαιρουμένους καὶ μὴ Ῥω-
μαίους, κατὰ τὸ δίκαιον καὶ τοῖς ἐξ ἐκείνων εἰς διαδοχὴν κατα-
λείπειν ὡς σφέτερον κλῆρον ἐξ ἀρετῆς· εὖ γὰρ καὶ λελέχθαι ὡς
οὐδὲν οὐδενὸς πλὴν τοῦ σπουδάζοντος κατὰ πόλεμον. καὶ οὕτω
μὲν διαμφισβητούντων τὰ Ῥωμαίων τῷ δεσπότῃ στρατεύματα C
κατετρίβοντο, ὁ δέ γε σεβαστοκράτωρ τῇ Μονεμβασίᾳ καὶ τοῖς
πέριξ προσκαθήμενος καθημερινοὺς πολέμους πρὸς τὸν Πρίντζην
ἐξῆγε· μηδὲ γὰρ ἀρκεῖσθαι τῷ μέρει τῆς νήσου, πᾶσαν δὲ κρα-
τῆσαι θέλων, ὑπάρχους ἔχων τόν τε μέγαν δομέστικον τὸν Φι-
λῆν καὶ τὸν παρακοιμώμενον Μακρηνόν, ὡς ἐνὸν ἠγωνίζετο. D
(17) ἦν δ' εὐδοκιμῶν ὁ παρακοιμώμενος, καὶ παρ' ἐχθροῖς E
ὄνομα ἔχων ἐπὶ στρατείᾳ καὶ τὸ φοβερὸν ἐνδεικνύμενος, ὥστε
καὶ τοῦ σεβαστοκράτορος ἐκεῖθεν ἐπαναζεύξαντος ὕστερον αὐτοὺς
ἐγκαταλελεῖφθαι καὶ τοῦ στρατεύματος ἄρχειν, καὶ δὴ μαχομέ-

duis ab se reposcendis cogitaret. nec porro istam rem, quam dixisset omnino praevertendam, facilem aut brevi transigendam apparere: Italos enim tam procul esse a reddenda Romanis imperii metropoli, ut etiam spe non prorsus vana maioribus inhient, et adeo non contemnendis sint viribus ut eorum ditio aegre Thessalonica finiatur. hac, inquam, eius omni, qua prius se iactaverat, oratione nunc sublata, illud modo pro se allegabat, regionem se obtinere quam patres sui laboribus sudoribus ac tantum non fuso stillatim proprio sanguine parassent. hanc hereditatem ab ipsis ad filios transmissam possidere sese iure quam optimo. quorsum ergo ipse illam inique repetentibus relaxaret? sane si reddenda esset, iis potius reddi oporteret quibus erepta sit. non autem Romanis, sed Italis prius iure belli obtinentibus terras illas vi extorsisse maiores suos, quorum se posteros ac sobolem frui, quam legitime crevissent, hereditate ac patrimonio virtutis, quis non fas et aequum esse fateatur? vere siquidem dictum illud ferri, nihil cuiusquam meliori iure proprium censeri quam quod satagens quisque ac periclitans manu sibi ac Marte quaesierit. inter has utrinque in longum procedentes sua iura hinc atque inde allegantium altercationes copiae Ioannis despotae ductu militantes tempus rem gerendi contriverunt. at sebastocrator Monembasiam et circumposita obsidens loca quotidie cum principe pugnabat: non enim ea quam Romani iam occupaverant Peloponnesi parte contentus, universam subiugare affectabat, ad id ipsi pro virili cooperantibus quos sub se habebat duces, Phile praesertim magno domestico et Macreno sacri cubiculi praefecto. (17) in his sacri cubiculi praefecti praecipua erat gloria, iam apud hostes celebris fama peritiae rerum bellicarum et eo nomine ipsis formidati. unde sebastocratore illinc postea recedente, is ibi cum Phile est relictus, ut exercitui praeessent. qua in praefectura cum saepe prospere pugnas-

www.libtool.com.cn

νους πολλάκις μὲν εὐστοχεῖν, μίαν δέ γε σφαλέντας κρατηθῆναι κατὰ πόλεμον καὶ ἀμφοτέρους. τότε τοίνυν ἐπ' ὀλίγον κατε-
P 139 χομένων ἐν φυλακαῖς ὁ μὲν μέγας δομέστικος ἀποθνήσκει, ἡ δ' ἐκείνου πενθερὰ Εὐλογία δεινὰ ἐποίει τῷ βασιλεῖ προσαγγέλλουσα ὡς προδοὺς μὲν ὁ παρακοιμώμενος τὸν ἐκείνης γαμβρόν, καὶ ὡς ἐπίτηδες κρατηθείη καὶ οὗτος εἰς πόλεμον, ὀρύσσων βόθρον τῷ συστρατήγῳ, καὶ ὡς ἀληθῶς ἐπὶ τούτοις κατηγορεῖται, λόγους ἔχων καὶ συμφωνίας πρὸς τὸν Πρίντζην λαμβάνειν τὴν τοῦ Λάσκαρι Θεοδώρου τοῦ βασιλέως θυγατέρα (κεχήρωτο γὰρ τοῦ ἀνδρὸς) ἐκεῖσε διάγουσαν, καὶ μετ' αὐτῶν εἶναι παραδόντα
B τὴν χώραν, καὶ ἀντιπράττειν τῷ βασιλεῖ. ταῦτα λέγουσα καί γε προστιθεῖσα ἡ Εὐλογία πρὸς τὸν ἀδελφὸν πιθανὴ ἐδόκει· ἦν γὰρ ἐκ πολλοῦ τοιαῦτα ἀκούσας περὶ ἐκείνου καὶ ὁ βασιλεύς. συνίστα δὲ τὰς κατηγορίας καὶ τὰ τοῦ ἀνδρὸς κατορθώματα, ὡς εἰκὸς εἶναι οὕτως εὐδοκιμοῦντα ὑπελθεῖν ἐκεῖνον τὸν Πρίντζην καὶ τοιαῦτα μετ' αὐτοῦ συσκευάζεσθαι. τὸ δέ γε πρὸς τὴν θυγατέρα τοῦ βασιλέως κῆδος καὶ λίαν ἱκανὸν οἰόμενος πείθειν ἐκεῖ-
C νον ὡς μεγίστοις ἐπιγαμβρευσόμενον, καὶ λίαν παρέκνιζεν εἰς ὀργὴν διὰ τὴν τοῦ μίσους τῆς γυναικὸς ὑποψίαν. ὅθεν καὶ ὡς ἀληθινὰ τὰ πιθανὰ δεξάμενος, τιμωρεῖν παραυτίκα ἤθελε καὶ

sent, semel offenderunt, ita ut praelio infausto ambo capti hostium custodia detinerentur, in qua magnus domesticus et mortuus. huius socrus Eulogia cum istum nuntium dolore suo maxime auditum imperatori referret, proditum ab sacri cubiculi praefecto suum generum questa est, asserens volentem Macrenum bello victum fuisse, et ex composito inductum ab ipso in provisas insidias magnum domesticum. et revera quaedam increbuerat non prorsus inverisimilis talis perfidiae opinio, multis ex suspicione affirmantibus egisse clam et convenisse cum Principe Macrenum, promissa huic ab illo Theodori Lascaris imperatoris nuperi filia: haec enim ibi nupta, ut diximus, viro deinde mortuo apud Principem vidua perstabat. pollicitum autem tali mercede Macrenum aiebant traditurum sese Principi quae Romani in Peloponneso ceperant, et imperatori quantum posset obstiturum. haec Eulogia fratri dicens verisimilia loqui visa est, eo quod iamdudum talia de Macreno imperator audisset. addebant autem accusationi fidem fortia viri facta, ex quibus credibile apparebat conatum fuisse Principem delinire tam inclytum bello ducem et in suas eum partes attrahere. quod porro addebatur de coniuge ipsi destinata filia imperatoris Theodori, id et efficacissimum incentivum quidvis audendi Macreno futurum videbat, utique summe expetibiles tales nuptias sibi crediturо propter affinitatem quam per eas cum maximis iniret domibus. et quia idem matrimonium periculosissimum rebus suis futurum intelligebat, idcirco quod eam mulierem utpote sororem excaecati a se Ioannis sibi esse infensam suspicabatur, concitatus in vehementem iram, et quae tantum verisimiliter narrabantur, pro veris et omnino certis habens, atrociter ulcisci vel primam istius invisi sibi connubii cogitationem in

www.libtool.com.cn

παρὰ τοῖς ἐχθροῖς ἐν τῇ φυλακῇ συνισχημένον τὸν ἄνδρα. καὶ πέμψας αὐτὸν ἀνταλλάττει μεγίστων προσώπων Ἰταλικῶν, καὶ παρασχεδὸν τῶν ὀφθαλμῶν ἀφαιρεῖται, ἀξίας ἀντιδόσεις διδοὺς τῶν ἀνδραγαθημάτων ὧν ἐκεῖνος εἰργάζετο κατὰ πόλεμον, τοῖς ἐχθροῖς γενναίως καὶ ἀνδρικῶς ἀνθιστάμενος. ἀλλ' οὕτω μὲν D καὶ ταῦτα συνέβη, ὁ δέ γε πρωτοστράτωρ Φιλανθρωπηνὸς Ἀλέξιος ταῖς νήσοις προσίσχων τὰς ναῦς (τὸ γὰρ Γασμουλικὸν θαρρούντως εἶχε πρὸς τὰς μάχας, ὡς αὐτοὺς μὲν πρὸς μάχην, τοὺς δέ γε λεγομένους προσελῶντας εἰς ἐλασίαν καὶ μόνην τάττεσθαι), προσέτι δὲ καὶ Λακωνικὸν ἔχων οὓς δὴ ἀπὸ Πελοποννήσου μετῴκιζεν ὁ κρατῶν, τούτους πάντας ἐπὶ νηῶν φέρων ἐκάκου τὰς νήσους καὶ τὸν τῶν ἐχθρῶν πλοῦτον προσῆγε τῷ βασιλεῖ. E

18. Οὐ μὴν ἀλλ' οὐδ' ὁ βασιλεὺς οἶκοι καθήμενος ἠπρά- P 140
κτει καὶ τῶν πραγμάτων κατερραθύμει, πόθεν; πολλοῦ γε καὶ δεῖ. εἶχε γὰρ ταῖς ἀληθείαις καὶ βασιλικὸν φρόνημα ὁ ἀνήρ, καὶ οὐ κατεδέχετο περιφρονούμενος. ὅθεν καὶ συχνάκις μὲν πρὸς τὸν πάπαν πρέσβεις ἐξῆγε καὶ δώροις ὑπήρχετο· αἰὲν γὰρ ἐκεῖθεν τὸν κίνδυνον καθυπώπτευεν, ὡς μηδ' ὁπωσοῦν ἠρεμησόντων τῶν Ἰταλῶν. δι' ὧν καὶ τἀκεῖθι ὡς ἐνὸν κατασφαλιζόμενος ἐπεχείρει τοῖς ἄλλοις θαρρούντως. συχναῖς γοῦν πρεσβείαις καὶ B
δεξιώσεσι μὴ μόνον τὸν πάπαν ἀλλὰ καὶ πολλοὺς τῶν καρδηνα-

Macreno constituit. ergo eum hostium adhuc custodia detentum, permutatum cum maximis personis Italici generis ad se iussit adduci, et appulsum confestim excaecavit, hanc ei dignam scilicet mercedem rependens tot heroicorum facinorum ab illo editorum, dum contra hostes Romani nominis toties tam generose ac fortiter pugnaret. et haec quidem sic se habuerunt. caeterum protostrator Alexius Philanthropenus, egressus cum classe, quam habebat egregie instructam militibus Gasmulici generis, quibus maxime in praeliis fidebat (iis solum ad bellicas res utens, aliis vero, quos Proselontes vocant, ad remigium dumtaxat), praeterea Lacones secum habens, quos e Peloponneso imperator transtulerat, cum his omnibus bellum per insulas circumtulit, iisque vastatis opulentam ex hostibus praedam imperatori rediens obtulit.

18. Haud porro interim otiosus domi desidebat imperator, aut indormiebat rebus, negotiorum occasiones praetermittens. unde autem posset hoc quisquam de illo autumare, qui a talis suspicione negligentiae longissime omnium abfuit? verissime quippe dici potest fuisse viro huic animum et spiritus plane regios; neque is se sane contemni sustinebat. unde et crebro ad papam legatos misit, et donis eum delinivit: nam inde assidue periculum suspectabat, nunquam quieturis, ut apparebat, Italis. verum optimum factu putabat officiis et propositionibus pacis, quoad fieri poterat, res ab ea parte firmare, quo posset ipse securiorem iam caeteris mentem advertere. igitur frequentibus hisce missitationibus legatorum et largitionibus magnificis non papam solum, sed multos etiam

www.libtool.com.cn

λίων καὶ τῶν παρ' ἐκείνῳ δυναμένων ἐξεμειλίσσετο. πρὸς δέ γε τοὺς Βουλγάρους, οὐδ' ἐκείνους ἠρεμεῖν εἶα ἀλλ' ἐκ τοῦ σύνεγγυς παρεκίνει. ἦν γὰρ καὶ ἄλλως προφανὲς τὸ πρὸς ἐκεῖνον ἔχθος τοῦ Κωνσταντίνου, ἐξοτρυνομένου παρὰ τῆς γυναικὸς Εἰρήνης C τοῦ παιδὸς χάριν Ἰωάννου ἀδελφοῦ γε ὄντος, καὶ ὧν ἐξ ὑπογύου οὐκ ἐνδίκως, ὦ δίκη, πέπονθεν. ἀνάγκη δ' ἦν ἔχθος ἔχοντα παρ' ἐκείνων τὸν βασιλέα καὶ αὐτὸν ἐχθραίνειν καὶ ἀντιξύειν τὸν ξίοντα. μέχρις οὗν Ὀρεστιάδος ὁριζομένης τῆς Ῥωμαΐδος καὶ μάλις πρότερον, ὡς τῶν ἐκεῖθεν ὑπὸ Βουλγάροις ὄντων, πέμπων αὐτὸς συχνὰς ἀποστολὰς στρατευμάτων, αὐτὸς ἐντεῦθεν διατατόμενος, τὸ θαυμάσιον (καὶ γὰρ ἃ μὲν ξυνέβη ἰδεῖν, τού- D τοις γινώσκων τοὺς πεμπομένους ἐπέταττε, καὶ ὅπου προσκαθίσαιντ' ἂν καὶ ὅπως ξυμβαλοῖεν καὶ ὅθεν ὁρμήσαιντ' ἄν, ἢ ἐκ λύχων ἢ φανεροί, ἡμέρας ἢ καὶ νυκτός, τάττων ἐντεῦθεν τὰ πάντα· εἰ δ' οὐκ εἶδε τὸν τόπον, κελεύων διαγράφειν τοὺς εἰ- δότας αὐτὸς καθίστα προστάττων, καὶ ἦν ἐπηρτημένη κρίσις τῷ παρακούσαντι), αὐτὸς τοίνυν πέμπων τὰς δυνάμεις τῷ τότε E συχνὰ τῶν ἐκεῖ ὑφ' αὐτῷ ἐποίει, καὶ ἡλίσκετο μὲν Φιλιππούπολις, ἐκρατεῖτο δὲ Σθενίμαχον φρούριον, καὶ ἅπας ὁ ἔξω τοῦ Αἵμου ζυγὸς συγκατείχετο. ἑάλω δὲ τοῦ Μυλτζῆ διδόντος, ὡς λεχθή-

Cardinalium aut alioqui apud ipsum potentium studebat demererl. quod Bulgaros attinet, neque illos quiescere patiebatur, sed e vicino lacessebat. erat enim publice notum adversus imperatorem odium Constantini Bulgari, continuo stimulati ad id ab uxore Irene propter puerum Ioannem fratrem utique mulieris istius, tam iniuste, o ius fasque! immania passum occulta ex insidiis grassatione crudelitatis. cuius sibi facinoris imperator conscius, cum non posset quin iuvisus et capitaliter exosus tam propinquis oppresso pupillo personis esset, sequebatur ex more ac vitio malitiae ut vicissim illos ipse odisset ac mutua collisione detereret obterentes se. cum igitur Romana ditio finiretur Orestiade, vixque ultra eam antea porrigeretur, Bulgaris videlicet ulteriora obtinentibus, crebras eo immisit militarium copiarum manus, praescribens ipsis singillatim quid vellet fieri. in quo erant solertiae ipsius et peritiae bellicae artis experimenta prorsus mira. nam si quos eorum locorum ipse antea vidisset, edicebat absens missis literis quo loco stativa figere, ubi et quomodo pugnare oporteret, unde impetum facere, vel ex insidiis vel luce palam, aut etiam per noctem, ex memori visorum imagine apte cuncta ordinans, velut si coram intueretur. quodsi locum in quo bellari contingebat nunquam praesens spectasset, descriptionem eius in tabula figuratam ab illic versatis habens prae oculis, minute omnia mandabat quaecumque geri agique e re foret; et sanciebat disciplinam metus, certo impendente non obtemperantibus periculo iudicii, supplicio mox damnationem secuturo. in hunc modum missis tunc copiis pleraque illorum tractuum sibi subiecit. nam capta est Philippopolis, occupatum Stenimachum castellum, iugum universum extra Haemum Romanae adiunctum ditioni est. recepta

www.libtool.com.cn

σεται, καὶ Μεσέμβρεια μεγάλη πόλις, καὶ Ἀγχίαλος συνηλίσκετο. καί γε τὰ πέριξ ἐκείνων, ἅπαξ γευσάμενα τῆς μεταβολῆς, ἡγάπων ὑπὸ βασιλεῖ διοικούμενα. Κωνσταντίνῳ δὲ διὰ ταῦτα ἔκ- P 141
πληξις ἐμπίπτει, καὶ ἀμύνεσθαι μὲν οὐκ εἶχε τὸ τηνικάδε, ὅμως δ' ἐνεκότει τοῖς πεπραγμένοις καὶ καιρὸν ἐζήτει, ὃν δὴ καὶ τῶν πραγμάτων ψυχὴν λέγουσιν, ἀξίως ἀμυνεῖσθαι.

19. Τῷ μέντοι γε βασιλεῖ καὶ ταῦτα πράττοντι οἱ λογι- B
σμοὶ ὁσημέραι διεταράσσοντο. οὐ γὰρ ἠρεμεῖν ἐκεῖνον εἶα συνειδός· τὸ γὰρ τοιούτοις δεσμοῖς συνδεδέσθαι ἴσα καὶ τὸ μηδὲν εἶναι ἐτίθει. τῷ τοι καὶ μήτε τόπον ἀπολογίας ἔχων μήτ' ἐπίνοιαν τοῦ τὴν δίκην ἀποθέσθαι, ὑπ' ἀμηχανίας ἐπὶ μεσίτας πνεύματι ζῶντας καὶ συνήθεις τῷ πατριάρχῃ ἐτρέπετο, καὶ κατηντιβόλει θερμῶς τοῦ δεσμοῦ τὸν ἱκέτην ἀνεῖναι, καὶ μετεγνωκότι τὴν θε- C
ραπείαν ἐπάγειν, ἣν ἐκεῖνος βούλεται· εἶναι γὰρ ἕτοιμον πράττειν ὅ τι προστάσσοι, τὸ μέντοι γε γεγονὸς ἀποίητον θεῖναι μὴ δυνατὸν ὅλως εἶναι. οἱ δὲ παρὰ τὸν πατριάρχην ἐρχόμενοι ἀπήγγελλον μὲν καὶ τὰ τοῦ βασιλέως, καὶ ἀφ' αὑτῶν δὲ πλεῖστα προσετίθουν τῷ βασιλεῖ χαριζόμενοι. ὃ δ' ὑπερεώρα τὴν δέησιν καὶ οὐδ' ὅλως προσεῖχε. περιστερὰν γὰρ βαλεῖν εἰς τὸν κόλ- D

est Myltza, ut dicetur, dedente Mesembrea, magna civitas, cum qua et Anchialus in potestatem nostrorum venit. porro quae circum has urbes oppida pagique erant, gustu semel mutationis accepto malentes imperatori subesse, certatim a Bulgaro deficiebant. urebant haec intime Constantinum imparem tunc resistendo et iacturis ac cladibus toties repetitis attonitum. ringens ergo ac fremens (nam aliud in praesentia non poterat) expectabat, et inhianter captabat ultionis opportunitatem, quam animam negotiorum quidam non immerito dixerunt.

19. Haec agentis imperatoris cura ingens agebat ferebatque anxiis cogitationibus perturbatum animum. non enim illum quietis partem ullam capere sinebat morsus intimus conscientiae; adeoque fructum nullum praesentis felicitatis sentiebat, dum se diri anathematis constrictum vinculis meminerat, ut tali statu esse ac nihil esse paria putaret. itaque cum nec probabilem ullam criminis depulsionem nec viam aut rationem excutiendae iustae poenae, multum licet cogitans, comminisci posset, inops expeditioris consilii vertit sese ad interpretes ac conciliatores pacis pro se ad patriarcham allegandos. quam ad rem ratus idoneos quosdam vitae sanctioris professores, assiduos et familiares patriarchae, per hos preces suas ad illum detulit, vehementer orans ut se supplicem nodo quo stringebatur solveret, ac poenitenti satisfactionem quam vellet imperaret: se quippe promptum paratum ad exequendum quodcumque praeciperet. hoc restare unum: nam quod factum sit infectum reddi arte aut conatu ullo non posse. ea illi patriarcham adeuntes copiose accurateque imperatoris nomine egerunt, multaque adiunxerunt studio proprio, magnopere satagentes persuadendo ac placando patriarcha imperatori gratificari. at patriarcha talia precantes repulit, et ne audire quidem sustinens columbam

www.libtool.com.cn

πον ἔφη, κἀκείνην μετασχηματισθεῖσαν εἰς ὄφιν δῆξαι πρὸς θάνατον· ὑπεδήλου δὲ δι' ἀμφοῖν τῶν ἐναντιωτάτων ζώων τὸν αὐτὸν βασιλέα καὶ ἕνα, οὐ φύσιν ἀλλὰ γνώμην σφίσι παρεικαζόμενον. καὶ ταῦτα μὲν ὁ πατριάρχης καὶ πλείω τούτων, καὶ ὡς οὐδ' ἂν εἴ τι καὶ γένοιτο τὸν ἀφορισμὸν λύσειε, κἂν προσαπειλῇ τὰ κακά, κἂν αὐτὸν θάνατον. οἱ δ' ὑπονοστοῦντες καὶ τὰ τοῦ
E πατριάρχου δηλοῦντες εἰς ἀμηχανίαν πλείστην ἐνέβαλον τὸν κρατοῦντα. καὶ ὃς ἐπειδὴ καὶ τὸ αὐτοπρόσωπον ἀντιφάρμακον λέγουσι (τοῦτο γὰρ εἶναι ταῖς ὑπονοίαις καὶ τὴν Γοργώ), αὐτὸς ἔγνω προσερχόμενος ἐντυγχάνειν καὶ τὴν λύσιν ἐξομολογούμενος
P 142 ἐκζητεῖν. ἐφίστατο τοίνυν πολλάκις, καὶ ὁ μὲν ἐζήτει τὴν θεραπείαν τοῦ τραύματος, ὁ δὲ τὰ τῆς θεραπείας πράττειν προσέταττε, πλὴν οὐκ ἐπὶ ῥητοῖς ἀλλ' ἀορίστως καὶ ἀφανῶς. καὶ ὁ μὲν ῥητῶς ἐζήτει μαθεῖν ἐπὶ τὸ ποιεῖν προθύμως ὅ τι καὶ λέγοι, ὁ δὲ καὶ πάλιν ἀοριστοτέρως ἔλεγε "ποίει τὴν θεραπείαν καὶ δέξομαι." ὡς δὲ πολλάκις ἐκεῖνος μὲν ἐζήτει τὰ φάρμακα, ὁ δὲ οὐ
B φανερῶς ἔλεγεν, εἰπεῖν τὸν βασιλέα "καὶ τίς οἶδεν εἰ καὶ πλείω ποιοῦντα οὐ προσθήσῃ τοῦ δέξασθαι;" καὶ τὸν ἀποκρίνασθαι ὡς μεγάλων ἁμαρτημάτων μεγάλην εἶναι δεῖ καὶ τὴν ἀντίποινον

dixit se in sinum admisisse, illam autem ibi mutatam in serpentem morsum sibi letalem infixisse, unum eundemque hominem, videlicet imperatorem, duabus istis maxime contrariarum animantium designans symbolis, ad indicandum non naturae in illo sed morum mutationem factam. post haec et alia in eam sententiam multa intulit, eo vultu ac spiritu qui satis declararent nunquam ipsum, quidquid fieret, inducendum ad excommunicationis absolutionem indulgendam, ne si quidem mala quantavis imperator mortemque ipsam minaretur. quare deprecatores moesti repulsa, quae audierant imperatori referentes, in angustias eum aestusque multo maiores coniecerunt. ille autem memor vulgaris dicti quo significatur vim inesse praecipuam praesenti faciei coram affantis medendi offensionibus et gratiae demerendae (id enim indicatum fabulosa Gorgone, oris obiectu immutante homines) decrevit per se adire patriarcham et crimen ei proprium confessus veniam coram rogare. ivit prociditque ipsi supplex saepius; et detecto animi vulnere curationem petiit. ad quae ille facere ipsum ea quibus curari tantum mali posset iussit. caeterum quae ista essent non expressit, indefinite sic atque obscure praecipere contentus. imperator vero rogabat indicare nominatim ne gravaretur quid fieri a se vellet, se exhibens ad cuncta obsequi paratum quaecunque dixisset, patriarcha nihilominus in illis indefinitis praescriptionibus perstante, ac tantum illud dicente "exhibe satisfactionem culpae respondentem, et accipiam." cum autem ille saeplus distincte praescribi sibi remedia petiisset, nec clare patriarcha responderet, dixisse imperatorem aiunt "et quis scit an, cum ego plurima fecero, tu satis accepturus sis?" cui graviter respondisse patriarcham ingentium criminum ingentia esse piacula debere.

www.libtool.com.cn

θεραπείαν. καὶ τὸν βασιλέα πρὸς τὸ βαθύτερον βάψαντα "τί δαί" εἰπεῖν, "μὴ τῆς βασιλείας ἐκστῆναι κελεύεις;" καὶ οὕτω λέγοντα τὴν σπάθην ἀποζώννυσθαι καὶ διδόναι, τῆς ἐκείνου διανοίας ἀποπειρώμενον. ἐκείνου δὲ τὴν χεῖρα κατὰ σπουδὴν προτείναντος ἐφ' ᾧ λαμβάνειν τὸ δῆθεν διδόμενον μή πως τελέως C καὶ τῆς ὀσφύος ἀπολυθέν, παλινῳδίαν τε ᾄδειν τὸν βασιλέα, καὶ ὡς ἐπιβούλῳ οἱ τῆς σφετέρας ζωῆς ὀνειδίζειν εἰ οὕτω βούλεται. πλὴν καὶ τῆς κεφαλῆς καλύπτραν ἀποτιθέμενος ἐς πόδας ἐκείνῳ ἑαυτὸν ἐρρίπτει, καὶ πολλῶν βλεπόντων οὐ κατηδεῖτο. ὁ δ' ἀπέπεμπεν ἐμβριθῶς καὶ ὑπερεώρα ἀπρὶξ τῶν γονάτων ἐχόμενον. οὕτως ἡ ἁμαρτία περιδεές, οὕτως ἡ ἀρετὴ τίμιον. ὡς δὲ πολλάκις παρακαλῶν ἠκολούθει καὶ κατηνάγκαζεν, ἐκεῖνος εὐ- D θὺς τὴν κέλλαν ὑποδυόμενος ἀπιζύγου τὰς θύρας αὐτῷ κατὰ πρόσωπον καὶ ἀργὸν ἠφίει. ταῦτα πολλάκις προσιὼν καὶ δράσας τε καὶ παθὼν καὶ μηδὲν ἀνύων ἐξηγριαίνέ τε αὐτίκα, καὶ σκληρότητα τοῦ πατριάρχου ἐπὶ πολλῶν κατηγόρει, καὶ ὡς τὰ κοινὰ κελεύοι κατυπροεῖσθαι διελοιδόρει, καὶ μήτε φόρους ἐκλέγειν μήτε τέλη πράττειν μήτε μεταχειρίζειν πράγματα μήτε μὴν E διοικεῖν τὴν ἀρχὴν ὅλως προστάττων, οὕτω θεραπεύειν αἱρεῖται

5. πω?

tum imperatorem, ut penitius viri animum tentaret, "quid porro?" intulisse: "num me etiam imperio iubes cedere?" atque hoc dicentem ensem baltheo solvere coepisse ipsique porrigere, causa experiundi quid tandem vellet. patriarcha vero cupide manum protendente quasi ad accipiendum quod dabatur, revocasse Augustum sese, ac nondum a femore expeditum retinuisse gladium, exprobrasseque insuper velut insidianti vitae suae, qui se sic exarmatum iret; et tamen tegmine capitis deposito ablicere se ad pedes eius, multis videntibus, non dubitasse. patriarcham vero ipsum acerbe repulisse, nihilque inflexum despexisse arcto sibi complexu genua stringentem. adeo formidolosa conscientia sceleris est, adeo virtus venerabilis! cum autem saepius idem rogans et vehementer instans etiam abeuntem sequeretur, quasi expugnandae vi pia severitatis certus, ferunt patriarcham cellam ingressum fores in os arcte clausas obdidisse assectanti, sicque illum vacuum et precis irritum crude dimisisse. nec semel talia expertus imperator. sed eadem haec saepius et locutus et operatus et passus, nequidquam semper, efferatus ad extremum est, et de duritia patriarchae apud multos est questus, invidiose exaggerans, velle iubere illum abiici a se curam communium rerum, nec sinere se amplius aut e terris tributa aut e mercimoniis vectigalia exigere; denique tractatione omni publicorum negotiorum interdicere, ac ne ullam deinceps reipublicae partem administrare aut omnino attingere imperator audeat, vetare. hunc sui curandi modum excogitasse patriarcham, cui ex officio incumbat quaerere optimam rationem adiuvandorum et in statum pristinum reparandorum eorum qui humanitus lapsi sunt. post haec declamata

www.libtool.com.cn

ὁ τῶν ἡμετέρων θεραπευτής. καὶ τέλος ἐπετίθει πολλάκις ὡς ἐπεὶ καὶ κανόνων ὑπερφρονεῖ ὁριζόντων μετάνοιαν, προσπίπτειν τῷ τῆς Ῥώμης πάπᾳ καιρὸς καὶ ἀντιβολεῖν σώζεσθαι. οὕτως ἔχων, ἐγκοτῶν ἐντεῦθεν καὶ βαρυνόμενος ἐπὶ τὴν τῶν κοινῶν διοίκησιν πάλιν ἐτράπετο, ἀπειπάμενος μὲν προσπίπτειν καὶ αὖθις (ᾔδει γὰρ οὐκ ἀνύσων), ἐγκαίρως δὲ τὴν ἄμυναν διαθέσθαι τῶν δεόντων ἡγεῖτο.

P 143 20. Τότε τοίνυν καὶ πάλιν ἀπεπειρᾶτο τῶν δυτικῶν. οὐδὲ γὰρ ἦν, οὐκ ἦν ἐπὶ ταὐτοῦ μένειν ἐκείνους, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἦν ἠρεμεῖν καὶ τὸν δεσπότην Ἰωάννην οὐδὲ πρὸς ὀλίγον, ἅμα μὲν καθέδρᾳ ἅμα δὲ καὶ ὁρμητηρίῳ Θεσσαλονίκῃ χρώμενον. ἔνθεν τοι καὶ αὖθις, καίτοι τῶν κατ' ἀνατολὴν πονούντων, ἅμα δυνάμεσι πλείσταις τὸν δεσπότην ἐκπέμπει. καὶ δὴ τὴν ταχίστην
B ἐπιβὰς ἐκεῖνος Θεσσαλονίκης συνέταττέ τε τὰς δυνάμεις καὶ πόλεμον ἐξάγειν κατὰ Μιχαὴλ ἐτρεπίζετο. καὶ μηδὲ τελέως ἀκουσθεὶς ἐπιστὰς ἅμ' ἠκούετο καὶ ἅμα ταῖς χώραις προσέβαλλε, λείαν τε πλείστην περιβαλόμενος ὑποστρέφει. καὶ ὁ μὲν τὰς δυνάμεις κατεῖχε διαχειμεριούσας περὶ τὸν Βαρδάριον, ὡς ἅμα ἦρι

17. περιβαλλόμενος P.

adiungebat, saepius iterans, quoniam patriarcha palam contemneret sacros canones dari lapsis poenitentiam iubentes, tempus esse recurrendi ad papam Romae sedentem, et ab eo suppliciter petendi salutare peccati remedium. sic indignans exasperatum tam saevis repulsis animum ita deinceps ad reipublicae administrationem retulit, ut amplius non curaret convenire patriarcham, satis gnarus se nihil profecturum, praeterea iudicans omnino convenire, ac curandum sibi esse opportuno tempore, ut istius atrocis inclementiae culpam congruis aliquando poenis patriarcha lueret.

20. Quod nunc instabat, nulli praevertendam rei putavit expeditionem in Occiduos tractus alteram: non enim, non utique aut sperandum erat, aut omnino fieri poterat ut praesentibus acquiescerent aut secure quiescere nos sinerent inquietissimae gentes. quare cessandum, ac ne cunctandum quidem vel minimum, ab eis ultro invadendis et malo domandis Ioanni despotae non erat, magnam eius belli habente facultatem secura possessione Thessalonicensis urbis, ubi et stationem certam et ad impetus incursionum in omnes circumquaque sitas terras Michaëli subiectas despotae habebat opportunam, cum parato receptu. his de causis eo rursus imperator Ioannem despotam misit cum maxima parte copiarum, licet iis laborantes et ipsae Orientales provinciae non parum indigerent. is porro cito pervectus Thessalonicam exercitum in Michaëlem adeo celeriter immisit, ut famam opinionemque praevertens vix prius auditus cerneretur et sentiretur agere ferreque Michaëlis ditionem omni clade belli. praeda dehinc omnis generis onustas in tutum copias recepit, et circa Bardarium amnem hiematuras locis commodis disposuit, ut videlicet ex

προσβαλῶν αὖθις· ὁ δὲ Μιχαὴλ φόβῳ ληφθεὶς οὐ μετρίῳ (τὸν γὰρ δεσπότην καὶ ἐξ ἀκοῆς ἐδεδίττετο, τὰ πολλὰ πρὸ τοῦ τῷ C Ἰταλικῷ στρατεύματι φρυαττόμενος· διὰ γὰρ τὸ πρὸς τὸν τοῦ Φριδερίχου παῖδα τὸν Μαφρὲ κῆδος ἐπὶ τῇ θυγατρὶ ἕτοιμον βοηθῆσον εἶχε τὸ ἐκεῖθεν στρατιωτικὸν) ἀφεὶς τὸ ἐπ' ἐκείνοις θαρρεῖν ἐπὶ σπονδὰς καταφεύγει, καὶ πέμψας ἱκετεύει τὸν Ἰωάννην μετακλαιόμενός τε τὰς προτέρας παλιμβολίας, καὶ περὶ τῶν μελλόντων ἐχέγγυον ἀσφαλὲς τοὺς ὅρκους ἐδίδου. ἐζήτει τε καὶ συνελθεῖν ἅμ' ἐκείνῳ, καὶ πίστιν γενέσθαι βεβαίαν ἐκ τῆς πρὸς D ἀλλήλους θέας ἐβούλετο. ὁ γοῦν δεσπότης τὴν πρεσβείαν δεξάμενος, ὡς λαβὼν παρὰ βασιλέως ἐκχώρησιν, ἐκέλευε τοὺς ὅρκους γενέσθαι. καὶ δὴ συνελθὼν αὐτῷ ἐφ' ὁρισθείσης ἡμέρας, καὶ κατασπασάμενος ἁπλάστῳ ἤθει, εἰ κἀκεῖνος καὶ πάλιν τὸν δόλον ἔκρυπτε, πρὸς τὰ οἰκεῖα ἐκπέμπει.

21. Τὸν μέντοι γε δεσπότην Ἰωάννην μεταλεσάμενος ἐκ P 144 Θεσσαλονίκης ὁ βασιλεύς, μικρὸν ὅσον διατρίψαντά οἱ, ἅμα ταῖς δυνάμεσι πρὸς ἀνατολὴν ἐκπέμπει, τοῖς Πέρσαις ὡς ἦν συμμίξοντα. ἦν δὲ κἀκείνῳ τρυφὴ τὸ ἐκείνοις ἐφεστάναι. καί τι τῆς αὐτοῦ δόξης ἄξιον διαπράξεσθαι. ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ ταῖς ἀληθείαις ὀξύτατος, ὡς νῦν μὲν ἐνταῦθ' ἀκούεσθαι, νῦν δὲ παρεῖ-

propinquo, vere primum illucescente, hostiles iterum regiones invaderent. at Michaël, dolore damnorum quae iam senserat imminentium metu cumulato, vehementer afflictus ad Ioannis vel solam mentionem consternabatur, remissa non parum illa ferocia priori, qua solitus antea erat insolescere, fiducia utique Italicorum auxiliorum a Manfredo genero, Friderici filio, ipsi paratorum. sed tunc ista spe opeque damnata quasi malis urgentibus reperta impari, ad tractationem pacis confugit; et legatis ad Ioannem supplicibus missis, serio iam poenitere sese fraudum et inquietudinum praeteritarum obnoxie ac lamentabiliter professus, fidei constantiaeque in posterum immutabilis pignus atque obsidem obtulit iurisiurandi religionem, qua praesenti se obstringeret, colloquii copiam ad id postulans, et sperare se aiens mutuo conspectu sincerae suae voluntatis in aeternam concordiam fidem, quantumlibet dubitanti, se facturum. haud aspernatus legationem despota Ioannes, qui se plena ad tractandum potestate instructum ab imperatore meminerat, diem locumque iuramentorum ceremoniae constituit; eoque ad condictum occurrens, ut erat naturali facilitate et recti conscientia credulus, sincera ipse mente non pari candore iurantem ac dolos tunc quoque verborum fallacia celantem audivit Michaëlem, eumque foedere icto remisit ad propria.

21. At imperator despotam Ioannem Thessalonica revocatum post modicam apud se moram cum copiis in Orientem mittit, adversus Persas illic pugnaturum. delectabatur hic vir isto expeditionum labore, et summae illi voluptatis loco erat aliquid laude dignum gerere. vera eius gloria erat velocissimum ducum omnium in belligerando esse, ita ut cum alicubi versari audiretur, mox illic adesset quo nemo unquam existimas-

B ναι ὅπου τις μηδὲ προσεδόκησεν ἂν πώποτε. σκευὰς δ' ἐκείνας καὶ ταγμάτων πλήθη καὶ θεραπείας ἀφιείς, ἐσπέρας σκευαζόμενος ἵπποις ἐχρῆτο ταχυδρομοῦσι, καὶ τοῖς μηδ' εἰς νοῦν τὴν ἐκείνου ἔχουσι παρουσίαν ἐφίστατο. καὶ ἵνα μὴ καταχαλῷτο τὸ σῶμα κινούμενον ἐφ' ἵππων καὶ ἀναβρασσόμενον συνεχῶς, κει- 5
ρίαις τὸ σῶμα διειλημπτό τε καὶ συνεσφίγγετο. διὰ ταῦτα καὶ ἠνδραγάθει τὰ μέγιστα, φοβερὸς ἅπασιν ὤν, ἅμ' ἀκουόμενος
C καὶ ἅμ' ἐφιστάμενος. τὸ μέντοι γε στρατιωτικὸν καὶ λόγοις ἔθαλπε καὶ δώροις ἐθεράπευε, καὶ τὸ μέγιστον, οὐ δεσποτικῶς ἐκείνοις ἀλλ' ἀδελφικῶς προσεφέρετο, ἀνὴρ θεοφιλὴς καὶ πρᾶος 10
καὶ χρηστὸς ἀνυπόκριτος. εἰς δὲ φιλοδωρίαν καὶ πάντας ἐνίκα. ἐπήνθει δὲ καὶ τὸ σῶφρον ἐκείνῳ, ὡς μηδὲν παρὰ μίαν ἀκουσθῆναι ὑποταγεῖσαν αὐτῷ πλὴν τὴν σύζυγον εἰς ἡδονῆς νόθου
D κλωπείαν. ἐκείνη δ' ἐκ νοθείας καὶ μόνη τούτῳ θυγάτριον φυσικὸν ἀλλ' οὐ νόμιμον ἀπεγέννησεν, ὃ καὶ τῷ Μέπε Ἰβηρίας 15
Δαυὶδ εἰς γάμον ἐδίδοτο. τὰ δ' ἄλλα μέτριος ἦν καὶ καρτερικὸς ἐφ' ἅπασιν, εἰς δ' οἰκειακὴν τάξιν καὶ λίαν φιλότιμος, καὶ τὸ σύμπαν περιφανής. καὶ ἀκριβῆ σημεῖα τῆς μὲν φιλαγαθίας αὐ-

6. διήλειπτό P.

set tam brevi tempore pervolare potuisse. nempe impedimenta suppellectilis castrensis et illas ambitiosas ducum sarcinas ministeriaque famulorum et longas clitellariorum mulorum mandras, apparatum tarde mobilem, ubicumque oppressisset vesper, omittens, pernicibus in equis expeditus vasta noctibus emetiens spatia, ibi repente apparebat quo perlatum tam volucri celeritate fidem omnem ac cogitationem excederet. et ne rapiditate incitatissimi motus corpus in equis effusissime currentibus aestuans relaxaretur, devinctum illud semper habebat fasciis, arto undique amplexu stringentibus. ea praeclarorum in bello successuum causa illi magna erat, imparatos plerumque sic deprehendenti hostes haud facile aliter superabiles, simul longe auditus, simul conspectus praesens et vim inferens ineluctabilem; unde terror eius late in hostes manaverat, cunctis ad eius mentionem trepidantibus. militarem multitudinem et verborum benignitate consolabatur et donorum largitate demulcebat; et quod caput est, non domini supercilium, sed affectum fratris cum iis agens demonstrabat. erat idem religiosissimus dei cultor et amator, mitis, benignus, simulationis expers; munificentia vero et ad donandum pronitate omnibus antecelluit. efflorescebat in eo castimoniae quoque decus, adeo ut ne fando quidem aliquando sit auditum furtivis eum indulsisse amoribus aut aliam unquam voluptatis causa mulierem attigisse quam propriam coniugem. at haec multum illi dissimilis, filiam ex alio peperit, naturalem sed illegitimam prolem, quae et postea Mepe Iberiae Davidi data in uxorem est. de caetero moderatus erat et fortis in omnibus. disciplina domesticos exacta continuit. mirus in familia semper ordo, incompositum nihil; cuncta ad splendorem dignitatemque illustri quadam et digna principe ambitione comparata. quo in genere insigne deinde argumentum extitit dili-

www.libtool.com.cn

τοῦ καὶ φιλοκαλίας περὶ τοὺς οἰκείους, ἐξ ὧν ἐκείνους παιδεύεσθαι συνέβαινεν ἐς τὸ ἀκριβὲς καὶ εἰς ἀληθινοὺς ὑπηρέτας ἀποβαίνειν, τὸ θανόντος ἐκείνου τοὺς ἐκείνου θεραπευτὰς ἐπ' ἀξιώμασι μεγίστοις ἀξίους λογισθῆναι δουλεύειν τῷ βασιλεῖ. τῆς δέ γ' ἀφιλοχρηματίας ἢ μᾶλλον μισοχρηματίας, εἰπεῖν οἰκειότερον, καὶ τοῦ πάντα στρατιώταις προΐεσθαι, τὸ ἐξὸν πιθάκνας ἔχειν χρημάτων καὶ ὑπερπλουτεῖν ὡς πολλοὺς καὶ μεγάλους διενεγκόντα πολέμους καὶ χώρας πάσας ταῖς στρατιωτικαῖς ἐμπειρίαις παρασησάμενον, ἔτι δὲ κἀκ τῶν ἐνόντων εἰς ἰδίας οἰκονομίας προσκτᾶσθαι πλείονα, τὸ μετριώτατον, ὅτι καὶ πολλοῖς δοκεῖ ἀρετῆς ἄκρας σημεῖον τὸ τὰ οἰκεῖα καρπίζεσθαι μηδὲν ἔξωθεν προσκτωμένους, ὃ δὲ τοιαύτας εἰς τὸ πλουτεῖν ἀφορμὰς προβαλλομένης τῆς τύχης τὸ οὕτω πλουτεῖν ἐκ πλεονεξίας ἐκτόπως ἀπέστυγε καὶ ἐμίσει, μόνῃ τῇ δόξῃ ἐνασμενίζων, ἧς οὐδὲν εἶχε προτιμᾶν ἄλλο. μόνῃ γὰρ τῶν κατὰ βίον πραγμάτων δόξα τοῖς ἀπελθοῦσι παρέπεσθαι πέφυκε. καὶ ὁ μὲν νόμος τοῦ τῶν Χρι- P 145 B

6. τοῦ] τοῖς P.

gentiae et elegantiae ipsius in familiaribus curandis, quod qui ei ministraverant, sic in omni laude istius officii eruditi et exercitati evaserunt, ut eos post ipsius obitum omnes requirerent, utpote qui callere ad unguem omnes artes aulici ministerii, et veram ideam perfectorum famulorum cunctis repraesentare viderentur; quare digni habiti sunt qui promoverentur ad maxima quaeque et honoratissima officia domus Augustae. verum hic idem vir quam non amaverit pecuniam, aut potius quantum eam contempserit, memorare convenientius fuerit. erat ei, si vellet, facillimum doliis, ut aiunt, plenis congerere opes et nummorum omnisque generis pretiosarum rerum acervos struere immensos, utique qui bello semper felix quascumque hostiles invasit regiones (invasit autem plurimas easque ditissimas) iure victoriae diripuerit. ille vero praedam semper erat solitus, ne minima quidem eius parte sibi eximie servata, militi condonare universam. ac ne patrimonium quidem aut rem familiarem suam augere consuetis et licitis artibus, et in modum splendidis expensis abunde sibi heredibusque suffecturum attente colligendo formare magnopere unquam studuit; licet id in parte laudabilis providentiae boni etiam et moderati numerent plerique. alia eius secta fuit planeque diversa ratio, qui totum sibi sinum pandentis fortunae, ultroque congerendis undique occasionibus lucrandi non iniuste ad innocenter ditescendum invitantis, munera magno semper animo relecerit, avaritiae speciem in sedula congestione quantumvis legitime partorum quandam suae virtuti exosam abominans. amores eius omnes in gloriam ferebantur: unam spectabat, una illa delectabatur, nihil unquam admiratus aut complexus quod illi praeferret, nihil quod pro illa promerenda parandaque non paciscerentur ac profligaret libentissime, quippe quam inter omnes res humanas sciebat unam esse quae duraret post hanc vitam et funeri superstes morte hinc migrantes coronatura sequeretur. in eleemosynas profusus, hanc eius

www.libtool.com.cn
στιανῶν νομοθέτου Χριστοῦ, οὐ Σόλωνος οὐ δὲ Λυκούργου,
C ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ πλάστου καὶ ποιητοῦ καὶ θεοῦ, ἐκ τῶν προσόντων διδόναι καὶ ἀντιλαμβάνειν τὰ μείζω. ὃ δὴ καὶ πιστευτέον ἐπάναγκες, εἰ πιστεύοι τις τῷ Χριστῷ μὴ μόνον καθότι βαπτίζοιτο, ἀλλὰ καθότι καὶ ἀληθινὸν ἐκεῖνον ἔχοι ἐφ' οἷς ἐπαγγέλλεται. βαπτισθέντα δὲ καὶ πιστεύσαντα μὴ τοῖς λόγοις πιστεύειν ἐκείνου, μηδὲ τὸ πρώτως πιστεύειν ἔχειν, κἂν ὅ τι λέγοι. καὶ
D ὁ μὲν Χριστοῦ νόμος οὕτος ἀνταμείβεσθαι κατὰ τὸ ἑκατονταπλάσιον ἐπαγγέλλεται· χωρὶς δὲ καὶ τοῦ προσδοκᾶν ταῦτα ἀπόχρη καὶ μόνη ἡ παραμένουσα δόξα, ἵν' εἴποι τις καὶ κατ' ἄνθρωπον, πείθειν τὸν συνετὸν οὐχ ὅπως πλεονεκτικῶς χρηματίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὰ προσόντα τοῖς τυχοῦσι προΐεσθαι. ἐξαίρω δέ γε τοῦ λόγου τοὺς ἐπ' ἀναγκαίαις δοκούσαις χρείαις τινὰ τῶν ὄντων παρακατέχοντας, εἰ μή γε καὶ αὖθις ἔχοιεν ἐκπορίζεσθαι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ δεσπότης Ἰωάννης καὶ λίαν ἔγνω, καὶ γνοὺς τά οἱ
E συνοίσοντα ἔπραττεν. ἐπεὶ δὲ οἱ ἀμφὶ τὸν μοναχὸν Νεῖλον, ὃς ἐκ Σικελίας μὲν ὥρμητο, ἐπὶ κακῷ δὲ τῆς τῶν Ῥωμαίων πολιτείας ἐπέστη, διδάσκων γλισχρεύεσθαι καὶ προμηθεῖς εἶναι τοὺς

studii rationem disserebat, legem esse non Solonis aut Lycurgi sed legislatoris Christianorum Christi, creatoris eiusdem conservatorisque rerum omnium dei, quae nos iubeat quod possumus ex praesenti copia largiri, spe certa recipiendi maiora. huic promissioni necessario credendum ab eo utique est qui fidem in Christum profitetur, non solum quatenus baptismum suscepit, sed quatenus etiam palam acquiescit assentiens sacrae doctrinae passim in ecclesia propositae. porro baptizatum quempiam, et assentiri se irrevocabiliter Christianis dogmatibus professum, Christi deinde verbis fructum uberem eleemosynae pollicentibus non credere argumento est ipsum neque antea vere credidisse, quantumcumque se credere simulaverit et affirmaverit. nec vulgaris remuneratio est quam lex Christi largitori misericordi promittit, sed quae centum pro uno referat. me vero, et quemvis, ut arbitror, prudentem hominem, etiam humano dumtaxat usu sensuque de rebus iudicantem, vel si nihil tale iuberemur expectare, moveret abunde ad benefaciendum egentibus ipse splendor efflorescentis inde gloriae, in aevum omne permansurae; cuius spe invitante non modo avertor ab avare congerendis superfluis opibus, verum etiam facile inducor ad subtrahendum usibus etiam ipsis meis quae in obvios pauperes effundam, non tamen aut in aliis damnans aut mihi vetans reservare quae opportuna videbuntur vel iam urgentibus vel in posterum impendentibus necessitatibus vitae, praesertim ubi occasio praesens largiendi non occurrit. tales despota Ioannes et alte impressos pleneque persuasos versabat animo sensus, et iis consentanee operans ad propositum ipsi finem gloriae tendebat. istud tamen eius incensum large donandi studium paululum refrigerarunt sectatores Nili pseudomonachi e Sicilia huc magno malo Romanae reipublicae profecti, docentes parsimoniae attendere, suadentesque hominibus magna circumspectione in dando uti,

www.libtool.com.cn

ἀνθρώπους περὶ τὴν δόσιν, μήπως λαθών τις μετρίως τῶν πραγμάτων ἔχων λαβὼν τῷ μὲν διδόντι τὴν τοῦ κακῶς οἰκονομεῖν τά οἱ προσόντα προστρίψοι μέμψιν, τὴν δὲ χάριν ἐκείνην οὐκ ἐπὶ μισθῷ ἀλλ' ἐν κενοῖς γενέσθαι παρασκευάσοι, ὡς ἐντεῦθεν μηδένα διδόναι τῶν πάντων ἐξ ἀνάγκης ἐχόντων τι, διότι καὶ τοῦ εὖ πάσχειν κατὰ τὸν ἐκείνων νόμον ἀπείργοιτ' ἂν εὐπρεπῶς καὶ P 146
οὕτως ὁ τῆς μεταδόσεως ἀσθενοίη νόμος, — ὦ πῶς ταῦτά τις καὶ ἐξαγγείλοι, ἰδίου καιροῦ χρῄζοντα; ὁ γοῦν δεσπότης ἔχων πρὸς τοῖς ἀλλοῖς καλοῖς καὶ τὸ φιλομόναχον, ἐκείνους που παρεισφρήσαντας τῇ οἰκίᾳ ὡς ἀρετῆς φίλους δέχεται, κἀντεῦθεν σύγχυσίς τις ἐπὶ μικρὸν περὶ τὰς τῶν οἰκείων δόσεις ἐκ τῆς ἐκείνων διδασκαλίας ἐπηκολούθει. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὸν δεσπότην οὕτω· ἐνίαζε γὰρ ταῖς προθυμίαις, καὶ δῆλος ἦν τὴν τῆς Ῥωμαΐδος σύστασιν περὶ πλείστου ποιούμενος. τότε τοίνυν τῶν κατὰ τὴν B
ἕω πραγμάτων κακῶς ἐχόντων σὺν πολλῷ τῷ τάχει τοῖς κατὰ τὸν Μαίανδρον τόποις ἐπεχωρίαζεν. ἔτι δὲ καὶ περιφανεῖς κατ' ἐκεῖνο καὶ μεγάλαι μοναὶ ὑπὸ σκοπῷ καὶ φύλακι τῷ δεσπότῃ συνίσταντο. καὶ δὴ ἃ μὲν οἱ Πέρσαι προκαταλαβόντες κατέσχον συνεκχωρη-

ne forte quis clam, alioqui habens quod satis ipsi sit, et callide simulata egestate, pecunia emungens parum cautum misericordem, labem illi allinat multum facilis et sua inconsulte dilapidantis; praetereaque illum fraudet frustra sperata mercede talis operis, quippe quod non iam ipsi ad praemium imputandum sed inter vana et otiosa numerandum sit. ex huinsmodi doctrina credita receptaque necessario sequebatur ut nemo aliquid habentium quidquam alteri donaret, sicque omnis ex eleemosynis proventus, quo spes ratioque victus ac status plerorumque tenuium continetur, hac istorum prava disciplina funditus exterminaretur e consuetudine usuque hominum, illo plausibili praetextu inquirendi anxie ante largitionem verene an simulate egerent qui petebant, nullum iam erogationi beneficae locum relinquente; atque adeo hac arguta cavillatione tota lex eleemosynarum abrogaretur. o quis huius perniciem dogmatis satis explicet! ad quod utique proprio eius argumenti commentario esset opus. igitur despota, cui laudes inter caeteras inerat amor multus veneratioque monachorum, quosdam e Nili sectariis eam vitam profitentes et se insinuantes in eius domum facile in consuetudinem recepit, viros bonos e veste existimans. unde contigit longe deinceps manare parcius, pravae istius doctrinae quodam obice prohibitum, fontem beneficentiae greges inopum ex illo haurire solitorum antea tam benigne irrigantem. talis erat despotae indoles vitaeque ratio, viri utique ad omne decus alacri impetu ruentis, natique, ut apparebat, ac divinitus facti ad restituendam in decus pristinum Romanam rem. tunc ergo rebus Orientalis limitis male habentibus, summa is celeritate in regiones Maeandro circumsitas se contulit, maximo inter caetera bono dudum extructorum in illis terris magnorum atque illustrium monasteriorum, quae providentia custodiaque ipsius a cladc ruinaque ultima servata sunt. horum quaedam iam Persae praeoccupata detinebant, plerisque oppidis ac pagis in ea vicinia positis

www.libtool.com.cn

σάντων τῶν πολλῶν ἐκεῖθεν τοῖς βασιλεῦσι, κἀκείνου λείποντος,
C τὰ περὶ τὴν Στρόβιλον λέγω καὶ τὴν Σταδιοτραχίαν, ὡς ἀδύνατα
ὄντα ἐπανακεκλῆσθαι, οὐδ' ἐπεχείρει κατὰ πεῖραν κατασχεῖν·
ὅσον δ' ἦν τὸ κατὰ Μαίανδρον καὶ Τράλλεις καὶ Κάϋστρον, τὰ
τῆς Ἀσίας βαθύτατα, ἐκράτυνέ τε προπολεμῶν καὶ τῆς κατὰ
σφᾶς ἀσφαλείας μετέχειν ἐδίδου. τοὺς δέ γε Μαγεδωνίτας (ἐκ-
κου γὰρ αὐτοὺς τὸ πολλῶν ἔνθεν εἰς τὰς κατὰ δύσιν δουλείας
μεταγομένων καταθαρρεῖν τῶν λελειμμένων τοὺς Πέρσας) καὶ
D λίαν συνίστα καὶ ἠσφαλίζετο· ἦν γὰρ τὸ ἐκείνων πλῆθος πίσυνον
τόξοις καὶ περὶ τὸ ἀντιμαχεῖν δεξιώτατον, καί γε τὰς προθυμίας
ἐρρώννυ χρυσίῳ, καὶ σφᾶς ἐδωρεῖτο φιλοτιμίαις. οἱ μέντοι γε
Πέρσαι τὸ τάχος τῆς ἐπιστασίας μαθόντες κατωρρώδουν τε, καὶ
αὖθις παλινοστοῦντες ταῖς δυσχωρίαις ἐνεδύοντο, ἀπογνόντες δὲ
τοῦ θαρρεῖν αὐτίκα διεπρεσβεύοντο ἀπέλυόν τε τοὺς αἰχμαλώτους
καὶ ἠγάπων σωζόμενοι. ὁ δὲ τὸ μὲν ἡσυχίαν σχήσειν ἐκείνους
E εἰσαῦθις καὶ μάλα θαρρῶν ἐπίστευεν, οὐκ ἐξ ὧν ἐκεῖνοι διωμο-

in Persarum ditionem simul aut vi tractis, aut ne traherentur ultro cedentibus. unde et alia illa tractus eius iam imperatoribus parere desierant: ea dico quae Strobilo et Stadiotrachiae adiacent loca, ita validis insessa praesidiis hostium, ut eorum recuperationem desperatam ne tentandam quidem aut tunc cogitandam Ioannes putaverit. quantum autem erat circa Maeandrum Tralles ac Caystrum et Asiae intima, confirmavit propugnans, atque ut secure propriis indigenae fruerentur, proferendo ultra bello effecit. Magedonum quoque gentem Romano asseruit imperio, in extremo tunc positam discrimine deficiendi ad Persas aut ipsis succumbendi. laborabant enim illorum res, plerisque illorum evocatis ab imperatore et militatum missis contra hostes Occidui limitis, ibique praesidio relictis, idcirco quod eius generis, utpote arcubus peritissime utentis, opera in velitationibus et praeliis laudaretur. inde porro factum ut vicini Persae, qui alioqui numerosam nationem sagittandi exercitatione formidabilem non temere lacesserent, nunc eam delectibus exhaustam imparem ob paucitatem iuventutis suis insultibus rati audacter invaderent, haud dubie subacturi, despondentibus iam animos exiguis illis reliquiis, ni a Ioanne despota confirmarentur, auro ipsos et munificis largitionibus deliniente, sicque ad fidei erga imperium constantiam et resistendi hostibus alacritatem excitante. Persae porro incurrentis in ipsos tanta celeritate despotae improvisis consternati nuntiis, terrore ac desperatione successus aversi retro sunt, seque statim in suorum, unde prodierant, inaccessa latibula montium recondiderunt. ac velut ne illic quidem se tutos rati, legatis missis captivisque redditis pacem fecerunt, in lucro ponentes quod salvi superessent. Ioannes autem quieturos ipsos in posterum certo confidebat, non quoniam promissis ipsorum multum fidei tribueret, sed quia sibi conscius et virium et animi ad eos, si quid amplius moverent, ita male multandos ut praeteritarum iniuriarum cumulatas persoluturi poenas forent, isto metu continendos illos in officio speravit. pacem autem dedit iis petentibus, quos se bello superaturum, si conare-

λόγουν, ἀλλ' ἐξ ὧν αὐτὸς οἶδεν ἐπιθησόμενος καὶ νικήσων, εἴ που καὶ παρακινηθείεν· τὸ δὲ μὴ παθεῖν ὧν ἔδρασαν τοὺς προσχώρους ἀντίποινα οὐκ ἐδικαίου τὸ σύνολον. πλὴν ἱκετεύοντας προσεδέχετο, καὶ σφίσιν ὅρους ἐτίθει, ἐς ὁπόσον ἂν καὶ κινηθεῖεν προσκαταβαίνοντες ταῖς σκηναῖς, ὡς τὰς μεγίστας δώσοντες δίκας εἰ παρασπονδοῖεν. καὶ οὕτω μὲν ὁ δεσπότης τὰ κατὰ τὴν ἕω καθιστῶν τῆς προτέρας δυσκληρίας ἀνελάμβανε τοὺς ἐκεῖ, καὶ θαρρεῖν παρεῖχεν ἀνέδην τὰς αὐτῶν γεωργοῦντας καρπίζεσθαι.

22. Ἐνόσει δὲ τὰ τῶν Βουκελλαρίων Μαρυανδηνῶν τε P 147
καὶ Παφλαγόνων καὶ λίαν οἰκτρῶς. τὸ δ' αἴτιον ὅτι τοῦ κρατοῦντος τὰ τεθησαυρισμένα σκορπίσαντος κατά τε κήδη καὶ βαρείας φιλοτιμίας τὰ πρὸς τὰ ἔθνη, συχναῖς ἀποστολαῖς χρωμένου, — οὐκ οἶδα δὲ εἰ καὶ σκῆψις ἦν τὸ προβαλλόμενον, τὸ ἐν- P 148
δεὲς δηλαδὴ πρὸς τὰς χρείας· μὴ καὶ μᾶλλον ἦν τὸ ὑπ' ὀδύντα λεγόμενον, ὡς τὸ ὑπήκοον ὑποπτεύων διὰ τὰ συμβάντα τῷ ἀλαῷ κακοῦν ζημίαις συμφέρον ἔγνω, μὴ καὶ κατεξανασταῖεν ἐντρυφῶντες. ταύτης γοῦν τῆς αἰτίας ἢ οὔσης ἢ καὶ δοκούσης ἕνεκα

16. λαῷ P.

tur, minime dubitabat, miseratione gentium vicinos ipsis incolentium tractus, ne victi illi malorum ac cladium quas passi bello essent ultionem a debilioribus vexationi opportunis, tempore deinde captato, exigerent. caeterum quo minus causae haberent a pactis resiliendi, fines iis praescripsit satis laxos, intra quos abunde pascuorum suis armentis et gregibus haberent, serio edicens, si ultra erumperent, violati foederis piaculum maxima ipsorum calamitate luendum. in hunc modum per Orientis provincias despota deleta ignominia prius acceptarum illic cladium et rerum statu emendato fiduciam illis gentibus fecit, otio ac pace ubique restitutis, libere deinceps attendendi culturae agrorum et secure legendi fructus uberes terrarum in quibus habitarent.

22. Laborabant autem et miserum in modum afflictae iacebant Bucellariorum et Maryandenorum regiones, itemque Paphlagonia; cuius rei causa haec erat. imperator iis quae superiorum principum parsimonia congesserat consumptis in tot largitiones ac donativa ambitiosa praetereaque in pretiosa munera principibus aut exteris gentibus missa, quibus illi ad foedera et societates allicerentur, exhaustum aerarium supplere, crebro missis per omnes provincias qui pecunias colligerent, curabat. haud porro scio an vera illa fuerit exinanitio publici thesauri, an non potius, quod quidam introspicientes penitius submurmurabant, imperator eo falso praetextu obtento, vere metuens ne propter invidiam excaecati Ioannis et inde secutam a patriarcha excommunicationem provinciae rebellarent, rebus tunc suis utile putaverit spoliare subditos et facultatibus privare, ne ad contra se insurgendum vires haberent. utcumque sit, ea tunc vel vera vel ficta causa egestatis aerarii, crebris imperator censibus ac descriptionibus per ministros quoquoversum dimissos avare ac rapaciter ex-

www.libtool.com.cn

συχναῖς ἀναγραφαῖς τὰς χώρας ἐκαλαμᾶτο. ἐνεπίστευε δὲ τὰς τοιαύτας οἰκονομίας καὶ ἐξισώσεις ἀνδράσιν οὐδέσι, μεγάλων ἐπὶ
B τούτοις τεταγμένων τὸ πρότερον· Καῖσαρ γὰρ Ῥωμανὸς καὶ μέγας δομέστικος ὁ τοῦ βασιλέως πατὴρ ἐξισωταὶ κατὰ Σκάμανδρον ἦσαν. πλὴν ἐχρυσολόγουν ἐντεῦθεν καὶ τῷ κοινῷ ταμιείῳ προσῆγον τὰ χρήματα. τοῦτο συμβὰν καὶ τοῖς Παφλαγόσι καὶ τοῖς προσωτέρω, ἠργυρολογοῦντο τῷ χρόνῳ κάμνοντες. τῶν μὲν χρειωδῶν καί γε λίαν εἶχον εὐπόρως διδούσης τῆς γῆς, νο-
C μισμάτων δὲ πενιχρῶς εἶχον, ὡς πάντων γεωργούντων τὰ ἀναγκαῖα. κεφαλαιουμένων γοῦν τῶν τελῶν ἐπὶ νομίσμασι χρυσίου καὶ ἀργυρίου, διδόντες τὸ τεθὲν ἐξ ἀνάγκης ἐξηπορροῦντο. ἦσαν δ' ἄλλως καὶ στρατείας οὐδὲν εἰδότες. ὅμως ἔθνους φιλοκερδοῦς πονηρίαν πολλὰ ἂν κάμοι τις διορθοῦν θέλων, εἰ καὶ μὴ πάσχοι· εἰ δὲ πάσχει, οὐκ ἔστιν ὅπως μὴ ἀπρακτεῖν πᾶσαν ἐπίνοιαν. ἐκεῖνοι τοίνυν, καὶ μᾶλλον οἱ ταῖς ἄκραις προσκαθήμε-
D νοι, τῷ τε πάσχειν ἐνθένδε καὶ τῷ ἐλπίζειν ἐκεῖθεν τὰ λώονα, εἰ μόνον προσχωροῖεν ἑκόντες, προσχωρεῖν ἔγνωσαν καὶ ὁσημέραι προσετίθεντο Πέρσαις. τοῦτο γοῦν ἐπ' οὐκ ὀλίγον γενόμενον,

ercitis spicilegia regionum factitabat, utens ad id opera hominum nihili, cum antea huiuscemodi lustris condendis collationibusque exigendis populorum nobilissimi quique praefici soliti essent: nam Caesar Romanus et magnus domesticus imperatoris pater censuras istius generis per regiones circa Scamandrum sitas gesserant. hi porro vilissimi ministri aurum immisericorditer extortum undique in aerarium congerebant. qui cum obirent Paphlagoniam et ulteriores regiones pecuniis acerbe corradendis, eo magis offendebant illos populos, quod vexationem per se odiosam intempestivitas tunc quaedam aggravabat. agriculturae gentes illae plusquam mercimoniis deditae, rebus ad victum quas terra gignit abundabant, signatae pecuniae parum habebant. quare ipsis erat perdifficile aureos argenteosque nummos, qui singula in capita indicebantur, numerare; et se ad id quod non possent damnis ac prehensionibus cogi indignissime scilicet ferebant, praesertim quoniam inde sequebatur toto ipsos deinceps anno necessariis egere, postquam messes et vindemias, ut summas indictas quoquomodo conficerent, alieno tempore vili pretio distrahere totas exactorum inclementia compulsi fuerant. nullum quidem fere plerique illorum rei bellicae usum habebant, ut rebellio minus timenda videretur. tamen gentis lucri cupidae, etiamsi nulla extorsione irritatae, per se prenam ad quaestuosum periurium indolem cum semper magnus labor sit ab utili visa defectione cohibere, tum certe quando exacerbata damnis acribusque iniuriis ad desperationem efferata fuerit, frustra quantavis adhibebitur industria ad illam in fide officioque continendam. igitur illi, praecipue vero quorum arcibus Persico praesidio insessis viciniores sedes erant, quod a nostris quidem atrocia paterentur, ab hostibus vero commodiora sperarent, pollicentibus videlicet illis et, si ultro se dederent, mite imperium spondentibus, deficere ad Persas decreverunt, fiebantque aliorum post alios quotidianae transitiones ad benigniores, ut putabant,

συνάμ' ἐκείνοις οἱ Πέρσαι ὁδηγοῖς ἅμα καὶ συμμάχοις χρώμενοι καταθαρρεῖν εἶχον τῶν λελειμμένων. καὶ πρῶτον μὲν ἐκδρομὰς ποιοῦντες κατέθεον τὴν γῆν ἐκείνων, καὶ σκυλεύοντες (οὐ δὲ γὰρ ἐθάρρουν μένειν) ὑπέστρεφον· εἶτα τῶν μὲν ὑποκλινομένων, τῶν δὲ καὶ ἀποικιζομένων δέει τῷ περὶ τοῦ ζῆν, εὐχερεῖν ἐκ τοῦ ῥᾷστα τοῖς ἐναντίοις ἦν, καὶ κατασχόντες τὴν χώραν κακὸν ἦσαν γειτόνημα τοῖς πλησίον. τῷ μέντοι γε βασιλεῖ δόξαν ἀνακλητέον ἐκείνην εἶναι, ὅτε δὴ καὶ θελήσοι, ὡς ἐπὶ θύρας οὖσαν, οὐ μέλον ἦν, ἀλλὰ πρὸς τοῖς δυσικοῖς πᾶσαν εἶχε τὴν ἀσχολίαν, τὰ ἐν ποσὶ καταπροϊέμενος. εἰώθε γὰρ ἀεὶ τὸ μὲν ἀνὰ χεῖρας καταφρονεῖσθαι διὰ τὸ σύνηθες, ζητεῖσθαι δέ γε τὸ μὴ κρατούμενον ὡς θέλξον ἤδη ἐξ ἀσυνήθους προσγεγονός. E

23. Οὕτω τοίνυν ἐκείνων κακουμένων, ἀστὴρ κομήτης ἐκ δύσεως κατὰ τὸ ἑωθινὸν ἐξέλαμπεν ἐξ ἥρος ἐς φθινόπωρον, ἐφόβει δὲ τοὺς ὁρῶντας πυρὶ καπνὸν σύμμικτον ἀποπάλλων, ὥς τι κακὸν προσημαίνων. ἦν γὰρ οὐκ ἦν, φαινομένων τοιούτων ἑξαισίων κατ' οὐρανὸν οὕτω, μὴ καί τινα κατὰ γῆν καὶ ἔθνη παρὰ τὸ σύνηθες γίνεσθαι. εἰ δὲ καὶ τῶν κομητῶν εἶεν οἱ φοβερώτατοι, ὡς ἐκεῖνος ἦν τότε, τὸ κακὸν πρόδηλον ἐλευσόμε- P 149

dominos. quod primo a singulis tentatum, et ubi successus impune fieri probavit, crebrioribus exemplis frequentatum, irreparabili iacturae provinciae totius occasionem dedit, siquidem Persae his qui ad partes ipsorum transierant ducibus et adiutoribus usi, paucitatem eorum qui constantes in fide imperatori iurata perstabant contemnentes, terras eorum crebris infestare incursionibus coeperant; e quibus onusti praeda, spoliatis subinde miseris, redibant domum, nondum ibi ausi considere, quoad multis istorum experientia malorum inclinantibus ad Persas, multis quotidiana vitae pericula fuga et voluntario exilio redimentibus, subactu iam faciles Persae regiones suae ditioni subiunxere, fixisque ibi domiciliis malam finitimis viciniam praestabant, infestantes eos latrociniis. haec audiens imperator eo accurrere neglexit, existimans se istas provincias, quippe in propinquo sitas, recuperaturum quandocunque foret libitum, et tunc in res Occidui tractus spe ac cupiditate totus imminens, in eaque una defixas cura cogitationes habens, more ingenii humani, plerumque, dum inhiat longinquis, amittentis coram posita, et voluptatem ex absentium acquisitione speratam, quod insolita sit, potiorem arbitrantis fructu propter quandam assuetudinis nauseam minus iucundo, qui ex praesentium olim possessorum consueto amplexu percipitur.

23. Illis in hunc modum male habentibus, cometa ex Occidente in Ortum effulsit a vere usque ad autumnum: terrebat autem intuentes, ignem fumo mixtum evibrans, illa ipsa horribili specie cunctis suadente aliquod malum isto signo portendi. vix enim in memoria omni reperias post talia ostenta per coelum hoc modo visa non aliquas per terram ac gentes praeter solitum mutationes secutas. quodsi apparentes cometae de genere peculiariter terrificorum sint, qualis omnino hic fuit, manifestum augurium est infortunii aut cladis imminentis, adstipulante vulgari

www.libtool.com.cn

B νον. μαρτύριον δὲ τοῦ λόγου καὶ τὸ λεγόμενον "οὐδεὶς κομήτης ὅστις οὔ·" προστιθεῖσι γὰρ καὶ τὸ λοιπὸν οἱ εὖ εἰδότες τῶν τοιούτων, τὸ "φύσει κακός," ὡς γίνεσθαι τὸ σύμπαν ἴαμβον.

Τότε τοίνυν δόξαν τῷ βασιλεῖ τῶν δυσικῶν καὶ αὖθις κινουμένων, ὡς καὶ παρασπᾶσθαι παρ' ἐκείνων τὰ τούτων, οὐκ ὀλίγας δυνάμεις συναγαγὼν τῆς ἐπὶ τῆς Θεσσαλονίκης ἤπτετο, ὡς ἐκεῖθεν συναρτύσων τὰ τοῦ πολέμου. εἰς Ξάνθειαν οὖν κα-
C ταντήσας ἐκεῖσε κατασχεῖν ἔγνω διαχειμεριούσας τὰς συντάξεις. τοῦ καιροῦ γοῦν τριβομένου, — συνήχθησαν γὰρ ἀμφ' ἐκεῖνον καὶ τῶν ἱεραρχῶν οὐκ ὀλίγοι, καὶ ἦν σκέψις περὶ τοῦ πατριάρχου. ἐκεῖ γὰρ καί τισιν ἐκινοῦντο λόγοι πρὸς ἐκεῖνον ἀναφερόμενοι, ἔγκλημα ὡς δῆθεν καθοσιώσεως, καὶ διὰ ταῦτα διεμηνύετο καὶ ὁ πατριάρχης κατὰ Ξάνθειαν ἀπαντᾶν, πεμφθέντων
P 150 δυοῖν ἀρχιερέοιν εἰς τοῦτο. κἀκεῖνος οὐχ ὑπακούων, ὅμως τὸν καιρὸν θεραπεύων, καὶ ἅπαξ καὶ δὶς ἐκ τῶν τοῦ κλήρου ὡς βασιλέα ἀπέστελλε, τοῦτο μὲν καὶ εἰρηνικῶς περὶ τῶν βασιλικῶν ὑγειῶν μαθησόμενος, τοῦτο δὲ καὶ ἀνὰ μέρος ἀπολογούμενος τῷ προτείνειν αἰτίαν δοκοῦσαν εὔλογον τοῦ μὴ παραγίνεσθαι. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς ἑκὼν ἄκων τὰς ἀπολογίας ἐδέχετο καὶ προσεποιεῖτο τὰς εἰρηνικάς, καὶ πρὸς μὲν τὸν πατριάρχην ἀντιπέμπων τὰ φιλικὰ ὑπεκρίνετο, καί οἱ εὐμενῶς ἔχειν ἐδόκει. τοῖς μὲν οὖν

dicto "nullus cometa quin sit", cui inchoatae sententiae nemo peritus audiens non continuo subiiciat illud ad absolvendum Graece senarium iambicum deficiens "natura malus."

Tunc porro visum imperatori, Occidui tractus incolis rursus turbantibus ita ut ab illis res nostrorum raperentur, Thessalonicam proficisci ductis secum copiis non paucis, ut illic e propinquo commodius bellum adornaret. sed cum Xantheam eo itinere venisset, ibi detinere decrevit in hibernis exercitum. quare dum tempus expeditioni aptum expectatur, per illud ibi otium, cum ad eum episcopi non pauci confluxissent, agi de patriarcha coeptum est, quibusdam non dubitantibus reum ipsum pronuntiare irreligiosae contumaciae in neganda contra sacros canones poenitentia. quare ex istorum sententia citatus is rite est, ac iussus ad Xantheam se sistere, duobus ad illum antistitibus ea causa missis. non paruit ille quidem, tamen aliquantulum de duritie remittens ut tempori serviret, semel iterumque certos de suo clero ad imperatorem misit officiose illum a se salutaturos, et percontaturos ex usu inter amicos consuetudinis humanae ut Augustus cum coniuge ac liberis valeret, simulque excusaturos, velut necessariam ob causas alias dicendas, eo nunc occurrendi moram. his officiis quamquam non plene satisfiebat imperatori, tamen ipse quoque in praesens animi vulnere dissimulato et salutationem et excusationem placido excepit vultu, vicissimque per quosdam e comitatu allegatos patriarcham amice salutavit, placido se in illum esse animo significans. caeterum inter episcopos causa crimenque patriarchae occulta

www.libtool.com.cn

ἀρχιερεῦσιν, ὡς ἐννοεῖν ἦν, οὐδὲ γὰρ ἠφίει τὸ ἔγκλημα κατὰ τὸ B
λεληθὸς τὰ περὶ τούτου ζητεῖν· οὐδὲ γὰρ ἐχρῆν, δημηγορῶν τις
ἔλεγε, τὴν τοῦ παντὸς καρδίαν τὸν βασιλέα μὴ παρὰ τῆς ἐκκλη-
σίας τὴν θάλψιν ἔχειν, ἀλλ' ἐκεῖθεν ὥς τινα φθοροποιὸν ἀέρα
τὴν δύσνοιαν εἰσδεχόμενον κινδυνεύειν. καὶ ταῦτα μὲν ὁ κρα-
τῶν καὶ ἄλλα προύτεινε πλεῖστα, ἀποπροσποιούμενος μὲν τὴν
πρὸς τὸν πατριάρχην δοκοῦσαν δυσμένειαν, ἐκείνοις δὲ προανα-
τιθεὶς ἐρευνᾶν ὡς ἄξιον ὂν ζητεῖσθαι κατὰ σχολὴν τὰ κινούμενα.

24. Συμβαίνει δέ τι κατὰ τὴν πόλιν ὃ δὴ καὶ τὸν βασι- C
λέα εἰς ἄμυναν ἐξηρέθισεν. ἥπτετο δὲ τὸ δεινὸν καὶ τοῦ πατριάρ-
χου, κἂν πλαγίως ὡς ἄλλων πασχόντων. τοῦ γὰρ Βέκκου τὸ
χαρτοφυλακικὸν ἀξίωμα ἔχοντος (προνόμιον δ' ἐστὶ τὸ προτρο-
παῖς ἐκείνου τὰς ἱερολογίας γίνεσθαι) τῶν τις ἱερέων ἐκδουλεύων
καὶ ἐν τῷ κατὰ τὸν Φάρον ναῷ τῶν μεγάλων ἀνακτόρων νυμ-
φίους ἱερολόγει δίχα τῆς τοῦ χαρτοφύλακος προτροπῆς. καὶ εὐ-
θὺς ἀκουσθέν, ὡς πρόστιμον ἐκείνῳ ἡ τῆς ἱερωσύνης ἐπίσχεσις D
ἦν. τοῦτο γοῦν οὐκ ἔδοξε τοιοῦτον ἢ τι ἄλλο μέτριον τῷ βασι-
λεῖ ἀγγελθέν, ἀλλ' ἀφορισμὸς ἄντικρυς τοῦ βασιλικοῦ κληρικοῦ.
καὶ εὐθὺς (συνυπενόει γὰρ καὶ τὸν πατριάρχην ὡς δῆθεν συμ-

19. συνεπενόει P.

inquisitione tractabatur. qua de re auditus ex illis nonnemo dum haec concionabundus declamaret, nec consentaneum nec ferendum videri principem, cor utique reipublicae, non ab ecclesia foveri ut id ex quo salus unice pendeat publica. quale igitur fuerit, si non modo inde non foveatur, sed maligno et pestilenti dissensionis spiritu affiato in discrimen manifestum inducatur? ea etsi clam procurante imperatore agebantur, tamen is istis quas retulimus et aliis plurimis benevolentiae significationibus in illum editis, diligenter simulabat aequum erga patriarcham et offensione omni vacuum animum, sic libere sinens congregatos patres per otium considerare quid tali statu rerum optimum ipsis factu videri ac decernere par esset.

24. Contigit porro quiddam in urbe quo magis exasperaretur imperator et ad ultionem irritaretur, ex qua quod secutum malum est ipsum patriarcham oblique perstrinxit, resiliente in ipsum ignominia quae aliis irrogabatur. Vecco chartophylacis dignitatem obtinente, cui magistratui iuxta usum ac leges id iuris competit ut sine illius nutu et assensu nuptiales benedictiones non administrentur, sacerdos quidam ministrans in templo magni palatii ad Pharum sito sponsis benedixit non requisito chartophylacis assensu. ea re statim audita is in poenam a sacerdotii functione suspensus est. id sibi nuntiatum imperator atrociter accepit, quasi ea non mediocris aliqua censura sed vera et suprema excommunicatio fuisset regii clerici. ac statim suspicatus id factum conscio et cooperante patriarcha, gravissime offensus est, contemni se ratus, ira commu-

www.libtool.com.cn

πράξαντα) ὑβριοπαθῶν οὖν οἷον ὡς ὑπεροπτικῶς ἔχοντος θυμῷ
P 151 ἦν κάτοχος, καὶ ὀργὴ ἦν κατὰ τῶν τῆς ἐκκλησίας κοινή, καὶ ὡς
ὁ πατριάρχης, κεκραγὼς ἐπῆγε, τεθέληκε διὰ ταῦτα τὸ τῆς βα-
σιλείας κράτος ἐξουθενεῖσθαι καὶ τὰ ἱερὰ ἀνάκτορα ἀφορίζεσθαι.
ἦν γὰρ καὶ τοῦτο λῆμμα πρὸς τὸ παριστάμενον, ὅτι ἐντὸς τῶν
ἀνακτόρων ἔτυχεν ὁ πρεσβύτερος, ὅτε οἱ τοῦ χαρτοφύλακος πέμ-
ψαντος διεμηνύετο ἡ ἐπίσχεσις. καὶ δὴ τὸν μὲν πατριάρχην οὐκ
εἶχεν ὅπως ἀμύνοιτο, ἄλλον δὲ τρόπον βαθύτερον καὶ τὸν κατα-
φρονήσαντα ἀμυνεῖσθαι, εἰ καὶ τὸν πατριάρχην πλέον δύναιτο
B λυπήσειν, ἢ μὴ δόξειν ὡς ἀμυνεῖσθαι καὶ πλέον δύναιτο προν-
νόει. καὶ πέμψας διὰ ταχέων τῷ σεβαστοκράτορι Τορνικίῳ
προσέταττεν (αὐτῷ γὰρ τότε τὰ τῆς πόλεως ἐπετέτραπτο) κα-
ταχαλᾶν μὲν τὰς οἰκίας τοῦ τε χαρτοφύλακος καὶ τοῦ μεγάλου
οἰκονόμου (οὗτος δ' ἦν ὁ Ξιφιλῖνος Θεόδωρος), ἐκριζοῦν δὲ
τὰς ἀμπέλους, καὶ αὐτοὺς δεσμίους ὡς ἐκεῖνον ἐκπέμπειν. ἐβού-
λετο δὲ τὸ προσταττόμενον κυνὶ λέοντα ἐκδεδίττεσθαι, καί γε
C τούτων ἀποκλινάντων πρὸς βασιλέα διὰ τῆς ἐπὶ τῇ τιμωρίᾳ προσ-
παθείας μηδὲν οἷόν τε εἶναι τὸν πατριάρχην καθ' αὑτὸν ὄντα
πράττειν, καὶ οὕτω κἀκεῖνον ὑποχαλᾶν ἀναγκάζεσθαι. ὁ γοῦν
σεβαστοκράτωρ ἐπιστὰς ἕτοιμος ἦν κατὰ τὰ ἐπιτεταγμένα πρά-
τειν. ἀλλ' ἐκεῖνοι τὴν ἔφοδον προαισθόμενοι ἅμα γυναιξὶ καὶ

niter in universum ecclesiasticum ordinem exardescente vehementi; unde in clamores erumpebat vociferans "nempe hoc patriarcha sic voluit consentanee ad prius in nos contumeliosissime gesta, ut nullam occasionem praetermitteret vilipendendae et contemptu extremo conculcandae imperatoriae maiestatis, regia etiam imperiali sacris prohibenda interdictoque supponenda." hoc dicebat, quoniam intra imperatorium palatium forte repertus est sacerdos ille, quando ei missi a chartophylace sententiam suspensionis intimarunt. totus porro defixus in cogitatione vindictae, patriarcham tunc quidem ipsum recta in propria ulcisci persona non valens, modum astute commentus est eam poenam ab sui contemptore repetendi, quae simul patriarchae dolorem inureret, sic se cumulate iniuriam utriusque ulturum ratus. curriculo mittit ad sebastocratorem Tornicium tunc praefectum urbi, qui a se iuberet diruere continuo illum aedes chartophylacis et magni oeconomi (erat hic Xiphilinus Theodorus), evellere stirpitus vineas amborum, ipsosque vinctos ad se mittere. volebat nimirum ista ratione terrere (quod aiunt) leonem exemplo male multati canis. futurum autem sperabat ut hi supplicii metu ad obsequendum imperatori quodcunque vellet inclinarentur; quod si contigisset, non modo nihil ausurum patriarcham solum et virorum talium in partes principis traductorum auxilio destitutum contra se agere, sed etiam coactum iri cedere et de duritia remittere in causa excommunicationis. igitur sebastocrator praesto aderat stans in procinctu exequendi mandata. caeterum de eius infesto adventu praemoniti ambo illi cum uxoribus et liberis ad

www.libtool.com.cn

παισὶ τὸ ἱερὸν προφεύγουσιν, ὡς ἐκεῖθεν τὴν ἀσυλίαν ἔξοντες. ὡς δ' ἐκεῖνος ἐπιστὰς τῷ ναῷ ἐκσπᾶν ἐπειρᾶτο (ᾔδει γὰρ βλαβησόμενος μὴ ἀνύσας), λέων ἦν μετὰ ξίφους. ὁ δὲ πατριάρχης D
αὐτίκα προσυπαντῶν καὶ ἐμβριθῶς ἀπέπεμπε τὸν ἐπιόντα, καὶ "τί παθόντες" ἔλεγεν "ὀφθαλμοὺς καὶ χεῖρας καὶ ἀκοὰς ἡμετέρας, τοὺς μὲν ἐκτυφλοῦν τὰς δ' ἐκκόπτειν πειρᾶσθε;" ἐπεβοᾶτο δὲ καὶ θεὸν καὶ ἀνθρώπους ὡς ἀδικοῖτο πλεονεκτούμενος· μηδὲ γὰρ δίκαιον εἶναι θεῷ καθιερωμένους ἄνδρας εὐθύνεσθαι κοσμικοῖς. ὡς δ' ἀπεπάγη πρὸς ταῦτα ὁ πρὸ μικροῦ ὑπέροφρυς
ὡς ἐκσπάσων κἂν εἴ τι γένοιτο, τοῖς μὲν ἀνδράσι τὸ ἱερὸν πα- E
τοῦσιν αἱ ὁρμαὶ ἀνεῖντο μὴ δεδιόσιν, ἐκεῖνος δὲ πρὸς τὰς οἰκίας τρέπεται. ἀμπέλοις δ' ἐπιθέσθαι οὐκ ἦν, ὅτι οὐδ' ἦσαν ἐκείνοις ἄμπελοι τῇδε. ἀλλὰ καὶ τῶν οἰκιῶν ἀποτρέπεται ὡς μὴ σφίσιν ἀληθῶς, οὐσῶν ἀλλὰ μᾶλλον τῆς ἐκκλησίας λογιζομένων.
ἐκκρουσθεὶς οἶν τοῖς ὅλοις ὁ ἐπιτιμητὴς ἐκεῖνος πέμπει Νικαΐαζε, καὶ τὰ προστεταγμένα ἐπὶ τοῖς σφῶν κτήμασι διαπράττεται. κωλυθεὶς δὲ ἀποπέμπειν δεσμίους, ὡς ἡ πρόσταξις εἶχε, συνεβούλευε σφίσιν αὐτοὺς ἀνέτους ὡς βασιλέα χωρεῖν, τοῦ ἀληθῶς P 152
φρουρίου ἀποσπασθέντας, ὡς ἦν ὁ ναὸς ἄντικρυς. ἀπολογίαν

6. πειρᾶσθαι. ἀπεβοᾶτο P.

templum confugiunt, iure illic asyli tuti futuri. quo sebastocrator cognito, reputans magnum sibi ab imperatore malum affore nisi quae is iubebat effecta redderet, in templum ense stricto ut leo irruens extrahere illos inde conabatur. at occurrens patriarcha eum graviter increpitum repulit, "quid vobis" inquiens "volentes oculos et manus et aures nostras, illos quidem eruere, istas autem abscindere, postremo has obstruere conamini?" testabaturque vociferans deum et homines, vim sibi per sacrilegam iniuriam fieri: neque enim fas esse deo sacros homines a saecularibus corripi. obstupuit ad ea perculsusque a coepto destitit qui tanto prius fastu extracturum se supplices, quidquid quivis contra moliretur, ostenderat; eoque sese domum recipiente re infecta, Vecus et Xiphilinus intra septa aedis sacrae tuti securique versabantur. sed nec vineas exscindere potuit, cum neuter illorum vineta circa Constantinopolim haberet. ab aedium quoque quibus utebantur demolitione prohibitus est, denuntiato ipsi haud esse illas iuris ipsorum, sed ecclesiae, quae usum dumtaxat habitandi suis illic ministris precarium concederet. ergo hic tam acer ultor undique reiectus, et cunctis exclusus quae tentarat, ne nihil ageret, Nicaeam certos misit qui in praedils istorum in illo territorio sitis vastationem ab imperatore praescriptam exercerent. cum autem nequiret mittere illos vinctos, ut fuerat iussus, suadere ipsis instituit ut ultro ad imperatorem proficisci vellent, id communiter tam ipsis quam sibi consilium esse utile disserens, quoniam si volentes ipsi sacro asylo abisterent adeundi principis causa, idonea ipsi apud imperatorem futura esset excusatio omissae comprehensionis et constrictionis ipsorum sibi ab eo imperatae. nam ne illos intra templum caperet, sanctitatem loci et

www.libtool.com.cn

γὰρ ἐκεῖνον ἔχειν πρὸς βασιλέα τὴν ἀσυλίαν τοῦ ἱεροῦ καὶ τὴν τοῦ πατριάρχου κώλυσιν, καὶ ὡς αὐτοὺς εὐθὺ τοῦ βασιλέως ὁρμῶντας δεσμεύειν οὐκ ἦν, ὡς παρ' αὐτοῖς μενούσης τῆς προσφυγῆς τοῦτο μὲν τῷ ἑκόντας ἀποφοιτᾶν, τοῦτο δὲ καὶ τὸν πατριάρχην ἐπτιμῶντα ἀμφέπειν πανταχοῦ διώγοντας. προσέτι δὲ
B καὶ τὸ τῆς εἰς βασιλέα προσόδου σχῆμα τὸ ἀνέτους σφᾶς διατηρεῖσθαι δίδωσι· πρόσωπον γὰρ βασιλέως θεώμενον συμπαθείας ἀνάγκην ἔχειν, κἂν γοῦν πρὸς ὥραν, τοῖς κατακρίτοις. ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια λέγων ἔπειθέ τε τοὺς ἄνδρας ἀποφοιτᾶν τε τοῦ ναοῦ καὶ πρὸς βασιλέα χωρεῖν. καὶ δὴ παρὰ τοῦ πατριάρ-
χου ἐκχωρηθέντες δόξαν συνοῖσον σφίσι τὸ ἀπελθεῖν (τὰ γὰρ συμβάντα τούτοις πικρά, καὶ ὡς εἰ ἐπὶ καθοσιώσει εὐθύνοντο)
C εὐθὺς ταῖς τοῦ ἱερέως ἐφοδιασθέντες εὐχαῖς τε καὶ εὐλογίαις τῆς πρὸς τὴν Θεσσαλονίκην φερούσης ἅπτονται. ἃ μὲν οὖν ἐπεμίξασιν ἐκείνοις Θεσσαλονίκῃ καὶ βασιλεῖ προσελθοῦσι συνέβη, οὐ τοῦ παρόντος λέγειν καιροῦ. πλὴν εἰκάσαιτ' ἄν τις ὡς οὐκ ἂν εὖ ἐκεῖθεν ἔπαθον, εἰ μή γε θεραπεύουσι τὸν καιρὸν συνέβη

14. φέρουσαν P.

occurrentis ac repellentis patriarchae auctoritatem prohibuisse, plausibiliter causaturum sese. porro ipsos sponte abdicantes tutelam sacrorum adytorum ut communi domino se sisterent, fas haud fuisse abs se corripi darique in vincula, facile quemvis videre, nec imperatorem dubitaturum. plenam igitur ab se quidem fore ipsis securitatem inviolatae libertatis, si quod suadebat facerent. nullum autem ab alio quovis metuendum ipsis esse tale periculum demonstrabat, vel quod recta tendentibus ad principem nemo facessere molestiam auderet, vel quia declarato in ipsos patriarchae palam protegentis patrocinio tuti ubique inviolatique futuri essent, tantae illius ac tam venerabilis respectu potestatis. denique postquam eo pervenissent, ipso vultu ac conspectu principis certissimum aiebat accepturos ipsos salutis et securitatis pignus: nam faciem imperatoris coram vel ad momentum oculis obiectam gratiae ac veniae erga intuentes, etiam praedemnatos reos, necessariam causam existimari. haec et huius sententiae alia cum allegaret, persuasit quod volebat, siquidem illi conducibile id sibi futurum rati, patriarchae in id iter assensu impetrato, templi refugium relinquere adque imperatorem se conferre decreverunt, etiam inde allucente successus in tali consilio spe, quod satis intelligerent ea quae in ipsos tam acerbe acta essent, decreta esse ab imperatore arbitrato utilia illa esse emolliendae duritiei patriarchae et impetrandae ab eo suae ipsius reconciliationis cum ecclesia. statim igitur, bene precante ipsis in digressu patriarcha et viam votis prosequente, Thessalonicam versus profectionem susceperunt. quid porro ipsis, postquam eo pervenerunt et imperatorem adierunt, contigerit, nūn huius est temporis referre. caeterum facilis prudentibus coniectura suggeret haudquaquam illos quidquam gratiae aut beneficii fuisse ab imperatore accepturos, nisi quantum promereri obsequendo potuerunt servientes tempori; unde conligit (quod in primis avebat imperator) tanto magis solum relinqui pa-

www.libtool.com.cn

ταῦτα παθεῖν. τοῦτο δ' ἦν μεμονῶσθαι τὸν πατριάρχην ὑποκλιθέντων, ὡς καὶ τῶν ἄλλων, ἐκείνων.

25. Ἀναληπτέον καὶ τὸ τοῦ σουλτὰν Ἀζατίνου, ὃς μοῖρά P 153
τις γέγονε δυστυχὴς Μακεδόσιν, εἰπω δὲ καὶ Θρᾳξί, καὶ τὸ
τοῦ κομήτου προάγγελμα εἰς ἔκβασιν ἔθετο προφανῆ. ἐκεῖνος
γὰρ ἐπὶ πλεῖστον τῇ Κωνσταντίνου προστετηκώς, καὶ ὁσημέραι
προσδοκῶν ἐπανήξειν μεθ' ὅτι πλείστης ἰσχύος, ἐπεὶ τὸ ἐν ἐλπί-
σιν ἀπέγνωστο (ἤδει γὰρ ἄλλα τὸν βασιλέα πραγματευόμενον,
καὶ τὸ κῆδος ἔπειθε τὸ πρὸς τὸν Ἀπαγῶν ὡς οὐκέθ' ὑποστρέ-
ψειεν), εὑρὼν τῷ τότε καιρὸν ὃν ἡ τοῦ βασιλέως ἀπουσία δέον- B
τά οἱ παρεῖχεν, διαμηνύεται τῶν τινὶ συγγενῶν, ἐπιδόξῳ γε ὄντι
κατὰ τὰ πρὸς ἄρκτον μέρη τοῦ Εὐξείνου πόντου, δυσωπῶν ἐπα-
μῦναί οἱ ἀσιδήρῳ πεφυλαγμένῳ παρὰ φίλῳ τῷ βασιλεῖ, οὐδὲν
ἐχθροῦ διαφέροντι. εἶναι γὰρ ἐκείνῳ, εἰ βούλοιτο βοηθεῖν,
συνελθεῖν Κωνσταντίνῳ καὶ σπεύδοντα παροτρῦναι πρὸς τὴν τοῦ
βασιλέως ἐπίθεσιν. καὶ αὐτὸν δὲ οἰκονομεῖν παρ' ἐκεῖνον ἰέναι, C
καὶ οὕτως ἐκείνῳ συνόντα ῥᾷον καθ' ὁδὸν ἐκπεσεῖν εἰς χεῖρας
ἐκείνοις, εἰ μόνον Τοχάροις συνεξοι ἅμα Κωνσταντίνῳ μετὰ
Βουλγάρων. καὶ εἰ μὲν ἁλῷ καὶ αὐτὸς βασιλεύς, εὖ εἶναι τοῖς
ἐπιθησομένοις· εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ λείαν περιβαλομένους πλείστην

triarcham, his quoque, sicuti iam alii fecerant, ad partes imperatoris transeuntibus.

25. Resumenda nunc est narratio rerum Sultanis Azatini, qui fatum triste atque infaustum quoddam Macedonibus extitit, aio etiam Thracibus; et quae laeva saevaque minax cometa portenderat, eventu manifesto, pernicie publica patravit. hic postquam diu apud Constantinopolim taediosa contabuisset mora, in dies expectans reduci se cum magno exercitu in Persidem, ubi spes eius rei omnis extincta ipsi funditus est, tum longa infinitarum frustrationum experientia, tum maxime quod non ignoraret quid cum suis hostibus clam tractaret imperator, et foedus ab eo ictum cum Apegane compertum haberet, unde satis intellexit nullam sibi redeundi unquam amplius ad amissum principatum reliquam esse fiduciam debere, nactus accommodatam suis rationibus occasionem, absentiam imperatoris, allegat fidum sibi hominem ad quemdam e cognatis in septentrionali Euxini Ponti tractu praepotentem, orans ut sibi subveniret citra ferrum et vincula custodia detento ab imperatore amico in speciem, revera nihil ab hoste differente. posse enim illum facile, si vellet, auxiliari sibi opes cum Constantino coniungendo, et hunc sponte currentem incitando ad irruendum improviso in imperatorem. sese ipsum iam id agere, ac consecutarum sperare, ut adire imperatorem sibi liceat, eo consilio ut praesens eum dissimulanter in paratas per viam insidias praecipitet. veniret tantum et eductos secum Tocharos cum Constantino Bulgarisque in communem expeditionem traheret; ac si quidem, quod pronum speratu videbatur, caperetur imperator, facile apparere quantum

www.libtool.com.cn

δοσην, ἔτι δὲ καὶ τῶν τοῦ βασιλέως πολλὰ λαβόντας ἐπαναζευγνύειν, τὸ κρεῖττον τῆς λείας καὶ αὐτὸν διαφερόντως ἀγομένους.
D μεμνῆσθαί τε συγγενείας προτέρας καὶ δύξης. καὶ εἰ μὴ δι' ἄμφω καὶ ὡς συγγενῆ σπεύδειν καὶ ὡς ἐλπίζοντα μεταλαμβάνειν πάλιν τὰ μείζω θαρρεῖν, ἀλλ' οὖν δι' ἓν τούτων ἄξιον συμπράττειν οἴεσθαι, ἢ ὡς συγγενεῖ βοηθοῦντα ἢ ὡς εἰδότα κατελεοῦντα. ταῦτα δηλώσας τῷ θείῳ δι' ἀπορρήτων, τὰ πιστὰ λαβὼν ἐκεῖθεν διὰ γραμμάτων προσεποιεῖτο ἐφετὴν εἶναί οἱ τὴν βασιλέως θέαν,
E καὶ γράμμασιν ἐδήλου τῷ βασιλεῖ, καὶ ἱκέτευεν ἐφεῖναι παρ' ἐκεῖνον γενέσθαι· οἰδὲ γὰρ ἀνεκτά οἱ εἶναι ἐπὶ τοσοῦτον ἐστερῆσθαι τῆς βασιλικῆς ὄψεως. εἰ γοῦν προστάσσοι· εἰ δ' οὖν, ἀλλ' αὐτὸν ἧξειν καὶ οὕτως, ἐπεὶ πόθος ἐπείγει καὶ τυραννεῖ. ταῦτα μαθὼν ὁ βασιλεὺς (καὶ ποῦ γὰρ τὸν δόλον εἶχεν ὑπονοεῖν;) διὰ
P 154 γραμμάτων ἐφῆσιν ἀφικέσθαι παρ' ἐκεῖνον· ἰδεῖν γὰρ καὶ δυσικοὺς τόπους ἐγγενέσθαι οἱ, οὓς οὐκ ἦν ὁρᾶν κατ' ἀνατολὰς διά-

inde bonorum in ipsos redundaturum esset: sin id non succederet, certe non posse dubitari quin quaestuosissima ipsi foret ista militia, utique reducturo ex ea copias onustas opima praeda, cum aliarum omnis generis rerum, tum apparatus ac supellectilis imperatoriae, ex quibus excipere sibi praestantissimum quidque posset, et ipsum consanguineum supplicem indigna custodia ereptum incolumem ac liberum cum pretiosis spoliis domum recipere. meminisset prioris suae gloriae, et ex qua felicitate in quam miseriam tam arta ipsi cognationis necessitudine devinctus princeps decidisset, reputans miseraretur. quodsi haec parum moverent ad audendum quod suadebatur, at fructum cogitaret inde ipsi proventurum uberem vel successu belli lucroso praemiisque victoriae, vel a propria gratitudine sui ipsius, postquam sese in statum fortunae pristinum reposuerit, omnia liberatori debituri. haec si viderentur infirma singula, simul tamen coniuncta omnia vim habere maximam apud eius animum par esse. ageret igitur, et vel consanguinitatis respectu auxilio veniret, vel suae infelicitatis, quam ipsi aperiret, notitia indigna ferentem miseraretur. his arcano expositis patruo, literisque ipsius mutuis assensu ipsius fideque acceptis, simulavit desiderare se maiorem in modum conspectum imperatoris, in eamque sententiam ad imperatorem scripsit, orans etiam atque etiam ut sibi permitteret ipsum adire. neque enim sibi tolerabile videri tanto iam tempore usu ac visu privari carissimi atque honoratissimi sibi principis. iubere igitur quamprimum dignaretur se venire. sin gratificari hoc sibi differret, sciret tanta se uri eius coram intuendi cupiditate, ut vix sibi temperare posset a profectione istuc iniussu tentanda; quod si faceret ignosci aequum fore: tyrannicam esse vim desiderii, et erumpere plerumque ultra rationis atque humani arbitrii praescripta fraenum eluctatos eius impetus. his imperator acceptis, nec quidquam de occultis quas diximus machinationibus suspicatus, rescripsit humaniter indulgens Sultani quod petebat, ultro quinetiam invitans ad occasionem usurpandam visendi provincias et urbes Occidui tractus, quarum nunquam hactenus, quippe semper moratus in Oriente, coram et usu praesenti cognoscendarum copia ipsi contigisset. non distulit Suitan con-

www.libtool.com.cn

γοντα. ὁ μὲν οὖν σουλτὰν ἐκχωρηθεὶς τὴν ἔξοδον ἐπετάχυνε, καὶ πλῆθος χρημάτων ἀφείς, ἔτι δὲ καὶ γυναῖκας καὶ τέκνα καὶ ἀδελφὴν καὶ μητέρα, τὸ μὲν ἐπιλύων τὴν ὑποψίαν, τὸ δὲ καὶ τὰ ἐμποδὼν ὑποτεμεῖν ἄριστον γνούς, ἔξεισι σὺν τοῖς οἰκείοις τῆς πόλεως, καὶ καταλαβεῖν τὸν βασιλέα ἠπείγετο. ὁ δέ γε ῥηθεὶς θεῖος ἐκείνου παρὰ τὸν βασιλέα Βουλγάρων Κωνσταντῖνον γεγονώς, ἢ μᾶλλον τὴν ἐκείνου σύζυγον, τὰς κατὰ βασιλέως B ὑποθήκας προτείνων καὶ πάλαι παρακεκινημένους ἔπειθε. καὶ δὴ πέμψας μετακαλεῖται πλῆθος Τοχάρων ὡς κερδανοῦντας αὐτίκα, εἰ ἐπεξίοιεν ἅμ' αὐτῷ καὶ Βουλγάροις. οἱ δὲ καὶ ἄλλως πλῆθος ὄντες αὐτόνομον ἔτι (οὔπω γὰρ τελέως τῷ Νογᾷ καθ' ὑπηκόους ὑποτετάχατο· ὁ γὰρ Νογᾶς τότε πρώτως ἀποστατεῖν τῶν δεσποτῶν ἤρχετο καὶ φίλους ἦν κατ' αὐτοὺς ἐν ἴσῳ διάγων, ὅτι καὶ μετ' αὐτῶν ἀποσταλεὶς παρ' ἐκείνων οὐ τῷ Κάνῃ, ὡς αὐτοὶ C φαῖεν, τὰς χώρας ἐκτᾶτο, ἀλλ' ἀρετώσας ἰδὼν ἑαυτῷ σὺν ἐκείνοις ἐσφετερίζετο) ἅμ' ἀκούοντες τότε ἔσπευδον, δίκην κυνῶν ἀγαθὰς χώρας κατατρωξείοντες. ἔτι δὲ καὶ τὸ κῆδος τὸ πρὸς Νογᾶν οὔπω ἦν συνεστός, ὅπερ μετὰ ταῦτα ἐπὶ νόθῳ θυγατρὶ τῇ Εὐφροσύνῃ ὁ κρατῶν πρὸς ἐκεῖνον ἔμελλε συνιστᾶν. ταῦτ'

cessa uti facultate, sed statim, pecuniae magna vi opumque caeterarum, uxoribus praeterea liberisque cum sorore ac matre Constantinopoli relictis, itineri se dedit. tantorum pignorum ibi dimittendorum causa illi fuit partim cura celandi quae coquebat animo, et omnem a se suspicionem amoliendi, partim prudens metus ne non satis expeditus esset ad ea quae meditabatur, si tantis carorum capitum affectibus et pretiosarum sarcinarum impedimentis implicaretur. ita ille cum familiari comitatu egressus urbe ad imperatorem festinabat. interim autem eius patruus profectus ad Constantinum Bulgarorum regem, cum ei, tum potissimum eius coniugi consilia sibi suggesta imperatoris invadendi communicavit; et facile, olim videlicet eo propendentes, quo volebat perpulit. ipse statim certis hominibus submissis magnum ad se Tocharorum numerum evocavit. nec difficile fuit pellicere spe ostentanda ingentis ac parati lucri, si coniuncti Bulgaris praedatum in Romanorum terras exirent. Tocharorum numerosa gens tunc adhuc sui iuris erat: nondum enim eam sibi plene Noga subiecerat. hic videlicet Noga rebellare tunc primum et dominorum iugum excutere incipiebat, amici familiaritate cum militibus suis Tocharis et aequalitate civili vivens, socios tunc illos defectionis habere contentus: nam cum ipsis missus, opera illorum subactas bello regiones non Cani (principem illi sic vocant) acquirebat, sed uberes atque opimas illas esse terras animadvertens suo proprio atque illorum obtinebat nomine. hi tunc audita, quam diximus, invitatione ad praedam accurrerunt quali canes ad saginam ruunt impetu, fertiles et opulentas devoraturi regiones. nondum foedus affinitatis vinculo adstrictum Nogam imperatori coniunxerat, quod ille filia notha Euphrosyne Nogae in uxorem danda deinde contraxit. tunc porro eodem prorsus articulo temporis et

ἄρα καὶ ἅμα μὲν ὁ βασιλεὺς πρὸς τὴν πόλιν τὰ κατὰ δύσιν περιελ-
D θὼν ἐνέτεινε τὰς ὁδούς, ἅμα δ' ἐκεῖνοι ἐξαίφνης καταδραμόντες
σὺν Κωνσταντίνῳ τὰς δυσχωρίας τοῦ Αἵμου διεκπαίοντες παμ-
πληθεὶ φανερῶς ἐστρατοπεδεύοντο. οὐκ ἦν δὲ τούτοις ἡ σύνταξις μία καὶ ἐφ' ἑνὶ τόπῳ κυροῦσα, ἀλλ' ἀγεληδὸν κατ' οὐλα-
μοὺς ἐσκεδάννυντο, καὶ κατὰ λόχους ἅμα τοῖς ἄλλοις προσέβαλ-
λον, καὶ δεινὰ ἐποίουν σκυλεύοντες σφάττοντες ἀπαγόμενοι, οὐ-
δὲν ὅ τι μὴ πράττοντες τῶν κακῶν. ὁ μέντοι γε βασιλεὺς τὰ
E κατ' αὐτοὺς ὡς εἰκὸς ἀκούσας (οὐδὲ γὰρ λάθρα καὶ πεφυλαγμένως
τὰς εἰσβολὰς ἐποιοῦντο, ἀλλὰ δίκην πυρὸς ἀγρίου διὰ ταχέων
τὸν χῶρον ἅπαντα διελάμβανον), τὰς φρένας κατασεισθεὶς
ἀθρόον ἐπεισπεσούσης τῆς φήμης, ἐν ἀμηχανίᾳ παντοίᾳ τοῦ ποῖ
τράποιτο ἦν. οὔτε γὰρ ἦν μάχεσθαι συνταξάμενον· αἱ γὰρ δυ-
νάμεις προδιελύθησαν εἰς τὰ ἴδια, καὶ μετ' ὀλίγων ἐκεῖνος καὶ
τῶν τῆς αὐλαίας αὐτοῦ ἐπανεζεύγνυ, καὶ ἄλλως δὲ ἀμάχητα
πρὸς Ῥωμαίους τὰ τῶν Τοχάρων. οὔτε μὴν φεύγειν εὐώδει·
P 155 κύκλῳ γὰρ διειληφότες καὶ περισχόντες τὰ ὀχυρώματα σὺν οὐδενὶ
φόβῳ διέθεον πανταχοῦ, οὓς μὲν σφάττοντες παμπληθεί, οὓς

imperator urbem versus, rebus in Occidente compositis, iter capessivit; et illi de quibus diximus, iunctis cum Constantino copiis, repente per invias asperasque Haemi saltuum ac faucium angustias ingenti multitudine populabundi erumpentes, palam se hostes declararunt, castris in Romana terra positis. non erat autem una eorum manus, neque uni pariter omnes inminebant loco, sed gregatim per cohortes aut manipulos dispergebantur, et insidiis multis simul locis varie positis uno omnia tempore infestabant, spoliantes mactantes abducentes obvios, nullum non passim barbarae rapacitatis ac crudelitatis edentes exemplum. non potuit non statim haec audire imperator, utique cum isti non dissimulanter aut clanculum has grassationes exercerent, sed libere ac palam more ignis luculenter emicantis et cunctis quae vi saeva comprehenderit arentis silvae partibus exuperantem alte flammam ostentantis procul. ardentis igitur improviso isto incendio universae late regionis raptim ad imperatorem evolans fama perculit vehementer eius animum, et in magnos eum cogitationum aestus angustiasque coniecit. nesciebat quid consilii caperet quove se verteret. non erat instructus ad gerendum bellum: copiis enim pace confecta paulo ante sacramento solutis, domum militum quemque dimiserat; et cum paucis ipse, domestico dumtaxat comitatu, quippe per pacatas, uti crediderat, provincias, in urbem revertebatur. et nec si haberet exercitum auderet committere cum Tocharis, terribili tunc Romania gente, nec bello a nostris superabili credita. restabat fugae consilium: sed eam intercludebant validae hostium manus, quorum praesidiis loca edita universa faucesque, denique aditus exitusque omnes tenebantur. probabantque ubique se adesse nusquam non stragibus edendis, et solutissima metu omni quoquoversum incursandi licentia, cunctis pariter locis partim trucidatorum acervatim cumulos struentes, partim raptantes

www.libtool.com.cn

δὲ ἀπάγοντες ἐλεεινὰ τοῖς βαρβάροις σκῦλα, ὡς μηδὲν εἶναι ὅπου προσβάς τις ἤθελε σώζεσθαι ἐπιεικῶς ἐλεύθερον. καὶ δὴ κύκλῳ περιστάντες ὅσον οὔπω προσμίξειν τῷ κρατοῦντι. οὐδὲ γὰρ ὅσον καὶ ἡμισείας ἡμέρας ἱππηλατοῦντι διάστημα ἦν τῆς ὁδοῦ, ἐφ' ὅσον παρ' ἑκάτερα οἱ πολέμιοι διηγγέλλοντο τὰ δεινὰ πράττειν, ὡς ἐκείνους ἐσπέρας κατασκηνεῖν ὅθεν πρωΐας ἐξώρμα ὁ βασιλεύς, καὶ ἄλλους ἐκεῖθεν ἐξορμᾶν τήμερον ὅπου χθὲς ἐκεῖνος κατέμεινε. τόση τις ἦν σύγχυσις τῶν ἐπιόντων ὡς μηδ' αὐτοὺς κατὰ φάλαγγας μένειν, ἀλλὰ πανταχοῦ ἐκθέειν λημμάτων ἐλπίδι ὑπὲρ δέος τοῦ παθεῖν ἅπαν. ἦν δ' ἀνὰ μέρος καὶ ὁ Κωνσταντῖνος ἐφ' ἁμάξης φερόμενος (τὸ γὰρ σκέλος κατεαγὼς ποτε οὐκ εἶχε κατὰ τρόπον τοῖς ποσὶν εἰς ὁδὸν τότε χρᾶσθαι οὔτε πεζῇ, οὐχ ἧττον δὲ καὶ μεθ' ἵππων), τοὺς Βουλγάρους ἀμφ' αὐτὸν ἔχων, καὶ αἰὲν βασιλεῖ ὅπῃ σκηνοίη ἐπέχων ὡς καταληψόμενος μονωθέντα. οἱ γὰρ περὶ τὸν βασιλέα πάντες, ὅσον ἦν θεραπευτικὸν καὶ οἰκίδιον, ἀμφ' αὐτοῖς ἕκαστος δείσαντες, ἄλλος ἄλλοσέ πῃ ὁρμῇ πάσῃ φεύγοντες παρεδίοντο, ἀφέντες καὶ βασιλέα περὶ ἑαυτοῦ φροντίζειν ὅπως σωθείη. σπουδὴν γὰρ ἕκα-

libera corpora omnis aetatis in servitutem ad barbaros miserabilem, ita ut omnino quocunque quis prodire cogitaret, nullam viam a praesenti exitio non dico plane tutam, sed ne talem quidem cui verisimiliter aliquatenus posset fidere et caput salutemque suam cum nonnulla vel dubia spe committere, ullam usquam reperiret. caeterum ii omnia per circuitum in hunc, quem dixi, mòdum velut indagine amplexi, ita ex omni parte properabant, ut tantum non contigui telis ac manibus in momenta singula cominus adorituri timerentur, vix tanto ab illis pone instantibus spatio quantum itinere dimidiae diei facile possent emetiri, imperatore cum familiaribus paucis equitante, eodemque assidue turbato accurrentibus ab utroque latere trepidis nuntiis direptionum ac caedium, quae nusquam non circumstantium locorum exercebantur. admovebatque metum quod fere contingebat, unde mane discessisset imperator, ibi hostes tabernacula vespere figere, et in quo pago aut oppido ipse heri pernoctasset, ex eo prodire hodie infestas ita licenter ac secure latrocinantium manus, ut manipulatim palare dispersi et quocumque alliceret praeda inordinati accurrere non dubitarent: eo fiducise ac contemptus nostrorum armorum impune hactenus ausorum experientia devenerant. ductabat in propinquo seiunctum a Tocharis suorum agmen Constantinus curru vehens: fracto enim quondam crure ita nunc adhuc utebatur debili, ut nec pedes incedere nec equitare potis esset. tenebat circa se Bulgaros plurimos expeditos in equis, evagari eos ut Tocharos non sinens, sed intenta cura semper inquirens ubinam diversaretur imperator, proposito scilicet ac cupiditate eo confestim irruendi capiendique ipsum paene iam solum relictum. nam quae turba illum familiae ac ministerii domestici comitari coeperat hoc iter ingredientem, diffluebat in horas, meta fidem ac reverentiam vincente, unoquoque pro se solicito, modo suam ipsius veloci fuga et penetratis latibulis ignotis hosti salutem in tuto posuisset, parum pensi

www.libtool.com.cn

στος ἐποιεῖτο τοῦ μόνον σωθῆναι, καὶ ἀμελεῖν παρεσκεύαζον τοῦ πλησίον οὓς μὲν οἱ προμηθεῖς φόβοι οὓς δὲ καὶ δειλίαι ἄκαιροι, τοὺς μὲν ὡς ἐξ ἀνάγκης, εἰ μὴ σπουδάσαιεν, ἁλώσεσθαι προσ-
D δοκῶντας, τοὺς δὲ μηδ' εἰδότας οἷ κακοῦ γεγόνασι, τῷ βλέπειν ἄλλους εἰς ἔννοιαν ἐρχομένους καὶ διὰ ταῦτ' ἀποχωροῦντας ὅπη τις ἤλπιζε σωθήσεσθαι. οὐ γὰρ ἦν συνησπικότας κατὰ συντάξεις ἐπιόντας δέχεσθαι τοὺς ἐχθρούς· ὁ γὰρ ἄγων ἐκείνους καὶ αὐτὸς συντετάρακτό τε τῷ αἰφνιδίῳ, καὶ ὅπῃ φύγοι ἐσκέπτετο. ὀλίγους γοῦν περὶ αὐτὸν ἔχων, καὶ μάλιστα τοὺς οἰκειοτάτους
E καὶ οἷς ἐπίστευε πλέον, σὺν ἐκείνοις ἅμα μὲν τὰς ὑποχωρήσεις τῶν φοβερῶν ἐποιεῖτο καὶ ἅμ' ἑτέροις φοβεροῖς προσέκρουεν, ὡς τοὺς μὲν ἀποδιδράσκειν τοῖς δ' ἐμπίπτειν, καὶ τῶν προτέρων μὴ φθάνειν ἀνεῖσθαι φόβων καὶ δευτέρους ἐκδέχεσθαι μείζους. καὶ γὰρ καὶ αὐτὰ τὰ τῶν ὀρῶν ἀναστήματα φαντασίαν παρεῖχον πολεμίων, ἐπεισπεσούσης δειλίας ἀφάτου. ὅμως δὲ καὶ ἄλλως ἠγγέλλετο τὸ δεινόν· οὐ γὰρ ἦν ὅστις καὶ προσιὼν ἢ καὶ φανεὶς ἐξ ἑτοίμου οὐ φόβον ἤγγελλε. κἄν που καὶ παρεσκευάζετο συγ-
P 156 κατιέναι πρὸς τοὺς ἐχθροὺς ἐπὶ τῷ μαθεῖν ὁπόσοι καὶ ὅπως ἔοιεν, οἱ περὶ ἐκεῖνον διὰ τὸ μέγεθος τοῦ κινδύνου κατεῖχον, ὡς ἐπὶ μόνον ὁρᾶν τὸ σώζεσθαι. μόλις γοῦν νυξὶ καὶ παροδίαις βοη-

4. τῷ] τὸ P.

habente quid sociis, quid ipsi contingeret principi. in quo erat mira et misera varietas incondite quoquoversum ruentium, cum alios prudens timor, alios panica consternatio, alios rumor falsus, quosdam, ignaros alioqui quid ageretur, ipse tumultus anxie circumspectantium et cursantium contagione inquietudinis quadam abriperet quo salvum se quisque sperabat fore, hoc iam effusius et verecundia minori, quod nec si quid cuiquam praesentis ad resistendum esset animi, facultas eius rei adesset ulla, utique ipso ductore novitate mali subiti perculso, spem palam repugnandi damnante omnem, et nihil aliud quam fugam et latebras quaerente. hic ergo cum paucis, quos habebat secum reliquos ex maxime intimis ac fidissimis, prorsum retrorsum, laeva dextra, in partem omnem se circumagebat vitabundus et incurrens, hinc repulsus terrore conspecti mali, peius illic quo refugerat reperiens, tum a quaesito alibi perfugio specie tetrioris inde se ostentantis exitii exclusus, anxius semper et aestuans, perturbatae, ut fit, menti errore oculorum formidinem addente, ac iuga montium aliaque obiter apparentia in hostes armatos irruentesque deformante. ingeminabant subinde miseriam desperantis iam principis obviorum undecunque atroces nuntii, vera dubia ficta, tristissima omnia horrendaque referentium. id saepe comites experti submovebant deinde venientes, nec affari principem sinebant, unde etiam utilium indices qui de hostibus quo loco essent et quid agerent, necessaria scitu suggesturi advolarant, inauditos repelli contingebat, imprudentia sine dubio excludentium magna: sed sua eos excaecaverat consternatio, nimio, ut fit,

www.libtool.com.cn

θούμενος προσβαίνει τῷ Γάνῳ, ἀπολιπὼν τοὺς λοιποὺς ζητεῖν ὅπῃ σώζοιντο. τῶν γὰρ κατόπιν ὄντων καὶ μάλ' ἀπεγίνωσκεν ὡς ἁλωσομένων. ἦσαν δ' οὗτοι οἳ δὴ τὸ βασιλικὸν ταμιεῖον διεκόμιζον, καὶ οἱ ἀμφὶ τὸν σουλτὰν Ἀζατίνην. ἐκεῖνος μὲν οὖν ὑποδὺς τὸ ὄρος, ταχυδρόμους πέμπων, ἔνθεν μὲν ἐσκέπτετο τοὺς ἐχθροὺς ἐπιόντας λανθάνων ἐκφεύγειν, ἔνθεν δὲ καὶ ταχυναυτοῦσαν τριήρη προσοχεῖν διὰ ταχέων τοῖς ὄρεσι παρεσκεύαζε. καὶ δὴ τοὺς μὲν ἐκ τόπου τόπον ἀμείβων συνετῶς ἐμφανεῖς ὄντας κατὰ τὸ λεληθὸς διεδίδρασκε· τὴν δὲ μαθὼν εὐτρεπισθεῖσαν παρεῖναι, συγκαταβὰς τοῖς λοιποῖς τοῦ ὄρους ἐπέβαινέ τε καὶ ἐς Κωνσταντινούπολιν διεσώζετο. οἱ δ' ἄλλοι διασκεδαννύμενοι πανταχοῦ τῆς Θράκης οἱ μὲν ἡλίσκοντο, οἱ δὲ ἐκ τοῦ παρὰ δόξαν καὶ διεσώζοντο. οἱ μέντοι γε τῶν οἰκείων, οἷς τε τὸ κοινὸν ταμιεῖον ἐπετέτραπτο, σὺν τούτοις δὲ καὶ οἱ ἀμφὶ τὸν σουλτάν, τὰς τῶν ἐχθρῶν μόλις διαδράντες χεῖρας, τὸ τῆς Αἴνου φρούριον ὑπεισδύντες τῶν δεινῶν ἀναπνέουσιν. οὐ μὴν δὲ καὶ εἰς πολὺ σφίσιν ἦν ἡ τῶν πόνων ἄνεσις, ἀλλ' ἐκεῖνοι μαθόντες τὰ περὶ τὸν σουλτάν, καὶ ὅτι τῇ Αἴνῳ προσμένει, ἅμα δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ἐκεῖσε πανδημεὶ συνάμα καὶ τῷ Κωνσταντίνῳ συναθροισθέντες τὴν πόλιν περιεκάθηντο καὶ δεινὰ ἐποίουν, δῆλοι

exitii metu in exitium ruentes. tandem aegerrime, faventibus noctium tenebris, iuvante ad latendum solitudine callium inviorum, Ganum montem conscendit imperator, relictis comitibus, et sibi prout quisque posset iussis consulere. nam eos suorum qui pone assectabantur magis magisque desperabat effugere posse manus hostium. erant autem hi qui penum et pecuniam imperatoriam portabant, et Sultan Azatinus cum suis. porro imperator ubi montem subiit, celeres in diversa mittens, hinc quidem hostes adventantes speculabatur, attentione summa satagens latere ipsos et effugere, in aliam vero partem missos curare diligenter iussit ut triremis quam primum occurreret, monti qua mare tangit confestim se admovens. et hostes quidem mox apparentes locum ex loco mutans solerter elusit, nunquam iis etsi acerrime indagantibus conspectus. triremem autem cum cognovisset instructam praesto esse ad designatum littus, eo cum exiguis comitatus dilapsi reliquiis descendens e monte conscendit in paratam navim, et sic Constantinopolim salvus tenuit. alii passim dispersi per Thraciam partim capti sunt, partim praeter opinionem incolumes evaserunt. at illi domesticorum quibus erat imperatoriae suppellectilis et pecuniae deferendae cura commissa, quibuscum, ut est dictum, Sultan ibat, aegre manibus hostium elapsi Aeni arcem subeuntes paululum a gravissimis aerumnis respirarunt. sed non longa illis contigit remissio laborum. nam hostes cognito de Sultane ubi esset, et eum cum aliis in Aeni arce versari, statim congregati cum Constantino universi urbem obsederunt, oppugnantes quam poterant ferocissime, ac plane prae se ferentes destructuros se oppidum cum arce. corona igitur cinctam munitionem sagittis un-

www.libtool.com.cn

ὄντες ὡς ἀνάστατον ποιήσοντες. ἠκροβολίζοντο γοῦν καθ' ἡμέραν περικυκλοῦντες τὸ φρούριον, καὶ ἠπείλουν τοῖς ἐντός, εἰ μὴ προδοῖεν, τὰ χείριστα. οἱ δὲ ὁρῶντες μὲν καὶ τὰ δεινὰ ἐν χρῷ σφίσιν ὄντα, καὶ ὡς οὐ φυκτὰ τὰ κατὰ σφᾶς, εἰ ἐπιβρίσειαν πλῆθος ὄντες οὐδ' ἐπὶ μικρὸν λογιζόμενοι, ὁρῶντες δὲ καὶ τὸ φρούριον ὡς κατερηριμμένον καὶ ἐνδῶσον αὐτίκα εἰ μηχανήμασι προσκρουσθῇ, ἐν δεινοῖς ἦσαν. πλὴν οὐδ' οἵ γε κατερραθύμουν μὴ καὶ προνοεῖν ἑαυτοῖς τὰ εἰς σωτηρίαν. ἐν μέρει δὲ καὶ οἱ περὶ τὸ κοινὸν ταμιεῖον ἐν ἐννοίαις μείζοσιν ἢ φέρειν ἦσαν, πῶς ἂν διασωθείη τόσος σωρὸς χρημάτων, ὅσος ἐν νομίσμασι καὶ ὅσος ἐν διαφόροις θεωρούμενος εἴδεσι. καί γε καὶ περὶ πλείονος τῆς σφῶν σωτηρίας ποιοῦντες, δεινὸν ἡγούμενοι καὶ πεσόντων ἐκείνων εἰ τόσων τὸ κοινὸν στεροῖτο, πρόνοιαν φυλακῆς ἐποίουν. καὶ δὴ λίθους μὲν ἐκείνους καὶ μαργάρους τῶν πέπλων ἀπέσπων καὶ ἐν ἀφανεῖ κατέκρυπτον ἅμα καὶ τοῖς βασιλείοις φορέμασι, καὶ πᾶν εἴ τι λαμπρὸν καὶ τίμιον παραβυοῦντες ἐτήρουν, αὐτοὶ δὲ πρὸς τῷ πολεμεῖν ἦσαν σὺν τοῖς λοιποῖς, καὶ ἐφ' ὅσον ἴσχυον παρεσκευάζοντο, ἔνδοθεν βάλλοντες τόξοις τε καὶ σφεν-

11. πλείονς P.

dique ac iaculis per diem continue petebant, et atrocissima quaeque praesidiariis, ni se dederent, minabantur. qui autem intus erant in arto se deprehensos, admota cominus et iam cutem exorsa urere ineluctabilis vi mali, sentientes, aestuabant anxii et tantum non despondebant animos, reputantes haudquaquam sese pares repellendis assultibus hostium, si, quod mox futurum apparebat, totis viribus irruerent, quippe qui se tanto ipsis inferiores numero viderent, ad haec arce inclusos se infirma et semidiruta, cuius quae restabant integra haud essent tam solidi operis ut possent machinarum mox undique admovendarum sustinere impetum. tamen in tantis malis memores virtutis nullam diligentiae providentiaeque partem omittebant, omni ratione satagentes et se ipsos et sibi commissam servare arcem. peculiaris inter haec solicitudo erat custodum imperatoriae suppellectilis ac pecuniae publicae, quo ferrent et ubi salvum in tuto deponerent tantum acervum rerum pretiosissimarum, quantum in cistis conditum numerum ferebant partim aureae argenteaeque monetae, partim vasorum ac vestium conspicuae artis ac pretii. tandem rei momento et sui ipsorum officii debito perpenso, suarum esse partium statuerunt vitam potius profundere quam tanto thesauro in manus hostium tradendo irreparabili damno rempublicam affligere. certi ergo conatu omni atque industria contendere in custodiendo tanti pretii deposito, primum pretiosissimas gemmas et margaritas velis quibus erant intextae detrahentes, una cum ornamentis imperatoriis et eo quod in tota penu erat exquisitioris pretii, abstrusissimis infodientes sub terra commendarunt latebris. ipsi sic expediti accinxerunt se cum caeteris ad quam fortissime pugnandum, iaculantes simul omnes e muris in oppugnatores arcubus et fundis; quamquam in hoc quidem proficiebant parum, obruente multitu-

www.libtool.com.cn

δόναις. ἀλλ' οὐκ ἦνυτον τὸ παράπαν· τῷ γὰρ πλήθει οἱ ἐχθροὶ περιῆσαν, καὶ κλίμακας εὐτρεπίσαντες ἐπιθεῖναι τοῖς τείχεσιν ἐπειρῶντο· παρώτρυνε γὰρ ἐκείνους πλέον καὶ ἡ τῶν χρημάτων εἰς χεῖρας ὅσον οὔπω γεγησομένων ἐλπίς, καὶ ἐπέβριθον ὡς λαφύξοντες. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὸ πολὺ πλῆθος, οἷς οὐκ ἦν B ἄλλο ἢ τὸ κερδαίνειν προύργου παντός· οἱ δέ γε προεστῶτες καὶ οἷς ἦν ἡ σκέψις, τὸ μὲν κερδαίνειν τοὺς ἐκείνων καὶ ἔξωθεν ἐκ τῆς χώρας εἶχον ἕτοιμον ὃν καὶ πλέον ἢ τὴν σφῶν ἐμπιπλᾶν ἐπιθυμίαν, αὐτοὺς δ' εἰ ἀστοχοῖεν τῶν ἐξ ἀρχῆς προκειμένων γέλωτα ὄφλειν ἐνόμιζον. ὅθεν καὶ πέμψαντες μετὰ τὴν παράστασιν τῶν δεινῶν καὶ τὸ δεῖξαι ὡς ἱκανοί εἰσι περιγενέσθαι καὶ πάντ' ἔχειν, ἐφ' ἑνὶ τῷ σουλτὰν τὸ πᾶν ἐτίθουν, καὶ ἀπήτουν C ἐκεῖνον ἅμα λαῷ τε καὶ χρήμασι, καὶ τοὐντεῦθεν καθυπισχνοῦντο σφίσι τὴν ἄδειαν. τοῖς δ' ἀκούσασιν ἡ βουλὴ διάνδιχα ἦν· τοῖς μὲν γὰρ ἐδόκει διδόναι, ὡς κρεῖττον ὂν αὐτὸν ἑκουσίως ἐκδόντας τἄλλα περιποιεῖν ἢ μὴ θέλοντας πρὸς τῷ συναποβαλεῖν

dine hostium, qui etiam praeparatis scalis in muros insilire conabantur. addebat enim ruentibus calcar odor subemanans tantae in propinquo ac quasi sub manum pecuniae iacentis, cuius opimae obiectae faucibus ac quasi famem afflato ex vicinia nidore proritantis confestim abliguriendae admota praedae spes immane quantum rapacissimae gentis, toto dudum nisu incumbentis ad perrumpendum quidvis obstans, novis cumulis furoris inflammabat impetus. eae tamen cogitationes erant vulgi dumtaxat minoris ac militaris faecis, lucrum intuentis unum, eo cuncta referentis, extra id nihil magnopere curantis. alia sentiebant optimates ac duces, quorum arbitrio deliberationes concludebantur et regimen vertebatur universum. hos cupiditas inhians et avarae spes in huius arcis oppugnatione non tenebant, facile utique videntes affatim extra prostare per regionem universam spoliorum ac praedae, quae raptu congestuque facilior ad exaturandam quantamvis aviditatem satis esset. sed eo movebantur quod providebant se, nisi destinata perficerent, risum debituros impuneque fore ludibrio. quare ad finem propositum rectam hanc esse viam rati, territos, ut par erat credere, apparatu atque insultibus primis Romanos custodes arcis per certos homines tentarunt, admonentes haud esse ipsos resistendo, et satis pro sua prudentia videre posse Constantinum et Tocharos facile perficere quod erant aggressi, et arcem unam istam a fundo diruere. consulerent igitur sibi et cladem ultimam matura nec indecora pactione praeverterent. has leges compositionis fore: Sultanem cum populo et pecunia dederent, ipsi salvi abirent quo luberet, omnis ab se molestiae securi. his Romani auditis in duas se contrarias sententias sciderunt. quibusdam videbatur praestabilius dari ultro mature quod mox extorquendum vi erat, et beneficio exitium redimere cum sibi tum iis pariter impendens, quae stulta supra vires obstinatione tueri contenderent. ab his alii dissentiebant, contra disserentes ista quae ab hostilibus exitia metuerentur, iustius ab imperatore formidanda; qui utique ipsos, si iuratam fidem terrore abiecerint, meritis legum suppliciis mactaturus

www.libtoloom.gr

αὐτῷ τὰ πάντα καὶ αὐτοὺς κινδυνεύειν, οἱ δὲ τὸν ἐκ τοῦ βασιλέως ἀντετίθουν φόβον, καὶ ὡς ὑπομονητέον ἔλεγον· τάχα γὰρ κἀκεῖθεν προσαποστελεῖ δύναμιν (μηδὲ γὰρ ἀμελήσειν τόσων χρη-
D μάτων) καὶ προσβοηθήσει διὰ θαλάσσης καὶ ἡμῖν ἐπαμυνεῖ τὸν κίνδυνον. εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ τὴν τοῦ σουλτὰν κεφαλὴν ἀποτε- 5
μόντας ἔξω τοῦ τείχους τοῖς ἐχθροῖς ῥιπτεῖν, ὡς ἢ καραδοκήσασιν ἀποχωρεῖν, ἢ ὁρμηθέντων ἀμύνεσθαι ἥμᾶς ἀντέχειν ἕως θανάτου, καὶ ἢ θεοῦ που συνεργίᾳ περιγενέσθαι ἢ πίπτειν ὑπὲρ τῆς εἰς βασιλέα πίστεως. ταῦτα βουλευομένων ἐκράτει μὲν ἡ δευτέρα βουλή, καρτερεῖν καὶ ἔτι ἐκδεχομένους βοήθειαν, καὶ 10
E τοῖς μὲν ἔξω ἀναρτᾶν ἐλπίδας ὡς ἐκδωσείοντας, αὐτοὺς δὲ μένοντας εὖ τὰ κατὰ σφᾶς ὡς οἷόν τε τίθεσθαι, ὡς ἀνθεξομένους ἐφ' ὅσον παρείκει καὶ μὴ βοηθείας φανείσης. εἰ δὲ κινδυνεύοιεν πλεόνων ἐπιβρισάντων τῶν χαλεπῶν, κεφαλὴν μὲν τοῦ σουλτὰν μήτ' ἐκκόπτειν μήτε ῥιπτεῖν· παραβόλων γὰρ ἀνδρῶν καὶ θανα- 15
τώντων τὸ τόλμημα εἶναι, τὸ δ' ἐν σπονδαῖς ἀποδιδόναι τοῦ σώζεσθαι τὰ λοιπὰ εὐβούλου ἐγγὺς προνοίας. τούτοις συγκροτηθέντες τοῖς λόγοις πέμπουσι τὴν ταχίστην καὶ ὑπισχνοῦνται βου-
P 158 λευσαμένους ἐφ' ἱκανὸν ἐξανύειν ὅ τι ζητοῖεν. καὶ ἦν μὲν αὐ-

sit. quare aiebant obfirmandum animum in resistendi constantia, et patienter expectandas copias imperatoris ipsis sine dubio non ita multo post auxilio venturas: non enim neglecturum prudentem principem tantam suam pecuniam servare, missa strenue classe quae patente mari auxilia portaret obsidioni solvendae suffectura. id vel si deforet, censere sese abscissum Sultanis caput ad hostes e muro superne iactandum: aut enim quos ibi detinuisset eatenus cupida expectatio recipiendi Sultanis, desperato iam eius voti effectu recessuri confestim erant; aut ipsis irritatis amici caede et saevius in nos ad ultionem expetendam ruentibus, optabilem nobis occasionem datum iri vel fidei erga imperatorem nostrae obita pro eo pugnando morte obsignandae, vel gloriosae, si deus adiuverit, victoriae. talia ubi altercantes utrimque aliquandiu iactarunt, media tandem sententia praevaluit, decernens perseverandum adhuc et expectandum auxilium imperatoris, nec tamen plane praecidendam hosti deditionis spem, quin eam potius alendam industria et simulatione, quo ipsi suspendantur animis, et extremis temperantes conatibus re in longum tracta etiam auxiliis nostrorum huc se admovendi praebeant. rebus interim nostris quam fieri poterit optime providendum, ut quam diutissime resistamus, tardante quantumlibet auxilio; ac si vis interea maior ingruerit, nunquam eo tamen deveniendum ut aut abscindamus aut proliciamus Sultanis caput: nam id facinus esset temere furentium et insana desperatione mortem sibi vituperabilem accersentium. quae porro quoad vires suppetierint defenderis fortiter, ea, vel potius reliquias eorum semiconsumptorum, defensione ipsa extremo iam discrimine urgente pro salute ac capite paciscì, sapientis affine providentiae censetur. in haec decreta ubi omnes consensissent, mittant statim qui hostibus promittant facturos se quod

www.libtool.com.cn

ἡμερὸν ἡ ἀναχωχή, οὐ μὴν δὲ καὶ ἐς πλέον ἠφίουν, ἀλλ' ἐπολιόρκουν κυκλοῦντες καὶ μάχην καρτερὰν συνίστων, πρὸς ἣν οἱ ἐντὸς ἀντέχειν κατηναγκάζοντο. καὶ πολὺς ἦν ἡ ἐξ ἀμφοτέρων ἔρις. ὡς δ' οἱ ἐντὸς ἤδη ἠσθένουν καὶ ὁ κίνδυνος ἦν κατὰ κεφαλῆς, πρεσβεύονται παρ' ἐκείνους ἢ μὴν ἐκδιδόναι, πλὴν ὑφ' ὅρκοις τοῖς κατὰ θεοῦ καὶ θείων (καὶ γὰρ πρὸς τὸν Κωνσταντῖνον διεμηνύοντο) ἀσφαλῶς γενομένοις. οὕτω διαπρεσβευσάμενοι, κατανευσάντων κἀκείνων, ἐπὶ πᾶσι χρῶνται τῷ ἐκεῖσε ἀρχιερεῖ. ὃ δὲ τὴν ἱερατικὴν στολὴν ἐνδύς, λαβὼν τὰς θείας εἰκόνας, σὺν παντί τε ἕξεισι κλήρῳ καὶ παρὰ τὸν Κωνσταντῖνον γίνεται. καὶ δὴ τελεσθέντων τῶν ὅρκων ὑπὸ θεῷ καὶ τῷ ἱεράρχῃ εἴσεισι μὲν ὁ ἀρχιερεύς, ἐκεῖνοι δ' εὐθὺς καὶ σουλτὰν καὶ πάντα τὰ ἐκείνου σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐκδιδοῦσι. καὶ αὐτίκα ἀνεχώρουν λαβόντες, μηδὲν ἄλλο προσεπιθέντες· ἦσαν γὰρ τὰ τῶν ὅρκων ἢ μὴν τὸν σουλτὰν λαβόντας ἀρκεσθῆναι, μηδὲν πράξοντας πλέον. ἀλλ' ὡς ἔοικε, τὸ μοιρίδιον ἰσχυρόν, κἂν ὅ τι βουλεύσαιτό τις ἀντιπεριστᾶν τὸ μόρσιμον. τῆς γὰρ ἐπιγενομένης ἡμέρας καὶ δευτέρας μετὰ τὴν πρᾶξιν φαίνονται κατὰ θάλασσαν καὶ αἱ τοῦ βασιλέως τριήρεις. καὶ αἱ μὲν ὅσον οὔπω ἐνώρμουν πρὸς τοῖς λιμέσι, τοῖς δὲ μετέμελε τῶν συμβάντων. ἀλλ' οὐκ εἶχόν τι πράττειν οὕτω γενομένων· τὸ γὰρ ἐπιμηθῆ

B

C

iuberent, postquam aliquam, cessatione oppugnandi, liberam ipsis indulsissent ad consultandum moram. concessae in unum illum diem induciae, quas cum produci postulassent, nihil ultra impetrare valuerunt. quin potius die statim sequente omni ex parte vehementissime oppugnati summa vi resistendo contendere sunt coacti. certatum utrinque totis viribus, quoad iam fatiscentes obsessi, et futurum clare cernentes ut mox opprimerentur praevalente multitudine, mittunt tandem qui deditionem pollicerentur, ea tamen conditione, si prius in pacta conventa iusiurandum solemne per deum et divina rite ab oppugnantibus daretur. ea legatio directa ad Constantinum est, quicum securius tractari posse videbatur. quo assentiente oblatis, etiam de consilii et ducum exercitus sententia, adhibitus ad iuramenti ceremoniam loci antistes pontificalem indutus stolam, sacras imagines manu gestans, cum suo universo clero prodiit ad Constantinum. nullam ille moram fecit promissorum a se fidem deo teste sanciendi conceptis rite verbis, sub auctoritate ac nutu episcopi praesentis. qui cum ad suos rediisset, statim qui arcem tenebant Sultanem dimiserunt cum suis rebus cunctis universoque ipsius comitatu. eo recepto confestim hostes recesserunt, nihil amplius facessentes molestiae: cautum enim sacramenti formula diserte fuerat ut Sultane ipsis tradito contenti nihil ultra requirerent. hoc eventu apparuit ineluctabilis divini decreti potentia, cui frustra obsistere conetur vis ac prudentia quantavis. die sequenti, secunda ab ea qua deditus Sultan est, apparent in mari triremes imperatoris; quarum appulsu vicino tantum non iam subeuntium por-

μεταμέλειν ἦν, ἀλλ' οὐκ ἐξανύοι τὸ σύνολον. ὅθεν καὶ ἐπεὶ
D οὐκ εἶχον μεταμελόμενοι τὸ γεγονὸς ἀποίητον θεῖναι, ἐπὶ τοῖς
χρήμασι τοῦ ἀσφαλοῦς προυνόουν, μὴ καὶ ἐπὶ τούτοις σφαλεῖεν.
ἐπεπλήμμυρε γὰρ καὶ ἔτι ὁ τόπος ἐχθρῶν διασκεδαννυμένου τοῦ
πλήθους. τῷ τοι καταντικρὺ μὲν τῆς πόλεως τὰς τριήρεις ἔστη-
σαν φέροντες, στῖφος δ' ὁπλιτῶν ὡς τεῖχος ἐφ' ἑκάτερα στήσαν-
τες οὕτως ἐξῆγον τὰ τῶν βασιλείων χρημάτων, καὶ φέροντες ταῖς
τριήρεσιν ἐναπετίθουν. τέλος δὲ καὶ αὐτοὶ ἐμβάντες ἀπέπλεον.
E ἐπεὶ δὲ κατέλαβον τὴν Κωνσταντινούπολιν καὶ τῷ βασιλεῖ ἠγγέλ-
λοντο τὰ πραχθέντα, αὐτίκ' ἐκεῖνος πρὸς τὴν ἀγγελίαν παροξυν-
θεὶς ἄσχετος ἦν τῷ θυμῷ καὶ δεινὰ ἐποίει. καὶ δὴ τὸν μὲν ἀρ-
χιερέα εἰς τὴν παρὰ τῆς ἐκκλησίας κρίσιν καθίστα, καὶ ἐκρίνετο,
καὶ ἐγγὺς ἦλθε τοῦ κινδυνεύειν εἰς τὴν ἰδίαν ἐπιτιμίαν ὡς τοῖς
πραχθεῖσι μεσολαβήσας ἐκεῖνος· τοὺς μέντοι γ' οἰκείους ὁ βασι-
λεὺς μαστίξας καὶ ὡς ἦν γυναικείαις ἀτιμώσας στολαῖς ἀπὸ
P 159 προσώπου ἐποίει. καὶ πέμψας τὰς μὲν τοῦ σουλτὰν εἰς γυναῖκα
καὶ θυγατέρα, ἔτι δὲ καὶ μητέρα καὶ ἀδελφὴν ταττομένας, καὶ
τοὺς ἐκείνου παῖδας σὺν τοῖς περὶ ἐκείνους ἅπασιν εἱρκταῖς ἀσφα-
λέσιν ἐδίδου. ὅσον δ' ἦν ἐκείνῳ πλῆθος χρημάτων ἐν ἀργύρῳ
τε καὶ χρυσῷ καὶ πέπλοις ἐξάλλοις, ἔτι δὲ καὶ στολαῖς καὶ ζώναις,
ἀλλὰ καὶ μαργάροις καὶ λίθοις, πάμπολυ ὅσα, ὡς φασί, καὶ
B ἱκανὸν εἰς τρυφὴν Περσικήν, τῷ κοινῷ ταμιείῳ προσανατίθησι.

tum sera festinatae deditionis poenitentia imperatorios invasit. sed quae facta erant infecta fieri nequibant. cum ergo aliud non possent, ne supellectilem et pecuniam imperatoris e tantis tam aegre hactenus periculis servatas in aliquo adhuc discrimine relinquerent, utique in regione hostibus iisque rapacissimis redundante, ordinatis utrinque in binam seriem ab arce in portum militibus armatis regias illas gazas eduxerunt imposueruntque triremibus; tum super et ipsi conscendentes solverunt. inde ubi appulerunt Constantinopolim, cognitis imperator quae contigerant, immane quantum excanduit. ac antistitem quidem ad tribunal ecclesiasticum reum fecit; parumque abfuit quin is acerbo supplicio lueret functionem recepti iurisiurandi. domesticos quidem suos ab Aeni arce reduces, prius flagellatos, inde muliebribus ad exprobrationem ignaviae dehonestatos stolis, a conspectu imperator removit suo, palatinis officiis privatos. tum missa militum manu Sultanis uxorem et filiam, matrem praeterea et sororem filiosque eiusdem cum domesticis et cuncta familia omnium eorum securae custodiae mandavit. quantum porro eidem Sultani divitiarum ibi fuit in auro argentoque signato aut facto velisque insignibus, stolis ac zonis, unionibus quinetiam et varii generis exquisiti pretii gemmis, quod ex usu luxuriae Persicae plurimum omnino fuisse aiunt, totum corrasit et in publico aerario deposuit.

www.libtool.com.cn

26. *Τέως δέ, πρότερον ἢ ταῦτα γεγενῆσθαι, ἐπεὶ πολὺς* P 160
ὁ πατριάρχης κωλύων ἦν τὸν βασιλέα κατὰ Χριστιανῶν ἐκστρα-
τεύειν ὡς οὐκ εὐοδήσοντα πάντως ἐμφυλίους κινοῦντα πολέμους,
τότε μὴ κατὰ τρόπον βασιλικὸν τῇ Κωνσταντίνου ἐπιδημήσαντι,
τῷ μεγάλῳ νεῷ ἐπιστάντι ἐφ' ᾧ προσκυνῆσαι καὶ ἀποδοῦναι τὰ
τῆς εὐχαριστίας ῥύσια, κατελθὼν ὁ πατριάρχης ὠνειδίζέ τε εὐ- B
θύς, προσεπιτιθεὶς καὶ τὰς εἰς θεὸν τῆς σωτηρίας ἐκείνου εὐ-
χαριστίας, καὶ "τῷ θεῷ χάρις" ἔλεγεν "ὅτι σέσωσαι, καὶ χερσὶν
οὐ παραδέδοσαι τῶν τὴν σὴν ψυχὴν ζητούντων ἐχθρῶν. τί δαὶ
τὰ παρ' ἐμοῦ σοι τότε λεγόμενα; ἢ οὐ μέμνησαι ὡς τὴν ἐκστρα-
τείαν ἐκώλυον ὡς οὐ συνοίσουσαν ἄντικρυς; οὐ τοὺς ἐμφυλίους C
πολέμους ἀπέλεγον μὴ ζητεῖν; καὶ τί γε ἄλλο ἢ σὲ καὶ τὰς σὰς
δυνάμεις εἰς μάχην τῷ δεσπότῃ Μιχαὴλ ἴέναι καὶ τοῖς ἐκείνου
στρατεύμασιν; οὐχ ἅμα σὺ μὲν τῷ Χριστοῦ ἐνεσημάνθης ὀνό-
ματι κἀκεῖνος λάτρης Χριστοῦ; τίσιν εὐκτέον, ἔλεγον τότε,
ποιοῦντας τὰς εἰς θεὸν ἱκεσίας, καὶ κατὰ τίνων ὁμιλητέον θεῷ
ὡς ἐκσπόνδων ἐχθρῶν; αἱ ὑπὲρ ἡμῶν εὐχαὶ καὶ ὑπὲρ ἐκείνων D
πάντως, ἐπειδήπερ καὶ μιᾶς μάνδρας ἐστὲ τοῦ Χριστοῦ. νῦν
δέ, ἀλλ' εὐλογητὸς κύριος ὁ ῥυσάμενός σε ἐξ ἐχθρῶν ἀνόμων.
ἐπίσεισε γάρ σοι σφέας ἐφ' ᾧπερ ἀναμνῆσαι ὡς οὓς μὲν ὡς P 161

26. Caeterum priusquam haec fierent, opportune occasionem arripuerat imperatoris obiurgandi patriarcha. multus is dudum fuerat in dehortando imperatore ab expeditionibus adversus Christianos suscipiendis, non successuras feliciter eas ipsi denuntians: neque enim civili contra eiusdem religionis professores bello deum adiutorem fore. talia frustra saepe a se monitum videns tunc, non ut imperatore dignum fuerat, sed indecora fuga vix salvum sese recipientem Constantinopolim, ubi primum is a reditu magnum in templum se contulit dei adorandi et pro evitato summo discrimine gratias agendi causa, cominus accedens increpavit palam verbis haud mollibus, id tantum intermiscens delinimenti, ut gratulari se simul ipsi salutem insperato servatam, reddendis deo pro ea gratiis, significaret, "deo gratias" inquiens, "quod salvus evasisti, et non es traditus manibus hostium quaerentium animam tuam. ecquid autem eorum memisisti quae saepe apud te egi, expeditiones istiusmodi dissuadens ut prorsus noxias? non dixi et serio denuntiavi tibi ne bella civilia susciperes? cur ergo te tuasque copias Michaëli despotae exercituique eius in aciem progressus obiecisti? nonne et tu nomine Christi signatus es et ille Christum agnoscit dominum? inter tales, aiebam, praelio commisso pro quibus orabimus? utris victoriam, utris cladem impetrare conabimur a deo, dum sacris operamur? neutros hostium habere numero possumus, utrisque adstricti communi foedere religionis. quas pro vobis preces offerimus, eaedem pro illis valent, quandoquidem ad unum aeque ambo pertinetis ovile pastoris Christi. nunc autem benedictus dominus, qui liberavit te ab hostibus a lege Christi alienis, quos immisit in te ut

www.libtool.com.cn

ἐχθρούς ἐζήτεις, οὐκ ἐχθραντέοι πάντως δικαίως. ὅρα δὲ τοὺς ἐχθρούς, εἰ βούλει, οἷς οὐκ ἂν ὁμόσε χωρήσεις, ἢν μὴ ἐγὼ θέλοιμι. ἔδειξε τοίνυν καὶ τοὺς ἐχθρούς, καὶ φοβήσας μόνον μεταβαλὼν ἐρρύσατο. οὕτως οἶδε κύριος κρίματα ποιῶν." ταῦτα τοῦ πατριάρχου λέγοντος εὐμενῶς ὁ κρατῶν ἐδέχετο τὰς
B ἐλέγξεις καὶ προσεπῄνει· ἀντιλέγειν γὰρ ὡς δικαίοις οὐκ εἶχεν, ἀλλ' ἐπῆγεν ὡς δῆθεν ἀπολογούμενος ὡς καὶ εἰρήνην μᾶλλον τὰ τῆς ὁδοῦ κατηντήκεσαν καὶ ὡς κῆδος μεσολαβῆσαν τὰς εἰσαῦθις σπονδὰς ἐβεβαίωσεν. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς οὕτως εἰπὼν (οὐ γὰρ ὁ καιρὸς ἤδιδου καὶ πλείονα λέγειν) ἀποπεμφθεὶς ταῖς εὐχαῖς
C ἐχώρει πρὸς τὸ παλάτιον, τὰ δὲ περὶ τοῦ κήδους οὕτως ἦσαν.
D (27) ἐπειδὴ γὰρ πολλάκις ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς καὶ τὰς δυνάμεις προσβαλὼν ἀπεκρούετο (ἐχρῆτο γὰρ καὶ ὁ Μιχαὴλ τῷ Ἰταλικῷ εἰς βοήθειαν, καὶ καρτερῶς κρατυνάμενος τὰς δυνάμεις ἀντεῖχε, καὶ οὐδὲν ὁ ἐπιὼν ἤνυεν, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ προσεζημιοῦτο ταῖς ἐν κενοῖς ἀσχολίαις), μύλις κατὰ τὴν πολλὴν πεῖραν, ἱκετεύσαντος τοῦ δεσπότου καὶ πρεσβείαις συχναῖς ἐκμειλιξαμένου
E τὸν αὐτοκράτορα, πρὸς εἰρήνην καὶ οὗτος ἀπέκλινε. καὶ ἐπεὶ

2. χωρήσειν P. 15. ἠνύει P. 16. μετὰ?

admoneret non iuste a te illos hostiliter impeti quos hostes tibi quaesisti, exhiberet autem et tuis obiiceret oculis veros hostes, quasi diceret en in quos fas piumque sit, si pugnare libet, omnem belli vim effundere; quos ipsos tamen frustra debellare praelio adortus conaberis, nisi ego volens et propitius adfuero. ostendit igitur tibi hostes, et terruisse contentus eorum a te vim arcuit, et periculis insidiarum in tutum incolumem transferens. sic agere novit dominus iudicia faciens." haec loquentem patriarcham placide audivit imperator, reprehensionique acquievit obnoxie, ultro comprobans et meruisse confitens: quid enim contra opponeret veris et palam iustis, non habebat. illud tantum ad quamdam excusationem subiecit, "atqui ad pacem" inquiens "cum Christianis sanciendam ista qua iam periclitatus via properabam: huc enim ferebar ut foedus iam ictum cum illis, quos me habere hostes vetas, etiam affinitatis necessitudine adstringerem, firmitate in posterum certiori." tantum imperator locutus (non enim tempus id erat plura disserendi) recessit in palatium, bene precante in digressu patriarcha. affinitas porro cuius modo facta est mentio, sic se habuit. (27) cum saepe imperator vel aliorum vel proprio ductu immissis in tractum Occiduum copiis, illicque cum hostibus congressus, semper repulsus esset, propterea quod ibi dominans Michaël auxiliis Italicis utebatur et horum vi confirmatus resistebat validissime, adeo non proficientibus contra quidquam Romanis ut etiam male mulctati plerumque redirent, longa experientia militiae damnosae tandem persuasus otium ibi et operam in nullius frugis nullius spei negotio male consumi, induxit in animum non iam aspernari amplius crebras despotae preces, nec se, ut hactenus, inexorabilem praebere delinimentis eiusdem et supplicibus officiis, sed ad pacem cum ipso inclinare. quoniam autem

www.libtool.com.cn

παῖδες ἦσαν τῷ Μιχαὴλ τρεῖς μὲν γνήσιοι, ὧν ὁ μὲν Ἰωάννης ἀνὰ χεῖρας ἦν τοῦ κρατοῦντος, πεμφθεὶς μὲν πρὸς πατρὸς δοθεὶς δὲ καὶ παρὰ μητρὸς ἠκούσης εἰς ὅμηρον, ὃν καὶ γαμβρὸν τοῦ σεβαστοράτορος Τορνικίου ὁ λόγος προϋπεδείκνυ, δύο δὲ παρὰ τῷ πατρί, Νικηφόρος τε καὶ Δημήτριος, ἕτερος δ' ἐκ νοθείας ὁ Ἰωάννης, καὶ ὁ μὲν Δημήτριος ἀντίπαις ἦν ἔτι καὶ ἐν ἀπραγμοσύνῃ ζῶν διετέλει, ὁ δέ γε Νικηφόρος κεχήρωτο γυναικὸς (ἡ γὰρ θυγάτηρ τοῦ βασιλέως Λάσκαρι ἐτεθνήκει), τούτῳ P 162 ἐγνώκεσαν καὶ ἀμφότεροι τὴν τρίτην τῶν τῆς Εὐλογίας θυγατέρων Ἄνναν ἐκδοθῆναι πρὸς γάμον, δεσπότῃ γε ὄντι, ἐκ τοῦ προτέρου κήδους παρὰ τοῦ προβεβασιλευκότος Ἰωάννου ἔχοντι τὸ ἀξίωμα. καὶ δὴ μετὰ πολλῆς δορυφορίας ἀποστείλας τὴν Ἄνναν τοὺς γάμους ἐτέλει, εἶτα καὶ τὸν Νικηφόρον εἰς ἑαυτὸν συγκαλέσας κατὰ τὴν Κωνσταντίνου κρατύνει μὲν τὸ ἀξίωμα, καὶ τιμαῖς B μεγαλύναις καὶ δώροις ἀγήλας πρὸς τὰ οἰκεῖα ἐκπέμπει.

Καὶ οὕτω τὰ κατὰ δύσιν καταστήσας τὰ τῆς ἀνατολῆς πονοῦντα προσανεκτᾶτο, καὶ ἄλλους μὲν πλείστους προσαποστέλλων, ἐξαιρέτως δὲ τὸν δεσπότην Ἰωάννην, ᾧ δὴ ἐπεθάρρει αὐτάρκη τὴν τῶν κακουμένων ἐπικουρίαν· ταῖς γὰρ ἀληθείαις ἀσχολουμένου τοῦ βασιλέως τοῖς δυσικοῖς ὡς δῆθεν ἀνακαλουμένου τῇ βασιλείᾳ τὸ λεῖπον, ἠσθένει τὰ καθ' ἕω διιχύθην, τῷ τε τὰς C

Michaëli erant despotae filii tres legitimi, quorum Ioannes quidem in manibus ac potestate imperatoris erat, missus quidem a patre, traditus autem in obsidem a matre praesente, ad conciliandam conventionem ultro Constantinopolim profecta, quem et generum factum sebastocratoris Tornicii superius docuimus; duo autem degebant apud patrem, Nicephorus et Demetrius, cum tertio ex pellice genito Ioanne; ac Demetrius quidem primum tunc pubescens immaturus negotiis nihil nisi puerilibus remissionibus vacabat, Nicephorus vero viduus erat nuper mortua ipsius coniuge, filia Lascaris Augusti, huic decreverunt communiter tertiam Eulogiae natarum Annam copulare nuptiis, titulum ac dignitatem despotae iam ex priore habenti a socero imperatore Ioanne acceptam. itaque cum multo satellitio splendidoque comitatu Anna missa nuptias imperator istas peregit. tum vocato ad se Constantinopolim Nicephoro, praeterquam ei dignitatem confirmavit, honoribus etiam illum auctum maioribus donisque dignatum domum remisit.

Sicque constitutis in Occidente rebus, Orienti iamdudum laboranti recuperando attendebat, cum aliis eo missis plurimis, tum praesertim Ioanne despota, quo maxime innitebatur, abunde illum idoneum confidens emendandis sarciendisque cunctis per illum tractum detrimentis reipublicae, et illis periclitantibus populis, quanto esset opus ad illos imperio servandos, auxilio iuvandis tegendisque. revera enim intento imperatore Occiduis rebus, et omni cura satagente illa divulsa membra imperii corpori coniungere iterum ac restituere, infirmari ac debilitari contigit pro-

www.libtool.com.cn

ἐκεῖ δυνάμεις πρὸς τὴν δύσιν ἐκπέμπεσθαι καὶ τῷ καταμελεῖσθαι μακρόθεν. ἀλλὰ ταῦτα μέν, τῶν δυσικῶν ἡσυχαζόντων, πέμπων ὁ βασιλεὺς καθ' ὅσον οἷόν τε ἀνεκτᾶτο καὶ πρὸς τὸ πρότερον ἐπανῆγεν. οὐ γὰρ ἦν, οὐκ ἦν τοῦ δεσπότου φανέντος ἐκεῖσε
D τοὺς Πέρσας μὴ ἠρεμεῖν, ἢ μᾶλλον καὶ μὴ σὺν φόβῳ πλείονι ἀναστέλλεσθαι.

E 28. Τοῦ δ' αὐτοῦ ἔτους, μηνὸς Κρονίου, τῶν θείων ἡμερῶν τῆς νηστείας τελουμένης, ἡμέρᾳ τῆς δευτέρας ἑβδομάδος δευτέρᾳ, συνέβη τῇ Νικαίᾳ ἐκ παραδόξου τε καὶ ἐξαίφνης πρᾶγμα πραχθὲν μὲν φοβερὸν καὶ μηδενὶ ἄλλῳ εἰς λόγον ὑπερβολῆς παραχωροῦν τῶν πρωτείων, κἂν ὅ τι καὶ ὅπως συμβαίη, ὅσον τῇ προσβολῇ καὶ μονῇ καὶ τῇ τῶν δεινῶν προσδοκίᾳ, ὡς ἤδη μεγίστοις κακοῖς περιβεβλῆσθαι ἀναγκαῖον εἶναι τοῖς δεχομένοις
P 163 καὶ μηδὲν τῶν εἰς σωτηρίαν ἐλπίζειν, λεγόμενον δὲ μὴ τόσον ἔχον εἰς φόβον καὶ συστολήν. εἴωθε γὰρ ὁ λόγος τοῖς μετρίοις μέγεθος ἐπιφέρειν ὡς οἷός τ' ἐκείνων περιεῖναι, τοῖς δὲ μεγίστοις ἐξατονῶν ὕστερος σφῶν φαίνεσθαι. πλὴν καλὸν ἐν τοιούτοις μὴ τοῖς λεγομένοις ἐμμένειν τοῖς λόγοις προσέχοντας, ἀλλὰ καὶ ἐς μάλα τὸν νοῦν ἐπανάγειν καὶ ὡς ἐπ' αὐτῶν ὄντας τῶν

vincias ad Orientalem limitem sitas duplici ex causa, primum quod quae illas prius defendebant copiae inde in Occidentem abstraherentur, deinde quod in necessitatibus urgentium et remedio praesenti egentium casuum propter longinquitatem negligerentur. caeterum ubi, ut dixi, pacatus fuit Occidens, missis ad illas partes imperator copiis quantam potuit maximam lis recuperandis curam impendit, fereque in statum pristinum reduxit. nam despotae Ioannis ea virtus, ea fama erat, ut eo apparente fieri non posset quin Persae quiescerent, aut potius cum metu et terrore maiori reprimerentur.

28. Eiusdem autem anni mense Martio, cum sacri dies ieiunii celebrarentur, die secunda hebdomadis secundae, contigit Nicaeae ex inopinato et subito quiddam adeo terrificum, ut si cum maxime turbulentis et tumultuosis eventibus, qui maximam afferre consternationem solent, conferatur, nulli omnium diritate commotionis ac popularis formidinis insana concitatione concedat. unde ac quomodo acciderit tam vehementer ingruens, tam longum durans, tam anxia expectatione mali gravissimi crucians terror, tam inevitabiliter in summae calamitatis sensum quasi praesentem cum extrema desperatione salutis quos comprehendebat miseros coniiciens, conandum est dicere, utcunque sit difficile narratione rem exprimere uti se habuit, quippe quae sit necessario minus atrox apparitura legentibus quam eam experti senserunt. nam quae mediocribus quidem affingere magnitudinem ars atque amplificatio sermonis potest, eadem infra maximarum per se rerum subsidere fastigium impar assequendo solet. quare sapientis lectoris est sublevare iudicio in talibus infirmitatem scriptionis cui cognoscendae dat operam, et quasi supplere imaginando quod dictio minus exprimit, evolante animo in ipsam praesentiam periculi, sensusque induente quales fuisse consentaneum sit eorum quibus contigit in

www.libtool.com.cn

πραγμάτων ἀναπολεῖν τὰ λεγόμενα. πρώτῃ τοίνυν φυλακῇ τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ὑπεραναβεβηκότος τὸν ὁρίζοντα τοῦ ἡλίου ὅσον B καὶ ἐπὶ μοίρας ζῳδίου τριάκοντα, ἐπ' ἔργοις ὄντων τῶν ἀνθρώπων τῶν μὲν πνευματικοῖς τῶν δὲ καὶ σωματικοῖς, ἐξαίφνης φημίζεται λόγος οὐκ ἐν τῷδε μὲν τῷ μέρει τῆς πόλεως ἐν τῷδε δ' οὔ, ἀλλὰ κύκλῳ περὶ τὴν πόλιν ἅπασαν, Τοχάρων ἔθνος τῷ πλήθει θαρσῆσαν, τοὺς τῶν πυλῶν κρεουργῆσαν φύλακας, εἰσελθεῖν τὴν πόλιν μεθ' ὅτι πλείστων καὶ δεινῶν ὁρμημάτων, ὥστ' ἐν ἀκαρεῖ τοὺς ἐμπίπτοντας σφίσιν ἀπροσδοκήτως ἀπηνῶς κα- C τασφάττειν. καὶ ὁ λόγος ἅμα μὲν ἐρρήθη, ἅμα δὲ καὶ τὴν πόλιν περιελάμβανεν. ἐκπηδήσαντες τοιγαροῦν τῶν οἰκιῶν, καθὼς ἕκαστος ἔχων εὑρέθη, ἐξέθεον ἀσυντάκτως κατὰ τὰς ἀμφόδους, καὶ οἱ μὲν ἔνθεν οἱ δ' ἐκεῖθεν φερόμενοι ἀλλήλοις προσέπιπτον. ἦν δὲ καὶ τούτοις κἀκείνοις εἷς καὶ ὁ αὐτὸς πόνος. καὶ ὥσπερ κατὰ νώτου καὶ ἀμφοτέροις ἐπείγοντος τοῦ κακοῦ συγκρούοντες ἀλλήλοις, ἄτεροι ἐξ ἑτέρων μανθάνειν ἤθελον τίς ἡ φήμη, καὶ D εἰ ἀληθῆ τὰ λεγόμενα. οὔτε δ' οὗτοι οὔτ' ἐκεῖνοι ἀσφαλῶς εἶχον φράζειν, πλὴν τοῦ ἀληθῆ εἶναι ταῦτα συμφώνως ἁπάντων ἰσχυριζομένων εἰς τοῦτο. καὶ ἕκαστος περὶ ἑαυτῷ ἀμφιβόλως ἔχων τὸ σώζεσθαι, ἀναμφιβόλως εἶχε περὶ τὴν φήμην. ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτ' ἐκείνοις ἦσαν, κατόπιν ἄλλοι ἐκτρέχοντες ἐτραγῴδουν τὰς συμφοράς, καὶ οἰκείοις ἔλεγον ὀφθαλμοῖς τεθεᾶσθαι τοὺς

20. τὸ] τοῦ?

re, dum gereretur, ipsa versari. primo igitur trihorio diei illius, eminente supra horizontem sole quasi partibus signi triginta, cum operibus homines vacarent alii spiritualibus, corporeis alii, confestim fama dissipatur, non in hac quidem urbis parte, in illa vero non, sed late per urbem totam uno circum undique tenore, gentem Tocharorum multitudine fretam trucidatis portae custodibus in civitatem irrupisse rapidissimo et saevissimo simul impetu, ita ut passim ipsis inopinato ubivis occurrentes momento ab iis immanissime omnes conciderentur. et rumor hic simul prolatus, simul universam pariter complevit comprehenditque civitatem. exilientes igitur extra domos eo quisque habitu quo illo rerum articulo repertus est, discurrebant confusissime per vias et angiportus, ruentes ille huc hic illuc, alter in alterum incidentes mutuo collisu, labore utrinque contrario, sed pari; in quem illos tradebat opinio cuique instantis a tergo mali. ac sese pulsantes percontabantur quae haec esset fama, et ecquid vera narrarentur. porro neque hi neque illi certum quidquam expedire poterant. caeterum omnes voce consona verissima diei affirmabant: nam quam quisque incertus erat consilii de via modoque propriae salutis in tuto collocandae, tam certum se ferebat de veritate gliscentis famae. in his dum isti erant, ecce a tergo alii currentes miserabiliter deplorabant infandam cladem, propriis modo se vidisse oculis memoran-

www.libtool.com.cn

B ἐπόντας τὸν ἐντυγχάνοντα σφίσι μεληδὸν κατασφάττοντας, ὡς εἶναι τὴν ἐκείνων θέαν ἅμα καὶ θάνατον οἰκτιστον, τῶν φόβων, οἶμαι, εἰδωλοποιούντων τὰ πάθη καὶ γρηγοροῦσι καὶ τὰ μὴ ὄντα πλαττόντων ὀφθαλμοῖς τὸ ὀπτικὸν πλανωμένοις καὶ τῆς ἀληθείας ἀποτυγχάνουσι. τὸ γὰρ κατὰ νοῦν φοβερὸν λαμβάνον τὸ ὀπτικόν, ὡς τοῖς ἔξω σκοτασθὲν διὰ τὸ περιὸν τῆς δειλίας, καὶ κατὰ τρόπον βλέπον, προσεῖχεν ὡς ἀληθεῖ εἰδωλοπλαστουμένῳ τῇ φαντασίᾳ, καὶ ὃ ὑπενόει μόνον ὡς ὂν ὑπετόπαζε. τί γὰρ ἐκεί-
P 164 νοις ἠβούλετο τὸ τὰ ἀνύπαρκτα ὡς ἐν ὑποστάσει ὄντα πιστοῦσθαι; οἱ δ' ἀκούοντες τῶν πρόσθεν μὲν ἐξεκρούοντο, παλιν-
δρομοῦντες δ' ἐς οἴκους οἱ μὲν ταῖς γωνίαις ἐζήτουν παραδύεσθαι κατὰ τὸ σφίσιν αὐτοῖς εἰς σωτηρίαν ἱκανὸν νομιζόμενον, καὶ οἱ μὲν τάφους πάλαι κατατεθνεώτων ἀνοιγνύντες εἰσέδυον, οἱ δ' ἀσφαλέσι τόποις ἑαυτοὺς ἐνεπίστευον· ἄλλοι δὲ ἀνδρῶδές τι καὶ θαρραλέον ἡγούμενοι πράττειν ὅπλα τε περιετίθουν καὶ λόγχας σὺν ἀσπίσιν ἐχρῶντο καὶ τὸν ἡγησόμενον ἐξεζήτουν. ἦσαν δὲ
B τότε ὁ μὲν εἰς προστασίαν τῆς πόλεως τεταγμένος οὐκ εὖ εἰδὼς πολέμων ἀλλὰ λημμάτων ὁ Μανουηλίτης Νικόλαος, τιμὴν ἔχων τὸ προκαθῆσθαι τῆς πόλεως, ἄλλοι δὲ πλεῖστοι πολεμικαῖς ἐμπειρίαις ἐντεθραμμένοι, οἷς οὐδεμία τις ἐνῆν τὸ τηνικάδε ἔννοια τοῦ πολλάκις καὶ ψεῦδος εἶναι τὸ φημιζόμενον, ἀλλὰ πᾶσι κοινὸς

6. καὶ] μὴ?

tes, dum hostes quempiam sibi obvium membratim concerpserint, difficili iudicio immaniorne illa crudelitas caedis an tristius et miserabilius spectaculum fuerit. crediderim terrorem, partes invadentem Morphei, somnia vigilantibus tetra quaedam obiectasse, atque ut per noctem imaginationi solet sopor, ita oculis luce palam illusisse, visa ostentando falsa. vis nempe illa est insanae formidinis, ubi mentem consternaverit, furorem inde oculis effundere, ut sibi coram cernere moesta tetraque simulacra videantur, quae nusquam sint alibi quam in errore delirantis animi, unici artificis illorum, persuasione quamvis vana stultaque in certo affirmandi fiduciam abundante. talia qui a contra venientibus audierant, referebant retro pedem domos versus. pars angulos scrutabantur, sicubi cavum invenirent quo se compingerent: alii aliud salutis spem offerens latibulum captabant. nec deerant qui sepulcris dudum mortuorum sese insinuantes ibi mussarent. locis quidam munitis et firmi operis caput vitamque commendabant. ab his diversi nonnulli digno viris, et ut ipsis videbatur, generoso consilio, armis indutis, arrepta lancea scutoque, qui duceret adversus hostem quaerebant. homo erat urbi praepositus praedarum quam praeliorum scientior, Manuëlites Nicolaus. huic honor obtigerat praesidendi tunc Nicaeae. erant et alii plurimi, militiae usu nonnullo, multorum annorum stipendiis imbuti. horum nulli tum venit in mentem cogitare vanos plerumque ferri eiusmodi rumores, ideoque serio

προσπεπαίκει φόβος. καὶ μὴ μόνον τὸ κατὰ σφᾶς ἤθελον ἀλλὰ
καὶ τὸ κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν σώζεσθαι. ὁπλισθέντες τοιγαροῦν
διέθεον πᾶσαν τὴν πόλιν, οἷά τινες διάττοντες συνεχεῖς, καὶ οἱ C
μὲν ἔνθεν οἱ δὲ ἐκεῖθεν μεθ' ὁρμῆς ἐξαλλόμενοι οὐδὲν ἑώρων τῶν
λεγομένων, μόνων δὲ ὀδυρμῶν καὶ στεναγμάτων ἤκουον ὡς ἁλόν-
τος τοῦ ἄστεος καὶ ὡς τοῦ δεινοῦ σφίσιν ἐν χρῷ γεγονότος, καὶ
σχῆμα ἦν ἄντικρυς ἁλούσης πόλεως τὰ πραττόμενα, πλὴν οὐκ
ἐκ τῶν ὁρώντων εἰκονιζομένων τῶν χαλεπῶν, ἀλλ' ἐκ τῶν πα-
σχόντων τὰ τῆς ἁλώσεως. οὐ γὰρ κενὸς ἐκάλει κενὸν ὡς ληψό-
μενος τῶν ἀργὸν πρὸς τὸ λήψεσθαι, οὐδὲ πλήρης ὢν ἄλλος D
παρώτρυνεν ἕτερον, ἀλλ' οἷον ἐκπασθέντες τῷ φοβόληπτοι γε-
γόνέναι, καὶ τοῖς οἰκείοις ὡς ἀλλοτρίοις προσπαίοντες, ὑπώ-
πτευον καὶ τοὺς συνήθεις ὡς πολεμίους, παρὰ τοσοῦτον οὐ
σφάττοντες παρ' ὅσον καὶ τὸ πρὸς ἐκείνων παθεῖν ἐφυλάττοντο,
δύσμοροι τῆς ὁμαιχμίας καὶ ἄθλιοι τῆς κατὰ σφᾶς προθυμίας
ἕκαστος. τότε καὶ οἱ ἐν εἱρκταῖς σιδήροις πεδούμενοι (πολλοὶ
γὰρ τῶν πολεμίων κρατηθέντες ὡς εἱρκτὴν λήθης τὴν ἐν Νικαίᾳ E
φυλακὴν κατεκρίνοντο, ὡς οὐ ῥᾳδίως ἂν ἀποδράντες) ἐκεῖνοι
τοίνυν τὴν κοινὴν θεώμενοι ταραχὴν ἐπίστευον τοὶς ἐχθροὺς

disquirere quid in re esset. sed pariter omnes una communi perculsi formidine, satagebant non se solos verum et cives tectaque servare. armati ergo discurrebant per totam civitatem, velut quidam ultro citroque continue commeabundi celeres nuntii. ac dum hi hanc, alii aliam in partem impetu feruntur, nihil quidem eorum quae dicebantur videbant: solum eiulatus undique planctusque audiebant, velut capta civitate lamentantium. erantque voces ac clamores plane quales hominum, quos cum maxime praesens pungit ac penitus vulnerat atrocis ingruentis mali sensus; nihilque deerat ad scenam tragicam extremae calamitatis, qualis in direptione urbis expugnatae cernitur, nisi quod solae quae patiebantur personae partes illic, et quidem perfectissime, agebant suas, vim inferentes comparebant nusquam. non enim, ut fit in depraedationibus captarum civitatum, vacuus vacuum exhortabatur ad secum rapiendum, et in hoc segnem increpabat. non rursus plenus praedae alius ostentabat socio spolia exposita, incitans ut strenue auferret. nihil, inquam, spectabatur tale, sed tantum turba tumultuans avulsorum domibus et temere cursantium metu lymphatorum. qui ubi in domesticos procursu offenderant, cohorrescebant tanquam in hostes incidissent, terrore Panico, quo erant fascinati, familiares deformante in barbaros, quos ne occidere conarentur sola tuendi se ipsos ab eorum scilicet infesta vi et armis cura retardabat. infelices dira caecitate, qui non discernerent cives et socios ab hostibus; nec minus miseri fortitudine intempestiva, qua in amicos atque adeo in se ipsos mucronem impetumque unusquisque vertebat. tunc hi quoque quos custodiae ferro vinctos tenebant (multi enim bello capti perpetuo carcere Nicaeae detinendi damnati erant, ad id ista delecta civitate, quod inde difficilius vias fugiendi reperire posse viderentur) isti, inquam, communi animadversa perturbatione, persuasi revera ingressos ho-

www.hotool.com.cn

εἰσιέναι καὶ κρατῆσαι τὸ ἄστυ, οὐκ ἐξ ὧν ἐκείνους ἔβλεπον ἀλλ' ἐξ ὧν τὸν τῶν ἐποίκων θόρυβον ἐθεῶντο. καὶ δὴ τῶν πεδῶν ἐκλυθέντες οὐραγοί τινες ἦσαν προεκθεούσης τῆς φάλαγγος, πλὴν οὐ κατ' ἄμυναν ἀλλὰ κατὰ προθυμίαν τοῦ φυλάσσεσθαι. ἦν δὲ τὸ τῆς ἐκβρομῆς τέλος ἐπὶ τὰς πύλας ἰέναι τῆς πόλεως. καὶ ὁ
P 165 λαὸς εἵπετο χύδην, καὶ ἐν ἀλογίστῳ τῇ καθ' αὑτὸν ἀσθενείᾳ ὠρρώδουν ἕκαστος, ὡς ἢ τεθνηξόμενος τῶν πρώτων πεσόντων, εἰ οἱ πολέμιοι ἔξωθεν διεκπαίοιεν, ἢ τούτων ἀνωθούντων τοὺς εἰσχεομένους καὶ ἀναστελλόντων ἔνδοθεν αὐτὸς οὐραγῶν συνελευσόμενός τε καὶ ἐκφευξόμενος. τὸ δὲ ἦν ἄρα ὄνειδος αὐτοῖς.
προσπεσόντες γὰρ ταῖς πύλαις οὐ μετὰ τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς προθέσεως ἐπήρχοντό τε καὶ ἀνεχώρουν, ἀλλ' ἐν ταραχῇ καὶ σὺν
B οὐδενὶ κόσμῳ ἐμπίπτοντες μεθ' ἡσυχίας καὶ σὺν καταστάσει τῇ προσηκούσῃ ἀνεζεύγνυον. εὕρισκον γὰρ καθ' ἡσυχίαν καθημένους τοὺς φύλακας καὶ μηδὲν ἐπαΐοντας τῶν ἀνὰ τὴν πόλιν γενομένων. ὅθεν καὶ μᾶλλον ἤλγουν ὡς τόσον ἠπατημένοι, ἢ ὠρρώδουν ἐν ἄλλαις πύλαις ἐλπιζόμενον τὸ κακόν. ὃ δὴ καὶ πλείω παρεῖχεν ἐκείνοις τὴν ταραχήν, εἰ οὕτω βραδυνάντων τῆς πρὸς

4. κατ' ἀκροθυμίαν?

stes et in urbe praevalere, non quod ipsos viderent, sed ex trepidatione quam cernebant civium ducta coniectura, soluti vinculis se comites addiderunt iis de quibus dixi armatis, et extremo velut agmine cohortem auxerunt obeuntem, ut est memoratum, vias urbis, et praecurrentes sequebantur, non illi quidem animo aut impetu pugnandi ultionisve ab hoste sumendae, sed taedio carceris occasionem, ut fit, quomodocumque oblatam usurpandae libertatis libenter amplexi. ista porro cunctorum sic euntium precursio ad portas civitatis ferebatur. sequebatur autem multitudo confusa populi, exhorrescente pro se unoquoque, dum reputat quam infirmus per se sit ad propulsandum malum ingruens, et ita se pluribus applicante, sic fere subducta errantium cogitationum summa, aut se statim morituros, si hostium ferro per portam patentem extrinsecus irruentium primi armatorum, quos sequebantur, cecidissent; aut si hi fortuna usi meliori repellerent ingredientes barbaros et maiore impetu incumbendo reprimerent vim ipsorum, non desperabant singuli eorum, quos diximus custodiis elapsos, invenire in communi trepidatione viam sibi privatim consulendi, erumpendo per aperta ostia simul cum referentibus pedem hostibus, et ita effugium alicubi captandi. in fine autem huius viae ludibrium sui risumque repererunt. cum enim ad portam, quo iter intenderant, pervenissent, non eodem aestu et anxietate animi qua venerant redierunt, sed tumultuose inordinateque eo progressi tranquilli securique recedebant, custodes siquidem portae quiete desidentes sine ullo adhuc rerum quae per urbem gerebantur sensu inveniunt. unde una re dolebant, quod illusum sibi esset non tamen omni adhuc sollicitudine vacabant, reputantes potuisse fieri ut per alias portas hostes in urbem penetrassent. immo cum attentius cogitaverant, illa ipsa, quam videbant,

www.libtool.com.cn

τὰς μηδένα φόβον ἐχούσας πύλας ἁπτομένων οἱ ἐχθροὶ καθ' ἑτέ- C
τας πύλας μετ' εὐχερείας πάσης εἰσελῶεν. καὶ δὴ ἐκεῖθεν δια-
σκιδνάμενοι, οἱ μὲν ἔνθεν οἱ δ' ἐκεῖθεν ἰόντες, ἅμα καθ' ἡμί-
σεις ταῖς καθ' ἑκάτερον πύλαις ἐφίσταντο, ἀπαγνόντες ὡς μὴ
πονούσης τῆς καθ' ἕω. ὡς δὲ τὰ ἴσα καὶ ἐν ἐκείναις εὗρον (τὴν
γὰρ πρὸς αἰγιαλὸν οὐδεὶς ὡς προδώσουσαν καθυπώπτευεν), εἰς
ἓν συναχθέντες καθίσταντό τε τὰς ψυχὰς καὶ ἐν ἀμηχανίᾳ τοῦ τί
πράττειν ἦσαν· μὴ γὰρ ἂν κατ' ἀέρος πεσεῖν τοὺς ἐχθροὺς πτέρυ-
γας περιθέντας. ὡς δὲ καὶ τὴν ἐς αἰγιαλὸν φέρουσαν ἐπιστάντες D
ἐλευθέραν καὶ ταύτην δέους εὗρον παντός, τῶν φυλάκων καὶ εἰς
χλεύην τιθεμένων σφίσι τὴν ἀπάτην, ἀνέπνευσάν τε εὐθέως τοῦ
δέους καὶ τὴν αἰτίαν τῆς φήμης ἠρεύνων· μὴ γὰρ ἂν αὐτόθεν
γῆς μνκησαμένης ἐξενεχθῆναι, εἰ μή τις πρῶτος τὸν φόβον ἐψευ-
δολόγησεν. ἐπὶ πολλὰς γοῦν τραπόμενοι τὰς ὁδούς, μηδὲ τὸ
τυχὸν παριδόντες, ἤν τις προβάλλοιτο, οὐδὲν πλέον εἶχον εὑρέ- E
σθαι τοῦ ἐξ ἀφανοῦς ἅμα τε γεννηθῆναι καὶ ἅμα τραφέντα συν-
διειληφέναι τὰς τῶν πολλῶν ἀκοάς. τὸ δ' ἐκ προχείρου καὶ πι-
θανὸν εἰς αἰτίαν τὸ τῆς εἰκόνος τῆς θεομήτορος καθ' ἱκεσίαν ἐκ-

simia securitas custodum curam ipsis admovebat augebatque, reputantibus pari forte negligentia solutos aliarum portarum praesidiarios, facile oppressos subito incursu hostium, aditum Tocharis in urbem praebuisse. quare rursus anxii partiuntur sese bifariam; et ad duas quae restabant (praeter Orientalem, quam vacare incommode videbant, et maritimam, qua nemo suspicabatur venire hostes potuisse) duas, inquam, eodem tempore reliquas portas adierunt. ut autem ne in his quidem reperirent damni aut suspicionis quidquam, respirarunt videlicet mentesque a gravi perturbatione receperunt. tamen adhuc incerti quo se verterent, ubi delitescerent, unde, qua irruissent hostes, omnia circumspectando quaerebant, quid enim? dictitantes: an illos putabimus alis per aërem invectos superne intra urbem involasse? cum autem postremo illam ipsam, quae littus maris spectabat, portam lustrantes similiter liberam omni metu deprehendissent, et custodum ibi quoque errorem ipsis et credulitatem exprobrantium ludibrio irrisi essent, respirarunt ab omni formidine tunc plane, et solutis iam animis investigabant quae origo falsae opinionis quisve auctor mendacis indicii fuisset: non enim videlicet terrae quodam motu extitisse vocem quae ingressos denuntiasset hostes, sed omnino primum aliquem fuisse vani nuntium metus. postquam vero diu et diligenter in ista sunt inquisitione versati, explorantes circum omnia nihil aliud reperire potuerunt nisi mendacem famam multis eodem momento locis simul natam, simul increbescentem, simul vulgi complesse aures, simul animos inani terrore perfudisse. una tantum quae aliqua verisimilitudine niteretur publici erroris causa memorabatur, supplicatio tunc forte per urbem ducta, circumlata de more in thensa per solemnem ea die pompam imagine deiparae, turba mulierum sequente quod solet in supplicationibus acclamari ab mala deprecantibus carmen pone frequentan-

www.libtool.com.cn

φερομένης πλῆθος ἔπεσθαι γυναικῶν, ἃς δὴ καὶ ἐκφωνεῖν ἀναγκαῖον τὴν δέησιν κατόπιν ἠκούσας. τούτων οὖν ὁλοφυρτικῶς κατὰ Περσῶν καὶ Τοχάρων θεοκλυτουσῶν, εἰκὸς τὰ τῆς φωνῆς διελθεῖν, καὶ συμβῆναι τὰς μὲν κατ' ἐκείνων μεγαλοφωνούσας ποτνιᾶσθαι, τοὺς δὲ πέριξ καὶ ἔξωθεν τὴν φωνὴν δεχομένους τὰ
P 166 κατ' ἐκείνων ὡς περὶ ἐκείνων ἐρχομένων ὑποτοπάζειν, καὶ οὕτω διαδοθῆναι συνάμα φόβῳ τὸν λόγον, καὶ τὰς τῶν πολλῶν ἀκοὰς πληροῦντα παραθῆξαι τὸν θόρυβον. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν οὕτως, ὁ δέ γε βασιλεὺς μετὰ ταῦτα μαθὼν ὅπως γένοιτο, ὑπερεπάθησέ τε καὶ πέμψας διὰ γραμμιάτων τὰ πολλὰ κατεμέμψατο. μηδὲ γὰρ ἀνδρῶν εἶναι φρονίμων καὶ νοῦν ἐχόντων πρὸς τὸ παρεμπῖπτον τῆς φήμης θορυβουμένους εὐθὺς θορυβεῖν· δεῖν γὰρ ἐννοεῖν τὸ τοῦ πράγματος ἀνυπόστατον, καὶ ὅπως ἐχθροὶ μὴ περικαθήμε-
B νοι πόλιν μηδ' ἐν χρῷ τῶν πύργων ὄντες, ἀλλὰ μόλις καὶ ἀκουόμενοι διάγοντες ἐν Περσίδι, αὐτίκα παμπληθὲς ἀπέχοντες πετασθέντες ἐμβαῖεν δίχα πολέμου καὶ προσβολῆς. ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα γράψας καὶ ὀνειδίσας ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ἑξῆς καθίστα πρὸς τὸ εὐφυλακτότερον τὸν λαόν.

tium; ac videlicet quae tunc maxime timebant, distincte poscenda eorum liberatione nominatim exprimentium, nec sine eiulatu ingeminantium "defende nos deus a Persis, a Tocharis erue, a barbaris nos deus protege" talia cum meticulosum genus mulierciularum et in iis consternatiores aniculae quaedam vociferarentur acutius, credibile est voces illas Persarum et Tocharorum percussisse aures quorundam aliud agentium, et novitate ipsa ac tono formidinem ciente, multos, indiscusso statim indicio gliscente, in absurdam ingressorum urbem istorum, quos appellari audierant nominum, opinionem ac fidem fuisse ridicule pertractos. nam ne cito deprehenderetur primus error, perturbationem ex dira mentione statim natam obstitisse, et persuasionem cum metu late disseminasse. ita tumultum urbis et illam insanam trepidationem ortam auctamque. sic illi coniectantes disserebant. caeterum imperator ubi ea post cognovit, cum humaniter compassus errori est, tum literis scriptis haud perfunctorie duces praesertim primoresque reprehendit, negans virorum prudentium ac ne sensu quidem communi satis expedite utentium fuisse, statim usque adeo turbari fama temere illata, primum siquidem explorare oportuisse quo fundamento rumor niteretur, praesertim male cohaerentia nuntians: quomodo enim hostes intra urbem et in civium iugulis, de quibus auditum nondum esset foris approximasse, circumsidere muros, turribus se admovisse? quomodo qui paulo ante dicti essent haerere in Perside, subito alis sumptis volucris exercitus supra starent imminentes desuper cervicibus, tantum intervallum, ubi et arces et praesidia Romana sint, victoriis momento emensos? haec et his similia merito exprobrans per epistolam Nicaeensibus imperator id agebat ut in posterum cautiores illos redderet in occursu similium casuum.

www.libtool.com.cn

Δ.

Ἄρχεται δ' ἐνθένδε τὰ κατὰ τὸν πατριάρχην Ἀρσένιον. ὁ γὰρ P 170
βασιλεὺς πᾶς γιγνόμενος πρὸς τὸ πεῖσαι αὐτῷ τε ἠπίως προσενέγκασθαι καὶ τὸν δεσμὸν λύειν, ἐπεὶ ἀπέγνωστό οἱ τὰ τοῦ σκοποῦ, πολὺς ἦν ὀριγνώμενος ἐκ παντὸς τρόπου ἐκεῖνον ἀποσκευάσασθαι. ὅθεν καὶ πολλάκις τοὺς ἀρχιερεῖς συγκαλῶν ἐμαρτύρετο τὴν ἀνάγκην, ὡς δέον ὂν ἄγοντα τῶν ἄλλων σχολὴν τὰ τῆς ἀρχῆς πολλὰ ὄντα καὶ δυσεξάνυστα προσκοπεῖν, ὁ δὲ κἀκείνοις ἐνειλούμενος B ἐξ ἀνάγκης ἀπαραιτήτου, ὡς μέγα τι καὶ τὸν ἀπὸ τοῦ πατριάρχου δεσμὸν ἐφόλκιον ἐπισύρεται. ἐχρῆν δ' οὐχ οὕτως, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς τῷ πράγματι νεμεσᾶν, εἰ πλημμελήματος μὴ οἷου τ' ὄντος τῇ εἰς τὸ ἀρχαῖον τῶν πραγμάτων ἐπανακάμψει ἐξαλειλίφθαι ὃ πρὸς τὸ θεραπεύειν ταττόμενος δυοῖν θάτερος πράττοι, ἢ τὰ πρότερα ὡς εἶχεν ἀνταπαιτῶν, ἢ τὴν θεραπείαν ἀναβαλ- C λόμενος. τὸ μὲν γὰρ ἀδύνατον, τὸ δὲ πάντως ἀνοικονόμητον. καὶ δέον ὂν παραινεῖν καὶ τὴν τοῦ μεταγνῶναι δεικνύειν ὁδὸν καὶ

IV.

Hinc incipiunt res adversus patriarcham Arsenium gestae. cum enim imperator totus hactenus fuisset in deliniendo patriarcha, omnibusque officiis eblandiendo ut mitius agere secum vellet et anathematis iniecti vinculum solvere, postquam animadvertit se nihil proficere desperavitque plane meliorem in posterum successum petitionis istius suae, conversa velificatione vehementer in consilium incubuit eius omni ratione amovendi. ei rei praemuniendae, saepius convocatis sacrorum praesidibus, contestans exponebat angustias quibus conflictaretur, inter hinc quidem urgentes ineluctabili necessitate curas imperii, tales omnino quae solutum a caeteris animum requirerent, ac vel sic vix a satagente connitenteque prout oportebat expedirentur, inde autem obstantem duritiam patriarchae impedientis se ac quasi constrictum trahentis diris vinculis anathematis infandi. considerarent haec, et viderent an non esset aequius venire ipsos secum in partem solicitudinis publicae, improbanda ista intempestiva pertinacia. patriarcham, cuius essent partes adhibere curationem lapsis, obfirmasse inflexibiliter animum in prosecutione alterius harum duarum rerum, aut ut reponatur in priorem statum id quod meo peccato mutatum est; aut ni hoc fiat, mihi omnes spes redeundi unquam ad communionem ecclesiae inexorabili severitate praecidatur. atqui, ut vos pro vestra prudentia videtis, alterum quidem istorum fieri non potest: alterum perquam inhumanum est et ab ecclesiae materna in suos indulgentia

www.libtool.com.cn

τῷ μηδὲν τοῦ πλημμελήματος αἰσθομένῳ ἢ καὶ καταῤῥαθυμοῦντι ἐκ προαιρέσεως, ὁ δὲ καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ νυττόμενον τῷ γνησίως μεταγνῶναι, καὶ τὴν θεραπείαν ἐκτόπως θέλοντα δέχεσθαι, κἂν καυστῆρσιν οἰκονομοῖτο, ἐκεῖνος ἀπωθεῖται, καὶ τῷ μεταγνῶναι
D τὸ ἀπογνῶναι συνείρει, ὡς κρεῖττον ὂν μὴ μεταγνῶναι ἢ ἀπογνῶναι μεταγνόντα· τὸ μὲν γὰρ ἀναλγησίαν κατηγορεῖ, τὸ δ' ἀπώλειαν αἰωνίζουσαν. αὐτὸν μὲν οὖν καὶ πολλάκις προσελθόντα ἀποπέμπεσθαι, καὶ ζητοῦντα τοὺς τρόπους τῆς ἰατρείας οὐχ ὅπως λαμβάνειν ἀλλὰ καὶ προσονειδίζεσθαι, καὶ τέλος οὐδὲν ἄλλο πυνθάνεσθαι πλὴν τὸ ἀνάγκην εἶναι τὸ τραῦμα ἰᾶσθαι,
E ὅπως δ' ἰῷτο μὴ μανθάνειν, ἀλλὰ πρὸς τὸ πράττειν προτρέπεσθαι μηδὲν εἰδότα τῶν πράττειν ὀφειλομένων, εἶναι δ' ὑποπτεύειν τὸ πᾶν χλεύην. "ὥρα γοῦν δεδοικέναι μή τι καὶ πράττοντος ἐκεῖνος ἀναλαμβάνων τὸ ἔγκλημα, ὡς μηδενὸς αὐτάρκους γενομένου, μὴ καταδέχοιτο, καὶ οὕτω πονέσας ἀνήνυτα γνώσομαι. ὃ δ' οὖν καὶ ἐμφαίνει πλαγίως, ἀκούσαντες ἂν διαγνῶτε

1. τῷ] τὸ P. 11. πρὸς τὸ] τὸ πρὸς τὸ P.

maxime abhorrens. veri pastoris et providi patris munus fuerat hortari ad poenitentiam, et viam ostendere aberranti, calcarque addere, ut ad deum frugemque rediret, etiam suam miseriam non sentienti, negligentique ac respuenti obstinata contumacia remedium. ille autem me ultro damnantem detestantemque scelus meum, me omnia verae poenitentiae signa exhibentem, me etiam atque etiam poscentem poenas mihi imponi salutares, me patientia obnoxia profitentem sectionis quoque et ustionis austeris subeundis curationibus paratum, reiicit atque aspernatur tamen, et culpae utcumque a resipiscente damnatae conscientiam aequum censet extrema desperatione constringere. mihi vero minus malum minusque noxium videtur non agnoscere culpam propriam, quam eius improbatae revocataeque veniam desperare. prius enim illud duritiem solum arguit alias emendabilem impoenitentis in praesens animi: hoc posterius in aeternae utique damnationis exitium inevitabile detrudit peccatorem. expertus omnia haec queror. nihil non tentavi. adivi supplex patriarcham saepius: toties reiectus sum. rogavi ut mihi satisfactionis modus praescriberetur: non modo non impetravi, sed acriter increpitus, sed contumeliose obiurgatus sum, a non aliud extremi responsi loco ad finem adiiciente, nisi necesse esse curari vulnus, quae autem ei posset fieri medicina, se nescire. verum enimvero an non irrideri se superbo ludibrio ille iure suspicetur, cui suadeatur et tanquam necessarium praescribatur efficere aliquid, et tamen quo id modo quave ratione queat suscipi ac perduci ad exitum, ipse qui iubet ignorare se testetur? nonne hinc iusta causa mihi relinquitur timendi ne, si ultro aggrediar satisfacere pro crimine, ubi multa impendero, multa tentavero, multam sudans nitensque in sceleris expiationem mei peregero, haud ea tamen ille satis accipiat, sicque contentiones me illas aerumnasque perdidisse spretas ad extremum ac repulsus sentiam. audite autem et pro vestra sapientia aestimate quale sit et ecquid expediat reipublicae, quod per istas ambages obli-

www.libtool.com.cn

ἦν ὅλως συμφέροι. ἀποθέσει γὰρ βασιλείας καὶ ἰδιωτισμῷ με- P 171
τιέναι τὸ ἔγκλημα βούλεται. τῷ δέ, ᾧ ἂν καὶ συνενέγκοι σκοπῶν, οὐδ' ὅλως εὑρίσκω. ἐπὶ μὲν οὖν τοῖς κοινοῖς, αὐτόθεν δῆλον, καὶ οὐδὲν δεῖ ἐρωτῶντας μανθάνειν· τὸ γὰρ μήτ' ἐκείνου οἷόν τ' ὄντος τὰ πράγματα διοικεῖν, καὶ μηδὲ συμβάντος ἐκστῆναι, ὡς μέγα τι τὴν ἐρημίαν λογίζεσθαι, οὐδὲν ἀλλ' ἢ ζητοῦντος οἶμαι κοινὸν ὄλεθρον καὶ Τελχῖνος τρόπον ἐνδεικνυμένου. ὃ δὲ καὶ μᾶλλον διαφερόντως τῶν ἄλλων ἅπτεται τῶν ἐμῶν, μακρὰν ἂν τὴν δημηγορίαν κατέτεινα ἄν, ἢν μήγε καὶ ἀφ' B
ἑνὸς μόνου οἷός τ' ἦν παριστᾶν τὴν βλάβην. τί γάρ μοι καὶ ἐχέγγυον τοῦ δὲ αὖθις ἀπραγμόνως βιῶσαι καταθεμένῳ τὴν ἐξουσίαν; τί δὲ γυναικὶ καὶ παισὶ μᾶλλον; οἷς ἂν παρευθὺς μοῖραν ἐφεδρεύειν ἀνάγκη ἧς ὁ τυχὼν οὐ γηθήσειεν. ἐμοὶ μὲν οὖν οὐκ ἔστιν ἀμφισβητεῖν ἐκείνῳ τῆς πνευματικῆς ἰδμοσύνης, κἂν ὅ τι κελεύοι· τέως δ' ἐν τούτοις πολλοῦ γε δέω προσεπαινεῖν. ποῦ

2. τῷ] τὸ? 8. ἅπτεσθαι P. 11. δὲ] καὶ? an ἐς?

que innuit. videtur velle me depositione principatus et reditu ad vitam privatam expiare scelus quod conscivi. in hoc ille quid spectet, et in quem transferre cogitet principatum mihi ereptum, comminisci equidem nequeo. quanta porro quamque perniciosa inde foret oritura perturbatio, subiicere sibi quisque circumspiciendo cuncta potest, ut alium consulat neminem. cum enim ille cui interversum imperium patriarcha iure queritur, nec per aetatem aut experientiam par sit moli ferendae publicarum rerum, praetereaque in calamitatem inciderit cum immedicabilem tum omnino talem, quae ut abunde cuncta caetera suppeterent, omnem ei prorsus facultatem ac vim adimat principatus unquam quomodocunque fungendi, satis patet quam perniciose consulat reipublicae, qui me amoto redactoque in ordinem solum istum et destitutum ope collegae universo rerum omnium regimini praeficiat. hoc enim quid esset aliud quam in exitium certissimum cuncta proiicere, ac mali daemonis invidentis rebus bene constitutis indolem praeferre? idem hoc porro consilium quam meis privatis rationibus status famae salutis capitale atque immaniter infestum sit, distinctius exequerer, longa oratione singula enumerando, nisi totam latissime patentis iniuriae perniciem brevi possem compendio oculis, in uno veluti specimine, subiicere. quem enim idoneum mihi vadem dabunt tranquille me ac secure deinceps victurum, postquam imperium abdicavero? quid tunc fiet uxori, quid meis liberis? quos utique principali delapsos fastigio illa expectat, illa statim excipiet vitae sors, qua vix homo de vulgo contentus degeret. quae ego dum reputo, etsi haud praefracte iverim infitias inesse fortasse spiritualem patriarchae prudentiam in aliis plerumque quae praescribit, tamen adduci unquam nequeam ut credam posse illum mihi iuste ac sapienter tantum detrimentorum ac calamitatum, quantum ista perniciosissima fortunis capitique meo ac meorum exauctoratio continet, poenae nomine medicinalis aut poenitentiae salutaris specie iniungere. ubi enim locorum, qua in gente, tale quidquam extitisse fando unquam audivimus? et cuius tandem, quod veluti

www.libtool.com.cn

γὰρ καὶ τίνι ποτ' ἔθνει τὸ τοιοῦτον ἔβλαστε; καὶ εἰς τί παρά-
C δειγμα βλέπων ὁ ἱεράρχης ἀνεμεσήτως ἀξιοῦν ἔχοι τοῦτο καὶ ἐν
ἡμῖν; ἢ οὐκ οἶδε τὸν τοιαύτης γευσάμενον καθάπαξ μεταβολῆς
μὴ τρόπον εἶναι μετεγκλίναντα τελευτᾶν; πόσοις γὰρ ἐφεδρεύεται
βασιλεία; ὁπόσοις δὲ καὶ ἡ πίστις ἔψυκται ἐπὶ τοῦ σχήματος,
σωζομένου καὶ ἔτι τοῦ βασιλέως, οὓς καὶ καθυφεικότος ὥρμημέ-
νους πάλαι θαρρεῖν ἀνάγκη. κἂν αὐτοὶ μὴ δρῷεν λάπτοντες ἄλ-
λως, ἀλλὰ τῷ γ' ἐπὶ τῆς ἀρχῆς καταστάντι, ὥσπερ ἀντιζηλοῦν
D εἰκός, οὕτω καὶ δρᾶν τὰ χείριστα ῥᾴδιον. τί δὴ καὶ ἀνάγειν εἰς
τὴν ἀρχὴν ἔδει, ὧν μετ' ῥᾲ πολὺ κατάγειν ἐβούλετο, ὡς γεύσαντα
μόνον ἀποστερεῖν; χωρὶς δὲ τούτων καὶ θεόν, εἴπερ τινὶ ἄλλῳ
μεγίστῳ, καὶ καταστάσει βασιλείας συνιέναι πιστεύομεν. θεοῦ
δὲ βουλὴν διασκεδᾶν ἐθέλον ὡς δ' αὖθαδες, ὡς δὲ καὶ μέγαν
ἔχον τοῖς τολμῶσι τὸν κίνδυνον. ταῦτα τοίνυν ἐνθυμουμένους
δεῖ καὶ ὑμᾶς τῷ δικαίῳ τῆς βασιλείας συμπράττειν, καὶ μὴ οὕτω
E καταμελεῖν ἡμῶν ἐπὶ τοσοῦτον ἀπαγχομένων τοῖς λογισμοῖς. τί

1. εἰς] εἰ P. 2. βλέπον P. 9. εἰς deerat. 13. ἐθέλειν ὡς μὲν αὖθ.?

exemplar fuerit intuitus, auctoritate probati alias facti tantam istam se putavit excusare posse, aut etiam commendare, novitatem? an nescit ei qui ex vita privata in imperium evectus principatum semel degustaverit, non aliam quam cum praesentissimo coniunctam mortis periculo conditionem ostendi fortunae prioris resumendae? plurimorum etenim semper insidiis principatus obsidetur: plerorumque vero subditorum fides et amor in principem vana dumtaxat superficie ostentati exterius obsequii totus expromitur, intus nihil habens solidi. quare necesse est eum a quo violando sola reverentia potestatis odia malevolorum coërcebat, cum primum nudatus praesidio imperii telis invidiae fuerit obiectus, iis insultibus impeti vel palam oppugnantium vel clam faventium oppugnantibus, quibus salvus haud possit obsistere. quae cum aequos et sapientes omnes aestimatores rerum reputare apud sese par fuerat, tum eum maxime qui me suo ipse in primis suffragio ad imperium extulerit, hoc est invidioso et offensionibus exposito implicuerit negotio. unde ipsius est tueri quod fecit, non autem id agere, mea exauctoratione procuranda et per eam in me armanda invidia aemulorum, ut quem detulit supremus honor, in extremum mihi vertatur exitium. quid enim attinebat in summum fastigium evehere quem paulo post in perniciem ultimam detrahere inde ac praecipitem deiicere conaretur, tanto miserius sensurum calamitatem, quanto eam experientia prius degustatae in suprema potestate felicitatis acerbiorem intolerabilioremque reddiderit? praeter haec, si quod humanum maioris momenti negotium deus peculiari cura dignatur, evectionem alicuius in imperium rem esse, utique cui semper interveniat studiosior aliqua numinis providentia, vulgo et merito existimamus. quod igitur divino consilio decretum effectumque sit revocare ac rescindere hominem conari, quis non videt quam temerarium, quam insolenter arrogans, quam denique audentibus periculosum censeri debeat? haec vobiscum re-

www.libtool.com.cn

δαί, οὐ τῇ ἐκκλησίᾳ μετάνοια ὥρισται; οὐ νόμοι ταύτης θεῖοι προβέβληνται; οὐχ ὑμεῖς κατ' ἐκείνους τοὺς πολλοὺς θεραπεύετε; ἢ τοῖς βασιλεῦσι διαφερόντως πρὸς τοὺς πολλοὺς οἱ τῆς ἐκκλησίας πρόκεινται νόμοι; εἰ δ' οὖν, ἀλλ' εἰ μὴ παρ' ὑμῖν μετανοίας θεσμοί, ἀλλαχοῦ τῶν ἐκκλησιῶν εἰσί, καὶ προσδραμοῦμαι ταύταις, καὶ παρ' ἐκείνων θεραπευθήσομαι. ὑμῖν μὲν οὖν τὰ κατὰ γνώμην εἴρηται, ὑμῖν δὲ σκεπτέον τὸ ποιητέον βουλευομένοις συνάμ' ἐκείνῳ. οὐδὲ γὰρ καὶ εἰσέτι ἀνέξομαι πάσχειν P 172
ἀνίατα. καλὸν γὰρ ἢ παρ' ὑμῖν ἰᾶσθαι, ἢ ζητεῖν τὸν τρόπον τῆς θεραπείας ἑτέρωθεν." ταῦτα τοῦ βασιλέως διαλαλήσαντος τοῖς ἀρχιερεῦσιν, καὶ οἷον πρὸς τὰ τῆς μάχης ἀκροβολισαμένου, ἐκεῖνοι ἐφ' ἑκάστῳ τῶν λεγομένων τοῖς ἀχθομένοις προσεοικότες δῆλοι ἦσαν τὰ πρὸς βασιλέα τοῦ πατριάρχου συνόλως οὐκ ἀποδεχόμενοι, καὶ διὰ τοῦτο πολλὰ καὶ αὐτοὶ προτιθέντες καὶ ἅμα συνείροντες θεραπεύειν ἤθελον τὸν κρατοῦντα. οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ B
καὶ καθυπισχνοῦντο μόνον καὶ αὐτοῦ βασιλέως προσπέμψαντος αὐτοὶ τὰ μεγάλα συλλήψεσθαι. (2) ὁ γοῦν βασιλεὺς καὶ ἄλλους μὲν καθ' ἕνα πλείστους ἀπέστειλεν ἀξιῶν τὸν ἱεράρχην λῦ- P 173

putantes, aequum est, patres, dare vos operam ut imperialis dignitatis, prout fas piumque est, ratio habeatur, neque negligere nos tanto iam tempore misere suspensos atque aestuantes inopia consilii. quid enim vero? an non ab ecclesia poenitentiam dari poscentibus definitum est? nonne hoc olim eius leges divinae sanxerunt? non iuxta eas quotidie quisque vestrum quoscunque opus est (plurimi autem offeruntur tales) praescribendis satisfactionibus curatis? an peiori conditione principes sunt? an illos unos ecclesia ab universali sua in filios indulgentia exceptos exclusosque vult, nec lègum omnibus latarum frui beneficio patitur? respondete num ita sit; declarate, inquam, non esse apud vos poenitentiae locum, nec excipi a vobis resipiscentem qui poenas sibi sceleri purgando iniungi salutares petat: tum meae partes erunt mihi consulere, et alibi quaerere rem necessariam cuius hic copia non suppetit. aliae aliis in locis ecclesiae sunt: eas adibo, ab iis poenitentiam petam et consequar. exposui vobis sensus intimos animi mei: considerandum vobis relinquo, et cum ipso patriarcha consultandum, quid fieri conveniat. non enim amplius patiar pro deposito me abiici. iam, inquam, mihi plane decretum est aut accipere curationis modum a vobis aut alibi quaerere. talia episcopis locuto imperatore, ac per haec quasi prima velitatione auspicato praelium, illi ad singula quae dicta fuerant dolore significato, declararunt, quae severe ac dure patriarcha erga imperatorem ageret, sibi minime probari; ac propterea post multa invicem collata disceptataque paratos se ostenderunt ad offerendam Augusto poenitenti reconciliationis viam. non tamen tunc adhuc ulterius processerunt quam ut promitterent se intercessuros apud patriarcham quam efficacissime possent, suadentes ut pro se ipse de novo allegaret ad eum oratores supplices, quibus ad impetrandum quod rogarent ipsi se pro virili cooperaturos recipiebant. (2) igitur imperator cum alios singillatim allegavit

www.libtool.com.cn

σαι οἱ τὴν ἀθυμίαν, ἑτοίμῳ ὄντι, ὡς ἐκεῖνος ὑπισχνεῖτο, τὸ
κελευόμενον ἐκπληροῦν· τέλος δὲ καὶ τὸν τῆς μονῆς τοῦ Γαλη-
σίου προϊστάμενον Ἰωσήφ, ὃς δὴ καὶ Γαλησίου φανερώτερον
B ἐκαλεῖτο, ἄνδρα πνευματικὸν καὶ εἰς πατέρα τεταγμένον τῷ βα-
σιλεῖ, ἀποστέλλων κατηντιβόλει δέχεσθαι τὴν πρεσβείαν καὶ συγ-
κατανεύειν τῇ ἀξιώσει. ἀλλ' ὁ πατριάρχης πολλὰ μὲν παρὰ τῶν
ἀρχιερέων ὑπὲρ τοῦ βασιλέως ἱκετευόμενος, ὡς οὐκ ἄξιον λεγόν-
των οὕτως ἐπὶ τοσοῦτον τῷ ἐπιτιμίῳ συνίσχεσθαι, πολλὰ δὲ καὶ
παρὰ τοῦ πνευματικοῦ ἐκείνου καὶ θείου ἀνδρὸς ἀξιούμενος ἐφ'
C ᾧ τὴν παιδείαν ἄλλως οἰκονομοίη τὸν δεσμὸν λύσας καὶ προστι-
μήσῃ τῷ βασιλεῖ τῶν εἰκότων, ὁ δὲ καὶ μᾶλλον ἠγρίαινε καὶ ἀμε-
ταθέτως εἶχε τῆς γνώμης, ὡς καὶ τοῖς πρεσβεύουσιν ἐπιπλήττειν
καὶ αὐτῷ δὴ τῷ Ἰωσὴφ γενναίως ἐπέχειν, τολμῶντι ὡς ὄφθεν
τὰ τῆς βασιλέως ἀναδοχῆς παρὰ τὴν ἐκείνου θέλησιν. αἱρεῖ δὲ
καὶ λόγος παρὰ πολλοῖς ὡς καὶ ἐπιτιμήσειεν ἐφ' ᾧ μηδὲ πνευμα-
τικὸς ἀναδέχοιτο· ὃ δὴ κἂν γεγονὸς ἢ ἐφυλάχθη ἢ καὶ παραβα-
D θὲν ἐλύθη ἢ καὶ ἄλυτον ἔμεινε, κἂν μὴ γεγονὸς ἐφημίσθη, ὡς

plurimos, suppliciter orans patriarcham ut se cura moestitiaque liberare dignaretur, offerens se paratum ad quidvis exequendum quod iuberet. tandem et Iosephum ad id misit monasterio Galesii praepositum, coenobii quod regebat nomine quam suo ipsius vulgo notiorem, virum spiritualem et qui imperatori patris loco esset, quippe audiendis eius confessionibus praefectus. hunc ergo pro se supplicem allegans, obsecrare obtestarique patriarcham institit uti tandem inflexus induceret in animum non amplius aspernari preces suas. vehementer id ipsum ab eodem episcopi contenderunt orantes, argumentis etiam adhibitis, et indignum videri contestantes principem tanto tempore isto quasi ergastulo diri anathematis constrictum detineri. urgebat pro se quoque ardenter rem eandem spiritualis pater supplicis, ille, quem dixi, vir reverendus, demississime deprecans susceptí sui nomine ut castigationem quam aequam iudicasset praescriberet, et ea perfunctum miseratus anathematis vinculo solveret. surdo haec canebantur. obduruit, quinetiam exasperatus efferatusque magis est audiens ista patriarcha. adeoque inflexibiliter haesit in proposito, ut etiam ea rogantes obiurgaret, et ipsum Iosephum acriter coërceret, eo scilicet nomine quasi is imperatorem absolvere ausus esset contra patriarchae voluntatem. fama certe increbuit per multos vulgata, prohibitum interdicto Iosepho a patriarcha fuisse ne deinceps ipse confessiones, ut solebat, eius privatas acciperet eumque absolveret. quod interdictum, si vere contigit, an observatum sit, an id transgressus Iosephus transgressionis latius venia impetrata restitutus in integrum fuerit, an postremo crimen istud contumaciae contra interdictum et revera consciverit Iosephus et inexpiatum id manserit, in medio relinquam. fama quippe illi priori contraria sparsa quoque est, asserens nunquam periatum a patriarcha tale interdictum. et hac defensione Iosephus ipse, factas

www.libtool.com.cn

καὶ ὁ Ἰωσὴφ πατριαρχεύσας ὕστερον ἀπολογούμενος ὑπὲρ τούτου δυσχυρίζετο, ὅμως πολὺς ἐντεῦθεν ἀνερράγη κλύδων τῇ ἐκκλησίᾳ, ὡς ἰσχυρὸν προτεινόντων τῶν Ἀρσενιατῶν κατ' ἐκείνου ἐγκλημα πατριαρχεύσαντος σχιζομένων.

3. Τότε τοίνυν Βοηδρομιῶνος ἱσταμένου καὶ τῶν συνήθων νηστειῶν τελουμένων, ἑορτῆς ἀγομένης ἣν ἀκάθιστον σύνηθες ὀνομάζειν, τῶν τις τοῦ κλήρου ἐν νοταρίοις τῷ πατριάρχῃ τιλῶν μετὰ τὸν σφῶν πρωτικήριον, ὃν καὶ μεσίτην εἰώθασιν οἱ πολλοὶ σεμνύνοντες λέγειν, τοὐπίκλην Ἐψητόπουλος, λίβελλον κατηγορημάτων πλήρη συνθέμενος ἀσμένῳ ἐγχειρίζει τῷ βασιλεῖ, νυκτὸς τότε οὔσης μετὰ τὴν τῆς ὑμνῳδίας ἐκπλήρωσιν. ὁ δὲ τοὺς παρατυχόντας ἐκ τῶν τοῦ κλήρου συγκαλέσας ἅμα ἠρώτα εἰ καὶ αὐτοὶ συνοίδασι τῷ Ἐψητοπούλῳ τά οἱ πραχθέντα. ὡς δ' οὐκ ἦν καταινεῦσαι ἀκούοντας πλὴν ἑνὸς ἢ καὶ δευτέρου, περί τε τῶν κεφαλαίων διεπυνθάνετο, καὶ ὁποίας εἴη τῆς ὑπολήψεως ὁ τὸν λίβελλον ἐγχειρίσας. ὡς δ' ἐμαρτύρουν μὲν τῷ διδόντι τὰ μέτρια, περὶ δὲ τῶν κεφαλαίων ἀπειλογοῦντο, ἀνάγκην τὸν εἰς τοιούτους ἀγῶνας ἀποδυσάμενον καὶ τοὺς συνειδότας ἔχειν ὁ βασιλεὺς εὐθὺς οἰηθείς, καὶ εἰς χεῖρας ἔχειν τὸν λέοντα, ἁρπᾷ εἴχετο τῶν γραμμάτων καὶ καιρὸν ἐτίθει τῆς περὶ τούτων σκέψεως. οἷς δὲ κεφαλαίοις ὁ λίβελλος συγκεκρότητο. τάδ'

P 174

B

C

1. τοῦτο P. 10. ἀσμένως P. 17. ἀνάγκη?

postea patriarcha, utebatur, asseverantissime affirmans nequaquam id sibi prohibitum unquam a patriarcha, contradicentibus nihilominus et in asserto perseverantibus auctoribus oppositi rumoris, qui in satis magnam inde celebritatem abiit. adeoque id unum et potissimum erat in criminibus, quae Arseniani obiectabant Iosepho, ab eo schismate discissi.

3. Tunc igitur sub initium Aprilis, solemnis ieiunii tempore, dum festum ageretur quod Acathistum vulgo nominant, quidam ex clero Epsetopulus cognomento, in ordine notariorum patriarchae inserviens, post ipsorum primicerium, quem Mesiten sive mediatorem plerique solent amplo nomine vocare, libellum a se digestum accusationibus plenum sponte imperatori tradidit, noctu post finem hymnodiae. imperator convocatis qui forte praesentes adfuerunt e clero, simul omnes interrogabat ecquid consensu et conscientia ipsorum Epsetopulus id egisset. cum autem nemo annueret audientium praeter unum aut alterum, de capitulis percontabatur, simulque cuius esset existimationis qui libellum obtulerat. ad ea clericis datori quidem libelli mediocre testimonium reddentibus, crimina vero excusantibus, opinatus statim fieri non posse quin haberet conscios qui tantum se in certamen daret, cupide scriptum oblatum tenuit, occasionem inde sibi nasciturum augurans leonis, cuius tantam experiretur saevitiam, in potestate habendi. mox diem praescripsit examini. capitula libello comprehensa haec ferme erant, primum, ex principio matuti-

www.libtool.com.cn

ἦσαν, ὡς εἰπεῖν καθ' ἕκαστον, πρῶτον τὸ ἐν ἀρχῇ τῆς ὀρθρινῆς ὑμνῳδίας τὸν ὑπὲρ τοῦ βασιλέως ψαλμὸν ἐγκόψαι, μόνῳ δὲ
D τῷ τρισαγίῳ καὶ τῷ ἐπ' αὐτῷ μνημοσύνῳ κελεῦσαι προοιμιάζεσθαι· δεύτερον τὸ προσκεῖσθαι τοῖς τοῦ σουλτὰν εὐμενῶς, ὡς καί σφιν ἐφεῖναι τῷ λουτρῷ τῆς ἐκκλησίας συχνάκις ἐλλούεσθαι, τιμίων χαρακτήρων σταυροῦ ἐκεῖσε τοῖς μαρμάροις ἐγκεχαραγμένων, Ἀγαρηνοῖς οὖσι καὶ ἀμυήτοις· τρίτον ὡς καὶ τοῖς υἱέσιν ἐκείνου τῷ ἰδίῳ μοναχῷ μεταδιδόναι τῶν ἁγιασμάτων κελεύσειεν,
E ἄδηλον ὂν εἰ τῷ θείῳ λουτρῷ ἐτελέσθησαν, καὶ τὸ ἐπὶ τούτοις, ὡς ὁ αὐτὸς σουλτὰν σὺν τοῖς σατράπαις αὐτοῦ κατὰ τὸ ὀρθρινὸν τῆς λαμπρᾶς καὶ μεγάλης κυριακῆς τῷ πατριάρχῃ λιτανεύοντι συνέλθοι τε καὶ συλλιτανεύσειε. καὶ ἃ μὲν τῷ λιβέλλῳ διειλήφατο, ταῦτά τε καὶ τοιαῦθ' ἕτερα· τῷ μέντοι γε πατριάρχῃ τὸ παράπαν ἀγνοεῖν οὐκ ἦν, ὅμως δὲ θεῷ τὸ πᾶν ἐπιτρέπων ἡσύχαζεν. ὁ δέ γε βασιλεὺς τῶν γραμμάτων ἅπαξ ἐπειλημμένος
P 175 τοὺς ἐπιδημοῦντας τῇ Κωνσταντίνου τῶν ἀρχιερέων ἐπισυνῆγε, καὶ δὴ προύτεινε μὲν ἐκείνοις εἰς γνῶσιν τὰ γράμματα, ἐκοινοῦτο δὲ σφίσι τὴν σκέψιν ὅπως ποιοίη. οὐ γὰρ ἦν ὑπερθέσθαι πρᾶγμα δοκοῦν συμβάλλεσθαι τῷ σκοπῷ, κἂν οὐκ ἐδόκει ἀποχρῶν πρὸς τὸ τὸν πατριάρχην δεδίξεσθαι. ἐκεῖνος γὰρ καὶ μὴ πρὸς ἀπολογίαν ἔτι καλούμενος ἀπελογεῖτο, τὸ μὲν τοῦ ψαλμοῦ, ὡς αὐτὸς εἴη ὁ τάξας τοῦτο τὸ πρῶτον, ὡς τοῖς μοναχοῖς σύνη-

4. τοῦ deerat.

nae hymnodiae psalmum pro imperatore recisum a patriarcha, iubente solo trisagio et super eo commemoratione prooemium absolvi. secundum, nimium se propensum et familiarem Sultani praebuisse, adeo ut ei et comitibus permiserit saepius lavari in lavacro ecclesiae, ubi sunt signa venerandae crucis marmoribus insculpta, cum isti essent Agareni et Christi mysteriorum expertes. tertium, quod filiis eius communicari per suum monachum sacras eucharistiae reliquias iussisset, cum non constaret an sacro baptismo initiati fuissent. praetereaque ipse Sultan cum suis satrapis per matutinum splendidae magnaeque dominicae patriarchae litanias celebranti adfuisset et simul litanias recitasset. haec et id genus alia libello inerant. porro patriarchae haud usquequaque ignotum erat quid gereretur: tamen is totum deo permittens quiescebat. at imperator admissa semel delatione scriptisque accusatoriis receptis, congregavit episcopos aliarum urbium qui tunc Constantinopoli sunt reperti, eisque ad notitiam scripta sibi tradita protulit, et ut communiter secum considerarent quid sibi esset faciendum petiit. non enim erat cur differretur negotium quo dudum aspirabat viam pandens, etsi non videbatur sufficiens ad terrendum patriarcham. ille quippe, utcumque nondum citatus ad pro se dicendum, respondebat obiectis, ad primum quidem de psalmo, aiens se auctorem fuisse istius psalmi tali tempore cantandi, et cum antea solis a monachis id fieri consuevisset, primum se in ecclesiae usum in-

www.libtool.com.cn

θες ὄν, κἂν τῇ ἐκκλησίᾳ τελεῖσθαι, καὶ αὐτὸς ἀθετοίη πάλιν B
ὡς αὐτάρκους δοκοῦντος τοῦ τρισαγίου σὺν τῷ μνημοσύνῳ εἰς
εὐχῆς ἐκπλήρωσιν· καὶ δικαίως ἂν ἀπολογησόμενος εἰ καὶ τοῦτο
τελοίη οὕτω τοῦ βασιλέως ἔχοντος, πῶς ἂν δικαίως ἐγκαλοῖτο
καθυφεὶς τοῦ παντός; τὸ δὲ τοὺς τοῦ σουλτὰν ἐπὶ τῷ λουτρῷ
λούεσθαι αὐτὸν μὲν μήτ' εἰδέναι μήτε κελεύειν. "τέως δικαίως
ἂν ἐκκλείοιντο πάντων ἐκεῖνοι τῶν λοετρῶν, οὐχ ἧττον ἢ τοῦ τῆς C
ἐκκλησίας, ὡς τῶν ἄλλων πρὸς τοῖς χαράγμασι τοῦ σταυροῦ καὶ
εἰκόνων εὐμοιρούντων ἁγίων. εἰ δὲ τἆλλα σφίσιν ἀνεῖται καὶ
ἀσεβέσιν οὖσιν, εἰς τί τοῦ τῆς ἐκκλησίας λουτρῶνος ἐκβιωχθή-
σονται; τὸ δὲ τῷ σουλτὰν καὶ τοῖς υἱέσιν ὡς Χριστιανοῖς προσ-
φέρεσθαι ἀρχιερέως μὲν μαρτυροῦντος τοῦ Πισσιδίας ἀνεύθυνον
οἶμαι· εἰ δ' ἄλλως ἐλέγχοιντο ἔχοντες, ἐκείνου καὶ μόνου, ἀλλ'
οὐκ ἐμὸν τὸ πλημμέλημα." ἀλλ' οὐχ ἱκανὰ ταῦτα τοῖς ἀμφὶ
τὸν βασιλέα ἐδόκουν τὰς εὐθύνας ἐξελέσθαι τῷ πατριάρχῃ, ἀλλὰ D
σύνοδον ἤθελε συγκρατεῖν ἐξ ἁπάντων τῶν ἀρχιερέων, παρόντων
ἐνταῦθα καὶ πατριαρχῶν δύο, τοῦ τε Ἀλεξανδρείας Νικολάου
καὶ τοῦ Ἀντιοχείας Εὐθυμίου. ὅθεν καὶ βασιλικαῖς συλλαβαῖς
μετιστέλλετο τοὺς ἀρχιερεῖς πανταχόθεν, ὥστε παρῳχηκυίας τῆς
ἑορτῆς ἀνυπερθέτως ἁπαντᾶν πάντας, μηδεμιᾶς προφάσεως
ἀποχρησούσης πρὸς παραίτησιν. ἅμα γοῦν τελείῳ ἦρι συνή-

duxisse. verum eundem se id postea improbasse revocasseque, quod sufficere videretur trisagium cum commemoratione ad orationis expletionem. praeterea si alia facti huius defensio deesset, illa se uti iusta potuisse quam suggereret praesens status imperatoris; qui quo iure queri posset exclusum se particula quadam ecclesiasticarum precum, postquam patienter et demisse acquievisset excommunicationi, qua omnium sacrorum participatione arceretur? ad Sultanis comites quod attineret, lotos eos ecclesiae balneo nescire se, neque id iussisse. caeterum si allegata ratio valeret, excludendos eos esse cunctis pariter urbis balneis, non minus quam illo quod ad ecclesiam pertineret, cum aliae quoque thermae, praeterquam signis crucis insculptae sint, sacris etiam imaginibus ornentur. si autem id non obstat quominus iis, quantumvis verae religionis expertibus, usus permittatur aliorum lavacrorum, quid est cur repellantur ab ecclesiae balneo? denique cum Sultane et eius filiis tanquam cum Christianis egisse irreprehensibile videri, quoniam id auctore idoneo fecerit, episcopo videlicet Pisidiae tales illos esse testante. quodsi iam ostendatur nequaquam ipsos fuisse Christianos, illi soli ascribenda, non mihi eius facti culpa fuerit. sed hae defensiones imperatori non videbantur sufficientes ad purgandum patriarcham: verum decrevit congregare synodum omnium antistitum, cui interessent duo patriarchae, Alexandrinus Nicolaus et Antiochenus Euthymius. itaque regiis literis convocavit undique praesules ut post festum sine mora convenirent, nullo praetexta ad recusatio-

www.libtool.com.cn

γοντο, καὶ τὰ κατὰ τὸν πατριάρχην συναχθεῖσιν ἐπιμελέστερον
E ἐκινεῖτο. (4) τόπος δὲ τῆς αὐτῶν συνόδου ὁ βασιλικὸς Ἀλεξιακὸς τρίκλινος ἦν, ἵνα καὶ προυκάθητο μὲν ὁ κρατῶν, συγκαθέζοιντο δὲ καὶ οἱ μεγιστᾶνες καὶ ὅσον ἐν ἀξιώμασιν ἦν, συνεδρίαζον δ' οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ πᾶν τὸ τῆς συγκλήτου παρίσταντο.
P 176 συνῆσαν δὲ καὶ ἀπὸ πασῶν τῶν μονῶν οἱ προύχοντες μοναρχεῖς συνέδρια τοῖς σφῶν προεστῶσιν. ἀλλ' οὐδὲ τὸ τῆς πολιτείας ὅσον ἦν περιφανὲς καὶ ἄδηλον ἀπῆν. καὶ ὁ μὲν κατηγορῶν εἰς μέσον παριὼν τὸν λίβελλον προύτεινεν, ὃ δ' ἀνεγνώσκετο ἐπὶ πάντων. καὶ ἐπεὶ ἐδόκει προκαλεῖσθαι καὶ τὸν πατριάρχην, πέμποντες
B τρεῖς μὲν τῶν ἀρχιερέων τρεῖς δὲ τῶν κληρικῶν προσεκάλουν ἀπαντήσοντα πρὸς ἀπόλογον. ὁ δ' ἀνένευε πάμπαν, καί γε κρίσιν μὲν μὴ παραιτεῖσθαι, τρόπον δὲ κρίσεως καὶ τόπον καὶ πρόσωπα φεύγειν ἔλεγε, καὶ δικαίως, ὡς φάσθαι· πατριάρχην μὲν γὰρ κρίνεσθαι παρόντος μὲν βασιλέως παρόντων δὲ μεγιστάνων καὶ κοσμικῶν, καὶ ἐν ἀνακτόροις, καὶ ταῦτα καὶ βασιλέως οὕτως ἔχοντος καὶ εἰς ἄμυναν προειλημμένου, οὐκ ἄξιον οὐδὲ
C τῶν δικαίων εἶναι τὸ σύμπαν. ταῦτα πρὸς τοὺς ἀπεσταλμένους τοῦ πατριάρχου λέγοντος, γραφῇ ἐδίδοντο τὰ λεγόμενα, ὡς μή τι συκοφαντηθείη. οἱ δ' ὑποστρέφοντες ἐδήλουν πάντα μετ' ἀσφαλείας τοῖς ἀποστείλασι, καὶ σύλλογος διελύετο. τοῦτο δὶς εἶτα καὶ τρὶς γεγονὸς ἔκ τινων καιριακῶν διαλειμμάτων (ἔμελε

nem suffecturo. pleno igitur vere convenerunt, et causa patriarchae ventilari a congregatis est coepta. (4) locus synodi regium Alexiacum triclinium fuit, ad id delectus ut praesidere posset imperator. assidebant et aulae magnates, ac quotquot in dignitatibus erant, simul cum episcopis. aderat et senatus universus, et ex cunctis monasteriis praecipui monachorum cum suis quique praepositis; nec aberant clariores illustriores civium. et accusator quidem in medium prodiens libellum obtulit. is cunctis audientibus recitatus est. tunc cum esset visum citari debere patriarcham, mittentes tres episcopes et tres clericos ipsum vocarunt ad causam dicendam. ille autem omnino venire renuit, cum diceret iudicium quidem haud se recusare, modum autem et locum iudicii personasque fugere; a qua exceptione iuris species non aberat. nam iudicari patriarcham praesente imperatore, praesentibus optimatibus et saecularibus personis, idque in palatio, praesertim imperatore sic constituto et palam occasionem vindictae captante, indignum videbatur, et tota res inique comparata. ea porro loquente patriarcha missis a synodo, excepta sunt scripto verba eius, ne quid calumniae intervenisset. inde qui missi fuerant redeuntes ad synodum cuncta ex fide retulerunt ad eos qui miserant, et coetus solutus est. idem iterum et tertio est factum, certis intervallis temporis interpositis: studebant enim qui haec agebant, nihil omittere eorum quae canones in eo genere praescribunt. ceterum nihil aliud ex

γὰρ καὶ κανόνων ἐκείνοις τοιαῦτα πράττουσιν) οὐδὲν ἦν πλέον ἐκ τούτων ὅτι μὴ τὸν πατριάρχην παραιτεῖσθαι τὸν τρόπον τῆς πρί- D
σεως, τοὺς δ' ἀντεπιστέλλειν ἐκείνῳ, ὡς ἐπιστημονάρχου τοῦ βασιλέως εἶναι δικαιουμένου ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πράγμασι, μὴ δίκαιον εἶναι μηδ' εὔλογον τὰ τοιαῦτα μέγιστ' ὄντα ἄλλα βασιλικῆς ἐπιστασίας κινεῖσθαι.

5. Ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτ' ἐπράττετο, ἐννοήσας ὁ πατριάρ- E
χης, ὃ καὶ ἀληθὲς ἦν, ὡς οὐδέν ἐστιν ἄλλο τὸ κινοῦν τοιαῦτα ἢ τὸ τοῦ κρατοῦντος πρὸς αὐτὸν ἀμυντικόν, ὅτε καὶ κινδυνεύοι κακῷ τὸ κακὸν ἰᾶσθαι, τῇ τοῦ πατριάρχου καταδίκῃ τὸ πρὸς ἐκείνου ἀπεχθὲς καὶ ὀχλῶδες, ὥστε καὶ ἀπεσκευάσθαι ταῦτα βούλεσθαι, παριδὼν πᾶσαν μικροψυχίαν, ἵππου τε ἐπιβάς, μὴ πρότερον εἰωθὼς ἐξ οὗ τὴν Κωνσταντίνου κατέλαβε, καὶ βασιλεῖ πρόσεισιν. ἡμέρα δ' ἦν καθ' ἣν ταῦτ' ἐπράττετο κυριώνυμος. P 177
ὁ γοῦν βασιλεὺς καιρὸν ἐκεῖνον οἰηθεὶς ἐπιστῆναι ὃν καὶ ἐζήτει πάλαι, τὸν τῆς ἀνέσεως (ἔπεισε γὰρ ἐννοεῖν τοιαῦτ' ἐκεῖνον τό τ' ἐπιβῆναι ἵππου τὸν πατριάρχην καὶ παρὰ τὸ σύνηθες πρᾶξαι, τά τε κινούμενα ὡς ἐν χρῷ καταδίκης καὶ αὐτὸν γεγενῆσθαι), καὶ ὡς ἐκμειλίξασθαι παραγένοιτο, φιλοφρόνως ὑποδέχεται προσιόν- B
τα, καὶ πλεῖστον ὅσον ὁμιλεῖ τὰ χαρίεντα. ὡς γοῦν καιρὸς τῆς ἱερᾶς λειτουργίας ἐπέστη καὶ ἤδη ἦν ὁ κρατῶν πρὸς τὸ τῷ ναῷ ἐπιστῆναι, πέμψας ἐκεῖνός τινα τῶν αὐτοῦ τοὺς ἐπὶ τῆς λειτουρ-

lis missitationibus et responsis elici potuit nisi displicere patriarchae iudicii modum, et ob id comparere recusare. ad quae hoc erat patrum responsum patriarchae per remissos ad ipsum vocatores redditum, cum sit olim existimatum aequum imperatori tribui principem locum in cognitione rerum ecclesiasticarum, nec iustum nec rationi consentaneum esse, quae ex eo genere negotia nunc agitarentur, maximi utique momenti, alibi aut aliter quam praesente ac praesidente principe moveri.

5. Dum autem haec ita gererentur, intelligens patriarcha, quod verum erat, non esse aliam horum motuum causam quam iram in se imperatoris ultionem expetentis, in qua prosecutione periculum erat ne is malo aliud malum pro remedio apponeret, suo videlicet in patriarcham odio et rancori patriarchae ipsius damnatione procuranda mederi aut potius obsequi satagens, speravit uno sui cum infenso imperatore congressu istud praeverti discrimen posse. quare pusillanimitate posthabita equum ascendit, desuetus id facere iam ex quo Constantinopolim advenerat, et imperatorem adit. dies qua haec gesta sunt dominica erat. igitur imperator ratus optatam diu sibi remissionem anathematis ad se ultro defessi (suadebat hoc enim equitatio illa insolita patriarchae adventusque inopinatus, et verisimilis coniectura, impulsum illum motu intentati iudicii et periculo damnationis imminentis ad hunc conatum sui deliniendi) perhumaniter occurrit venienti, et cum benevole accedentem atque hilariter excipit, tum blandis perdiu sermonibus detinet. ut ergo sacrae li-

www.libtool.com.cn

γίας κατησφαλίζετο, καὶ ἐκέλευεν ἅμα θεασαμένους αὐτὸν μήτε περιμένειν τὴν πρὸς τὰς ἁγίας εἰκόνας προσέλευσιν αὐτοῦ προσκυνήσοντος μήτ' ἄλλο τι περιαργοῦντας πράττειν, ἀλλ' εὐθὺς ἐκφωνεῖν μὲν τὸν διάκονον τὸ εὐλόγησον, εὐλογεῖν δὲ τὸν θεὸν μεγαλοφώνως τὸν ἱερέα κατὰ τὸ σύνηθες, καὶ τῆς λειτουργίας ἀπάρχεσθαι. τοῦτο δ' ἦν πάντως πρὸς ὃ ταῦτ' ἐκεῖνος παρεσκευάC ζετο, τὸ τὸν ἱεράρχην ἅμ' αὐτῷ ἐπ' ἐκκλησίας συναγαγεῖν, κἀντεῦθεν σιωπηλῶς τὴν τοῦ δεσμοῦ λύσιν πραγματευσάμενον ἔχειν. καὶ δὴ ηὐτρέπιστο μὲν τὰ τῆς ἱερᾶς λειτουργίας, ὁ κλῆρος δ' ἅπας μετασκευασάμενος τοῖς εἰκόσι καραδοκοῦντες τὸν βασιλέα ὅσον οὔπω ἀφιξόμενον περιέμενον. ὁ δὲ βασιλεὺς τοῦ ἱεροῦ μανδύου τὸν πατριάρχην κατέχων, κατά τινα ποσὰ διαστήματα, D ἅμα μὲν ἱστάμενος ὡμίλει, ἅμα δὲ καὶ ὡς ἐπὶ τὸν ναὸν προσήγετο. ὡς δέ ποτε τοῦ οὐδοῦ ἐπέβη καὶ ὁ διάκονος τὸ εὐλόγησον ἐξεβόα καὶ εὐθὺς ἡ ἐκ τοῦ ἱερέως εὐλόγησις, ἐκσπᾶται τῷ παραδόξῳ ὁ πατριάρχης, καὶ τὸν δόλον συνεὶς αὐτίκα ἀντέσπα καὶ τῆς χειρὸς τοῦ κρατοῦντος ἐξώλισθε, καὶ "τί" λέγων "οὕτω δολερῶς κλέπτεις τὴν εὐλογίαν, καὶ παραλογίζῃ τὸ θεῖον ἄνθρωπος ὤν, οὐ δέον ὂν οὐδὲ συμφέρον;" ἔτι δὲ καὶ "καλά γε ταῦτα" προσονειδίζων, "καί γε βασιλεῖ ἐννόμως ἄρχειν προαιρου-

turgiae tempus adfuit, imperator iam in procinctu adeundi templi misit certum e suis qui praemuniret, prout oportebat, sacrificii ministros, iubens eos, simul imperatorem ingredientem viderent, statim, non expectato dum ille ad sacras imagines adoraturus accederet, nullaque omnino alia quacunque ex causa mora interposita, protinus inchoare functionem sacram, diacono versiculum benedic pronuntiante, et dei benedictionem solemnem sacerdote pariter proferente voce contenta. ac consilium in his imperatoris hoc erat: se una simul cum patriarcha intra templum stante missae sacrum rite peragi, tacita quaedam futura ipsi videbatur sui a dudum iniecto anathematis vinculo solutio. atque ita compendio quodam opportunae occasionis consecuturum se sperabat quod tanto iampridem circuitu captatum iverat. succedebatque illi hactenus dolus egregie. nam cleru universus praemonitus, ut dixi, ad inchoandum missae sacrificium proxime instructus omni convenienti apparatu et ornatu, expectabat dum appareret adventans imperator. qui astute ad quod intendebat sacram penulam comitantis secum patriarchae tenebat manu incedens una, et per intervalla urbane interposita consistens, confabulansque plane familiariter, donec eum intra templum simul ingrediens induxit. supergresso autem ipso limen, statim diaconus benedic inclamavit; quam vocem secuta continuo est sacerdotis benedictio. perculsus inopinato facto patriarcha, et dolum subito intelligens, proripuit se, ac manui tenentis imperatoris elapsus est, "cur" inquiens "dolose furaris benedictionem, et decipere deum conaris, homo cum sis? quod nec oportebat nec expediebat a te tentari." addidit praeterea haud molliter exprobrans "pulchrane haec putas et convenientia imperatori magnifice professo se iuxta leges

www.libtool.com.cn

μένῳ πρέποντα, καὶ ὑπερφορτὰ τοῖς ἄλλοις ἀκοῦσαι, ὥστε καὶ E
ἐπαινεῖν," εὐθὺς ἀετὸς ἦν λιπὼν ἐκεῖνον καταιδεσθέντα καὶ ἀφι-
πτάμενος, καὶ διὰ τῆς σιδηρᾶς τοῦ τρικλίνου πύλης ὡς τάχος
πεζῇ διαθέων, ᾗ ποδῶν εἶχεν ἐχώρει πρὸς θάλασσαν, καὶ νεὼς
ἐπιβὰς κατελάμβανε τὰ οἰκεῖα. ὁ μέντοι γε βασιλεὺς ὑβριοπα-
θήσας οἷον καὶ αἰδεσθεὶς προσποιεῖται οὖν ὅμως τὸ μεγαλόψυχον.
καὶ ἐπεὶ τέλος τὴν ἱερὰν λειτουργίαν ἐλάμβανεν, ἐξελθών, στα-
θεὶς ἐν τῷ Ἀλεξιακῷ τρικλίνῳ, τούς τε τῶν ἱεραρχῶν παρατυ-
χόντας καὶ τοὺς τοῦ κλήρου μεταστειλάμενος, ἐπενεκάλει τῷ πα- P 178
τριάρχῃ σκληρότητα, καὶ "ἴδετε" λέγων "ὅπως ἀμαθῶς οὕτω
τῶν ἡμετέρων χειρῶν ἀπεδίδρασκε. καὶ εἰ λυπήσων ἐφάνη, κατὰ
τί γε καὶ παρ' ἡμᾶς ἀφῖκται; ἀλλ' ὡς ἔοικε, τοὺς ἐλέγχους δια-
φυγγάνειν πραγματευόμενος, ἔλαθεν ἑαυτὸν συνωθήσας μάλιστα
πρὸς τὴν δίκην. μὴ γοῦν ἐπὶ πλέον φευγοδικῶν κερδαινέτω,
ἀλλ' ἐπεὶ τὸ τρίτον ἐναπολέλειπται μήνυμα, συναχθέντων γενέ- B
σθω καὶ τοῦτο, καὶ εἰ μὲν ἀπαντήσει, κρινέσθω, εἰ δ' οὖν,
ἀλλὰ ὑμῖν γε μελήσει πῶς ἂν φυγοδικοῦντα μετελεύσεσθε. τὸ
δ' ἐμὸν ἀναθετέον θεῷ, ὅπως ἂν ὡς ἐκείνῳ βουλητὸν οἰκονομη-
θείη." ταῦτ' εἰπὼν καὶ προσθεὶς κατά τινα πρόληψιν κἀκεῖνα
εὐμεθόδως, ὅτι καὶ τὸ τούτους πολλάκις ἀναφέροντας περὶ τῶν

20. τὸ] τοῦ?

imperare velle? quid homines dicent ubi audierint? an laudare ista, an saltem vel tolerabilia censere poterunt?" et his repente dictis avolavit instar aquilae, pudore confusum imperatorem relinquens; ac per portam triclinii ferream, pedes quanta maxima potuit pernicitate currens, pervenit ad mare, ibique nave conscensa domum se retulit. at imperator plenus licet contumeliae, ac tam probrosae repulsae sensu intimo doloreque aestuans, tamen magnanimitate simulata sacrificio perrexit attendere, quoad missa peracta regressus stansque in Alexiaco triclinio, apud eos quos ibi forte reperit episcopos, et alios ex clero quos vocaverat, questus est de patriarchae duritia, "videte" inquiens "quam inurbane nostris se manibus proripuerit. si offensurus prodierat, quid attinebat etiam ad nos accedere? verum ut apparet, effugere iudicium moliens induit se magis, intricavitque illis ipsis quos declinare cupit laqueis quaestionis de ipso coeptae; quam censeo sine mora urgendam, nec committendum ut cavillationum, quibus eludere leges nititur, fructum optatum secure auferat, quaesitam impunitatem. quoniam igitur tertia tantum citatio superest, ea, velim, congregatis statim vobis decernatur et fiat; et si vadimonium citatus stiterit, continuo iudicetur: sin minus, vestrum erit videre quid de contumaci recusatore iudicii aequum sit statuere. id equidem in vestro arbitrio relinquens, deo permitto ut prout illi placuerit gubernetur." ea cum dixisset, illud praeterea per quamdam utilem intentae praeoccupationem adiunxit, quod plerumque contingeret ipsos de negotiis

www.libtool.com.cn

κατὰ σφᾶς ἐκκλησιῶν μὴ εἰσακούεσθαι αἰτίαν μίαν εἶναι τὴν τοῦ πατριάρχου πρὸς αὐτὸν ἀπέχθειαν, καὶ ὡς εἰ ἐκποδὼν τὸ σκάνδαλον γένηται, αὐτοὺς τὰ μεγάλα παρ' αὐτῷ δύνασθαι, κατα-
C παύει τὸν λόγον.

Τῇς δὲ μετ' αὐτὴν ἡμέρας ἅμα συναχθέντων καὶ πάλιν, μετὰ πολλὰ τὰ λαληθέντα καὶ τὴν τοῦ βασιλέως οἷον παραίτησιν, ὡς μηδὲ αὐτὸν θέλειν παρεῖναι, εἰ μή γε τῆς ἐκκλησίας δεσμοὶ
D ἐξεχώρουν καὶ προσκατηνάγκαζον, (6) καὶ τὸ λοιπὸν πέμπεται μήνυμα, ἀρχιερέων κἂν τούτῳ μεσολαβησάντων καὶ κληρικῶν. ὡς δὲ καὶ αὖθις ὁ πατριάρχης ἀπεῖπε τὴν ἄφιξιν, προστιθεὶς ὡς "τὸ δοκοῦν ὑμῖν ἀπόντος γενέσθω· οὐδὲ γὰρ ἀπαντήσαιμι κἂν ὅ τι γένοιτο," τότε μετὰ τὴν πολλὴν σκέψιν οἱ ἱεράρ-
E χαι κανόσιν οἷον ἐπερείδεσθαι θέλοντες εἶχον μὲν καὶ τὸν τῆς φυγοδικίας κανόνα τῶν ἀποστόλων τὰ πολλὰ σφίσι πρὸς τὸ τὰ δοκοῦντα ἀποφαίνεσθαι συμβαλλόμενον, ὅμως δέ γε ἐν ἀσφαλεῖ βουλόμενοι πράττειν, ἐπεὶ καὶ ἐπὶ πάσης ὡς εἰπεῖν τῆς πόλεως
P 179 ταῦτ' ἔπραττον τοῦ βασιλέως οἰκονομοῦντος διὰ τὴν τῆς ἀπεχθείας ὑποτρέχουσαν ὑποψίαν, καὶ ἵνα μὴ καὶ αὖθις σχίζοιντο μαθόντες τὰ γεγονότα, παρίστων καὶ αὖθις ἐπὶ μέσου τὸν Ἔψη-

1. κατὰ σφῶν ἐκκλησίας P.

suarum ecclesiarum audiri postulantes non admitti, unam causam esse odium in se patriarchae. tolleretur istud modo scandalum: visuros eos statim quam multum apud se possint preces omnes et significationes voluntatis ipsorum. in ea verba loqui desiit.

Postridie congregatus rursum coetus est. ibi post multa varie dicta, postque aliquam imperatoris ad specimen modestiae affectatam recusationem interveniendi synodo, si per vincula ecclesiae, quibus constringeretur, id minime liceret, tandem is, velut consensu coactus invitantium patrum, ingressus assedit. (6) ad ultimam inde, quae sola supererat, patriarchae citationem rite peragendam episcopi, ut antea, et ex clero aliqui missi sunt. cum autem more solito patriarcha se venturum negasset, addidit "me utique absente, quod vobis videbitur, fiat: nunquam enim omnino, quidquid ad id moveatur, adducar ut illic me sistam." tunc post multam deliberationem et considerationem attentam patres, maxime studentes inniti canonibus, reperiebant in primis accommodatum ad rem praesentem canonem apostolorum de recusatione iudicii. quamquam autem is sufficere ipsis videbatur ad sententiam iure ferendam, tamen quia in oculis universae, ut sic dicam, civitatis, prout imperator ordinaverat, haec gerebantur, per quam erat vulgatissima opinio ac notitia simultatis, qua is a patriarcha sibi vicissim infenso dissidebat, ne per eam causam infirmandi iudicii tanquam ex odio ad imperatoris gratiam lati occasio quaepiam et ex ea praetextus schismatis nasceretur iis qui forte rem uti nunc gerebatur narrari postea audirent, statuerunt iterum in medio Epsitopulum; et libellus singillatim expensis capitulis relectus

www.libtool.com.cn

τόπουλον. ὁ λίβελλος καθ' ἓν κεφάλαιον ὑπανεγινώσκετο, καὶ εἰ ἔχοι τοὺς μαρτυρήσοντας ἠρωτᾶτο. ὁ δέ γε "πραγμάτων φανερῶν" εἶπεν "οὐ τόνδε ἢ τόνδε ἀνάγκη εἶναι τὸν μάρτυρα, ἀλλ' ἅμα σύμπαντας, ὅτι καὶ πάντες συνοίδασι γενομένοις." ὡς γοῦν ἐκλεγέντες τινὲς ἠρωτήθησαν τῶν τοῦ κλήρου, καὶ μᾶλλον περὶ τοῦ σουλτάν, καὶ εἰ συλλιτανεύσας τῷ πατριάρχῃ συν- B καθίσειεν ἀναγινωσκομένου τοῦ θεολογικοῦ λόγου κατὰ τὸ σύνηθες, εὐθὺς ὡμολόγουν οὕτω γενέσθαι, τὸν δὲ σουλτὰν εἰ Χριστιανός ἐστιν εἴτε καὶ μὴ μὴ εἰδέναι ἔφασκον, τέως δ' ἐκεῖνον τότε Χριστιανὸν νομίζειν ἄντικρυς. οἱ γοῦν κρίνοντες τοῦτο μόνον λαμβάνειν ἤθελον τὸ συλλιτανεύσαντα καθεσθῆναι, τὸ δ' εἴτε Χριστιανὸς εἴτε καὶ μή, αὐτοῖς ἔφασκον ζητητέον εἶναι, καὶ ἐπὶ τούτοις πολλοὶ παρήγαντο μαρτυρήσοντες τὸ σέβας ἐκείνῳ C μὴ κατὰ Χριστιανοὺς εἶναι, οὐκ οἶδα δ' εἴτ' ἀληθές, εἴτε μὴν θεραπεύοντες τὸν κρατοῦντα. τέως δέ γε, ὡς ὕστερον ἡμᾶς πυνθάνεσθαι τῶν τοιούτων τέλος λαβόντων, ὁ σουλτὰν ἀποστείλας πρὸς τὸν κρατοῦντα, ἐπεὶ παρὰ τὴν αὐτοῦ αἰτίαν μεμαθήκει τὸν πατριάρχην ἐξελαθέντα, σὺν ἄλλοις οἷς ἐμήνυε, καὶ τοῦτο χαριέντως ἢ μᾶλλον καὶ βαθέως ἁπτόμενος προσεμήνυεν, ἀξιῶν στιλπνοί οἱ τῶν ἐκείνου διαφερόντως τὰ ἱερὰ περιάμματα, ἃ δὴ D καὶ ἐγκόλπια ὁ κοινὸς ὀνομάζει λόγος, καὶ εἰ βούλοιτο, καὶ χοίρου ταριχευθέντα μηρὸν ὡς ὀρεγόμενος φάγοι. καὶ τοῦτ' ἦν

est, et an testes haberet quibus confirmaret quae accusabat, interrogatus est delator. ille vero respondit rerum palam manifestarum hunc aut illum adduci testem non debere, sed simul universos, quod aeque omnes conscii factorum a se allegatorum sint. ut autem selecti quidam ex clero interrogati praesertim de Sultane, utrum ille simul litanias recitasset cum patriarcha, et dum legeretur divinus sermo de more, assedisset una, statim responderunt ita factum fuisse, Sultan vero Christianus necne sit se nescire; ac tum quidem se putasse illum Christianum. velle autem se aiebant iudices hoc solum pro testimonio accipere, simul orasse et assedisse Saltanem: qualis autem fuerit, Christianus an paganus, quaerendum ex se non esse. praeter hos ergo producti alii multi sunt qui testificarentur non esse illum religionis Christianae cultorem. quod utrum illi ex vero affirmarent an obsequentes imperatori fingerent, haud habeo compertum. cognovimus tamen postea, perlato iam et executioni mandato iudicio, Sultanem ubi audisset sua causa depositum patriarcham, misisse ad imperatorem (sive id ieco sive serio aut quocunque demum consilio fecerit) qui eum regarent ad se mittere ne gravaretur quaedam ex suis sacris amuletis, quae vulgaris sermo vocat encolpia, icunculas videlicet gestari de collo pendentes ad sinum religionis causa solitas, et iussisse ut adderent se, si vellet imperator religionis suae specimen capere, vel porci salitum femur avide comesturum. quo testimonio plane

www.libtool.com.cn

τότε τῷ βασιλεῖ περὶ τοῦ πατριάρχου ἔλεγχος ἄντικρυς, τῷ μὲν εἶναι τῶν θείων ἐκτυπωμάτων προσκυνητὴν τὸ σέβας αὐτοῦ παριστῶντος, τῷ δὲ καὶ κρεῶν ὑείων ὀρέγεσθαι τὴν κατὰ Χριστιανοὺς πολιτείαν ἐμφαίνοντος. τότε δὲ ὡς ἀτελέστου περὶ τοῦ σουλτὰν βουλευομένων ἐκείνων ἐδόκει κίνδυνος ἐξῆφθαι τῷ πα-
E τριάρχῃ. ἦσαν δ' ἄλλοι οἳ καὶ γλαφυρώτερον ἐπεχείρουν ὅθεν προσεπετιθέμενοι ταῖς κατηγορίαις, ὡς εἴπερ κἀκεῖνος εἰς Χριστιανοὺς ἀληθῶς ἐτέλει, τὸ γοῦν περὶ ἐκεῖνον Περσικὸν καλὸν ἦν ἐκτόπως τὸν πατριάρχην φυλάττεσθαι· μηδὲ γὰρ κἀκείνους πάντας Χριστιανοὺς εἶναι ἢ καὶ λογίζεσθαι. ὡς γοῦν πρὸς τὸ
τὰ δοκοῦντα ἀποφαίνεσθαι ἦσαν, οἱ μὲν πλείους, ἢ καὶ πάντες παρὰ τινὰς (ὁ Ποντοηρακλείας Θεόδωρος οὗτος ἦν, ὁ Εὐχαϊτῶν Ἀλέξιος, ὁ Βρύσεως Ἰωάννης, καὶ μετ' αὐτῶν ἄλλοι· ὁ
P 180 γὰρ Μιτυλήνης Γρηγόριος τὰ πολλὰ τῷ πατριάρχῃ προσέχων, ἐπεὶ τὴν δίκην ἀπηρτημένην ἑώρα οἱ, νόσον σκηψάμενος ἀπῆν,
ᾧ δὴ καὶ μετ' ἐμβριθείας ὁ κρατῶν ἐμὲ ὡς νοτάριον ἀποστέλλων ἢ ἀπαντᾶν ἢ διδόναι τὴν γνώμην ἐκέλευε, καὶ μόλις τὴν οἰκείαν γνώμην τῷ τε Λαρίσσης Θωμᾷ, τῷ Ναυπάκτου Ἰωάννῃ καὶ τῷ Ἀδριανουπόλεως Γερμανῷ προσανετίθετο) οἱ γοῦν παρὰ τοὺς
B εἰρημένους ἐκ τοῦ παραχρῆμα καθαίρεσιν τοῦ πατριάρχου κατε-

confirmabatur imperatori culpa in hoc vacare patriarcham, cum revera Christianum Sultan se probaret tum exhibendo se sacrarum imaginum veneratorem, tum se gustare libenter carnes suillas declarando. caeterum tunc cum in illis de patriarcha disquisitionibus quasi pro fundamento poneretur minime illum fuisse Christianis mysteriis initiatum, utique videbatur inde impendere periculum patriarchae. erant qui callidius et ad finem intentae damnationis assequendum efficacius argumentarentur, allegantes parum ad summam criminis referre Sultanis ipsius statum quoad religionem. ut enim ille revera Christianus fuerit, certe a Persis eius comitibus pariter et promiscue simul cunctis admittendis cavere debuisse patriarcham, cum satis constaret nequaquam illos universos aut fuisse aut habitos esse Christianos. ut autem ad dicendas sententias ventum est, plerique aut potius omnes praeter quosdam (hi fuerunt Theodorus Heracleae Ponti, Alexius Euchaïtarum, Ioannes Brysis, et cum his alii: nam Gregorius Mitylenes, patriarchae multum deditus, ubi prospexit ei damnationem imminere, simulato morbo abfuit, ad quem impetu ardenti imperator me, pro eo quo tunc fungebar notarii munere, ire confestim iussit, denuntiaturum ut omnino aut veniret aut sententiam suam mihi ad synodum relaturo ederet; ad quae is aegre tandem responsum expediens, dixit se, quod Thomas Larissae, Ioannes Naupacti, Germanus Adrianopoleos episcopi censerent, etiam ipsum sentire, ac velle tribus ipsorum suffragiis suum quartum plane consentiens adiungi) exceptis, inquam, his quos modo nominavi, reliqui omnes praesentem exauctorationem patriarchae concordibus calculis decreverunt, sed maiori ex parte ob contuma-

www.libtool.com.cn

ψηφίζοντο, πλὴν ὡς φυγοδικοῦντος τὸ πλέον· τὸ γὰρ σουλτὰν εἴτε Χριστιανὸς εἴη εἴτε καὶ μή, ἐπ' ἀμφιβόλοις ἐτίθουν, ἀποχρῶν δὲ πρὸς καταδίκην τῷ κατηγορουμένῳ τὸ τῆς φυγοδικίας καὶ μόνον ἐνόμιζον ἔγκλημα, ὡς ἐπ' ἐγκλήμασι τῷ φυγοδικοῦντι συμβαῖνον. οἱ δὲ καὶ σφίσιν ἀντέβαινον ἱκανῶς, ὡς εἰ μὲν ὡς κοινωνήσας ἀλλοσεβέσιν ὁ πατριάρχης εὐθύνοιτο, πρῶτον μέν, ἀλλ' ἄδηλον ὂν εἰ ἀσεβεῖς ἐκεῖνοι, τὸ ἔγκλημα συμβαίνειν ἐξασθενεῖν. εἰ δὲ καὶ ταῖς ἀληθείαις ἔξω τῆς αὐλῆς τοῦ Χριστοῦ ὁ σουλτάν, τὸν μὲν πατριάρχην καὶ οὕτως ἀνεύθυνον εἶναι, τοῦ παντὸς ἐπὶ τῷ μαρτυροῦντι κειμένου· ὃ δ' ἦν ὁ Πισσιδίας Μακάριος. εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ συνευθύνεσθαι καὶ τοὺς ἄλλους τῷ πατριάρχῃ, Χριστιανούς γε ὄντας καὶ προσκεκληρωμένους τῷ θείῳ, καθ' ὁνθηποτοῦν εὑρισκομένους βαθμόν, οἷς δὴ καὶ ὠφείλετο ἐξ ἀνάγκης ὑπομιμνήσκειν τῷ πατριάρχῃ καὶ ἀναστέλλειν τὴν ἐκεῖθεν σεβήλωσιν. τὸ δὲ τούτους παραδραμόντας ἐπὶ μόνῳ τῷ πατριάρχῃ δίκην ἱστᾶν μὴ εἶναι δίκαιον τὸ παράπαν μηδ' ἐπιεικῶς εὔλογον. ὁ δ' οὖν Πισσιδίας πρὸς τὸ ἀποβησόμενον ἀφορῶν (τὸ γὰρ ἔγκλημα μαρτύριον ἦν τοῦ καὶ τοῦτον τῇ καταδίκῃ συννπάγεσθαι· οὐ γὰρ ἂν δόξαιεν πάντως τὸν πατριάρχην δικαίως καταδικάζειν, εἰ μὴ καὶ αὐτὸν εὐθύνοιεν)

6. κοινωνήσων P.

ciam non sistendi se iudicio: nam crimen de Sultane longam nec necessariam aiebant poscere disquisitionem de religione eius, qua defungi liceret, in ambiguo relinquendo Christianus necne fuerit, nitendo autem ad damnationem accusati eo quod et certo constaret et secundum leges sufficeret, recusatione videlicet comparendi ante legitimum tribunal, quo rite citatus fuerit. his, quatenus in ambiguo relinquebant crimen de Sultane, obsistebant alii satis verisimili ratione, contendentes plane purgatum de eo videri debere patriarcham. nam eum quidem quo pacto aequum sit damnari, quia profanos in rerum sacrarum communionem admiserit, si profanos istos quos admisit fuisse non constet? et utcumque se res habuerit, idoneum eos pro Christianis habendi patriarcha habuerit auctorem Macarium episcopum Pisidiae, penes quem in solidum eius, si qua est, facti culpa resideat? praeterea non patriarcha solus eo nomine damnandus venerit, sed et alii multi qui simul tunc cum eo in templo fuere, non Christiani solum sed etiam clero adscripti, quorum singulos pro ratione gradus cuiusque stringebat sua pars officii ad excludendos adytis profanos et non communicandum in mystica functione cum non initiatis. quis enim possit dubitare quin saltem ii debuerint admonere patriarcham, et cum non fecerint, quin eius, si quod est, piaculi contagionem in se traxerint, ob quam et ipsi sint poenae obnoxii. praeteritis porro tot aliis participibus culpae, in uno puniendo severitatem haerere patriarcha neque aequum neque tolerabile omnino videri posse. haec videns Pisidiae antistes, et vim praeiudicii ad se quoque in eandem cum patriarcha damnationem involvendum pertinentis secum reputans, tacitus

www.libtool.com.cn

ἐφ' ἡσυχίαν καθήμενος ἦν. τόσον δ' ἐκείνοις ἔμελε τούτου ὥστε
οὐδὲ τὸ πρῶτον συνεκαλέσαντο μαθεῖν ἐξ ἐκείνου τὰ περὶ τοῦ
E σουλτάν. τέως δ' ὅμως οὐκ ἦν αὐτὸν δέχεσθαι τοὺς δι' αὐτὸν
ἐπενεγκόντας τὴν τῆς δίκης ψῆφον τῷ πατριάρχῃ. ὃ δὴ καὶ
συνέβη, ἐξορισθέντος ἅμα τῷ καθαιρεθῆναι, ἢ μᾶλλον καὶ
ἐρήμην ἁλῶναι, κἀκείνου. ὡς δὲ πολλῶν τότε κατατεινομένων
λόγων τέλος καὶ οὗτοι συνῆλθον τοῖς ἄλλοις ἑκόντες ἄκοντες,
κυροῦται ἡ ψῆφος καὶ ὁ πατριάρχης ἐπὶ καθαιρέσει καταδικάζε-
ται. λύσαν δ' αἰψηρὰν ἀγορήν, ποιητικῶς φάναι, τῶν βασι-
λέων εὐφημηθέντων κατὰ τὸ σύνηθες. πλὴν καὶ δύο τάττονται
P 181 παρὰ τῶν ἱεραρχῶν ἱεράρχαι ἀπελθόντες τὰ παρὰ τῆς συνόδου
πραχθέντα σημῆναι τῷ καταδίκῳ.

B 7. Ὀψίας γοῦν δειλῆς πρὸς ἐκεῖνον ἀπηντηκότες, παόν-
τος καὶ τοῦ κλήρου παντός, ἐδήλουν τε τὴν ἀπόφασιν καὶ ὡς
ἐξελθεῖν ἑτοιμασθείη διεκελεύοντο. ὁ δὲ πρῶτον μὲν εὐχαριστή-
σας θεῷ ἕτοιμον ἑαυτὸν παρεῖχεν ἀπέρχεσθαι, ὅπῃ καὶ βού-
λοιντο. ἔπειτα δὲ καὶ πρὸς τὸν κλῆρον στραφεὶς "τὰ μὲν
κατ' ἐμὲ ὅπως συνέβη παραχωροῦντος θεοῦ, οἶδατε, τέκνα·
δεῖ δ' ὅμως εὐπειθεῖν τῷ θείῳ θελήματι, κἂν ὅπως οἰκονομοίη
C τὰ καθ' ἡμᾶς. ἡμεῖς μὲν οὖν ποιμένες ταχθέντες κρίμασιν οἷς
οἶδε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ καλέσαν, εἰ καὶ ἀναξίους, ἡμᾶς,

sedebat. nocuit illi nimius favor patrum. nam ut ei parcerent, abstinuerant ab eo iuridice interrogando tum cum discuteretur patriarchae circa Sultanem factum, cuius ipse pars fuerat. nunc serum erat illum vocare, manifesto utique praeiudicio damnatum. nec poterat locum amplius habere qualiscunque ipsius defensio, iam prolatis multorum sententiis in eos qui cum profanis communicassent, quas suffragia nihilo minus Pisidiensem quam ipsum patriarcham affligebant. itaque damnato patriarcha, aut potius indicta causa propter neglectum vadimonium depositio, Pisidiensis quoque in exilium pulsus est. post multa in ista concertatione ultro citroque allegata, tandem et hi volentes nolentes cum aliis convenerunt, et concordi iam synodi iudicio depositio patriarchae sancita est. solverunt autem, ut poëtice dicam, subitum conventum, et acclamationibus in honorem imperantium editis de more, praetereaque duobus praesulibus electis qui nomine synodi exauctorationem patriarchae denuntiarent suam, finis impositus negotio est.

7. Inde sub vesperam conveniunt patriarcham ii quos diximus ad id a synodo electos, et clero praesente universo, postquam suam illi depositionem iuridice declararunt, eadem ipsum auctoritate iusserunt expedire sese ac comparare ad proximum discessum. at ille gratiis primum deo actis, promptum paratumque se exhibuit ad eundum quo vellent. tum ad clerum conversus "res" inquit "uti se meae habeant deo permittente, nostis, filii: oportet tamen acquiescere divinae voluntati, et boni consulere quidquid de nobis providentia decrevit. nos cum faissemus pastores praefecti iudiciis nostis Spiritui Sancto, qui vocavit nos quamvis indignos,

www.libtool.com.cn

ὅπως κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῶν ἐποιμάναμεν καὶ τὰ καθ' ἡμᾶς διεξ-
ήγομεν, οὐ καλῶς μὲν ἴσως, ἱκανῶς δὲ κατὰ τὴν ἡμετέραν δύ-
ναμιν, οἴδατε· τί τὰ δῆλα καὶ λέγω; ὅμως πολλοὺς μὲν ἴσως
καὶ ἐλυπήσαμεν, παρὰ πολλῶν δὲ καὶ ἐλυπήθημεν, συνδιαφέ-
ροντες ἀλλήλοις τὰς παρ' ἀλλήλων ἀπεχθείας. τοιαῦτα γὰρ τὰ D
τῆς ἐκκλησίας σπλάγχνα, ὡς καὶ βαρυνομένων ἡμῶν ὡς πατέ-
ρων ὑμᾶς ὡς τέκνα ἀνέχεσθαι, καὶ ἀπεχθανομένων τινῶν ὑμᾶς
αὖθις ἀλογοῦντας τῆς ἀπεχθείας ὡς μέλη γνήσια περιέπειν τοὺς
ἀπεχθανομένους. νῦν οὖν καιρὸς ἀλλήλοις ἀφεῖναι τὰ ὀφειλή-
ματα. καὶ δὴ τὸ μὲν ἀπ' ἐμαυτοῦ ἐκπληρῶ, καὶ συγχωρῶ πᾶσι, E
καὶ ὅπῃ τῷ θεῷ βουλητὸν προθύμως ἀπέρχομαι. ὑμεῖς δὲ ἀλλὰ
τὰ τῶν σκευῶν τὰ τῆς ἐκκλησίας, καὶ ὅσα ἐν πέπλοις τιμίοις καὶ
λεπτάνοις ἁγίων καὶ βίβλοις, ἀπελθόντες καὶ καθ' ἓν ἰδόντες καὶ P 182
ἀναψηλαφήσαντες παραδέξασθε, μὴ καί τις ἱεροσυλίας ἡμᾶς
γράψηται. καὶ τὸ λοιπὸν χαίρετε ἐν κυρίῳ, τέκνα, καὶ σώζε-
σθε. ἡμῖν δὲ ὁ ἐπενδύτης καὶ τὸ πυξίον καὶ τρία τῶν νομισμά-
των, ἃ δὴ καὶ τῷ πατριαρχείῳ προσβαίνοντες εἴχομεν κατὰ κα-
νόνα τῶν μοναχῶν, καὶ ταῦτα ἰδίοις κόποις τοῖς ἐκ μετεγγραφῆς
ψαλτῆρος κτηθέντα, πάλιν λαβόντες ἔξιμεν." ταῦτα καὶ τοι- B
αῦθ' ἕτερα πρὸς τὸν κλῆρον εἰπών, ὥστε καὶ ἐκ τοῦ σχεδὸν

tamen prout potuimus gregem pavimus et vos ecclesiamque gubernavimus, forsitan non bene, veruntamen, quantum virium facultatisque nostrae tenuitas tulit, fideliter. testes vos habemus omnium: quid attinet nota proloqui? inter haec fieri potest ut nos molestiam multis facessiverimus, uti et vicissim perpessi sumus molestias plurimorum. ignoscamus condonemusque nobis invicem mutuas offensiones in visceribus ecclesiasticae caritatis. nam inter nos comparatae necessitudinis poscit officium, ut et nos patres libenter feramus quae gravia perpeti a filiis contingit, et vos filii quod a paterna gubernatione minus gratum interdum accidit tolleretis; itemque quae forte a fratribus offensiones existunt, non mutuis ulciscendi odiis, sed ut membra eiusdem corporis vera illos ipsos graves vobis et infestos amplectamini. tempus nunc est dimittendi invicem debita. equidem, quae in hoc meae partes sunt, quam plenissime possum exequor, indulgens condonansque cunctis cuncta; et quo deo placitum est, alacris pergo. vos ite, censum facite ecclesiae vasorum; et quidquid velorum caeteraeque pretiosae vestis, quidquid sanctarum reliquiarum et librorum ecclesiasticae habent capsae, recognoscite, probate, numerate, accipite, ne quis deinde nos sacrilegae rapinae possit accusare. de caetero gaudete in domino, filii, et salvete. nos palliolo, pugillaribus et tribus nummis, mercede operae librariae describendo psalterio locatae, quae omnia iuxta monasticam regulam prius possedimus quam patriarchales sedes ingrederemur, ut proprias resumptis, eximus." haec et alia eiusmodi quaedam effatus ad clerum, et tanquam mox discessurus properare iussis quibusdam e praesentibus, quorum ego unus fui, ad sacram

www.libtool.com.cn

ἀπελθεῖν τινας ἐπὶ τῇ τῶν ἁγίων παραλήψει, ὧν καὶ αὐτὸς ἦν, στραφεὶς πρὸς τοὺς πεμφθέντας "ἀδελφοὶ" εἶπεν, "ἰδοὺ ἡτοιμάσθην, καὶ οὐ ταραχθήσομαι, κἂν ὅ τι καὶ ἐπ' ἐμοὶ βούλοισθε. τὸ οὖν ὑμέτερον, ὡς φατέ, κατεπράχθη. πραττέτω καὶ τὸ λεῖπον ὁ βασιλεύς, καὶ ὅπου ἰτέον ἡμῖν ἐξ αὐτῆς κελευέτω, ἢ μᾶλλον πεμπέτω καὶ τοὺς ἀπάξοντας. οὐδὲ γὰρ ἐρίσομεν τὸ παρύπαν, κἂν ξίφος προσετοιμάζοι κἂν θάνατον." ταῦτ' εἰπὼν ἀπέπεμπε μετ' εἰρήνης πάντας, αὐτὸς δὲ τοῖς ὅλοις ἐξαμελήσας ἐκάθητο, τὸ ἀπὸ τοῦ κρατοῦντος ἀναμένων πρόσταγμα.

8. Νὺξ ἦν, περί που τὰ τελευταῖα Πυανεπιῶνος, ὅτε καὶ πρὸς τὸ αἰθριώτερον καθίσταται ὁ ἀὴρ τῶν ἀπὸ τοῦ χειμῶνος ἀπαλλαγεὶς δυσχερῶν, τὸ πολὺ τῆς νοτίδος ἀποβαλών. καὶ δὴ τὴν πρώτην φυλακὴν τῆς νυκτὸς ἐκείνης οἱ τοῦ βασιλέως πέμπονται ἐφ' ᾧπερ τὸν καταδικασθέντα καταγαγόντες ἀπαγαγεῖν ὅπου καὶ προσετύχθησαν. ὡς γοῦν αὐτίκα κατήγετο, ἐπιβὰς τοῦ μεγίστου ναοῦ, στὰς πρὸς ταῖς μεγίσταις πύλαις, ἀφωσίου τῷ δεσπότῃ Χριστῷ τὰ εὐχαριστήρια προσκυνῶν τε καὶ συνταττόμενος. ὡς δ' ἔμελλε διὰ τῆς κατ' ἀνατολὰς πύλης ἐξέρχεσθαι ἐφ' ᾧ καταλαβεῖν τὸ ἐν τῇ Βαρβάρᾳ κελλύδριον τοῦ θαυματουργοῦ Νικολάου, ὃ δὴ καὶ συνίστατο τότε πρὸς τῇ θαλάσσῃ καὶ ὡς μετόχιον τῇ Ὀξείᾳ ἡρμόζετο (ἐκεῖ γὰρ προχείρως κατεδικάζετο ἀπελθεῖν, καὶ τοῦτο κατ' οἰκονομίαν οἶμαι θεοῦ, ὅτι καὶ τὸ ῥά-

ut dixerat supellectilem numerato recipiendam, conversus ad missos a synodo "fratres," inquit, "en paratus sum, et non turbabor, quidquid de me volueritis. quod vestrarum, ut dicitis, erat partium, fecistis. faciat et imperator quod reliquum est, et quo eundum nobis sit extemplo praescribat, aut potius qui eo deducant mittat: non enim resistemus, aut quidquam omnino recusabimus, sive is gladium sive mortem etiam paret." his dictis dimisit in pace omnes. ipse placide omnium securus assedit, ab imperatore mandatum expectans.

8. Nox erat circiter extrema Maii mensis, cum in serenitatem exhilaratus aër ex hiberno rigore, et humoris per vernos tepores exuberantis parte magna resoluta, liquido liberius coelo ridet, quando circa primam vigiliam adfuerunt quos imperator miserat ad condemnatum abducendum quo iussi erant. is cum abduceretur, superatis gradibus templi maximi stans ad portam maiorem gratias egit venerabundus Christo domino, adorans et ut in digressu vale dicens. mox cum exiturus esset per obversam Orienti portam, ut ad cellulam in Barbara sitam mirifici Nicolai se conferret (ea tunc domuncula mari admota, et ad Oxeensis monasterii ius dominiumque pertinens, ideo parata fuerat obiter excipiendo Arsenio, quod ei sedem exilii apud Oxeam, opportunitatem quamdam loci secutus, imperator decreverat, id quod equidem non sine numine factum arbitror, dum animo reputo sacram monachi vestem ac professionem pri-

www.libtool.com.cn

κος ἐκεῖνος ἐν τῇ Ὀξείᾳ πρώτως ὑπέδυ τὸν μοναχὸν μεταμφιεννύμενος) — ὡς τοίνυν πρὸς τῇ ἐξόδῳ τῆς ἐκκλησίας ἦν, αἰθρίας P 183
ἐς τότε οὔσης κατ᾽ οὐρανὸν ἐξαίφνης νέφος σκοτόεν ἐπλήρου τὸ πᾶν, καὶ ῥαγδαῖος συνάμα χαλάζῃ κατεφέρετο ὑετός, χρῆμά τε ἐξαίσιον ἀστραπῶν τὸν ἀέρα πυρεκβολοῦν ἐξέκαιε, καὶ κτύποι βροντῶν συνεχεῖς τὰ τῶν ἀκουόντων συνετάρασσον ὦτα. κἀκεῖνος ἐν τόσοις δεινοῖς τοῖς ἀπάγουσιν εἵλκετο, ἕως καὶ ἐς τὴν μονὴν κατηντήκεσαν. ἐκεῖσε γοῦν διαγαγόντος τὴν ἡμέραν, τῇ ἐπιγενομένῃ νυκτὶ νηΐ ἁλιάδι ἐνθέμενοι περιώριζον ἀνὰ τὴν Προι- B
κόννησον, τῷ ἐκεῖσε μονυδρίῳ τῷ ἄνω τῆς ἐγχωρίως λεγομένης Σούδας κειμένῳ ἐγκατακλείσαντες, τάξαντες καὶ ὀπτῆρας ἐκ τῶν βασιλικῶν, ὡς μὴ θεῷτο τοῖς βουλομένοις.

9. Οὕτω μὲν οὖν τὰ κατ᾽ ἐκεῖνον διαταξάμενοι, ἐπεὶ καὶ C
τοὺς πατριάρχας ἐπ᾽ ἐκείνῳ γνωμοδοτεῖν τῶν ἀναγκαίων ἐνόμιζον, ἀξιουμένων ἐκείνων ὁ μὲν Ἀντιοχείας Εὐθύμιος ὡρμημένος καὶ πάλαι εἰς τὴν κατ᾽ ἐκείνου ἀπέχθειαν ὡς μὴ παρ᾽ ἐκείνου εἰς κοινωνίαν δεχόμενος, αἰτίαν φέρων, εἰ ἀληθῆ ἄδηλον ὄν, ὅμως δὲ φέρων ἐκ φήμης ὡς συγκοινωνοίη κατά τι τοῖς Ἀρμενίοις, τότε διὰ ταῦτα καὶ προσαπεδέχετο τὸ ἐκποδὼν ἐκεῖνον γενέσθαι καὶ D
συνήνει γνωμοδοτῶν. ὁ δ᾽ Ἀλεξανδρείας Νικόλαος τοσούτου συναινεῖν ἐδέησεν ὥστε καὶ καθάπαξ τῶν καταψηφισαμένων

num ab Arsenio susceptam apud Oxeam) cum, inquam, in eo esset ut templo egrederetur, et sudum purumque coelum esset, foeda repente nubes tetra cuncta caligine complevit, vehemensque simul imber mista grandine decidit, fulguribus horrendis late aërem incendentibus. Per has ille aerumnas ab abducentibus trahebatur, quoad in illam, de qua dixi, domunculam pervenerunt; ubi cum diem posterum transegissent, nocte insecuta navi Arsenium piscatoriae imponentes, deportatum ultra Proconnesum incluserunt mansiunculae illic sitae supra locum, quem vulgo incolae Sudam vocant, appositis custodibus e satellitio imperatoris, ne adiri exul a quibusvis invisere volentibus posset.

9. Horum in hunc modum contra patriarcham Arsenium actorum magni referre, quinimo necessarium esse, qui egerant putabant, ut caeteri patriarchae auctores fierent concordibus in ea suffragiis dandis. cum igitur illi ut id annuerent rogarentur, Antiochenus quidem Euthymius facile assensus est: erat enim haud obscure iam olim Arsenio infensus, quod ab ipso in communionem non reciperetur. causa ferebatur (haud equidem definierim an vera: sed hanc tamen vulgus sermone celebrabat) quod Antiochenus communicasset quadam in re cum Armeniis. quare idem occasione ultionis cupide arrepta exauctorationem adversarii libenter amplexus est, et suae illam sententiae auctoritate adiuncta confirmavit. at Alexandrinus Nicolaus tantum abfuit a comprobando facto, ut semel ea causa illos qui Arsenium damnaverant a sua communione abscissos

www.libtool.com.cn

ἐσχίζετο καὶ ἔμεινεν ἕως τέλους ἐν τούτῳ, μηδὲν μεταλλάξας τῶν
E ἐγνωσμένων. (10) τῶν δ' ἀρχιερέων, πλὴν τῶν προτέρων
ἐκείνων, Μανουήλ τε τοῦ Θεσσαλονίκης καὶ τοῦ Σάρδεων Ἀν-
P 184 δρονίκου, οὐδεὶς ἄλλος ἦν ὁ σχιζόμενος. τὸν Ἀνδρόνικον, ὡς
καὶ κατὰ μοναχοὺς ἀποκαρείη, φθάσαντες εἴπομεν. ὃν καὶ ἐπὶ
τῆς αὐτοῦ πατριαρχίας Ἀρσένιος, εὖ εἰδὼς ὡς δι' ἐκεῖνον τὸ
πρῶτον ἐξορισθέντα ὑπέδυ τὰ μοναχῶν ἐξεπίτηδες, ἤθελεν ἀνορ-
θοῦν ἀποθέμενον εὐθέως τὰ ῥάκη. ἀλλ' οὐκ ἐξεγένετό οἱ εἰς
τοῦτο καὶ τοὺς ἱεράρχας συμπείθειν. ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνος τότε
B τῷ πατριάρχῃ κατ' ἰδίαν κοινολογησάμενος εὗρεν, εἰ μόνον θε-
λήσοι καὶ ἡ σύνοδος, κατανεύοντα, ἐξελθὼν ἐκεῖθεν ἔγνω πείρᾳ
διδόναι τὸ πρᾶγμα. καὶ δὴ κατὰ μίαν τῶν συνοδικῶν ἡμερῶν,
συνεγνωκότος καὶ τοῦ πατριάρχου, μανδύαν τε ἀρχιερατικὸν πε-
ριβάλλεται καὶ ἐπὶ κεφαλῆς τὴν ἱερὰν ἐπιτίθεται κίδαριν, καὶ
καθεσθεὶς ἔξω καιρὸν ἐζήτει συνελθεῖν τῇ συνόδῳ τῷ πατριάρχῃ
συνεδρευούσῃ. ὡς δ' ἠγγέλλετο τῇ συνόδῳ τὰ περὶ τούτου περι-
C μένοντος καὶ ἀρχιερατικῶς ἐστολίσθαι ἐμάνθανον, δεινὰ ἐποίουν
καὶ οὐκ ἤθελον δέχεσθαι. ὡς δέ τις ἐκείνων καὶ τὴν ἐπιστολὴν
ἐνεφάνιζε τὴν ἐκείνου, ἐν ᾗ ἐπέγραφεν ἑαυτὸν οἰκείαις χερσὶν
Ἀθανάσιον, αὐτίκα τῷ μὲν πατριάρχῃ τὴν τοῦ βοηθεῖν ὁρμὴν
ἠμβλύσθαι καὶ τὸ ὑπὲρ ἐκείνου θερμὸν ἐψῦχθαι συνέβαινε, τῷ

4. τὸν] τὸν δ'?

nunquam amplius admiserit, neque eorum quae tali occasione decreverat mutare quidquam ad finem usque voluerit. (10) episcoporum vero, praeter priores illos Manuëlem Thessalonicensem et Andronicum Sardensem, nullus alius schisma faciebat. Andronicum detonsum in monachum supérius diximus. hunc Arsenius, postquam restitutus patriarchali throno fuit, sciens sua causa expulsum, ut exilium lucrifaceret, monasticam vestem induisse, reponere in statum pristinum voluit, sed non valuit aliorum in id antistitum elicere consensum. res in hunc transacta modum est. egit secreto Andronicus cum Arsenio iterum patriarcha, et ex eo intellexit per ipsum non stare quo minus continuo deposito monachico centone episcopales iterum infulas sumeret: addi modo ad suam curaret patrum quoque ac synodi voluntatem. his Andronicus cognitis experiri negotium decrevit; et quadam die, qua congregati antistites erant cum patriarcha rei conscio, episcopalem humeris mandyam, capiti cidarim imponit, et sic ad fores sedens postulat admitti. mantiatur patribus quis, quo ornatu, quid peteret. displicuit plerisque ausum esse inusitatum monachum episcopalem resumere ornatum. ergo hominem consensu rejecerunt. et cum aliquis quandam eius epistolam protulisset, cui se ipsum manu propria Athanasium inscripserat, contigit patriarchae quoque ipsi invasdi eius hebetari impetum et studii erga eum refrigescere ardorem, ipsum vero perculsum infelici successu ad quietem vitae, quam frustra exercere

www.libtool.com.cn

δ' ἀνακοπέντι καθυφεῖναι τῆς πείρας καὶ ἀπραγμόνως ἐντεῦθεν διάγειν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρότερον· τότε δὲ πολλοὶ τῶν τε μοναχῶν καὶ τῆς λαώδους μοίρας ἀποσχισθέντες καθ' αὑτοὺς συνελέγοντο, "μὴ ἅψῃ μηδὲ θίγῃ τὸ παράπαν" λέγοντες "ὃς ἂν συναινοίη τῇ καθαιρέσει τοῦ πατριάρχου ἢ μὴν κοινωνοίη τοῖς συναινοῦσιν." ἀλλ' ὁ βασιλεύς, ἐπεὶ οὐκ ἦν τὴν ἐκκλησίαν ἀπολιμαντον διαμένειν, τοῖς μὲν ἀρχιερεῦσιν ἐφῆκε ψηφίζεσθαι τὸν σφίσιν δοκοῦντα, αὐτὸς δὲ βαθύ τι συνορῶν, καὶ ἀναστέλλειν θέλων τὰ σχίσματα, σύναξίν τε κοινὴν παραγγέλλει, καὶ πάντων ἐν ταὐτῷ συλλεγέντων ἐκ τοῦ παραθύρου τῆς αὐτοῦ κέλλης, ὃ δὴ καὶ σιδηροῖς τοῦτο μὲν ὀρθίοις τοῦτο δ' ἐγκαρσίοις περιεδρυφακτοῦτο τοῖς κάμαξι, λόγων ἥπτετο πρὸς αὐτοὺς τοιῶνδε. D E

11. "Ἐγὼ νομίζω, ὦ τῆς ἐμῆς βασιλείας ὑπήκοοι, μηδένα τῶν ἁπάντων ὑμῶν ἐπὶ τοσοῦτον ἥκειν φρενοβλαβείας ὥστε μὴ ἑαυτῷ θύνασθαι χρῆσθαι συμβούλῳ ἀλλὰ τῷ πέλας. εἰ γὰρ καὶ ἡ παρὰ τῶν ἄλλων βουλὴ συλλαμβάνειν τὰ πλεῖστα πέφυκε τοῖς βουλευομένοις (ταύτῃ γὰρ καὶ συμβουλὴ λέγεται εἰς ταὐτὸ συναγομένων ἀμφοῖν τῶν βουλῶν), ἀλλ' ἀναγκαῖον τοῦτο ἐφ' ὅσοις ἐπ' ἀμφιβόλῳ κεῖται τὸ βουλευόμενον, ὡς ἀμφοτέρωθεν λογισμοὺς ἰσορρόπους κινεῖσθαι, κἂν ὁποίας τις ἅψηται. P 185 B

tentaverat, constantius deinceps amplectendam domitum repulsa convertere animum. sed haec prius evenerant: tunc autem multi monachi et laici e plebe, abscindentes sese a communione eorum qui damnaverant Arsenium, seorsim convenerunt, et vulgare carmen aversantium usum commerciumque profanorum adhibendum sibi nunc ad excludendos a se reliquos sanxerunt, "ne tractes" dicentes, "ne tangas, ne omnino ad ullam consuetudinis partem admittas ullum eorum qui vel patriarchae exauctorationem probaverint vel probantibus communicaverint." caeterum imperator intelligens non posse relinqui ecclesiam sine pastore, electionem patriarchae liberis antistitum suffragiis permisit. ipse altius reputans perniciem schismatum, si ruere qui errare coeperint sinantur, concione omnis generis hominum vocata, e fenestra cubiculi clathrata ferro, rectas transversis decussatim nectentibus virgis invicemque in cratis formam implexis, hunc ferme in modum disserere orsus est.

11. "Equidem existimo, o meo imperio subiecti, neminem omnium vestrum eo stultitiae processisse, ut non suo ipsius sed alterius solum uti possit consilio. etsi enim aliorum sententiam exquirere ac cum sua conferre deliberantes solent, unde Graecum consilio nomen ortum est, ut συμβουλή diceretur quasi sententiarum in unum collatio duarum, tamen id tantum locum habet in rebus quarum in ambiguo pendet iudicium, paribus utrimque argumentis aiendi negandique incertum eligendi arbitrium librantibus. ubi autem haud dubiis in lancem alteram momentis

www.libtool.com.cn

ἐφ' ὅσοις δὲ ἑτερορρεπῆ τὰ τῆς δόξης, ὡς ἐντεῦθεν μὲν μετὰ τοῦ καλοῦ καὶ τὸ πάγιον ἀναφαίνεσθαι, ἐκεῖθεν δὲ δῆλον εἶναι τὸ βλάπτον, εἰκαῖον ὄντως καὶ ἀλυσιτελὲς λογισμῶν συντρόφων ὑπερορῶντα ἀλλοτρίοις χρῆσθαι, οἷς ἔνι μὲν ἀβουλία, ἔνι δ' ὄρεξις πρὸς τούτοις καὶ τὸ ξένον ἀεί ποτ' ἀνάλγητον, ὡς παντὸς τοῦ οἰκείου πεφυκότος πιέζειν. δεῖ τοίνυν γε καὶ ὑμᾶς τοῖς ἐφ' ἑαυτῶν λογισμοῖς προηγουμένως χρῆσθαι, καὶ οὕτω δοκιμάζειν τοὺς ἔξωθεν. ὃς δὲ τῶν οἰκείων ὑπερφρονῶν ἑαυτὸν τοῖς ἔξωθεν λογιζομένοις παρέχει ὡς εἴ τι ἂν φέροιεν ἐκεῖνοι προσέξων, ὁ τοιοῦτος ὁμολογῶν ἴστω ὡς ἄφρων ἐστὶ τὸ καθ' αὑτόν. ἄφρονος δὲ πάντως τὸ μήτ' ἀφ' ἑαυτοῦ συνιέναι, καὶ τὸ κἂν τις καὶ τῶν ἔξωθεν λέγοι, μὴ διακρίνειν εἰδέναι τὸ κρεῖττόν τε καὶ τὸ χεῖρον· καὶ λοιπὸν οὐδὲ τῆς θυραίας ἐκείνῳ συμβουλῆς ὄφελος. τὰ οὖν ξυμπεσόντα οἴδατε πάντως, καὶ οὐδὲν ἐξ ἡμῶν τῶν γενομένων κέκρυπται· ἐπὶ τούτῳ γὰρ καὶ ᾠκονομεῖτο ἡ ἐφ' ἑκάστῳ ὑμῶν ἐνταυθοῖ συνδρομή, οὕτω τοῦ ἡμετέρου κελεύσαντος κράτους. τοῦτο γὰρ καὶ ἄλλοτε ξυνέβη. πλὴν τὸ ἐπὶ ταῖς αἰτίαις διαλλάττον ἀμφισβητεῖν παρέξει τισί. τότε μὲν οὖν ἐθελίμου παραιτουμένου τοῦ ἐπὶ τῆς πατριαρχίας ὄντος ἄλλος ἀντικαθίστατο· νῦν δὲ καὶ ἐπὶ κεφαλαίοις καθαιρεθέντος, ὡς οἴδατε, ἄλλον ἐγκαταστῆναι τὸ εἰκὸς δίδωσιν. ὃ γοῦν ἐκ τοῦ παρελθόντος ἐσφάλη, τοῦτο πρὸς τὸ μέλλον βέλτιστον προοικονομεῖν.

fas et aequum vergit, adeo ut hinc quidem manifeste honestum et tutum appareat quod proponitur, illinc quod ostenditur evidenter noxium cernatur, tum enimvero vanum inconsultumque sit quempiam innato intimoque naturae ac menti propriae sensu abdicato alienis uti consiliis, quibus inest quidem imprudentia, inest et cupiditas, praetereaque prurigo novitatis et quaedam malesuada dulcedo inexpertorum, inquieto coniuncta taedio solitarum et quotidianarum rerum. faciendum igitur vobis est ut ante omnia vestris ipsorum mentibus ac iudiciis auctoribus utamini, et ad horum examen vocetis quae vobis aliunde suggeruntur. nam qui suis ipsius ratiocinationibus reiectis, aliunde oblatis advertit animum et inhaeret obnoxie, is sane habendus pro fatente se stultum et iudicii expertem. stulti quippe ac iudicio destituti omnino est nihil ex se intelligere, sed quidquid aliunde offertur caeca credulitate recipere, melius id sit an peius nihil discernendo. tali autem non video quid prosit suggestum ab alio consilium. quae nuper contigerunt scitis omnes: nihil eorum quemquam vestrum latet. idcirco huc concurristis, vocante ac iubente me. quod factum modo est, contigerat et alias. verum similium eventuum duorum diversae causae ambiguitatem obiicere quibusdam possent. tunc quidem ei qui voluntarie dignitatem patriarchalem abdicaverat, subrogatus est successor: nunc cum ob crimina depositi, ut scitis, locum alteri tribuere oporteat, par et aequum est praecavere, ne quod priore illa simili occasione perperam actum est, iterum hoc tempore attententur. tunc

www.libtool.com.cn

τότε τοίνυν τινὲς τῶν τῆς ὀχλώδους μοίρας καὶ ἀπαιδεύτων, οἷς ἡ ταραχὴ τῆς ἐκκλησίας ἀσμένισις, παρεισδυόμενοι ταῖς τῶν ἀνθρώπων οἰκίαις πορισμὸν εἶχον ἐντεῦθεν τὸ σχίσμα. κἂν μετῇ- P 186
μεν ἐκείνους, εἰ μήτε τὸ βραχὺ τοῦ καιροῦ ἐκείνοις τε τῆς ἀταξίας καὶ ἡμῖν τῆς ἐπεξελεύσεως ἐμποδὼν ὡρμημένοις ἔστη. τοιοῦτόν τι καὶ τὰ νῦν ὑποπτεύεται γίνεσθαι· οὐ γὰρ ἀπόλωλεν ἡ ἀταξία, ὥς τινας ἐπειλημμένους αἰτίας πάλιν ἀνασοβεῖν καὶ τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ σχίζειν πειρᾶσθαι. τὸ γοῦν ἐκείνους ζητεῖν, φύσιν ἔχοντας ἄντικρυς ἐξ ἐθισμοῦ συνεχοῦς ταῖς γωνίαις ἐπηλυγάζεσθαι καὶ κρυφηδὸν τὸ αὐτῶν πράττειν ἔργον, ἄλλως δέ γε B
καὶ περιττόν· τοῖς δ' ὑπαγομένοις οὕτως ἀβούλως τοῖς ἐκείνων ἀρισμοῖς προστιμᾶν τῶν χειρίστων οὐ κατοκνήσομεν. εἰς τί γὰρ καί τις σκανδαλισθείη; ὅτι μεταλλάττεταί τι τῆς δόξης αὐτῷ; ἀλλ' οὐδὲν τῶν ἡμετέρων παραβέβασται, μὴ δή τι καὶ παραβαθείη τὸ σύνολον. ἀλλ' ὅτι τοῦ συνήθους ἐξέστραπται; ἀλλ' οὐδὲν ἔχοι ἄν τις εἰπεῖν, κἂν πολλὰ κάμοι. ἀλλ' ὅτι ὑπὸ ποιμένα τελοῦντες, ἐκείνου παρακινηθέντος αἰτίαις ἱκαναῖς, ἄλλου τὸ C
παράπαν οὐκ εὐμοιρήσετε; ἀλλὰ μὴν καὶ εὐμοιρήσετε καὶ κρειττόνως ὑπ' ἐκείνῳ διάξετε ποιμαινόμενοι. τίνι γὰρ ἀπ' ἐκείνου τῶν πάντων εὖ ἐξεγένετο πράξειν καὶ τὰ τῆς ἡμετέρας εὐμενείας

12. προτιμᾶν P.

quidam e turbulento genere indoctorum hominum, quos delectat ecclesiae tumultus, insinuantes se domibus fructum inde ipsis optatum schisma retulerunt. describerem informaremque plenius quinam illi fuerunt, nisi quam mihi praescripsi brevitas, illos honore mentionis nostrae, nos labore de iis fuse dicendi, licet ad id promptos inclinatosque prohiberet. iteranda nunc fore quae tunc acta sint, prona prudensque suspicio est: non enim perversitas extincta est funditus. facile, inquam, est quosdam arripientes occasionem nocendi, conturbare iterum et dei ecclesiam scindere conari. quid hoc genus hominum spectet, quid venentur et captent isti, ex usu assiduo quasi naturam habentes delitescendi in angulis et suum opus clanculum actitandi, supervacaneum sit dicere: illud non cunctabor facere, quod puto necessarium, increpare videlicet pro rei pernicie acriter stoliditatem inconsultam illorum qui abduci se sinunt susurrationibus istorum. quid est enim cur quis hinc scandalizetur? an quod immutatum ipsi quidquam sit de Christiano quod tenebat dogmate? verum nec hactenus quidquam e sacrae doctrinae placitis motum est, ac ne quidquam in posterum moveatur, et vota facimus et operam pro virili dabimus. quid igitur? an quia verti aliquid contigit eorum quibus insueramus? at id quidem ne interdum accidat vitari nulla contentione possit; quare vanum sit hac de re queri. an denique quod pastorem vobis praepositum sortiti, eo deinde iustis et necessariis amoto causis, desperatis fieri posse ut alium unquam aeque commodum nanciscamini? atqui ne dubitate: nanciscemini etiam commodiorem, a quo indulgentius curemini, sub quo felicius vivatis. nam ab isto quidem electo cui uni tandem ve-

www.libtool.com.cn

ἔξειν, ἤν που ἀβουλήτοις καὶ περιπέσοι; διὰ τί; καὶ πάντως οὐ νῦν εἰς ταὐτὸν ὑμᾶς συνῆξα σκοπῶν ὅπως ἂν αὐτὸς τοῦ ἡμετέρου κράτους κατηγοροίην· ἀλλὰ τὴν αἰτίαν λέγω, καὶ οὐκ ἐπικρύ-
D πτομαι, τοῦ μή τι τυγχάνειν τῶν προσηκόντων ἐκ βασιλικῆς νεύσεως τὸν ἐλέους χρῄζοντα. οὔτε γὰρ ἐκείνῳ τὰ πρὸς ἡμᾶς εὔοδα, κωλυούσης τῆς ἀπεχθείας, οὔθ' ἡμῖν μὴ παρ' ἐκείνου ἀξιουμένοις τὰ τῆς εὐμενείας ἀνυστὰ πρὸς τὸν χρῄζοντα, ὅπου γε καὶ εἰ ἠξίου, οὐκ ἂν ἐτύγχανε τῶν δεόντων, καὶ τί γὰρ δεῖ ἐπικρύπτειν; οὐχ ἡμῶν πρὸς τὸ εὖ πράττειν ἀποπεφυκότων, ἀλλ' ἐκείνου μὴ
E οἰκονομοῦντος τῇ ἀξιώσει τὸ εὔχαρι. τίκτεσθαι γὰρ χάριν χάριτι μεμαθήκαμεν, καὶ οὐκ ἦν αὐξάνειν τὸν ἔρωτα γεννηθέντα, μὴ ἐπιγεννηθέντος καὶ τοῦ ἀντέρωτος. τάχα ἂν μυθολόγον με οἰηθείητε. ἀλλὰ τὸ τοῦ μύθου ὡς ἀληθείᾳ προσπαῖον ἐπαινετόν. ἔφησε γὰρ καί τις τῶν ἔξω ἐρημίας γείτονα τὴν αὐθάδειαν· τῷ γὰρ αὐθάδει οὐδεὶς προσέξοι προσβάλλων, κἀντεῦθεν ἐρημωθέντι τῶν ἄλλων καθ' αὑτὸν αὐτὸν διάγειν ξυμβαίνει. τί γοῦν τὸ εἰσέπειτα; εἰδήσετε πάντως καὶ εὐμενείας ὑμῖν προσβαλλούσας ἀκτῖνας, τοῦ ποιμένος κινοῦντος τὴν ἡμετέραν γνώμην ὑπερ-

strum omnium iuvari unquam et beneficio affici contigit? quem etiam dolens indignansque recolo fructum nostrae in vos pronae ac paratae in necessitatibus quae inciderant liberalitatis intervertisse. poenitens hoc, inquam, et me reprehendens reputo: quin idcirco vos huc convocavi, ut me ipse accusarem apud vos benignitatis rarius ac parcius exercitae. simul tamen clare dicam eius errati causam, nec dissimulabo amplius impedimento fuisse patriarcham ne qui ex vobis egerent a nostra liberalitate quo opus habebant consequerentur. etenim cum nec ille ventitaret ad nos, prohibente odio quo a nobis immaniter abhorret, nec nos ad illum accedere possemus, quippe qui sciremus haud admissum iri, nulla restabat nobis via cognoscendi legitimo et consueto patris communis indicio necessitates pauperum, iisque providendi. quamquam (fatebor enim) neque si maxime indicaret ille rogaretque, idoneus interveniret deprecator nobis ad misericordiam flectendis, aut quidquam impetraret, non quod natura duri simus et a dando aversi, sed quod in summa illa dignitate ingratissimum erga nos se praebens indignum se reddiderit, cui gratificari tanti duceremus. gratia quippe, ut saepe dici audivimus, gignit gratiam, nec potest amor natus adolescere, quin paribus assurgat incrementis alius post priorem genitus, mutuus amor, Anteros, vocatus. haec me loquentem parum aberit quin fabulatorem opinemini. caeterum fabula, ut in scopum veritatis recta collineans, non raro utilis et laudabilis habetur. non male quidam externorum dixit solitudini finitimam superbiam esse, idcirco quod superbum nemo curat, nemo adit, unde necesse fit eum semotam a consuetudine hominum et solitariam vitam degere. quid autem in posterum? aio et confirmo vobis: mutationem in melius magnam experiemini. pervenient ad vos benigni radii nobis innatae beneficentiae, nulla iam intercepti nube patriarchalis offensionis:

τάτοις μεσατείας τρόποις. μόνον μή τις ἐνδῷ πρὸς τὸ χεῖρον, μηδέ τις τὸ καθ' αὑτὸν σκοπῶν καὶ μόνον ἐν οὐ παικτοῖς παιζέ- P 187
τω, μὴ δ' οὐκ ἐπ' ἀνυστοῖς σπουδαζέτω. τὰ γὰρ καθ' ἕκαστον ὀλισθήματα ἐμπιπλᾶσι πραγμάτων τὰς πόλεις, καὶ ἑνὸς ἁμαρτάντος πολλοὶ τῶν κακῶν ἀπηύρων. φεύγετε τοίνυν τὰς παρασυνάξεις, καὶ τοῖς σχίσμασιν ἀπεχθάνεσθε. πολλοὶ σακκοφόροι ταῖς οἰκίαις ὑμῶν παρεισδύσονται, οὐχ ὅπως ὑμῖν εὖ γένηται προθυμούμενοι, ἀλλ' ὅπως ἂν αὐτοῖς παρ' ὑμῶν πορισθείη τὰ κατὰ χρείας σκοποῦντες. εἶτα κατηγορήσουσι μὲν βασιλέων, B
καινὰ δὲ τοῖς παλαιοῖς μίξαντες μὴ καλῶς ἔχειν τὰ τῆς ἐκκλησίας ἐποίσουσι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ αὐτοὺς τάχα πλανᾶσθαι τὴν διόρθωσιν (οὕτω γὰρ ἐκεῖνοι ἴσως ἂν καὶ λέξειαν διαβάλλοντες) ἀποκαραδοκοῦντας. τί γοῦν ποιητέον ὑμῖν ἐστί; τὸ μὲν μεταδιδόναι καὶ τοῖς ἄλλοις τῶν ὄντων οὐ φθόνος· πραττέτω τις ὡς βούλεται τοῦτο. τὸ δὲ τοῖς λόγοις αὐτῶν καθυπάγεσθαι καὶ σὺν ἐκείνοις πλανᾶσθαι οὔ μοι δοκεῖ οὔτ' ἐμοὶ ἀνεκτὸν οὔθ' ὑμῖν C
ἀσφαλές. διὸ προφθάνει τῆς τιμωρίας ἡ ἀπειλή, μή πως ἐπὶ τῶν ἔργων γεγονώς τις παθὼν εἴσεται. ἀνάγκη γὰρ τοῖς ὀλίγοις συνδιαστρέφεσθαι τοὺς πολλούς· καὶ τοὐντεῦθεν τίς οὕτω νυ-

quinimo grato nobis in locum retrusi et implacabilis istius successuro pastore, commoditates apud nos vestras decentibus illam personam efficacibus intercessionibus procurante, large in vos effundi sentietis bona quae desideratis omnis generis. tantum ne quis vestrum agi se in transversum sinat; nec sua unius spectans commoda ludat in rebus quae ludum non admittunt, aut ea quae perfici non possunt serio conetur. nam singulorum perperam offendentium civium lapsus universas tricis implent turbisque civitates, natura rerum ita ferente ut ex uno peccante poena in multos propagetur. fugite igitur conventicula, aversamini schismata. multi saccis induti domos in vestras se insinuant, non ut vobis prosint, sed ut sibi eblandiantur aut quoquomodo conficiant ex vobis quae cupiunt, quibus indigent. inde imperatorem quidem accusabunt; tum nova veteribus miscentes, haud bene habere res ecclesiae subinferent, et propterea videlicet largiter erratum in viis correctionis ineundis, nullo inter ecclesiasticos idoneo reperto emendandis malis quibus respublica pessum iret. sic enim illi forsitan garrient, criminantes eos qui sapienter cunctantur circumspicientes omnia, et in occasiones imminent opportune procurandae publicae salutis. quid igitur agendum vobis est? quin e vestra copia largiamini quibus videbitur, nulla invidia est. faciat in eo genere quisque ut volet. abduci autem persuasionibus istorum, et cum errantibus vos pariter errare, nec probarim equidem nec patiar: non enim est tolerabile, ac ne vobis quidem expedit. propterea praecedit ecce ultionem comminatio, ne quis sero sapiat, ubi deprehensus quae meruit patietur. cum enim necessario ex tolerata pravitate paucorum multi pervertantur, quis tam dormitans custodiendae reipublicae praepositus non rationes ineat et conatum adhibeat, quo, si possit, sistat impetum ruentis in praeceps

www.libtool.com.cn

στάζων ὡς μὴ ζητεῖν στῆσαι τὴν ῥύμην; ἐγὼ μὲν οὖν διακελεύομαι καὶ ἀνδρὶ καὶ γυναικί, καὶ πρεσβύτῃ καὶ νέῳ, ἀστικῷ τε αὖ
D καὶ ἀγροίκῳ, δοκιμάζειν πρῶτον τοὺς πλησιάζοντας, καὶ οὕτω χρῆσθαι. τὸ γὰρ νοσοῦν ἐκ τῶν ὑγιαινόντων ἔχει τὰς βοηθείας· εἰ δ' αὐτοὶ τὰς γνώμας νοσοῖεν, τί ἂν τοῖς ἄλλοις παράσχοιεν ἀγαθόν; ἀλλὰ τὰ μὲν ἐκείνων ὁ καιρὸς ἴσως δείξει· ὑμῖν δὲ τὴν ἐκείνων κακίαν ἀπομοργνυμένοις καὶ τοῦ ὀρθοῦ ἐκκλίνουσιν οὐ συνοίσει. κἂν ἐκεῖνοι διαδιδράσκοιεν, ὑμῖν τὸ ἔγκλημα περιστή-
E σεται. μέγα μὲν ἐρῶν οἶδα, ὅμως δὲ καὶ ὑμῖν δοκοῦν, ὅτι τὸ τοῦ σχίσματος ἔγκλημα ἐν ἴσῳ καὶ ἀπιστίας τεθήσεται καὶ ὁ ἐγκληθεὶς ἐπὶ τούτῳ κολάσεις ὑφέξει καθοσιώσεως. ὑμεῖς γοῦν οἴδατε ὅπως ἕξετε πρὸς τὰ παρόντα, ὡς ἢ τῷ ἡσυχάζειν ἐπ' ἀγαθοῖς ἐσόμενοι, ἢ τῷ τοιαῦτα ζητεῖν μηδὲν ὅλως ὑμῖν προσήκοντα τιμωρηθησόμενοι."

Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς τούτοις τε καὶ ἄλλοις τοιούτοις τὰς προαναφωνήσεις δοὺς τῷ λαῷ, ἀπολύει ἐπ' οἴκων πορεύεσθαι
P 188 τῶν οἰκείων ἕκαστον· (12) οἱ ἀρχιερεῖς δὲ τὸ ἐνδόσιμον λαβόντες ψηφίζεσθαι τὸν δοκοῦντα σφίσι ἐπὶ τῇ μεγίστῃ προστασίᾳ τὸν ἐπιτήδειον, ἐν ταὐτῷ συνίασι πάντες κατὰ τὸ ἱερὸν καὶ μέγα τῶν Βλαχερνῶν τέμενος, καὶ ἄλλον ἄλλου προβαλλομένου τέλος ἐφ' ἑνὶ πάντες συμφωνοῦσι, τῷ Ἀδριανουπόλεως Γερμανῷ, ἀν-

12. τῷ] τὸ P. 13. τῷ] τὸ P.

multitudinis incautae? ego igitur diserte denuntians praecipio viro cuivis et mulieri, seni iuxta iuvenique, urbano pariter et rustico, ut exploret prius quales sint qui ad se accedunt, tum si bonos repererit, utatur. nam aeger a sanis iuvetur: si autem animo laborantem mente corrupti adierint, quid ex iis expectare boni queat? sed istorum quidem nequitiam dies forsitan deteget. vobis autem eorum malitiam imitantibus et a recto declinantibus, vere ac clare praedico, non abibit stulta facilitas impune. ac illi forte poenam fuga lucrifacient: vos deprehendemini; haerebit in vobis luendum crimen. magnum scio esse quod edico comminans, sed tamen tale quod vobis attente considerantibus aequum confido visum iri, schismatis crimen pari cum apostasia poena multandum. et qui convictus eius fuerit, debita sacrilegae defectioni supplicia perferet. vos ergo circumspecto rerum praesentium statu, quid vestrum unicuique conducat, decernite. videte, inquam, an non sit melius quiete vivendo bonis frui quam intricando se rebus ad vos nihil attinentibus in poenas incidere gravissimas."

Haec imperator et eiusmodi alia locutus conticuit, locum dans acclamationibus populi solitis, concioneque soluta remisit domum unumquemque. (12) at episcopi facultate accepta eligendi liberis suffragiis quem omnium aptissimum iudicarent ad supremam ecclesiae praefecturam, coëunt omnes in sacrum ac magnum templum Blachernarum, et postquam alius alium proposuisset, ad extremum universi convenerunt in Germano

www.libtool.com.cn

ὀρὶ ἐλευθέρῳ τὸν τρόπον καὶ ἱεραῖς διεξαγωγαῖς πρέποντι, ἔτι
δὲ καὶ τὴν ἐκ βασιλέως ἐκ παλαιοῦ πλουτοῦντι διάθεσιν. ὧν γὰρ B
ὁ ἀνὴρ ταῖς ἀληθείαις φιλόκαλος μὲν καὶ φιλολόγος ἐς ἄκρον,
καλὸν δ' ἅπαν εἰδὼς ὃ ἂν καὶ εἰς τὰ πράγματα χρησιμεύοι, μὴ
μόνον εἰς ἀρετήν, ἐν προτιμήσει πολλάκις τῶν ἐπαίνων ἐτίθει
τὸν μετ' ἐντρεχείας καὶ τὸ ἐς ψυχὴν ἀσφαλὲς ἔχοντα τοῦ ὅλως
ἀρετῇ συζῶντος γυμνῇ, εἰ κατὰ βίον καὶ μὴ ἐπ' ἐρημίας διάγοι.
ὅθεν λόγιος μὲν οὐκ ἦν, λογίοις δὲ μετ' αἰδοῦς καὶ τοῦ πρέπον-
τος προσεφέρετο, καὶ λόγου ἀκούων ἠγάπα, καὶ φίλος ἦν ἐς τὰ C
μάλιστα τῶν τοιούτων, ὡς καὶ αὐτὸς τοῦ καλοῦ μετέχοι ὡς ἄρι-
στα. ἀρετῆς δὲ μετῆν τῷ ἀνδρὶ οὐχ ἧν ἂν οἱ παρόντες αἰνοῖεν,
ἢ μᾶλλον οἱ παρ' ἑαυτοῖς προύχειν δοκοῦντες τῶν ἄλλων, βρώ-
ματα καὶ πόσεις φιλοκρινοῦντες καὶ ἡμέρας τούτων ἑκάστῳ πρε-
πούσας καὶ παρὰ τὸ εἰκὸς προσνέμοντες, πεζῇ τε καὶ βάδην αἰ-
ρούμενοι διέρχεσθαι τὰς ὁδούς, ἀνιπτόποδες καὶ χαμαεῦναι καὶ
μονοχίτωνες, ἐν δευτέρῳ δὲ τούτων τὸν οἶκτον καὶ τὴν ἀγάπην D
τιθέμενοι, ἔτι δὲ καὶ τὴν φιλανθρωπίαν καὶ τὴν συμπάθειαν καὶ
τὸ ὅλον εἰπεῖν τὴν διάκρισιν, σκληροί τινες ὄντες καὶ τοῖς ἄλλοις
μωμητικοὶ καὶ μεμψίμοιροι, ὡς ἑαυτοῖς σφίσι καὶ μόνοις τὴν

2. ἂν] ἦν P. 10. μετέχει P.

Adrianopoleos episcopo, viro liberae indolis et sacris functionibus decore peragendis idoneo, ad haec gratioso plurimum iam olim apud imperatorem. erat enim revera homo elegans et eruditus ut qui maxime, ac cum in nullo non exercitatus laudabilium genere artium, tum illas ex iis quae non ad solam virtutem sed ad res bene ac cum successu gerendas essent utiles, praeferre plerumque iudicio ac commendatione caeteris solitus, et ex hominibus eum qui cum dexteritate agendi versandique in rebus salutis animae rationes in tuto haberet, illo existimare potiorem qui se totum nudae ac merae virtuti dederet, si ei non in solitudine sed in societate ac usu hominum vivendum esset. unde cum non esset ipse quidem eloquens, disertos tamen scita et reverenti consuetudine demerebatur, benevolus auditor perorantium, amorisque in id hominum genus eximii professor; quibus rebus assequebatur, ut doctrinae ac sapientiae, quam in aliis armabat, vel plurimum in se habere videretur. virtus vero quam in vita exprimebat, non erat illa quidem qualem hodierni laudarent tetrici, aut potius qui arcano conscientiae fastu praestare se reliquis existimant, magnopere sibi placentes in moroso quodam ciborum ac potionum delectu, suis unicuique, voluntaria religione, ultra praescriptum communiter ordinem diebus assignandis, affectantes itinera conficere pedibus, quos etiam semper illotos ostentare amant, humi cubantes, una tonica contenti, caeterum misericordiam hisce caritatemque possidentes praetereaque benignitatem et humanum condolendi moerentibus officium, denique ut uno verbo cuncta complectar, discretionem, asperi quidam et superciliosi censores, nullum carpendi ac vellicandi cuncta obvia modum

www.libtool.com.cn

ἀρετὴν περιποιεῖν αἱρούμενοι, κἂν ὅ τι ἐκεῖνοι καὶ πράττοιεν, ἀλλ' ἀρετῆς τῆς κατ' ἄνθρωπον ὄντως, καθ' ἣν ἂν καὶ ὁ ἀληθινὸς χαρακτηρίζοιτο ἄνθρωπος, καὶ μᾶλλον ὁ ἐπ' ἐξουσίας, ᾧ δὴ καὶ τὸ μετριοπαθὲς τοῦ ἀπαθοῦς μᾶλλον ὀφείλεται· οὗ δὴ
P 189 βίου εἰ ἐξαρεῖς τὴν διάκρισιν, τὸ πᾶν ἀπώλεσας ἐξ ἑνός. τοιαύτῃ τοίνυν κοσμούμενος ἀρετῇ, ἣν δὴ καὶ πολιτικήν τινες λέγουσι καὶ τὸν κατ' αὐτὴν βίον πολιτικόν, μέσον ὄντα θεωρητικοῦ τε καὶ ἀπολαυστικοῦ, ὁ δηλωθεὶς τῆς Ὀρεστιάδος ἀρχιερεὺς προκριθεὶς τῶν ἄλλων (καὶ γὰρ ἐλέγετο κἂν τῷ κατ' ἀνατολὴν ὄρει τῷ μέλανι καὶ τῇ κατ' ἐκεῖνο μονῇ ἐγχρονίσας ἀσκῆσαι τὸ πάλαι τὰ μέ-
B γιστα) παρὰ τῶν λοιπῶν ἠξιοῦτο τὴν τῆς Κωνσταντινουπόλεως προστασίαν ἀναδέξασθαι. σὺν οἷς καὶ ὁ βασιλεὺς τὴν ψῆφον ἀποδεξάμενος κατηντιβόλει τὸν ἄνδρα, καὶ ἐφ' ἡμέραις προσιὼν ὅλαις ὁρμαῖς παρώτρυνε καὶ ἠξίου μὴ ἀποπέμψασθαι τὰ τῆς κλή-
C σεως. (13) καὶ δὴ παρακληθεὶς εἶξε. καὶ μηνὸς Μαιμακτηριῶνος ἐν τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἑορτῇ ὑπὸ τόμῳ κοινῷ γεγονότι πατριάρχης ἐπικηρύσσεται, καὶ σφίσιν ἅμα συλλειτουργήσας τῷ ἱερῷ ἐφιζάνει θρόνῳ καὶ τῶν ἄλλων προΐσταται.

Ἅμα δὲ τῷ προσβῆναι τῷ θρόνῳ ἔργον ἐκείνῳ ἀσχολίας πάσης ὑπέρτερον τιμᾶν τε τοῖς προσήκουσι τοὺς ἀρετῇ δοκοῦντας

19. ἐκεῖνο P.

finemve facientes, sua mirantes, se unos rectam vitae sequi sectam, unos sapere, penes unos vim decusque laudis ac religionis residere omnis, in cunctis quae agunt se opinari praeferentes. non talis, inquam, huius viri virtus erat, sed longe diversi generis, accommodata omnino ad humanum captum, quali eum insigniri fas sit qui verum hominem vera humanitate sese praestet, prout praesertim eum decet qui constitutus in praefectura sit, a quo non exigitur ut perturbationum funditus expers sit, sed ut eas mediocritate quadam temperatas habeat in potestate; a quo vitae genere si discretionem tollas, omnia ex uno perdidisti. huiusmodi ergo ornatus virtute, quam civilem quidam vocant, uti et vitae secundum eam ductae civilis appellationem tribuunt, mediae cuipiam inter contemplativam et voluptariam, ille supra memoratus Orestiadis episcopus, praelatus aliis etiam commendatione vitae quondam asceticae summa laude diu exercitae in monasterio Nigri Montis ad Orientem siti, a reliquis orabatur ut praefecturam ecclesiasticam Constantinopolitanae urbis capesseret; cum quibus et imperator electionem comprobans, magnopere incumbebat ad idem ab eo impetrandum, quotidie adiens et omni persuasionum et obsecrationum impetu adurgens, ne respueret vocationem. (13) his ille precibus moveri se tandem passus, mense Iunio in festo Sancti Spiritus concordibus suffragiis decreto communi perlato patriarcha declaratus est, et sacro cum illis celebrato, sacrae impositus sedi praesidere cunctis coepit.

Simul autem thronum attigit, opus omni actione superius ratus afficere meritis honorum praemiis virtute aut doctrina praecellentes aliis, qui

www.libtool.com.cn

ἢ καὶ λόγῳ προέχειν τῶν ἄλλων, τοὺς μὲν ἀξιώμασι τοὺς δὲ φι-
λοτησίαις ἁπάσαις καὶ δώροις παντοίοις. ἦν γὰρ καὶ περιφρο- D
νητὴς χρυσίου τὰ μάλιστα, ὡς μηδὲ κεκτῆσθαι βαλάντιον, ἀλλὰ
τὸ προσαγόμενον ἔκποθεν ἐπὶ τῆς στιβάδος ἐκείνου κελεύειν τίθε-
σθαι, ὡς ἕτοιμον εἶναι ταῖς χρείαις τῆς εὐποιίας ὅπου ἂν ἐκεῖνος
κελεύσειε. τοιούτῳ δ' ὄντι ἐκείνῳ τὸ τῆς μὲν ἁπλότητος πλεο-
νέκτημα εἰς κατηγορίαν ἀδιαφορότητος περιίστατο, τὸ δὲ τῆς εἰς E
βασιλέα αἰδοῦς τε καὶ κυβερνήσεως εἰς ἔγκλημα κολακείας καὶ
ψεύδους πρὸς τοὺς πολλοὺς ἄντικρυς. τῷ γὰρ ἁπλῷ τοῦ τρό-
που καὶ ἀνυπούλῳ καὶ ἐλευθερίῳ πρὸς τὸ τοῖς παροῦσι χρήσα-
σθαι μὲν καὶ αὐτόν, ἐφεῖναι δὲ καὶ τοῖς ἰδίοις χρῆσθαι, τὴν τοῦ
καταχρῆσθαι προσειλήφει δόξαν. τῷ δὲ κυβερνᾶν τὸν κρατοῦν- P 190
τα, καὶ μᾶλλον ἐφ' ἱκετείαις, ὅτε ἐκεῖνος μὲν προσαναφέρων
ἠξίου, ὃ δὲ κρατῶν οὐ ῥᾳδίως κατένευε, κἀντεῦθεν κατὰ τὸ
δοκοῦν ᾠκονόμει τῷ δεομένῳ τὸν ἐλπισμόν, ὡς μὴ ἀπογνοίη ἀπο-
πιμφθείς, ἐλπίζων ἴσως ἀνύειν ἐσύστερον, κἂν λέγων πολλάκις
οὐκ ἤνυε, τὴν τοῦ ψεύδους ὑποψίαν προσκτώμενος κατεκρίνετο.
τὰ δὲ ἐγκλήματα ταῦτα καθάπαξ ταῖς τῶν πολλῶν ψυχαῖς ἐνιζή- B

12. τῷ] τὸ P.

tales essent partim dignitatibus partim donativis et largitionibus omnis generis liberalissime ornare ac cumulare orsus est. erat enim auri contemtor ut qui maxime, ne crumenam quidem habere dignatus: sed quidquid undecunque offerretur, supra lectum a portantibus deponi iubens, quo ibi expositum in promptu esset ad usus beneficentiae, erogandum eius mandato quocunque rationes egentium poscerent. tali autem huic viro abundantia simplicitatis solutioris in vita licentiae accusationem comparavit: pudor vero erga imperatorem, et in agendo cum eo cura vitandae offensionis adhibita, labem ipsi apud multos adulationis et mendacii aspersit. cum enim is sincerae ab omni fuco indoli obsequens, candida ac secura suspicionum libertate quoslibet promiscue obvios affari excipereque consuesset, cumque suis domesticis liberiorem istiusmodi pariter cum quibusvis conversationem permitteret, usus ille utrorumque securior apud suspiciosum vulgus in abusuum occultorum opinionem incurrit. tractatio autem obsequiosa et verecunda cum principe, ex qua ille fiduciam sumebat suspendendi effectum supplicationum patriarchae, id agens isto ambitioso artificio differendae gratiae, cuius spem non auferebat, ut eum quam diutissime sibi supplicem et sic obnoxium teneret, in causa erat ut cum quae patriarcha impetraturum se receperat, ad diem non provenirent, qui frustra expectarant, verba sibi ab eo data quererentur; si vero nossent aditum ab eo revera principem, frigide id ac timide nimium ab eo, videlicet assentante, actum rati, auctoritatem et robur dignitati patriarchae consentaneum in eo desiderarent, ac propterea tali loco minus idoneum ducerent. haec sinistra de Germano iudicia multorum semel animis infixa subiectis invidiae facibus exardescebant in offen-

www.libtool.com.cn

σαντα ἐξῆπτε τὸ ἀπὸ τῶν πολλῶν μῖσος, ὅτι τε ἀντίζηλος εἴη τῷ πατριάρχῃ τὴν ἐκείνου κατασχὼν ἐκκλησίαν, καὶ ὅτι ἀπὸ θρόνου τῆς θυγατρὸς τῷ θρόνῳ τῆς μητρὸς (οὕτω γὰρ τὰς ἐκκλησίας ἐκάλουν) ἀνέδην οὕτω καὶ αὐθαδῶς εἰσπηδήσειεν, ὅθεν καὶ δυσὶν ἐνισχομένου ἐγκλήμασιν οὐκ ἦν ὅστις ἀγαθὸν ἐλάλει περὶ ἐκείνου, τῶν μὲν προσκειμένων τῷ πατριάρχῃ, τῶν δὲ καὶ ἑπομένων ἴσως ταῖς γνώμαις ἐκείνων. ἦσαν δὲ καὶ τῶν περιττῶν καὶ εἰς κακηγορίας εὐκόλων, οἳ καὶ προσονειδίζοντες Μαρμουτζᾶν προσωνόμαζον, προσάπτοντες ὄνομα Περσικὸν ἐξ αἰτίας τῆς ὅτι ἐκεῖνος τὸ γένος τὸ σύνεγγυς Λάζος ἦν, τὸ δ' ἀνέκαθεν καὶ Γαβρᾶς. τέως τὸν τρόπον μεμφόμενοι τὸν ἐκείνου δῆθεν τοῦτο μὲν ὡς ἀπερίσκεπτον καὶ θρασὺν μὴ εἰδότος ἧς οὐ μετὸν ἐπιβαίνει τιμῆς, τοῦτο δὲ καὶ ὡς ἐπὶ κολακείᾳ διαβαλλόμενον τῇ πρὸς βασιλέα, προσεμωκῶντο τὸ γένος ὡς ἐκεῖθεν ὂν ὁπόθεν καὶ τὸ Περσικὸν εἶναι διωμολογεῖτο. ὅμως γέρων ὢν καὶ παίδευσιν ἀρχαίαν ἔχων ἐκκλησιαστικὴν Γερμανοῦ τοῦ μακαρίτου, πολλὰ τῶν τῆς τάξεως τῆς ἐκκλησίας καθίστα πρὸς τὸ ἀρχαιότερον παρῳρυμένα καὶ χρόνῳ καὶ ἀμελείαις. (14) τὸ δὲ μεῖζον ὅτι καὶ φιλολόγος ὢν τὰ μάλιστα τῷ Ὁλοβώλῳ εὐφυεῖ γε ὄντι καὶ πλήρει λόγων καὶ

C D P 191

sionem publicam, multis iam illum intuentibus ut intrusum pro vero patriarcha, ereptam iniuste innoxio ecclesiam tenentem, et e throno filiae in thronum matris (sic enim ecclesias vocabant) impudenter ac temere insilire ausum. quibus sensim gliscentibus sensibus, evenit tandem adeo illum maculosum apparere duplicis istius labe criminis, ut non esset qui de eo boni quidquam iam loqui sustineret, conspirantibus in unum odiis ambarum factionum, tam eius videlicet quae Arsenio favebat, quam alterius quae suas privatas secuta rationes a Germano abhorrebat. nec deerant maleferiati blaterones in maledicentiam faciles, qui per scomma eum Marmutzam nominarent, vocabulum ipsi Persicum aptantes, quod genus suum proximum a Lazis, remotius a Gabra urbe Persidis duceret, simul eadem dicti contumelia lacerantes eius mores, quasi hominis inconsiderati et barbare audacis, qui caeca sui provectus ignorantia inconcessum non dubitasset sacri honoris fastigium invadere, non sine admixta amara irrisione adulationis eius erga imperatorem infamia late manante dissipatae, velut innuentes familiare id illi et domo allatum inesse vitium, utpote homini qui suos maiores ex ea urbe oriundos fateretur, quam omnes scirent esse Persicam. tamen is qui ad multam aetatem veteris ecclesiasticae eruditionis plurimum adiunxisset exemplo et auctoritate Germani alterius sibi cognominis patriarchae, qui patrum memoria laudabiliter eandem ecclesiam rexisset, multa ex eius tempore in deterius per incuriam prolapsa ad veterem exactamque revocare disciplinam castigando est aggressus, eo successu ut non pauca in melius restitueret. (14) in his palmare fuit quod suo ingenti, de quo dixi, et cognoscendarum et promovendarum doctrinarum obsequens studio, complexus est favore ac patrocinio Holobolum ingenii praestantis hominem et literarum

www.libtool.com.cn

προσετετήκει, ὥστ' ἀποχρῶν κατὰ τὸ παρεστὸς ἡγούμενος, τοῦτο μὲν εἰς τὴν ἐκείνου παραμυθίαν παθόντος οἷα πεπόνθει, τοῦτο δὲ καὶ εἰς τὴν τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀγωγὴν εἰς παίδευσιν λογικήν, τὸ ἐκεῖνον ἐκ τῆς τοῦ Προδρόμου μονῆς ἐξελθεῖν καὶ προσοκεῖλαι τῇ ἐκκλησίᾳ, ἔργον πάσης ἀσχολίας ἐπέκεινα τίθεται τὸ ὑπὲρ τούτου πρεσβεῦσαι τῷ βασιλεῖ καὶ τὸ τῆς πρεσβείας ἐπαγωγὸν προβαλέσθαι, ὡς "ἤδη μὲν ὁ Ἀκροπολίτης καὶ μέγας λογοθέτης Γεώργιος, ἐφ' ἱκανὸν ἐκ προστάξεως σῆς, βασιλεῦ, ἐνιδρώσας παραδιδοὺς τὰ μαθήματα, ἤδη καὶ ἀπρκεκαμήκει, καὶ χρεία ἐστὶν ἄλλους ἀνάγεσθαι, καὶ τῶν ἄλλων οὐχ ἧττον τοὺς τῆς ἐκκλησίας, παρ' ὅσον καὶ ἀνάγκη προβαίνειν τούτους τῷ λόγῳ ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς χρείαις ὡς μάλιστα χρησιμεύσοντας. κατάνευε τοίνυν ἡμῖν ἀξιοῦσιν ὡς ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας πρεσβεύουσι, καὶ ξενμενίζου τῷ Ὁλοβώλῳ, καὶ δέχομαι τοῦτον καὶ κατὰ τὸ εἰκὸς τιμῆσαι καὶ εἰς διδάσκαλον καταστῆσαι τοῖς προσφοιτῶσι τῆς λογικῆς παιδεύσεως." καὶ ταῦτα μὲν τὸν πατριάρχην ἐκεῖνον εἰπεῖν, καὶ εἰπόντος εὐθὺς κατανεῦσαι τὸν βασιλέα καὶ τῇ ἀξιώσει καθυποκλῖναι. ἦν γὰρ ταῖς ἀληθείαις κἀκεῖνος πρὸς τὰ πα-

3. εἰς τὴν] ἐκ P. 9. ἀποκέκμηκεν?

plenum; de quo cum iudicaret idoneum ac sufficiens, si praeficeretur studiis, instrumentum eum fore provehendae ad celebritatem literaturae ac reponendae in florem pristinum, sua sane illum opinio non fefellit; quamquam ad hunc ornandum non sola utilitatis publicae ratione motus est, sed misericordia praeterea infesti casus, quo ille infeliciter afflictus fuerat, curaque debita consolandi eius in tam acerba calamitate. moliendum ergo sibi putavit ut cum bona gratia imperatoris, illum e monasterio Praecursoris eductum ecclesiae applicaret, ibique scholae ecclesiasticae praeficeret, erudiendos ipsi committens iuvenes clericos. idque negotium cunctis praevertendum ratus, confestim adiit imperatorem, cum eoque, nihil non adhibens quod valere ad impetrandum arbitraretur posse, hunc ferme in modum egit. "Acropolita et magnus logotheta Georgius tuo dudum, Auguste, iussu versatus in tradendis disciplinis, postquam multis iam annis insudavit ei operae, fractis demum viribus fatiscit, et ut ei emerito alii succedant opus omnino est. id cum universim iuventutis gratia me suggerere teque curare dignum est, tum praesertim mihi convenit ecclesiasticis in eo genere adolescentibus prospicere, quos ita educare ut quam aptissimi evadant ad omnes functiones ordinis nostri, quarum pleraeque literis et exquisita doctrina indigent, ad nostram in primis providentiam pertinet. annue igitur orantibus nobis et universae ecclesiae nomine petentibus veniam gratiamque erga Holobolum tuam, permittens ut transferam illum accipiamque in collegium cleri nostri et cum debito honore magistrum praeficiam nostrae iuventuti, disciplinis liberalibus in ludo literario operam daturae." haec locuto patriarchae concessit statim prolixe quod volebat imperator: erat enim et ipse proprio genio non parum inclinatus ad revocandum in omni gloriae parte antiquum

www.dbtbulgaria.com

λαιᾷ τῆς Κωνσταντίνου παρακνιζόμενος, ὡς καταστῆσαι μὲν
D κλήρους, ἕνα μὲν ἐπὶ τῷ περιωνύμῳ τῶν ἀποστόλων ναῷ θάτε-
ρον δὲ ἐπὶ τῷ τῶν Βλαχερνῶν, καὶ ὑμνῳπόλους ἐρρόγους τάξαι
τοῖς κλήροις τοὺς ἐκ τῆς πόλεως ἱερεῖς, συστήσασθαι δὲ καὶ κατὰ
τὸν τοῦ μεγάλου Παύλου νεὼν ἐν τοῖς ἀρχαίοις ὀρφανοτροφείοις
γραμματικευομένων σχολήν, καὶ ῥόγαις ἐτησίοις ἐπιρρωννύειν
τόν τε διδάσκαλον καὶ τοὺς παῖδας, ὡς ἐφιστάνειν ἐνίοτε τῇ σχο-
λῇ, καὶ ὁποῖος ἕκαστος καὶ ὅπῃ λόγων προκόπτοι, ἔστι δ' οὗ
E καὶ τὰ εἰκότα φιλοτιμεῖσθαι, εἰ δ' οὖν ἀλλ' ἄνεσιν τοῖς παισὶ
διδόναι τῆς ἀσχολίας κατά τι πάτριον σύνηθες. τότε δ' οὖν
ὑποκλιθέντα ταῖς τοῦ ἱεράρχου αἰτήσεσι προσπαθῆσαί τε αὐτίκα
τῷ καταδίκῳ καὶ ἐξελθεῖν κελεῦσαι. ὃν δὴ κἀκεῖνος δεξάμενος
P 192 πολλοῖς ἦν ἀγάλλων τοῖς ἀγαθοῖς, προσεπισφραγίσας καὶ ῥή-
τορα, καὶ ὑπ' αὐτῷ διδάσκοντι πᾶσιν ἐξηνοίγνυ τὸ τῶν μαθη-
μάτων διδασκαλεῖον.

15. Τοῦ ἔτους ἐκείνου καὶ καθοσιώσεως ἔγκλημα τοῖς
περὶ τὸν Φραγγόπουλον, οἰκεῖον βασιλεῖ γε ὄντα, κἀκείνοις
ἀριθμουμένοις εἰς δώδεκα προσετρίβετο, ὧν δὴ καὶ κατὰ τοῦ
βασιλέως μελετησάντων ὡς κτενούντων εἰ εὐοδοῖεν αὐτίκα, Κά-
ρουλός τις, ᾧ δὴ καὶ τὴν πρωτοβεστιαρίου Μουζάλωνος σφαγὴν
ὁ λόγος ἐξεργασθεῖσαν ἐδείκνυ τὸ πάλαι, εἷς κἀκεῖνος εἰς κοινω-

21. ἐδείκνυτο πάλαι P.

splendorem urbis; quam ad rem duo cleri corpora constituerat, unum collocans in celebri apostolorum templo, alterum in templo Blachernarum, cantoresque annuis stipendiis utrique addiderat ex sacerdotibus urbis. praeterea apud sacram aedem magni Pauli in antiquis orphanotrophiis grammaticae scholam instituerat, et pensionibus annuis tum magistri tum puerorum sustentationi providerat, adeoque rem curabat ut non dedignaretur invisere per se interdum ludum illum et coram probando cognoscere quantum auditorum quisque proficeret, datis etiam, ubi res posceret, praemiis ingenio ac profectui merentium, necnon et more patrio ferias pueris indulgens. tunc igitur inflexus patriarchae precibus remisit subito poenam olim damnato, et ut monasterio educeretur praecepit. porro hunc patriarcha paterno sinu exceptum quamplurimis potuit amoris significationibus donisque recreavit, rhetoremque diplomate rite sigillato declaravit; ac ludum omnibus aperuit, ubi ab hoc praeceptore disciplinae traderentur.

15. Illo porro anno crimen laesae sacrae maiestatis impactum est Phrangopulo cuidam, quo imperator intime familiari utebatur, et aliis ipsi consciis numero duodecim. conspirasse dicebantur in imperatorem, quem etiam interficere quamprimum decreverant, si quam invenire rationem commodam possent rei conficiendae. vocatus a coniuratis in partem et consilii et facti fuerat Carolus quidam, a quo trucidatum protovestiarium Muzalonem superius docuimus: verum is non sustinens malefacere

www.libtool.com.cn

νίαν τῆς τε βουλῆς καὶ τῆς πράξεως προσκληθείς, ὁ δὲ μὴ ἀνα- B
μείνας γενέσθαι τῷ κρατοῦντι κακὸς ἐκ πράξεως, ἐκ προσαγγε-
λίας ἐφάνη κακὸς τοῖς καλέσασι, καὶ εὐθὺς προσήγγελε, καὶ ἡλί-
σκοντο. οἳ δὴ καὶ ἑταζόμενοι ταῖς βασάνοις ἐφ' ᾧπερ τοὺς συνει-
δότας εἰπεῖν, καὶ μᾶλλον εἰ καὶ ὁ πατριάρχης συνήδει πραξείου-
σιν, οἱ δὲ ἄλλους μὲν οὐκ εἶχον ὁμολογεῖν, τὸν δέ γε πατριάρ-
χην κἂν ἀληθῶς κἂν ἐκ βίας τῆς ἐκ βασάνων τῇ εἰδήσει ἔλεγον C
συνεσχῆσθαι αὐτὸν προσαναγγειλάντων. κἀκείνοις μὲν ἀπήντων
αἱ δίκαι βαρεῖαι, ποινὰς διαφόρους κατὰ τὸν τῶν ἁμαρτημάτων
λόγον ἐπάγουσαι. ἀλλ' οὐδ' ὁ πατριάρχης ἀνεῖτο τοῦ προστρι-
βέντος ἐγκλήματος, ἀλλ' ἐπέχων καὶ μᾶλλον ἐπεμβαίνων κειμένῳ
οἱ ὁ βασιλεὺς ἐπενεκάλει τὸ ἔγκλημα πρὸς τὴν σύνοδον καὶ δεινὰ
ἐποίει, εἰ μὴ ἐκδικοῖτο μὴ ἀνεχόμενος. αὐτοὺς μὲν γὰρ ἐπ' ἐγ-
κλήμασιν ἐκκλησιαστικοῖς τὴν δίκην ἐπαγαγεῖν, αὐτὸν δέ, εἰ μὴ D
καὶ ἐπὶ τῷ πρὸς βασιλέα ἐγκλήματι ὑπόσχοι ἑτέραν δίκην τὴν
πρέπουσαν ὁ προδήλως κατηγορούμενος, μὴ ἀνεκτῶς τὸ σύνολον
ἔχειν, κἂν ὅ τι πεπόνθει πρότερον· μηδὲ γὰρ εἶναι καλὸν μηδὲ
δίκαιον τὸν ὑπὲρ τοῦ βασιλέως πολυωρεῖν ὀφείλοντα τοῖς ἐχθροῖς
βασιλέως καταπροΐεσθαι. ὡς γοῦν σκεπτομένων τὰ περὶ τούτου P 193

8. αὐτῶν? 9. τὸν deerat. 12. ὁ] οἷς P.

imperatori cooperando caedi eius, totam perniciem avertit in capita machinatorum tanti sceleris, a quibus erat in eius communionem adscitus. eos enim detulit, insidiasque patefecit; unde subito comprehensi omnes sunt. tum dira quaestione torti ut conscios proderent, et nominatim de patriarcha interrogati, alium quidem nominarunt neminem, patriarcham autem, seu ex vero seu vi tormentorum mentiri cogente, participasse ipsis in meditati facinoris conscientia declararunt. ac illi quidem meritis subiecti suppliciis sunt, unoquoque ipsorum pro modo culpae congrua poena multato. sed nec de patriarcha neglectum indicium est. quin arripuit crimen imperator vehementi erumpens impetu in prosecutionem ultionis; causamque ardenter ad synodum detulit, pro rei atrocitate conquerens, et prae se ferens neutiquam acquieturum se, quoad tantum scelus, prout par erat, vindicaretur. "enimvero," aiebat, "indigna nimium et minime ferenda iniquitas esset, episcopos quidem, cum ipsis nos videmur in ecclesiasticum aliquod incurrisse crimen, statim poenam imponere, me vero in horrendo scelere contra vitam ac caput imperatoris deprehenso, tamen prae modestia iudicium tanti mei doloris ac periculi per me attingere verentem, sed obnoxie confugientem ad tribunal ecclesiasticum, pati repulsam aut frustrationibus eludi." multa quidem se hactenus gravia tulisse: tamen huic iniuriae tolerandae imparem ultro fateri suam esse patientiam; et quidquid antea dissimulaverit, in posterum profecto neutiquam passurum adeo nihili pendi maiestatem imperatoriam, ut vitam et sanguinem capitis reipublicae nefariis perduellibus prodere impune liceat ei ipsi cui ex officio potissimum incumbebat saluti eius invigilare. his tam acerbis expostulationibus imperatoris coacti patres ne-

www.libtool.com.cn

ἐδόκει καλὸν ἀποστέλλειν καὶ ἐρωτᾶν, κἂν εἰ ὁμολογοίη ἢ καὶ μὴ ὁμολογῶν ἁλίσκοιτο, ἐπιφέρειν τὴν δίκην, εἰ δ' οὖν, καὶ ἐσαῦθις σκέπτεσθαι, ὃ βασιλεὺς αὐτόθεν ἠξίου σχεδιασθῆναι τὸν τῆς συνόδου ἀφορισμόν, καὶ οὕτως ἀπελθόντας οὓς ἂν καὶ τάξοιεν ἔρεσθαι, καὶ εἰ ὁμολογοίη, ἐπενηνέχθαι τὸ πρόστιμον δίκαιον ὃν ὑπὲρ βασιλέως τῷ κατὰ βασιλέως τοῖς ἐπιθησομένοις συμ-
B πράττοντι, εἰ δ' οὖν, καὶ μὴ ὁμολογοῦντος, τὸν δεσμὸν κεῖσθαι καὶ ἐπαναρτᾶσθαί οἱ πρὸς ὅτι καὶ σύνοιδε περὶ τούτων, ὥστε ἐνέχεσθαι μέν, εἰ τέως ἁλίσκοιτο κακουργῶν, εἰ δ' οὖν, ἐλεύθερον εἶναι τοῦ βάρους ὡς ἀδίκως διαβαλλόμενον. ταῦτα τοῦ βασιλέως προσαπαιτήσαντος καὶ ἡ τῶν ἀρχιερέων πληθὺς συγκα-
D τένευον. (16) καὶ δὴ σχεδιάζεται μὲν τὸ τῆς δίκης γράμμα, ἐκλέγονται δὲ τὴν ταχίστην ἐκ μὲν σφῶν αὐτῶν δύο, ὅ τε Νεοκαισαρείας Μονοκωνστάντινος, φίλος ὢν καὶ μᾶλλον ἐκείνῳ, καὶ ὁ Μωκησσοῦ, προεδρεύων τότε τῆς ἐκκλησίας Προικοννήσου κατὰ λόγον ἐπιδόσεως, ἐκ δέ γε τῶν κληρικῶν ὁ τὸ τηνικάδε ἐπὶ τῶν σεκρέτων Γαληνός, καὶ σὺν αὐτοῖς ἐγὼ τέταρτος, βίᾳ μὲν συνυπαχθεὶς καὶ κελεύσει βασιλικῇ, τέως δ' ὅτι παρ' ἐκεῖνον
E ἐκοίμην, καὶ τὸ μέρος προσαποδεχόμενος. πέμπτην μὲν τότε καὶ εἰκοστὴν εἶχεν ὁ Ἀνθεστηριών, καὶ ἡμεῖς τῆς νηὸς ἐπιβάντες, δυσὶν ἡμέραις ὕστερον προσσχόντες τῇ νήσῳ τῷ πατριάρχῃ ἐμ-

gotium capessere, concordibus suffragiis decreverunt mittendos qui reum interrogarent, et sive fateretur crimen, sive quantumvis infitians idoneis tamen indiciis teneri facti conscientia convinceretur, continuo afficeretur condignis poenis: si vero nec propria confessione nec sufficientibus ad plenam probationem argumentis reus scelerls delati peragi posset, deliberaturam iterum de causa synodum. hoc satis imperatori non est visum, sed petiit iam nunc absolute excommunicationis sententiam in Arsenium a synodo rite ferri reo coram intimandam a mittendis ad ipsum; ac si quidem ille fateretur scelus, supplicium ei statim inferretur, quod pati aequum est qui sicariis parricidis caedem imperatoris machinari ausis assenserit conscius: sin is negaret, tamen ut ex delatione de ipso a consciis morituris clare facta plus nimio suspectus excommunicationi subiaceret, quoad aut plene convictus puniretur, aut si forte contingeret sufficienter purgari, noxa omni liberaretur tanquam iniuste calumniam passus. eam petitionem imperatoris patres synodi plerique arbitrati aequam, ut ita fieret annuerunt. (16) perscriptum igitur festinato criminationis instrumentum est, et electi celeriter qui reum convenirent, e patribus quidem duo, prior episcopus Neocaesareae Monoconstantinus, multum amicus Arsenio, alter Mocessenus, tunc ecclesiae Proconnesi specialis concessionis privilegio praesidens, e clericis vero, cui tunc secreta commissa erant, Galenus, et cum his ego quartus, vi quidem in id adactus utique iubente imperatore, tamen quod illum cui studebam quomodocunque revisum irem, ex parte perlibenter. quinta et vigesima die Iulii mensis navem conscendimus solventem: biduo post ad insulam appulsi patriarcham adiimus, et

www.libtool.com.cn

φανιζόμεθα, καὶ περὶ τῶν προκειμένων πρὸς ἐκεῖνον γίνονται λόγοι. ὁ δὲ ἠγριαινέ τε παραυτίκα μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐνεγκών, καὶ "τί μοι κακὸν πρὸς τὸν βασιλέα πέπρακται" μετ' ὀδύνης πλεί- P 194
στης καὶ συνοχῆς ἔλεγεν, "εἰ αὐτὸν μὲν ἐγὼ ἰδιώτην ὄντα τῆς βασιλείας ἐπέβησα, ἐμὲ δ' ἐκεῖνος πατριάρχην εὑρὼν οὐ καλαῖς αἰτίαις ἠτίμωσε; καὶ νῦν γε κάθημαι ἐπ' ἀκρωρείας ταυτησὶν ὡσεί τις ἀτίμητος μετανάστης, τὸν παρὰ τῶν Χριστιανῶν καθ' ἑκάστην ἐπεκδεχόμενος ἔλεον. ὅμως καλὰ τὰ συμβάντα, καλὰ ταῦτα, καὶ ὁ φατριάρχης αὐτοῦ εὐλογείτω σὺν τῇ Εὐλογίᾳ τἀκείνῳ πραττόμενα." ἐδήλου δ' ὁ λόγος τὴν αὐταδέλφην τοῦ B
βασιλέως, ᾗ δὴ κακῶς εἶχεν ἐκεῖνος ὡς τὰ κατὰ τοῦ παιδὸς Ἰωάννου συμβουλευσάσῃ τῷ βασιλεῖ. ὡς δ' ἀνεπτύσσετο καὶ τὸ γράμμα ὑπαναγνωσθησόμενον, ἐκεῖνος γνοὺς ἔκποθεν τὸ ἐκεῖ ἐμφερόμενον πολὺς ἦν ἀντιβαίνων καὶ ἀντισπῶν μὴ ἀκούειν ὅλως, καὶ προσαπεχώρει ταχέως ὑπαναγινωσκομένου ὡς μὴ ἀκούσειε. κἀκείνων ἐπικαταλαμβανόντων ἀποδιδράσκοντα παρὰ τὸ καθῆκον κινουμένοις καὶ ταχέσι ποσίν, ἐπέβυε τὰ ὦτα τοῖς παρηγ- C
τημένοις τῆς καλύπτρας ἑκατέρωθεν τῶν ὤτων ὠτίοις, ὡς μηδ' ἐπαΐειν ἀναγινωσκομένου τοῦ γράμματος. τέλος δυσθυμήσας οὐρανόν τε καὶ γῆν ἐπεμαρτύρετο μεγίστῃ φωνῇ ὧν δὴ καὶ

18. ὤτων] ὄντων P.

quorum causa veneramus agere cum eo coepimus. ad primam rei mentionem ille vehementer exacerbatus ne audire quidem ulterius sustinuit, sed cum immenso dolore et angustia in has querimonias prorupit "quid imperatori mali feci? ego ipsum ex privato in imperii solium extuli: ille vero me cum patriarcham reperisset non honestis ex causis honore privavit. et nunc desideo in hoc iugo deserti montis, ubi velut infamis exul Christianorum quotidie misericordiam expecto. tamen bene habent quae contigerunt. pulchra haec, inquam, per me sunto: suus ei phatriarcha bene precetur, et cum benedictione comprobet quae ab illo fiunt." in his Graeco benedictionis vocabulo, quod ipsum nomen erat Eulogiae sororis imperatoris, illa ipsa mulier designabatur, cui erat Arsenius peculiariter infensus, quod ipsam maxime sciret fuisse fratri auctorem eorum quae crudeliter et impie in puerum Ioannem attentaverat. ut autem explicatae literae sunt velut mox ipsi legendae, Arsenius cum alicunde praesensisset quid in iis esset scriptum, vehementi nisu sese contorquens ac retrahens auditionem aversatus omnino est; et cum legi nihilominus coeptum esset, celerrime recessit, ne audiret. sed qui aderant cursu insecuti fugientem, vix tandem comprehensum (currebat enim velocius quam ab illa aetate gravitateque expectari potuisset) retraxerunt invitissimum ad auscultanda quae ex scripto clara voce proferebantur. at ille appendicibus galeri ad aures ambas utraque manu valide appressis, sonum lectionis frustra pronuntiatae non accepit. denique gravissimum significans animi angorem, coelum terramque voce maxima testes adhibuit eorum

www.libtool.com.cn

πάσχοι, καὶ μὴ μόνον οἷς εἶπον οἱ κατειπόντες ἠξίου προσέχειν, ἀλλὰ καὶ ἀντήκουον ἂν παρ' αὐτοῦ εἴπερ ἀνέφερον ὅλως προσηξίου σκοπεῖν, εἰ μὴ ἐπείχοντο ἐμβριθῶς, εἰ μὴ καὶ μεγάλως ἠπειλοῦντο κολάζεσθαι πρὸς θεοῦ, ἐπιχειροῦντες ὅλως. καὶ ὡς
D "καλῶς ἂν" ἔλεγεν "ἠρχιερατεύσαμεν, φόνον τῷ βασιλεῖ συνυφαίνοντες, οἳ δὴ καὶ ἐν ἐσχατιᾷ ταύτῃ παραρριφθέντες θεὸν εἰς καλὸν ἐπειλῆφθαι τῆς ἐκείνου ψυχῆς ἱκετεύομεν, κἂν ἐκεῖνος λιμῷ καὶ δίψει ἐπ' ἐρημίας ὡς καταδίκους ἀπόλλυσι." ταῦτα καὶ τοιαῦθ' ἕτερα ἐν ὀδύνῃ ψυχῆς καὶ πικρίᾳ ἐξενεγκών, τὰ μὲν αὐτῷ βασιλεῖ τὰ δὲ καὶ τῷ ἐς τὸν θρόνον καταστάντι προσονειδίσας, ἢ καὶ ἐποικτισάμενος μᾶλλον, ἀπέπεμπεν. ἡμεῖς δὲ καὶ
E αὖθις τῆς ἐπελθούσης ἡμέρας προσελθόντες, καὶ ὅσον ἦν τὰ προσανακείμενα ἐκτελέσαντες, ἀφωρμοῦμεν τοῦ λιμένος αὐτίκα, καὶ τοῦ βορέου λαμπροῦ καταβαίνοντος διὰ τῶν κατὰ δύσιν τῆς νήσου μερῶν ἀνεκτότερον ἡγούμεθα πλέειν ἐπισκεπτομένους τοῖς ὄρεσιν. ἀλλὰ μᾶλλον ὁ κλύδων μέγιστος ἐπηγείρετο, καὶ ὤδινεν ἡ θάλασσα πλέον, καὶ τῷ Γαληνολιμένι μόλις προσσχόντες τὴν
P 195 ναῦν, ὃ δὴ καὶ Γαληνολιμὴν ἰδιωτικῶς οἱ ἐπιχώριοι παραφθείροντες λέγουσι, μεγάλοις ἐκεῖσε φοβεροῖς ἐνετύχομεν, κατ' εἴσπραξιν οἶμαι τοῦ μὴ μετ' εὐλογίας ἀπολυθῆναι τοῦ πατριάρχου. ὃ δὴ καὶ ἤθελε μὲν ἕκαστος ἀνὰ μέρος, ὡς ὕστερον ὡμολόγουν

2. καὶ] καὶ ἃ? an καὶ τί. 11. ἐπευκτησάμενος P.

quae pateretur. et non solum ad ea quae ipsi denuntiabantur non attendit: sed neque qui eum alloquebantur audivissent omnino ab eo quidquam de negotio proposito, quod ad synodum referrent, nisi eum expedire se ab ipsis summopere conantem vi maiori utique tenerent, et graves intentarent a deo minas, si persisteret in contumacia. tandem summis conatibus responsum exprimere qualecunque satagentium visus cedere "en" inquit, "ut bene patriarchatum gessimus, necem imperatori machinantes! cui videlicet etiam proiecti e rebus humanis in hoc extremum desertae insulae deum propitiare non cessamus, obsecrantes ut eius animae bene consulens misereatur, utcunque ille fame ac siti nos velut morte damnatos in hac solitudine interficiat." haec et eiusmodi alia summo dolore atque amaritudine animi profatus, multa simul imperatori, simul in thronum intruso exprobrans aut potius imprecans, dimisit ad se missos. nos autem illo iterum postridie convento, et omni eo quod sperari potuit effecto, e portu confestim solvimus, et valido ingruente Borea in Occiduam insulae oram, satius duximus navigare protegentibus montibus. at vehemens coorta procella est, intumuitque commotum amplius mare. quare navim aegre applicuimus ad locum Galenolimena nuncupatum, quasi portum serenum diceres. accolae lingua vulgari, corrupto vetere vocabulo, Gallolimen appellant. magnis ibi periculis sumus exerciti, in poenam, opinor, non petitae et acceptae a patriarcha in digressu benedictionis. quod facere unusquisque singillatim voluerat, ut postea in mali sensu sero

www.libtool.com.cn

πρὸς ἀλλήλους μεταμελόμενοι· ὅμως δὲ τὴν ἐντεῦθεν κατηγορίαν ὑφορώμενοι κατημέλουν. νυκτὸς γὰρ μέσης σεισμὸς ἐπεισπίπτει βαρύς, καὶ τὸ ὄρος θρανσθὲν καὶ πεσὸν εἰς θάλασσαν τὸν ἐκεῖσε τόπον κατέκλυσε, δόκησίν τε καὶ ἦμᾶς κατακλυσθῆναι παρέσχε κατ' αἰγιαλὸν μένοντας. ἀλλὰ μόλις πολλὰ τῇ θαλάσσῃ προσταλαιπωρήσαντες τῆς Κωνσταντίνου ἐπέβημεν, μηνὸς ἐξκαιδεκάτῃ Ποσειδεῶνος, καὶ τῷ πατριαρχοῦντι πρότερον προσελθόντες καὶ τὸ πᾶν ἀναγγείλαντες θερμὴν ἀξίωσιν οἷον ἠξιούμεθα παρ' ἐκείνου, πᾶν λυπηρὸν τῆς ἀπαγγελίας ὑπεξελέσθαι πρὸς βασιλέα λέγοντας, καὶ εἴ τι λέλεκται. οὕτω δ' ᾠκονόμηται τὰ τότε πρὸς βασιλέα, ὥστ' ἀκούσαντα διαγνῶναι μὲν τὴν ἀπολογίαν, ὅτι καὶ εἰκὸς ἀκούσαντα ἐπισχεῖν ἐκείνους, μὴ θέλοντα δὲ τοὺς καθ' ἡμῶν ἐμφανίζειν σιγᾶν, δεινὸν δὲ καὶ τὸ κακοπαθεῖν ἐκεῖνον ἡγήσασθαι, ὥστ' αὐτίκ' ἐπιτάξαι τριακοσίοις ἐτησίοις νομίσμασιν ἐκεῖνόν τε καὶ τοὺς περὶ ἐκεῖνον καθικανοῦν, ὑπεραπολογούμενον καὶ μεθ' ὅρκου ὡς καὶ πρότερον ἐπιτάξοι οὕτως καὶ ὡς παρ' ἐκεῖνον μὴ θέλοντα δέχεσθαι τὸ μὴ δεδόσθαι ἦν, τέως δὲ καὶ αὖθις δεδιότα μὴ ὅπως δέχοιτο, προσανατιθέναι τῇ δεσποίνῃ τὴν χορηγίαν, ἐφ' ᾧ αὐτὸν μὲν ἀποστεῖλαι καὶ αὖθις

16. ἐπιτάξει P. 17. διδόσθαι P.

poenitentes invicem fatebantur: sed verente pro se quoque ne id sibi crimini verteretur, pariter id omnes neglexerant facere. nam nocte media terrae motus incidit gravis, et abruptus mons imminens ac superne praecipitatus in mare illud coëgit in terram late vicinam inundare, tanto aestu ac tumultu ut qui stabamus in littore nos continuo demergendos crederemus. caeterum aerumnosissimo inde cursu transfretantes aegre Constantinopolim tenuimus sextadecima die mensis Augusti, et primum adito patriarcha, ubi quae contigerant retulimus, quam potuimus ardentissime illum oravimus ut pro ea qua valeret apud imperatorem auctoritate gratiaque nobis adesset quae acta erant renuntiantibus, ac si quid necessario diceremus quod Augusti animum pungeret, deliniret ipse praesens qua valebat arte, atque ut cuncta boni consuleret daret operam. fecit cumulate quod petiimus; eoque mox successu cum imperatore egimus, ut ille placatus Arsenio acceptaque defensione ipsius ultro significaret credere se, si quid de coniuratione in vitam suam facta cognovisset Arsenius, conaturum eum fuisse coniuratos a nefario coepto avertere; siluisseque, si quid horum novit, ab iis indicandis religione cohibitum quadam, quod suam forte personam decere non putaret irritare principem in subditos horum in ipsum machinationibus illi manifestandis. praeterea simul audivit a nobis egestatem miseriamque qua ille in exilio conflictabatur, adeo motus in misericordiam est ut statim iuberet trecentos ei nummos annuos ad sui suorumque victum assignari, affirmaretque in excusationem suam, iuramento etiam interposito, se prius decreturum ipsi eam summam fuisse, si sperasset induci eum posse ad istam a se pensionem acceptandam. sed cum superstitione ipsum quadam abhorrere a communione quacunque se-

www.libtool.com.cn

φίλους ἐκείνῳ νομιζομένους κατά τινα τὴν ἀπ' αὐτοῦ παραμυθίαν
D σε καὶ εὐμένειαν, τὴν δὲ δέσποιναν μετ' ἐκείνων πέμπειν ὡς
ἀφ' ἑαυτῆς τὰ νομίσματα. ὃ δὴ καὶ μετ' οὐ πολὺ πέπρακται,
καὶ ἀποστέλλονται ὅ τῆς ἐκκλησίας ὑπομνηματογράφος Γεμιστός,
ὅ τοῦ βασιλικοῦ κλήρου λαμπαδάριος ὁ Οἰναιώτης, καὶ τρίτος ὁ
τῆς Ἱερᾶς ἱερομόναχος Μάρκος, ἄνδρες ἐκ παλαιοῦ φίλοι ἐκείνῳ
τὰ μάλιστα, οἷς δὴ καὶ παρὰ τῆς δεσποίνης τὰ εἰς χρείαν συνα-
πεστέλλοντο.

Τῷ μὲν οὖν βασιλεῖ οὐκ ἦν ἐς τοσοῦτον τὰ τῆς σπου-
E δῆς, ἀλλὰ καὶ τὸ πλέον προσεπεζήτει, μᾶλλον δὲ καὶ οὗ χάριν
ταῦτ' ἐπράττετο. τὸ δ' ἦν ἄρα ὅσον ἐν σπουδῇ ἐκείνου τοῦ ἀνυ-
σθῆναι, τόσον ἐν ἀπορίᾳ τοῦ πῶς ἂν ἀνυσθείη καὶ παρὰ τίνος.
P 196 (17) ἤθελε μὲν οὖν τὴν τοῦ δεσμοῦ λύσιν γενέσθαι παρά τε τοῦ
πατριάρχου καὶ πάσης τῆς συνόδου, τὸν δὲ λύσαντα ὑφωρᾶτο
μὴ καὶ δόξοι ἄλυτα λύων ἐκ τοῦ πρὸς ἐκεῖνον τὸν λαὸν ὀλιγώρως
ἔχειν τοῦτο μὲν διὰ τὸ μὴ ἐπ' ἐκείνῳ πληροφορεῖσθαι, τοῦτο δὲ
καὶ διὰ τὴν ἐμφαινομένην τοῦ θρόνου μετάθεσιν. ὁ δ' ἐννοίας

cum intelligeret, ingerere quod scrupulosum senem offenderet non ausum. ac ne nunc quidem velle molestiam facessere infirmae hominis conscientiae, ideoque metuentem ne recusaret necessarium subsidium si suo ipsi nomine offerretur, consentire se ut id Augustae imputetur. denique velle se mitti ad eum aliquos ex amicis eius ad quandam calamitosi senis consolationem et recreationem, et iis deferendos ad ipsum tradi trecentos illos nummos tanquam donatos ab Augusta, cum certa promissione reditura quotannis ab eadem manu paris summae. id quod non multo post ita factum est. delegati enim ad Arsenium sunt ecclesiae commentariensis Gemistus, cumque hoc regii cleri lampadarius Oenaeota et tertius monasterii Hierae dicti monachus Marcus, viri omnes ipsi olim carissimi; qui et memoratum ipsi ab Augusta subsidium apportarunt.

Quae cum altius reputo, suspicor equidem non hoc tantum in senem parum sibi aequum studium ex sola tum miseratione imperatori natum esse, homini utique minime simplici aut unum et cuivis obvium spectare in iis quae ageret solito; quare puto illum plus in eo vidisse, atque hoc facto studuisse munire ac complanare sibi viam ad antiquum, quo dudum tendebat, scopum absolutionis impetrandae; quam rem quanto vehementius cupiebat, tanto solertius cogitabat quanam optime ratione et a quo facilius honestiusque consequeretur. (17) cogitationum porro eius summa in id conferebatur, ut curandum existimaret solvi sese ab anathematis vinculo per patriarcham et per synodum. de patriarcha verebatur ne parum eo exorando proficeret, ipso libenter quidem assensuro; sed quoniam exigua eius apud populum et gratia erat et auctoritas, timendum videretur ne invidia auctoris actum infirmaret et talem absolutionem pro nulla plerique irritaque haberent, tanquam latam ab homine cuius auctoritati parum fiderent, et de quo an legitime promotus esset, propter vetitam canonibus de throno in thronum translationem ambigeretur. auctor et

www.libtool.com.cn

τοιαύτας ὑποβάλλων τῷ βασιλεῖ ὁ δηλωθεὶς Γαλησίου ἦν Ἰωσήφ,
ὃς οὐ τόσον ὑπερεπάθει τοῦ Ἀρσενίου ὅσον τῷ Γερμανῷ ἀπη- B
χθάνετο διὰ τὴν ἐκ θρόνου ταπεινοῦ εἰς τὸν ὑπέρτατον ἐπιπήδη-
σιν. τῷ τοι καὶ ἐσχίζετο μὲν ἐκεῖνος, ὑπέτεινε δὲ καὶ τῷ βασι-
λεῖ οὐ καλὰς ἐννοίας περὶ ἐκείνου ὡς οὐ λύσοντος, ἂν γε καὶ
λύοι· οὔτε γὰρ ἱκανὸν εἶναι τοῦτο παρὰ θεῷ καὶ αὐταρκες,
οὔτ' ἀκατάγνωστον τῷ βασιλεῖ. ὡς γοῦν ταῦτ' ἔλεγεν ὡς ἐν
ἀνθρώποις εἰς πατέρα τεταγμένος αὐτῷ, καὶ πείθειν ἦν ἐκείνον C
ἐκ τοῦ προχείρου καὶ δι' ἄλλα μὲν πρὸς τὸ δοκεῖν ἱκανά, μάλιστα
δὲ καὶ ὅτι ἐπ' ἐκείνῳ πεπληροφόρητο τὰ πολλὰ πατρί γε νομιζο-
μένῳ, ἐν ἐννοίαις ὁ κρατῶν ἦν, καὶ μᾶλλον ὅτι καὶ τὸ σχίσμα
πλέον ἐγένετο διὰ τὴν μετάθεσιν, κἂν ἐκεῖνος κατωλιγώρει τῆς
εἰς αὐτὸν ὕβρεως καί γε οὐδὲν οὐδενὶ ἠνώχλει, κἂν πάντες προσ- D
ἠγγελλον. μεταβαλὼν γοῦν τῆς γνώμης ὁ βασιλεὺς πολὺς ἦν ὀρι-
γνώμενος διὰ ταῦτα ἐκστῆναι τοῦ θρόνου τὸν Γερμανόν, κἂν μὴ
ἐξ ἑαυτοῦ μαθὼν ὑπεκσταίη, ἀλλ' οὗ ἄλλον ἐπιθαρρῆσαι συμ-
βουλεύειν ἐκείνῳ τὴν ὑποχώρησιν. ἕτοιμος δ' ἦν εἰς τοῦτο τὸ
παραυτίκα ὁ Ἰωσήφ, πλὴν ἀνεμφάτως, καὶ ὡς ἂν οἰηθείη τις

suggestor huiusmodi solicitudinum Augusto fuit supra memoratus Ioseph Galesii praefectus, non tam ille quidem in hoc miseratione in Arsenium quadam motus quam indulgens minime dissimulato adversus Germanum odio, quem palam culpabat quasi e sede humiliori in supremam saltu ambitioso nec per sacras leges concesso transcendisset. unde cum se ipse ab eius communione segregavit, tum istas quas dixi adversas Germano cogitationes atque formidines imperatoris animo subiecit, metuendum denuntians ne non idoneam ille haberet solvendi potestatem, ac quod erat inde consequens, si a tali absolutus fuisset imperator, nec apud deum nec apud homines vere liber a diro vinculo censeretur. quae Augustus audiens ab eo quem patris habebat loco, cui et ut conscientiae suae arbitro et ut omnium quae ad procurationem spectarent animarum consultissimo passim habito fidei plurimum venerationisque tribuebat, anxietate constrictus est maxima, quam subinde magis magisque intendebat augescens in dies schisma multorum ob invidiam translationis Germani communionem aversantium, ipso secure nimis indormiente iniuriae suae tantae, nec purgare aut delinire omnino gliscentem invidiam ulla re conante. nam tametsi omnes illi nuntiarent quae contra illum dicebantur et fiebant, nemini succensuit, nullum compescuit, nullum vel minimum, ut oportuit, nascenti et augescenti malo remedium obiecit. mutata igitur sententia imperator multus iam erat in disquirendo secum qua maxime ratione posset consequi ut e throno Germanus amoveretur. cupiebat consilium ultro inde recedendi per se illum capere. quod cum ei suggerere pudor suus non sineret, optabat alicunde aliquem existere liberum monitorem, qui suadere homini auderet ut quod omnes desiderarent occuparet volens facere ac vim arbitrio praeverteret. commodum adfuit in id officii paratus ipse primus tricarum artifex talium Iosephus, monitus tamen, et instinctu pronus in idem, periculo velut proprio tentandum id sumere, nec

www.libtool.com.cn

ἀγνοοῦντος τοῦ βασιλέως· ἐκεῖνος γὰρ καὶ ἐς τέλος τὴν ὑποψίαν
P 197 ταύτην διεφυλάττετο. (18) καὶ δὴ τοῦ βασιλέως ἐνδόντος, ἐν
ἀπορρήτοις ὁ Ἰωσὴφ τῷ Γερμιανῷ προσιὼν ἐν σχήματι συμβού-
λου χρηστοῦ τὴν πατριαρχίαν συνεβούλευεν ἀποθέσθαι. πολὺν
γὰρ εἶναι τὸν τάραχον, καὶ οὐχ οἷόν τ' ἔσεσθαι ἐς μακρὰν ἀντι-
σχεῖν ἐκείνου, κἂν ὅσον παρὰ τοῦ βασιλέως συνέχοιτο· ἀπαυδή-
σειν γάρ ποτε καὶ αὐτὸν βασιλέα μαθόντα τὸ σχίσμα. "ἢ οὐχ
B ὁρᾷς ὁπόσοι τε ἀμφὶ τὸν Ὑάκινθον ὁπόσοι τ' αὖθις ἀμφὶ τὴν
Θεοδοσίαν καὶ τὸν αὐτάδελφον αὐτῆς Ἰωάννην τὸν τῆς Μάρθας
καὶ τὴν ἑτεροθαλῆ ἀδελφὴν αὐτῶν τὴν Νοστογγόνισσαν συνέστη-
σαν; οὐ βλέπεις τοὺς μοναχοὺς ἀποφοιτήσαντας τῶν μονῶν, αἷς
ἐνίδρωσαν ἐγγηράσαντες τοῖς ἀσκητικοῖς πόνοις; εἰ δ' ἐπὶ τῇ
Εὐλογίᾳ θαρρεῖς, ἀλλ' ἴδε τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς Μάρθαν, ἴδε
C τὰς αὐτῆς θυγατέρας, ὅπως τῷ Ἀρσενίῳ προστετήκασι καὶ σοῦ
ὀλιγωροῦσιν ὡς μηδενός. οἱ δὲ κοσμικοὶ ἀλλ' οὐκ ἔχω σοι λέγειν
ὅπως τῷ Ὑακίνθῳ πρόσκεινται καὶ τῇ Νοστογγονίσσῃ μοναχῇ,
ἣν ἀδελφὴν οἶδας οὖσαν Θεοδοσίας καὶ Ἰωάννου τῶν εἰρημένων.
τί γοῦν σοι λοιπὸν ἐναπολειφθήσεται, εἴ γε καὶ βασιλεὺς ἀπει-
πὼν ἀπολείψοι σε; σπεῦσον μετὰ τιμῆς ἐξελθεῖν, ὡς καιρὸν ἔχεις

6. ἐκείνῳ?

prae se ferre consensum in hoc ullum aut conscientiam Augusti; quam ille cautionem ad finem usque negotii fideliter adhibuit, suspicionem talis molitionis ab imperatore avertens, et videri affectans proprio nomine ac iudicio id agere. (18) igitur clam concedente imperatore Iosephus arcano Germanum adiens, specie ac persona benevoli consiliarii suggessit optime facturum illum si ultro patriarchatu cederet: intumescere quippe vulgarem offensionem in molem invidiae tam validam, cui mox, ubi paulo plus se corroboraverit, perrumpendae par non sit futurus. nec faventi sibi Augusto nimium fideret: et ipsum enim pro sua sapientia, simul invaluisse schisma viderit, niti contra torrentem frustra et pernicie certa desiturum. "an enim" addebat "non vides quam multi cum Hyacintho, quam multi rursus cum Theodosia fratreque ipsius Ioanne Marthae filio et sorore horum ex alio parente Nestongonissa conspiraverint in exauctorationem tui? non cernis monachos turmatim ad eandem urgendam erumpentes claustris, quibus insenuerant asceticis insudando laboribus? contra quae si Eulogiae potentia te satis munitum putas, at reputare te oportet opes ferme pares in contrariam non dubie additae factionem sororis eius Marthae. considera quippe filias huius ut studeant Arsenio, ut in eius favorem vehementer incumbant, ut te pro nullo et suppositicio palam spernant. quid saeculares? dicere tibi vereor quam individuae adhaereant Hyacintho et Nostongonissae monachae, quam Theodosiae ac Ioannis modo memoratorum sororem nosti. quid igitur tibi fiet reliqui, si Augustus metu schismatis adigatur ad te deserendum? praeverte, si mihi credis, ignominiam, et festina cum honore inde exire unde mox cum

www.tiptool.com.cn

τοῦ ἀφ' ἑαυτοῦ πράττειν, μή πως ἐπιστάντος σοι τοῦ καιροῦ καθ' ὃν ἐβουλήθως πράττειν ἀναγκασθήσῃ, καὶ γέλωτα ὄφλοις, D ἀποχωρῶν τῆς ἐκκλησίας καὶ ἄκων." ταῦτα μὲν οὖν ἐκεῖνος ἐν ὑποθήκης τρόπῳ πρὸς τὸν ἐπὶ τοῦ πατριαρχείου συνεῖρεν· ἀλλ' ἡ ὄρεξις προσίστατο τοῦ ἀκούοντος, καὶ ὁ λέγων οὐκ ἔπειθε. ποῦ γὰρ καὶ εἰς νοῦν ἐκείνῳ, ὡς καὶ βασιλεὺς ἐπινεύει ταῦτα καὶ τὰ τῆς συμβουλῆς Ἰωσὴφ ἐκεῖθεν προανακέκρουσται; ἔμεινε γοῦν καὶ ἔτι καὶ ἐπεστοίβασε κληρικούς τε καὶ ἱεράρχας χειροτονῶν, E ὑφορῶν πρὸς τὴν τοῦ κρατοῦντος εὐμένειαν. τὸ δ' ἄρ' ἦν χλεύη καὶ γέλως, καὶ τὸ εἰς ἐκεῖνον ἐλπίζειν ὅσον καὶ τῷ ἐν μυίοις θαλάσσης, ἐπεὶ τῆς νεὼς ἀποπέσοι, θαρροῦντι σώζεσθαι. ἀλλ' ὁ P 198 κρατῶν τὴν ὑποψίαν ἐκκλίνειν ἐθέλων καὶ συνέχειν προσεποιεῖτο καὶ εὐμενῶς προσεφέρετο, καὶ παρεῖχεν ἐκείνῳ πλεῖστα, ἐφ' ᾧ διδοίη καὶ τὰς τῶν πολλῶν ἐξωνοῖτο γνώμας, ὥστε καὶ τῆς τῶν βαΐων ἑορτῆς ἐπιστάσης, ὅτε καὶ ἡ συνήθης ἐξ ὄρθρου λιτανεία τελεῖται, αὐτὸς πέμψας πλεῖστα ἐξ ἀργύρου καὶ χαλκοῦ νομίσματα πρὸς τοῦ κρατοῦντος ἐλάμβανε, καὶ ὑρπεδόσιν ἐνδεῖσθαι B

dedecore extrudendus es. breve restat tuo spatium arbitrio, brevis est occasio voluntarie ac laudate defungendi. si negligis, statim tempus aderit quo iam coactus et cum risu aemulorum ecclesia invitus excedere compellaris." haec ille, fidi se consilii benevolum auctorem ferens, patriarchalem dignitatem gerenti suggessit, sed non reperit aditum in audientis animo aviditate in gustu praesentis boni defixa praeoccupato qualis ista cumque suggestio: quomodo enim id persuaderi sibi Germanus sineret, ignorans quo inclinaret imperator, ac ne suspicari quidem valens talia sibi nutu eiusdem ac impulsu proponi? perstitit igitur adhuc in proposite tuendae possessionis throni seque in ea firmandi, ad hoc affectans tunc cum maxime usum ostentare labantis potestatis, quasi eam sibi multo illius exercitio magis assereret. frequentes ergo clericorum et episcoporum ordinationes celebravit, fretus scilicet ostentato principis favore, qui tamen ludibrium merum et irrisio erat; cui vanae simulationi benevolentiae niti eum magnopere simile nimirum fuit quiddam ac si quis navigans spumosa superficie undantis maris, crusta quadam fluxa innatantium sordium, muscosi cespitis aut ingestae arenis algae soliditatem mentientis, sustineri se speraret posse, atque ad extremum a demersione servari, ubi e navi excidisset. caeterum imperator suas quasdam secutas rationes, ob quas vitandam putabat suspicionem aversae a Germano voluntatis, egregie perstitit in simulatione fovendi protegendique ipsum, non solum vultu sermoneque in congressibus, cunctis verae benevolentiae indiciis monstrandis, verum etiam pecuniis large donandis, quibus ille videlicet adversas sibi reconciliaret voluntates. quo in genere contigit instante palmarum festo, quo solemnis duci per urbem supplicatio precibus decantandis consuevit, ut cum missis ad imperatorem suis patriarcha ei confidenter indicasset indigere se lineis hamo esca induto instructis, quibus ad se homines traheret, intelligens ille petere ipsum nummos, quibus imminente pompa spargendis in plebem studia parum sibi faventium emereretur, continuo misit magnam copiam aereae argenteaeque monetae,

www.libtool.com.cn

παρασκευάσας τὰ συνήθως λεγόμενα ἐπικόμπια καὶ αὐτός, μέχρι καὶ τῶν τεσσαράκοντα μαρτύρων τὴν λιτὴν κατατείνων, ῥιπτεῖν ἐκέλευε τῷ λαῷ. καὶ τοιαῦτ' ἦσαν τὰ πρὸς ἐκεῖνον τοῦ βασιλέως ἐπικαλύμματα, ἐφ' ᾧ μὴ γνωσθείη μηδ' ἀμηγέπη τὴν ἐκείνου θέλων ἐξέλεγξιν.

C 19. Οὐ χεῖρον δὲ λέγειν καὶ τὰ περὶ Ὑακίνθου καὶ αὐτῆς δὴ Θεοδοσίας καὶ Ἰωάννου καὶ τῆς αὐτῶν ἑτεροθαλοῦς τῆς Νεστογγονίσσης. ὁ μὲν οὖν Ὑάκινθος μοναχὸς ἦν ἐκ δύσεως, καί γε Νικαίαθι γεγονὼς ἔν τινι τοῦ ἀρχιστρατήγου ναῷ, ἐγγὺς τοῦ ἐκεῖσε πατριαρχείου προσκαθίσας ξένος τε καὶ ἀγνὼς τὰ πλεῖστα, παῖδάς τε ἐπισυνάγει, καὶ τούτους ἀνάγων τὰ εἰς προπαιδείαν

D ἐπορίζετο τὰς τροφάς. ἀλλὰ τῷ πατριάρχῃ προσαγγέλλεται ὡς δῆθεν ἀτάκτων μοναχὸς παῖδας ἐκδιδάσκων· καὶ ὃς προσεκαλεῖτο καὶ ἀνηρώτα, καὶ ἐπεὶ δεξιὸν ἑώρα τὸν ἄνδρα καὶ ἄλλως ἀδεῆ τε καὶ ἐς παρρησίαν ἕτοιμον, ἦν δ' ὡς ἔλεγε καὶ τῶν ἱερωμένων, προσλαμβάνει τε τοῦτον καὶ ὡς οἰκείῳ ἐχρῆτο. εἶτα συμβάντων τῶν κατὰ πατριάρχην, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς δόκιμος ἐφάνη ὑπὲρ τῶν ἐκείνου ζηλῶν, ἔτι μᾶλλον τὰ εἰς φιλίαν ἐκείνῳ συνήπτετο. καὶ

P 199 ἐπεὶ ἐν τῇ Κωνσταντίνου πάλιν ὁ πατριάρχης ἀνήγετο, συνῆν

17. τῶν deerat.

qua ille quae vulgo vocant epicompia concinnari curans ea iactari iussit in populum toto spatio quo pompa supplicantium processit, ad sanctorum quadraginta martyrum templum usque producta. tali callidus imperator astutae dissimulationis artificio fucum faciebat nimium credulo antistiti, ne subolere ipsi quidquam posset arcanae voluntatis, qua cupiebat amoveri eum a sede patriarchali.

19. Non intempestivum, opinor, fuerit quaedam hic dicere de Hyacintho deque ipsa Theodosia et Ioanne sororeque horum ex patre Nostongonissa. Hyacinthus monachus fuit ex Occidente, qui Nicaeam profectus, in quodam sancti coelestis militiae principis templo, vicino palatio patriarchali quod in ea urbe est, degens, homo peregrinus et plerisque ignotus pueros in contubernium congregavit, quibus non tantum literarum elementa et liberales artes per se traderet, sed etiam alimenta suppeditaret. id dum agit delatus ad patriarcham, quasi contra ordinem disciplinae quam profiteretur monachus pueros doceret, ideoque citatus ab eo et praesens interrogatus, gnavus industriusque vir est visus, praetereaque intrepidus, et ad quod opus esset libere agendum et loquendum expeditus. quare cum is praeterea se sacerdotio initiatum diceret, assumpsit ad se illum et in familiarium numero habuit. deinde cum incidissent ea patriarchae tempora de quibus diximus, cum in iis Hyacinthus fidem constantem et studium patrono ardens probasset, artiori ei amicitiae necessitudine iunctus est. ac ubi Constantinopoli rursus patriarcha repositus in thronum est, adfuit illi familiarium intimus, et cui plurimum fide-

www.libtool.com.cn

ἐκείνῳ πιστότατος τῶν οἰκείων, συνάμα καὶ Ἰγνατίῳ Ῥοδίῳ, ἀνδρὶ καὶ αὐτῷ εὐλαβείας πλήρει καὶ μοναχικῆς καταστάσεως. συνήτην οὖν ἄμφω τῷ πατριάρχῃ κοινωνοὶ καὶ τῶν θλίψεων καὶ τῶν βουλευμάτων, καὶ μᾶλλον ἐδεικνύετην ζηλοῦντε ὑπὲρ ὧν καὶ ὁ πατριάρχης ζηλῶν ἠγωνίζετο. ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος ἐξεβέβλητο τῆς πατριαρχίας, κἀκεῖνοι ὡς εἶχον παρεισδύντες γωνιῶν ἀφανείᾳ (οὐ γὰρ εἶῶντο τῷ πατριάρχῃ συνοπαδεῖν) τὰ τῆς ἀνάγκης ἀλγεινῶς μὲν ἀλλ' ἀναγκαίως διέφερον. καὶ ὁ μὲν φθάνει τὸν βίον ἐκ τοῦ πλησίον ὑπεξελθών, Ὑάκινθος δὲ σὺν τοῖς ἀμφ' ἐκεῖνον τὸν βασιλικὸν ὑφορώμενος φόβον, ἐπεὶ καὶ τὴν ἀδελφὴν ἐκείνου Μάρθαν ἑώρα τῷ πατριάρχῃ προσκειμένην τὰ μάλιστα, ἐκείνῃ δὴ προσφοιτᾷ, καί που παρεισδὺς τὰ ἐς τροφὴν ἐκεῖθεν εἶχε, μηδὲν τοῦ βασιλέως εἰδότος. ἦν οὖν τῇ μοναχῇ Μάρθᾳ καὶ ὁ Ἰωάννης υἱός. τριῶν γὰρ αὐτῇ τῶν ἀρρένων ὄντων, ὁ μὲν Μιχαήλ τε καὶ Ἀνδρόνικος συνῆσαν τῷ βασιλεῖ, καὶ μετ' οὐ πολὺ τούτων ὁ μὲν τὸ τοῦ μεγάλου πριμικηρίου ἀξίωμα ὁ Μιχαήλ, ὕστερον δὲ ὢν τοῦ Ἀνδρονίκου, παρὰ τοῦ κρατοῦντος ἐλάμβανεν, ἄτερος δὲ ὁ Ἀνδρόνικος μέγας κονοσταῦλος προεχειρίζετο· παρ' ἣν αἰτίαν καὶ ἐπὶ ταῖς τιμαῖς ζηλοῦντος τοῦ πρώτου πλεῖστα ξυμβεβήκει, ὡς κατὰ τόπον ἱκανῶς ἐροῦμεν. καὶ οἱ μὲν δύο οὕτω συνήτην τῷ βασιλεῖ, μηδὲν πολυπραγμονοῦντες· ὁ δ' Ἰω-

ret, una cum Ignatio Rhodio, viro et ipso pietatis et monachum decentis gravitatis pleno. his maxime duobus in illis angustiis rerum suarum participibus malorum et consiliorum auctoribus usus est; quorum extabant amborum studia sensibus affectibusque patriarchae consentientia per omnia. illo demum eiecto e patriarchali sede abdiderunt hi sese amoveruntque a conspectu: non enim est iis permissum exulatum eunti se comites addere, clademque illam ac calamitatem rati propriam, in luctu ac dolore malum ineluctabile ferebant. non diu post haec Ignatius vitam cum morte commutavit: Hyacinthus autem cum suis et defuncti superstitibus amicis iram imperatoris metuens, praesidium adversus eam sibi quaerendum apud Martham putavit eius sororem, quam commodum perspexerat favere plurimum et condolere expulso patriarchae. ergo ad eam ventitans adeo se insinuavit in eius gratiam, ut etiam victum inde haberet, horum ignaro funditus principe. erat porro Marthae monachae Ioannes filius. tres enim illa cum mares genuisset, eorum Michaël et Andronicus apud imperatorem erant, quos etiam ille non multo post haec honoribus ornavit: nam Michaël minor Andronico magni primicerii dignitatem ab Augusto accepit, Andronicus magnus conostaulus declaratus est; per quam ambitionem honorum, aemulante primo alterum, multa inter fratres contigerunt a nobis memoranda quantum erit opus suo loco. in hunc modum hi quidem duo in imperatoris comitatu versabantur, nihil his se immiscentes. at Ioannes ambobus minor natu hactenus in familia et obsequio aulico

www.hptool.com.cn

ἀννης ὕστερος ὢν τέως μὲν πρὸς τοῦ Θείου καὶ δεσπότου Ἰωάννου ἐκείνῳ καθυπηρετούμενος ἐπαιδεύετο, τὴν δὲ μητέρα προσκειμένην βλέπων τῷ πατριάρχῃ καὶ αὐτὸς ἐκτύπως ἐζήλου, "μὴ ἅψῃ, μὴ θίγῃς" μέχρι καὶ τῶν εὐτελεστάτων ὑποφωνῶν καὶ
E διατηρούμενος. σὺν ἐκείνῳ ἦν καὶ ἡ ἀδελφὴ Θεοδοσία τοῖς αὐτοῖς προσέχουσα, ἤδη κεχηρωμένη τοῦ ἀνδρὸς Βαλανειδιώτου καὶ πρὸς τὸ μοναχικὸν ἀποκλίνουσα. συνῆν δὲ τούτοις τὰ αὐτὰ φρονοῦσα ἡ Νοστογγόνισσα μοναχή, ἣν ἑτεροθαλῆ ὁ λόγος ἐδείκνυ, ὅτι ἐκ προτέρας γυναικὸς τῷ Ταρχανειώτῃ γεγέννητο. ἦσαν οὖν οὗτοι πάντες τῷ Ὑακίνθῳ συνόντες, καὶ ζηλοῦντες ἐκτύπως
ὑπὲρ τοῦ πατριάρχου κακῶς, ὦ νόμοι θεῖοι καὶ δίκη, ἐξορισθέντος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον.

P 200 20. Ὁ δέ γε βασιλεὺς καὶ ἄλλην πεῖραν τῷ πατριάρχοῦντι ἀρτύει. τοῦ γὰρ Χαλαζᾶ Σάρδεων ἐφ' ἱκανὸν τῇ Κωνσταντίνου προσδιατρίψαντος, ἐπεὶ ἔδει πρὸς τὴν λαχοῦσαν ἐκεῖνον ἀποδη-
μεῖν, εἰς τοῦτο παρασκευαζομένου, ὑποθήκας ἐμπιστεύει οἷς δι' ἀπορρήτων ὁ βασιλεὺς ἐφ' ᾧ ἢ αὐτοπροσώπως ἐντυχεῖν τῷ πατριάρχῃ καὶ τὰ αὐτὰ τῷ Ἰωσὴφ εἰπεῖν πρὸς ἐκεῖνον, ἢ καὶ
B γράψαι καὶ ἐπιστεῖλαι μᾶλλον ἐκ Χαλκηδόνος ἐξορμῶντα πρὸς τὴν ἀνατολήν. καὶ τὸ σκέμμα ὡς βαθύ τε καὶ εὐπρεπές. τό τε

13. τῷ deerat.

avunculi despotae Ioannis educabatur. hic matrem observans benevole affectam patriarchae in hanc se partem, vehementer etiam incumbens aemulansque supra modum, addiderat, adeo ut nemo eo frequentius, nemo pugnacius tritam illam formulam aversantium communionem adversae tanquam profanae factionis verbis factisque usurparet, ad omnem occursum partes tuentium Germani "cave contingas" inclamans, superstitione usque ad minimi quoque ac levissimi usus fastidiosissimam declinationem abundante. cum eo in his erat Theodosia soror iisdem praedita studiis, quae vidua relicta morte Balanidiotae coniugis ad monasticam se vitam receperat. his adhaerebat concordi sententia Nostongonissa etiam monacha, quam horum ex patre sororem supra memoravi, quoniam ex priori coniuge a Tarchaniota genita fuerat. horum erat omnium arta consuetudinis et consiliorum cum Hyacintho necessitudo, ardenti pariter affectu condolentibus cunctis misero Arsenio, iniuste, o ius fasque! o divinae leges! e sede patriarchali in exilium electo. sed haec hactenus.

20. At imperator patriarchae novam alteram tentationem adornavit. cum enim Sardium episcopus Chalaza sat diu Constantinopoli moratus differre non posset suum in propriam ecclesiam reditum, atque adeo in procinctu eius profectionis esset, egit clam cum eo imperator ut aut verbo coram, antequam abiret, aut scriptis Chalcedone in digressu versus Orientem literis eadem patriarchae suggereret quae frustra Iosephus suaserat. callide id excogitatum, utpote ad spem successus non parum accommodatum, consilium fuit: nam et auctoritatis habitura plurimum sua-

www.libtool.com.cn

γὰρ ὑψιθρονον παρὰ τοὺς ἄλλους λέγειν πρὸς ἐκεῖνον τὰ αὐτὰ
ἐδίδου, καὶ τὸ χειροτονίας ὄντα τὸν Σάρδεων ἦν ὁ Ἀρσένιος οὐκ
ἐδίχετο, τοιαῦτα τῷ πατριάρχῃ παραινεῖν, δέον παρ' αὐτοῦ δε-
χθεὶς ἀγαπᾶν, δεικνύντος ἂν εἴη ὡς ἄλλο τι βαθύτερον ὑποῤῥύσ-
σων τοιαῦτα λέγοι τε καὶ συμβουλεύοι οἱ ἀφεῖναι τὸν θρόνον. C
εἰ μή τι ἄλλο γάρ, ἀλλ' οὖν τὸ τῆς μεταθέσεως ἂν καὶ παρ' ἄλ-
λοις ὡς ἔγκλημα τῷ μετατιθεμένῳ ἰσχυρὸν ἐδόκει, ὥστε καὶ
ἐκχωρεῖν ἀναγκάζεσθαι· ἀλλ' οὖν ἐκείνῳ παρὰ τοιούτου τοῦ
ἀπ' Ἐφέσου Νικηφόρου τὴν ἀρχιερωσύνην λαβόντι προσίστατο
ἂν τὰ μεγάλα, ὡς οὐ μᾶλλον ἐκεῖνον καταδικάζειν ἢ ἑαυτόν,
τοιαῦτα λέγοντι. ἃ δὴ καὶ τὸν πατριαρχοῦντα τότε λαβόντα τὰ
παρ' ἐκείνου γράμματα, ἐπειδὴ τὸν Θρᾳκικὸν ἐκεῖνος περαιωθεὶς D
Βόσπορον ἅμ' ἐπέβαινε τῆς νεὼς καὶ ἅμα τοιαῦτ' ἄττα κινητικὰ
πρὸς παραίτησιν ἔγραφεν, εἰς οὐκ ἀγαθὰς ὑπονοίας ἐνῆγε, καὶ
ὡς οὐκ ἂν ἐκεῖνος τολμήσῃ τοιαῦτα γράφειν καὶ τὸν πρῶτον κα-
θυβρίζειν, εἰ μή γ' ἄλλοθεν εἶχε τὸ ἐγχωροῦν. τέως δὲ πείρᾳ
τὸ πρᾶγμα διδοὺς παραυτὰ πρὸς τὸν βασιλέα πέμπειν ὡς εἶχεν E

sio videbatur ab eminentis throni antistite profecta, et maxime purgatam ab omni suspicione partium futuram eandem erat consentaneum, idcirco quod cum Arsenius Sardensis ordinationem admittere pro legitima renuisset, palam hic ab Arseniana factione alienissimus putabatur. quin hac ipsa ex causa insinuabatur commendabaturque Germano velut sincerum et ex vero studio profectum consilium talis auctoris, cui privatim utile appareret perstare in patriarchatu Germanum, a quo utique pro vero episcopo agnosceretur. quare ut is tamen ipse contra proprias utilitates secessum inde consuleret, prona erat coniectura occultioribus eum quibusdam et diversis ab iis quae vulgo allegarentur rationibus moveri. nam quod ab aliis excipi soleret contra Germanum de translatione sedis, apud Sardensem momentum habere nullum manifestum erat, cum hunc constaret ab eo patriarcha suam ipsius, quam pro legitima tuebatur, ordinationem accepisse, quem omnes scirent ab Ephesina sede in Constantinopolitanam fuisse translatum. quomodo enim is ex ista translationis ex Adrianopolitano throno causa Germani promotionem posset irritam ducere videri, qui Nicephori transitum ex Ephesina in patriarchalem urbis sedem non solum pro canonico agnoverat, sed etiam a tali accepta sua ipsius inauguratione in Sardensem sedem, cuius se verum iustumque profiteretur possessorem, reiicere nequiret quin se ipse damnaret. quare aliud quidpiam idemque magnum par erat existimari vidisse Sardensem, quo ad tam inopinatam suggestionem impelleretur. talis ergo epistolam sententiae quae abdicationem patriarchatus consuleret, scriptam ad se traiecto Bosporo a navem ad discessum conscendente Sardensi, Germanus accipiens, in perplexam ingressus suspicionem est, merito reputans nunquam fuisse futurum ut ille auderet ista scribere ac primum se auctorem ferre consilii contumeliosi patriarchae, quem palam probaret imperator, nisi huic haud ingratum id esse perspexisset. ergo experimentum dubiae rei capere certum volens, epistolam eam statim ad imperatorem mittit,

www.libtool.com.cn

ἔγνω τὸ γράμμα, μαρτύριον τὸ ἐκεῖθεν ἐκβησόμενον τῶν παρόντων θέμενος ἀψευδέστατον, ὡς εἰ μὲν ἐπαλγήσει τοῖς γραφεῖσιν ὁ βασιλεὺς κἂν δεινῷ θήσει τὸ πρᾶγμα, ὥστε καὶ ἀποστέλλειν
P 201 καὶ ὑποστρέφειν καταναγκάζειν τὸν γράψαντα ἐφ' ᾧπερ κριθείη τοιαῦτα πρὸς τὸν πρῶτον ἐκθέμενος, δῆλον εἶναι ὡς οὐκ εἰδότος τοῦ βασιλέως προέβη ταῦτα, καὶ ἀσφαλῶς ἔχειν ἐντεῦθεν εἶναι τῆς καταστάσεως· εἰ δὲ μαθὼν παρ' οὐδὲν θήσει τὰ γεγραμμένα, ἀλλὰ προφάσεσιν ἐπειλύει καὶ ἀναρτᾷ ὡς κατὰ καιρὸν ἴσως ζητήσων, ἢ καὶ ἄλλως πῶς ἐπιστείλειεν ὡς δῆθεν καταπαύων καὶ ἡμερῶν, τοὐντεῦθεν μὴ εἶναι πλέον εἰς τὸ μαθεῖν ὡς ὁ βασιλεὺς
B περὶ αὐτὸν ἠψικόρησε καὶ βουλῇ τούτου τὰ τοιαῦτα γέγραπται. ταῦτ' ἐν νῷ θέμενος, προσθεὶς ἐκ μηνυμάτων καὶ ἀλγεινὰ ὡς λυποῖτο τὰ πλεῖστα, ἐκπέμπει τὸν τὸ γράμμα διακομίσοντα. ὁ δὲ λαβών τε καὶ ἀναγνοὺς οὐχ ὅπως τοῖς γεγραμμένοις ἐπήλγησεν, ἀλλ' οἷον ἑαυτὸν ἐπαλαστήσας εἰ οὕτω ταῖς τῶν κοινῶν σει-
C ραῖς συσφιγγόμενος καὶ περὶ τοῦ πατριάρχου φροντίζειν ἐπαναγκάζοιτο, αὐτίκα μηδὲν μελλήσας μηνύει ὡς "ἐν χερσὶν αὐτὸς ἔχεις τὸν ἄνδρα, οὕτω τῶν κανόνων διδόντων, καὶ οἱ περὶ σὲ

8. ἐπιλύει P.

testimonium ex eventu veracissimum omnium quae tunc haberi possent eliciturum sese ratus, quo clare intelligeret quid arcanae his de rebus sententiae imperatoris animo subesset. si enim visis literis dolorem significaret et displicere sibi factum ostenderet, mitteretque post epistolae auctorem qui eum ex itinere retractum Constantinopoli sisterent, repetendum utique rationem in iudicio legitimo irreverentis ausi, quo ad principem sacrorum tale scriptum suo nomine non dubitasset dare, tunc sane fore manifestum ignaro imperatore contigisse ista, et securum sibi statum ea ex parte esse. si autem re cognita totum illud scriptarum temere literarum crimen videretur nihili ducere, sed praetextus ei excusando quaereret aut iudicium suspenderet tanquam videlicet in tempore de facto inquisiturus, vel si etiam non ignoto ipsi artificio rescriberet humaniter quasi demulcendi ac mitigandi officio, tum sane non fore sibi expectandum indicium certius ad plane intelligendum imperatoris satietate iam sui capti consilio et voluntate talia fuisse scripta. hoc animo consilioque Germanus acceptam a Sardensi, adiuncta alia a se scripta, qua significaret vehementer ea se re offensum in suo gravissimo dolore ad notam expertumque imperatoriae gratiae praesidium confugere, per fidum hominem ad imperatorem mittit. ille autem acceptis lectisque literis adeo non indoluit amici causa, ut sua potius aegre ferens quereretur inique secum agi, cui curis reipublicae gravissimis oppresso etiam alienarum de patriarcha solicitudinum nulla misericordia onus iniiceretur. hisque indignanter dictis statim conversus ad nuntium responsum ei quod referret patriarchae in hanc sententiam reddidit, habere ipsum hominem in manu, potestati utique iuxta praescriptum sacrorum canonum subiectum suae.

www.libtool.com.cn

πολλοὶ τῶν τοιούτων κριταί, καί σοι τὰ περὶ τούτων ζητεῖν ἐφειμένον πολει ὡς βούλει· βασιλεῖ γὰρ οὐ μετὸν τούτων, ἀλλὰ πραγμάτων καὶ θορύβων τῶν κατ' αὐτόν, πολλῶν ὄντων καὶ ταῦτα καὶ ἀναγκαίων." ταῦτ' ἀντιμαθὼν ἀκούσας ὁ πατριάρχης ἔγνω τὴν σκῆψιν, καὶ ἀντιλέγειν ὅλως οὐκ ἔχων (μηδὲ γὰρ ἐριστὰ τὰ πρὸς βασιλέα εἶναι ἐκείνῳ) ἐξίστασθαι τοῦ πατριαρχείου παρεσκευάζετο. D

21. Μὴν μὲν ἐφειστήκει τότε Γαμηλιών, ἤγετο δὲ ἡ τοῦ τιμίου σταυροῦ ἑορτή, ἣν καὶ ὕψωσιν ὀνομάζομεν. ἐν ταύτῃ γοῦν τὰ ὕστατα στολισάμενος, καὶ τελέσας ἅμα μὲν τὴν ὕψωσιν τοῦ σταυροῦ ἅμα δὲ καὶ τὴν θείαν ἱερουργίαν, τῆς αὐτῆς ἡμέρας ὑψίας δείλης ἀποχωρεῖ, καὶ πρὸς τὰ ἐν τοῖς Μαγγάνοις αὐτοῦ κελλία τὰ πρὸς θάλασσαν ᾠκοδομημένα ἐλθὼν ἡσύχως διάγειν ἐκεῖ τοῦ βίου ἤρεῖτο. ἀλλ' ἅμα ἕῳ φωσκούσῃ καὶ ὁ βασιλεὺς ἀκούσας εὐθὺς ἐφίσταται ἅμα μὲν συγκλήτῳ ἅμα δ' ἀρχιερεῦσι καὶ παντὶ τῷ τῆς ἐκκλησίας πληρώματι, καὶ τὸν λυπούμενον προσποιεῖται, καὶ ἀξιοῖ, καὶ ἀπειλεῖ προσβιάζεσθαι εἰ μή γε ἀκούοι, καὶ οὐδὲν ἐλλείπει προθυμίας τε καὶ θελήσεως τοῦ μὴ ἀνάγειν καὶ πάλιν αὐτόν. πρὸς Κρῆτα δ' ἐκρήτιζε πάντως. ταῦτ' ἄρα κἀκεῖνος τὸν μὲν ἀγνοοῦντα προσεποιεῖτο, καὶ χάριν τῆς εὐμενείας λέγειν καὶ εἰς τὸ ἑξῆς εἰδήσειν οὐκ ὤκνει, αὐτὸν C P 202 B

5. σκέψιν P.

adesse ipsi antistites multos, legitimos talium iudices. iret, quaestionem institueret, ageret quod vellet: imperatorem enim in eiusmodi negotia non se ingerere, satis habentem alibi quod curet, plurimisque tam tumultuosis quam necessariis publicae administrationis officiis districtum. his renuntiatis patriarcha agnovit tandem quid princeps, quantumlibet dissimulans, cuperet. ac certus non reluctari (vanam enim et stultam contra intellectam imperatoris voluntatem contentionem fore) ad cedendum patriarchatu se accinxit.

21. Mensis inierat September, et agebatur venerandae crucis festum, quod exaltationem appellamus. in ea sacris ultimum vestibus indutus, sicque celebrata crucis exaltatione, sacraque diei eius liturgia rite functus, vespere sub crepusculum recedit, et in suas, quas sibi ad mare in Manganis extruxerat, cellulas sese recipiens quiete illic deinceps vivere constituit. at diluculo posterae diei audita re imperator statim adfuit, una cum senatu et episcopis universoque cleri corpore, ac dolere se simulans orat ut revertatur, et coacturum se minatur, nisi precibus annuat; denique nihil ad omnem veri studii voluntatisque significationem sibi facit reliqui, quo minus ex animo cupere procurareque velle putaretur reditum eius ad thronum. ad ea Germanus cum Cretensi, ut dicitur, cretizans, et in simulatione ignorandi mentem intimam principis suaviter persistens, plurimas se benignitati eius tantae et agere iam et deinceps semper habiturum referreque haud cunctaturum, ubi posset, gratias re-

www.libtool.com.cn

δ' εἶναι γῆρᾳ κατειργασμένον καὶ ἀσθενείᾳ, καὶ πρὸς τὸ διδόναι καὶ παραίτησιν τοῦ τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνου καὶ λίαν ἀσμένως ἔχοντα, ἧν καὶ δέχεσθαι ἀντηξίου καὶ βασιλέα καὶ τοὺς παρόντας ἀρχιερεῖς, ἅμ' ἐκβαλὼν καὶ δεικνὺς τὸ γράμμα· μηδὲ γὰρ ἂν τοῦ λοιποῦ κἂν εἴ τι συμβαίη τὴν προστασίαν λαμβάνειν, κἂν αὐτὸς ἀναγκάζοι ὁ βασιλεύς. τότε τοιγαροῦν ὁ κρατῶν ἔχων ἐν χερσὶ φανερῶς ὃ ἐν ἀδήλῳ ἐβούλετο, τοῦ μὲν αὐτὸν καὶ πάλιν D προσαναγκάζειν ἀνῆκε, σχῆμα δεικνὺς ἀπειπόντος, τὸ δ' ἀγάλλειν ἄλλως καὶ τιμᾶν ἤρειτο. καὶ τὰ πρῶτα μὲν τὰ δοκοῦντά οἱ περὶ πατριάρχου ἐκεῖνον ἠρώτα, τῷ σύμβουλον ἀξιοῦσθαι ἐπ ἄλλῳ προστησομένῳ ἐξημερῶν τὰ τῆς αὐτοῦ παραιτήσεως· εἶτα καὶ τὸ πατέρα ἔχειν αὐτὸν καὶ γράφειν προσεφιλοτιμεῖτο, ὃν ἐκεῖνος, ὡς λέγεται, πρῶτος τῶν ἄλλων νέον Κωνσταντῖνον E προσεπευφήμει. τί δὲ μεῖζον εἶναι τοῦ εἰς πατέρα τετάχθαι τῷ νέῳ Κωνσταντίνῳ καὶ βασιλεῖ; τὰ γὰρ περὶ τούτου πλατικῶς εἰ- πεῖν, ἔταξε μὲν Γερμανὸς πρῶτος τῷ βασιλεῖ χαριζόμενος, οἷος ἐκεῖνος τὴν πρὸς τοὺς ἄρχοντας θεραπείαν, ὑπεραπεδέξατο δὲ

2. τοῦ deerat.

spondit: caeterum senio se et infirmitate fractum, indeque imparem oneri tantae administrationis, ad libentissime dandam rite conceptam cessionem Constantinopolitanae sedis promptum paratumque esse, eamque ut acciperent rogare imperatorem et praesentes episcopos. simul ea dicens scriptam cessionis formulam porrexit, graviter edicens ne sperarent acquieturum se omnino, aut quidquid contingeret, remissurum de proposito, aut iterum admissurum patriarchalis ecclesiae regimen, vel si Augustus sese ad id adigere conaretur. tunc imperator habens iam in manibus quod votis tacitis optarat, partes tamen semel susceptas agere perseveravit, contendens, citra tamen imperium ac vim, ne in recusandi consilio perstaret, cunctisque gestibus ac modis personam aegre ferentis exprimens, ac cum diu nihil proficeret, quasi victus, ad propositum certe profitendum verissimum descendens semper eius eximie impenseque honorandi. quod exequi coepit ante omnia benevolentissime roganda Germani sententia circa electionem successoris eius, plane prae se ferendo (et eo videlicet ipso delinire satagendo, si qua ei superesset in ipsum offensio penetrata forsitan Augusti arcana voluntate, cuius esset respectu ad abdicationem coactus) plane, inquam, declarando se omnino velle plenum ei arbitrium servari circa delectum novi patriarchae. addidit quinetiam se patris deinceps loco ipsum habere decrevisse, celebravitque istum honorem scriptis ei ambitiose literis tali titulo, quem splendidiorem faciebat attributum, ut ferebatur, a Germano primo omnium imperatori gloriosum cognomen novi Constantini: quid enim maius videri poterat quam in patris affectum et auctoritatem a novo Constantino suscipi? nec omittam qualicunque occasione de ista nomenclatione explicare aliquid distinctius. eius inventor quidem et primus artifex Germanus fuit, sua quadam in id excogitandum provectus innata indole obsequiosissime gratificandi regnantibus. excepit autem imperator non ut elogium temere delatum; sed ut

καὶ βασιλεὺς ὡς οὐχ ἁπλῶς συμβάντος, ἀλλ' ὅτι ποτὲ ῥηπιώθεν P 203
Κωνσταντῖνος παρὰ πατέρων, ὡς ἔλεγεν, ἤκουε. οἱ δὲ Μα-
νουὴλ λέγουσιν· ὃ καὶ ἀληθινώτερον οἶμαι διὰ τὸ παρ' αὐτὸ
προφοίβασμα ἰσαριθμῆσον τὰ μέτρα τὰ τοῦ βίου, τῆς κλήσεώς
τέ φημι καὶ τοὐπωνύμου. ὃ δὴ καί τινας ἔσφαλλεν ἱστῶντας
τοὺς χρόνους ἐς δεκαεπτά· τὸ γὰρ Παλαιολόγος Μιχαὴλ στοιχεῖα
ιζ φέρει. προσκείμενον δὲ τὸ Μανουὴλ τὸν εἰκοσιτέταρτον τῆς
βασιλείας χρόνον ἐδήλωσεν ἄντικρυς. τότε γοῦν καὶ περὶ τῆς B
κατ' ἐκεῖνον προσκοποῦντος προνοίας καί γε οὐκ ὀλίγα προσεπαγ-
γελλομένου, "ὄψεται θεὸς τὸν εἰς τὸ ποιμαίνειν αὐτάρκη, πρὸς
δὲ καὶ συνεπιλήψεταί οἱ τῶν ἱερῶν μεριμνῶν. τὸ δ' εἰς πατέρα
τετάχθαι τῷ βασιλεῖ μέγα μὲν καὶ ἄλλως σεμνόν· πλὴν ὃν καὶ
θεὸς εἰς υἱοθεσίαν προσεπελάβετο, τίς ἱκανὸς εἰς πατέρα κε-
κλῆσθαι τούτῳ, εἰ μὴ ὃν ἐκεῖνος μὲν μόνος ἄξιον εἰς τὴν ἐπιτρο-
πίαν κρινεῖ; τὸ μέντοι γε τῶν ἀναγκαίων προμηθεύεσθαί τι καὶ C
προνοεῖν περιττὸν ἄλλως καὶ οὐκ ἀναγκαῖον τοῖς καὶ τὸν τοὺς
νεοσσοὺς τῶν κοράκων τρέφοντα ἔχουσι. πλὴν ἀλλὰ καὶ ἡ ἐμὴ

15. ante τῶν omisi μὲν.

id in quo perspici gauderet quam sibi non vanum omen fuisset domestici veteris cuiusdam augurii, quo se, ut aiebat, recordabatur Constantinum a parentibus vocitari puerulum solitum. sunt tamen qui non Constantinum sed Manuëlem appellatum in infantia Michaëlem Palaeologum prodiderint. id quod equidem puto verius, quod sic eventu perpetratum appareat auspicium e numero literarum eius nominis ductum ad praedestinatum ipsius imperio temporis spatium indicandum. nam is numerus tunc tantum cum numero annorum quibus imperavit convenit, cum non sola veri eius nominis sed praeterea cognominis istius elementa in unam conflata summam fuerint. nam inde deceptos quosdam novimus, qui regnatarum hunc principem annis dumtaxat septemdecim autumaverant, eo quod nomen hoc Michaël Palaeologus totidem constet literis, non animadvertentes adiungendum huic fuisse cognomentum Manuëlis, cuius elementis ad priora septemdecim additis numerus absolvetur quatuor et viginti, quot annis fuisse illum imperaturum eventa demonstrarunt. tunc igitur cum praeterea imperator effunderetur in omnem significationem liberalis benevolentiae, ultro pollicendo census annuos proventusque copiosos, ad ea simul omnia Germanus respondit in hunc modum. "quod primum defers, ut successorem meum nominem, minime id opus est: providebit ecclesiae suae deus idoneum pastorem, et ei propitius adiutor auctorque aderit in sacris eius arduae functionis curis. eligi deinde assumique me in patrem imperatoris magnam equidem rem et summae dignationis honorem esse iudico: verum eius quem deus adoptare in filium est dignatus, quis homo se talem ferat ut recte vocari pater possit, nisi quem ipse deus, et quidem solus nec humani praeventus praerogativa suffragii, dignum iudicaverit cui gubernandam committat ecclesiam? quod iam attinet ad oblatam mihi necessarii provisionem victus, minus eam duco necessariam, eum utique nutritium habentibus qui pascit pullos corvorum. caeterum et mea

www.libtool.com.cn

ἐκκλησία" (ἐδήλου δὲ τὴν Ἀδριανούπολιν), "τὸν ἐμὸν ἀρχιερέα πλουτοῦσα, ἔχει τρέφειν καὶ ἄμφω, συνάμα καὶ θεῷ χορηγοῦντι." ταῦτα μὲν οὖν τότε ὁ Γερμανὸς ἐπὶ πᾶσι τοῖς προβληθεῖσι παραιτούμενος ἔλεγεν. ἦν δ' ὃν ἔλεγεν ἑαυτοῦ τῇ Ἀδριανουπό-
D λει ἐπικηρυχθέντα μετ' αὐτὸν παρ' αὐτοῦ ὁ ἀνεψιὸς ἐκείνου Βαρλαὰμ εἴτ' οὖν Βασίλειος, ὃς πρὸς μὲν τὰ εἰς πνευματικὴν
P 204 πολιτείαν καὶ λίαν ἀμελῶς εἶχεν, (22) ἄλλως δὲ φιλόκοσμος ὢν ἵπποις ἐχρῆτο, ἔστι δ' ὅτε καὶ ὅπλοις, καὶ προσεφιλοτιμεῖτο ὁμόσε τοῖς πολεμίοις χωρῶν. ταῦτ' ἄρα καὶ ζῶντος μὲν τοῦ θείου ἐν καταγνώσει ταῦτα πράττων συνεγινώσκετο· ὕστερον δὲ καὶ ἄλλων προστριβέντων αὐτῷ κατηγορημάτων, τοῦ γέροντος μεταλλάξαντος, ἐπεὶ εἰς κρίσιν καλούμενος ἐπὶ πολλαῖς ἡμέραις
B τὸν ἐπίληπτον ὑπεκρίνετο ὡς προσποιεῖσθαι μηδὲν τῶν καθ' αὑτὸν εἰδέναι, τέλος ὑφίστατο τὴν ἀπὸ τῆς συνόδου καθαίρεσιν. καὶ εὐθὺς μεθ' ἡμέρας ὁ ἐκστὰς δῆθεν ἔμφρων, καὶ ὁ μηδὲ περὶ ἑαυτοῦ εἰδὼς ὅ τι ποιοίη καὶ ὅτι πάσχοι, περὶ ὧν ἐκείνῳ λόγος οὐδεὶς διετείνετο, καὶ τὸν βασιλέα λιπαρῶς ἠξίου ἐφεῖναί οἱ χρῆσθαι τῇ ἕξει καὶ στρατηγεῖν ὡς οἵῳ τ' ὄντι ὁμόσε τοῖς ἐχθροῖς ἰέναι καὶ συχνὰ τὰ ἐκείνων ἱστᾶν τρόπαια. τὸ δ' ἄρ' ἦν τοῦ

ecclesia" (Adrianopolitanam designabat) "illi quem ei domestica mihi necessitudine obnoxium antistitem praefeci, eas copias suppeditat quae ad nos aeque ambos alendos abunde sint." talis tunc Germani fuit oratio, quae ipsi obtulerat imperator generose recusantis. fuit autem is quem dixit a se sui loco praepositum ecclesiae Adrianopolitanae, ipsius ex fratre vel sorore nepos Barlaam, alio nomine Basilius dictus, eorum quae ad religionem et sacram disciplinam pertinebant admodum negligens. (22) caeterum decori cultus studiosus equis utebatur, interdum et armis; in quo etiam ambitiose generositatem ostentare amabat, cominus congrediens cum hostibus. et haec quidem iam tum patruo vivente, parvipendens eius utcunque contrarium vel iudicium vel exemplum, palam actitare cum cerneretur, impune tulit, veniam iuvenili levitati gravis et gratiosi senis conciliante verecundia. postea tamen, cum aliorum quoque impactorum ipsi criminum invidiosis accusationibus premeretur, sene iam defuncto citatus ad dicendam causam, multis diebus simulata insania et per eam secura ignorantia molitionum quae in ipsum struebantur, iudicium eludere conatus nequidquam est, synodo nihilominus depositionem eius rite decernente; quae res illi simulationem excussit. nam ille prius scilicet impos mentis, nec aut sciens quid in se pararetur aut quid ageret quidve pateretur, ut videri volebat, pensi habens, coepit repente sapere, et imperatorem adiens oravit, sineret se obsequi naturae propriae ipsum indole in rem bellicam trahenti; auctoraret ergo sese aliqua militari praefectura, qua ipsi praedito, ut dudum optaverat, liceret lacessere manu hostes et de iis fusis caesisque crebra statuere tropaea. id quod imperatori audienti gravem et ad extremum supplicanti exitiosam suspicionem movit. nam reputans Augustus haec loquentem facile quae

www.libtool.com.cn

βασιλέως ἀκούσαντος εἰς ὑποψίαν ἐκείνῳ κακίστην, εἶτα καὶ κίν- C
δυνον. συννοήσας γὰρ ὁ κρατῶν ὡς ὁ ταῦτα λέγων δυνατὸς
ἐσεῖται καὶ πρᾶξαι (ἥ τε γὰρ ἡλικία καὶ τὸ τοῦ σώματος ἰσχυρὸν
καὶ τρίτον ἡ περὶ ταῦτα πεῖρα πιστὴν ἡγεῖσθαι τὴν ὑποψίαν ἐδή-
λου) καί γ' ἐπειλημμένος ἀνέσεως οὐχ ὑπὲρ ἡμῶν μᾶλλον κατ' ἐ-
κείνων ἀλλὰ καθ' ἡμῶν μετ' ἐκείνων τῷ ἀποδρᾶναι καὶ μελετή-
σει ἴσως καὶ διαπράξεται, ἐν φυλακαῖς δέσμιον κατασχὼν ἐτήρει, D
μὴ δὲ φθάσας φησὶ καθ' ἡμῶν ἐκτελέσας ἃ κατὰ τῶν ἐχθρῶν
ἐπηγγείλατο. εἶτα τῆς περὶ ἐκεῖνον φροντίδος ἀνεῖσθαι θέλων,
προστάσσει τῷ Τζυκανδύλῃ, ὀτρηρῷ γε ὄντι πρὸς ταῦτα, ἀπα-
γαγόντι πρὸς Νίκαιαν αὐτόν τε καὶ σὺν αὐτῷ Βούλγαρον καὶ αὐ-
τὸν ὄντα ἐν ὑποψίᾳ τοῦ ἀποδρᾶναι, Τζουΐλαν, πρὸ τοῦ εἰς τὸ
κύστρον εἰσαγαγεῖν ἄμφω στερῆσαι τῶν ὀφθαλμῶν, ὃ δὴ καὶ E
γέγονε μετὰ ταῦτα.

23. Ὁ μέντοι βασιλεὺς τὸν Γερμανὸν ἀποσκευασάμενος P 205
περὶ πατριάρχου συνεσκόπει τοῖς ἱερεῦσιν, ὡς μηδὲν εἰδὼς δῆθεν,
οὐδ' ἕτοιμον ἔχων ὃν καὶ ἐν καρδίᾳ προυκατεβάλετο. οἷς γοῦν
οὐκ ἐν ἐπιστάσει τὰ τούτων, τούτοις ἐπιπολαίως λογιζομένοις
ἔνθεν μὲν τοῦτον ἔνθεν δ' ἐκεῖνον οἱ τῆς καρδίας ὑπέγραφον λο-

8. μὴ δὴ φθάσῃ?

minabatur acturum, utique cui nec flos aetatis nec robur lacertorum nec, quod caput erat, usus iam aliquis ausorum istiusmodi deesset, in eam ex suspicione fixam opinionem transiit, timendum omnino ne, si ei quod vellet agendi liberum otium daretur, aut transfugiens ad hostes aut in factionem aliquam reipublicae infensam sese addens istum inquietum animum et gladiatorias vires ad patriae perniciem conferret, machinaretque et attentaret periculose multa contra quietem publicam. constringendum igitur praecipitis ingenii hominem putavit, et illo carceri mandando praevertendum, ut aiebat, ne nostro damno perficeret quod in hostium exitium sese dixisset meditari. postea vero defungi semel cupiens sucipiti cura in tuto detinendi reum difficilis custodiae, Tzycandylae cuidam, impigro et talibus obsequiis idoneo ministro, mandavit ut hunc simul cum Tzuila Bulgaro, et ipso transfugii suspecto, Nicaeam abductum, ambos priusquam illic in castrum conderet, oculis privaret; id quod postea est factum.

23. Hoc porro tempore imperator, amoto e sede Germano, idoneum qui patriarchali throno imponeretur inquirebat una cum episcopis, egregie dissimulans quid in votis haberet, nec ulla significatione prodens paratum sibi designatumque unum menti obversari, quem praelatum omnibus impense cuperet. quotquot ergo antistitum simplicioribus arcanus erat sensus principis ignotus, ab iis sane, utpote rem aestimantibus e superficie, et quam relinqueret ipsis integram evehendi quem mallent libertatem vere se habere arbitrantibus, alius aliusque pro cuiusque animo tacitis cogitationibus ad eum honorem designabatur. at perspicacioribus aliis, quos

www.dbtbudapest.eu

γισμοί. ὅσοι δὲ καὶ εἰς νοῦν ἔβαπτον τοῦ κρατοῦντος καὶ κατην-
B στόχουν τῶν ἐννοιῶν, ἐκείνοις εἷς καὶ μόνος ἐδόκει ὁ εἰς τὴν προστασίαν ἐπιτήδειος ὃ καὶ θυμήρης τῷ βασιλεῖ. κοινῶς γοῦν συνδιασκεψάμενοι τὸν Γαλησίου Ἰωσὴφ ἐψηφίζοντο, ἄνδρα πνευματικόν τε καὶ ἀγαθόν, ἁπλοϊκὸν καὶ εὐήθη τοὺς τρόπους, φέ- 5
ροντα δέ τινα καὶ ἐκ τῶν ἀνακτόρων, ἐπεὶ γυναικὶ συζῶν τῷ τῆς μακαρίτιδος δεσποίνης Εἰρήνης συνετάττετο κλήρῳ καὶ κατ' ἀνα-
C γνώστας ἐξυπηρέτει, καὶ ἐλευθερίας ἱκανὰ δείγματα. ἠγάπα δὲ καὶ τὸ τῶν εἰς χεῖρας πεσόντων μεταδιδόναι τοῖς ἄλλοις, ὅσα καὶ ἀσφαλῶς ἀποφήνασθαι, ὡς ἄλλοι δὴ οἱ καθ' ἡμᾶς τὸ 10
γλισχρεύεσθαι. τὸ δὲ ξένον ὅτι καὶ τῇ μοναχικῇ πολιτείᾳ ἐνα-
μενίζων ἐν ψαλμῳδίαις, ἐν ἀγρυπνίαις, ἐν νηστείαις, ἐν ὑδροποσίαις, ὅτ' ἔδει, ἐν πραότητι καὶ δικαιοσύνῃ καὶ ἤθει χρηστῷ καὶ ἁπλότητι καὶ συνόλως ἀκαταγνώστῳ διαγωγῇ, οὐδὲ τῆς κατ'
D ἄνθρωπον ἀρετῆς ἠμέλει, τοῦ καὶ προεντυχεῖν τινὶ καὶ προσπτύ- 15
ξασθαι καὶ τὰ φιλικὰ συλλαλῆσαι καὶ μειδιᾶσαι καὶ διαχεθῆναι πρὸς γέλωτα, εἴ που ἐλέχθη παρά τινος κατ' ἄνεσιν ἢ καὶ ἐπράχθη εὔχαρι, καὶ ὑπελθεῖν ἄρχουσι δυναμένοις, καὶ ζητεῖν ὑπὲρ ἄλλων, καὶ ἁβραῖς τραπέζαις σὺν διαφόροις οἴνοις τε καὶ τραγήμασι τοὺς πολλοὺς ἑστιᾶν, καὶ μᾶλλον ὅσοις ὁ βίος ἄπο- 20
E ρος καὶ ἀπάλαμνος καὶ τῆς κατ' αὐτοὺς ἀναδοχῆς ἔχρῃζον. τοῦ

18. δυνάμενος?

non laterent imperatoris intimi affectus, unus et solus ad istam praefecturam aptus scilicet videbatur, quem praerogativa gratiae principis taciterumque in id votorum commendaret. consilio igitur inter se habito concordibus calculis Iosephum Galesii praefectum elegerunt, virum spiritalem et bonum, simplicem natura facilemque moribus, nonnihil in usu vitae e palatina elegantia trahentem. nam uxorem habens in familia principis feminae vixerat, adscriptus olim clero domestico dominae Irenes piae memoriae, ibi ministrans in ordine lectorum; unde liberalis fiducia, qualis esse in aulis educatorum solet, multa in eius sermone ac conversandi forma vestigia extabant. communicare quinetiam largiendo aliis ex in eius manus incidentibus, quaecunque secure ostenderentur, sic amabat, ut fere alii, quos novimus, talia recondunt et sibi avare servant. his eius moribus inopinatum admiscebatur quiddam, quod videlicet homo ex animo amplecti prae se ferens sanctimoniam monasticam in psalmodiis, in vigiliis, in ieiuniis frequenter, in potu abstemio, quando erat opus, in mansuetudine, in iustitia, in benigno animo et simplicitate, uno verbo in irreprehensibili conversatione, non tamen negligebat humanitatem consuetudinis urbanae, frontem laetam exhibens occursibus, obvios complectens, blando sermone detinens, non renidens modo sed et in risum se effundens, si quid facete a quoquam forte diceretur aut lepide fieret ad gratiam. idem non ignorare artem insinuandi se ad principes, ab his pro

www.libtool.com.cn

γοῦν τοιούτου καταδεξαμένου τὴν ψῆφον, ὁ βασιλεὺς εἰς πατριάρχην τοῦτον προβάλλεται, μηνὸς Σκιροφοριῶνος εἰκοστῇ ὀγδόῃ τῆς δεκάτης ἐπινεμήσεως τοῦ ,ϛψοε' ἔτους, Ἑκατομβαιῶνος δὲ νουμηνίᾳ χειροτονηθεὶς εἰς ἀρχιερέας τετέλεσται. περὶ δέ γε τὴν χειροτονίαν καὶ τοιοῦτόν τι γίνεται. (24) ὁ γὰρ Πινα- P 206
κᾶς μοναχὸς παρὰ Γερμανοῦ τὴν χειροτονίαν δεξάμενος Ἡρακλείας τῆς κατὰ Θρᾴκην ἦν ἀρχιποίμην, ᾧ δὴ καὶ προνόμιόν ἐστιν ἐκ παλαιοῦ δικαιουμένῳ ἐκ Βυζαντίου, ὡς ἀνέκαθεν τελοῦντος ὑπὸ τὴν Ἡράκλειαν, τὸν πατριάρχην χειροτονεῖν. ἀπεπροσποιεῖτο γοῦν τὴν ἀπ' ἐκείνου χειροτονίαν ὁ Ἰωσήφ. καὶ ὁ κρατῶν σοφόν τι ποιῶν ἐκεῖνον τότε προσκαλεῖται πρὸς τὰ ἀνάκτορα, ἐν τῷ κατ' ἐκεῖνα ναῷ λειτουργήσοντα. καὶ δὴ ἐκεῖνος B
μὲν ὑπὸ πολλῷ μισθῷ τὴν λειτουργίαν ἐπλήρου, ὁ δέ γε Μιτυλήνης Γρηγόριος ἐκ παλαιοῦ φέρων τὴν χειροτονίαν χειροτονεῖν τὸν πατριάρχην ἐκλέγεται.

Ὅλου γοῦν τοῦ μηνὸς ἐκείνου ὁ βασιλεύς, ἐπεὶ οὐκ ἦν ἐκείνῳ τῆς τοῦ ἀφορισμοῦ λύσεως προυργιαίτερον, ἐδίδου τῷ πατριάρχῃ καιρὸν σὺν τοῖς ἀρχιερεῦσι σκέπτεσθαι πῶς ἂν καὶ κατὰ τρόπον γένηται, προλαμβάνων αὐτὸς ἑκάστης διὰ τοῦ

4. ἀρχιερέα?

aliis petendi, non refugere ad delicatas mensas, cum vinis varii generis et bellariis, multos etiam vulgaris sortis adhibere, praesertim quibus ratio victus in arto esset nec per se habentibus nec parare aliunde gnaris ideoque indigentibus hospitali benignitate amicorum. hunc talem iusto suffragiorum comprobatum numero ad patriarchatum imperator evexit, mensis Decembris die octava supra vigesimam, Indictionis decimae, anni 6775. mox kalendis Ianuariis ordinationem idem episcopalem rite accepit; circa quam ceremoniam tale quiddam contigit. (24) Pinacas monachus, qui ordinationem a Germano acceperat, Heracleae Thraciae archiepiscopus erat, et ei ut tali competebat ex antiquo ius consecrandi Constantinopolitani patriarchae, inde ducta ratione privilegii, quod urbs Byzantina primis ecclesiae temporibus sedi Heracleensi fuisset subdita. nolebat autem Iosephus impositionem manuum ab isto accipere. huius expediendi nodi rationem opportunam excogitavit imperator: Pinacam videlicet in aedes imperatorias accitum palatinis sacris praeficit, missae illic sacrificium solemni ritu peracturum; quem ille honorem quaestu ingenti coniunctum propter ditissima stipendia eiusmodi fungenti officio decreta dum libenter accipiens ibi celebrat, Mitylenensis Gregorius, adversus cuius ordinationem utpote antiquam nulla erat exceptio, eligitur ad ordinandum patriarcham.

Totum porro reliquum Ianuarium mensem imperator, cui nihil erat magis optatum quam solutionem anathematis, cui subiacebat, rite ac modo nulli calumniae obnoxio consequi, concessit novo patriarchae ut per otium cum caeteris episcopis consideraret quanam illa posset ratione optima confici, interim, quod ad se attineret, nulla die omittens studio-

www.libtool.com.cn

C πάντ' ἐκπληροῦν ῥᾳδίως, περὶ ὅσων ὁ πατριάρχης ἐκεῖνον ἠξίου,
εὔοδα ποιεῖν τὰ τῆς λύσεως. ἐς τοσοῦτον γὰρ ἡδέως αὐτοῦ λέ-
γοντος ἤκουεν, ὥστε καὶ δὴ ὁρισμῶν πεμπομένων ἑκασταχοῦ τῆς
τῶν Ῥωμαίων ἐπικρατείας προσέταττεν αὐτὰς δὴ τὰς τοῦ πα-
τριάρχου γραφὰς ἀντὶ προσταγμάτων ἰδίων δέχεσθαι τοὺς ἐπ'
ἐξουσίας, προσαπειλουμένων καὶ κολάσεων τοῖς μὴ κατὰ τὰ
ἐπιτεταγμένα, ὑπὲρ ὅτου ἂν καὶ γράψοι, τελέσουσιν. ἤνοιξε
D μέντοι καὶ φυλακὰς καὶ πολλοὺς τῶν ἐγκεκλεισμένων ἐξεῖλετο τῶν
δεσμῶν, καταδίκους συμπαθείας ἠξίωσεν, ἐξωρισμένους ἀνεκα-
λέσατο, καὶ οἷς ἀπεχθῶς εἶχε κἀκείνοις ἐξιλεοῦτο, τοῦ πατριάρ-
P 207 χου μεσιτεύοντος. (25) ἐπέστη γοῦν ἡ μηνὸς Ληναιῶνος δευ-
τέρα, καθ' ἣν καὶ ἡ ἐκκλησία ἄγει τὴν τῆς ὑπαπαντῆς ἑορτήν.
καὶ ὁ πατριάρχης συνάμα πᾶσιν ἀρχιερεῦσιν ὑπὸ πολλῷ τῷ τῶν
λαμπάδων φωτὶ καὶ ὕμνοις τῇ ἑορτῇ πρέπουσιν, ἔτι δὲ καὶ ταῖς
ὑπὲρ βασιλέως πρὸς θεὸν ἱκετείαις, ὡς ἔδει καὶ περιφανῶς παν-
νυχεύσας, τὴν ἱερὰν λειτουργίαν ἐπιτελεῖ. καὶ ἤδη ὡς ἤνυστο
B πᾶσα, τοῦ βασιλέως ἐν βασιλικαῖς ἱσταμένου δορυφορίαις συν-
άμα συγκλήτῳ πάσῃ καὶ πολιτείᾳ, τοῖς ἁγίοις προσεγγίζει θυ-
ρίοις, τῶν ἀρχιερέων ἔνδον τοῦ βήματος ἱσταμένων. ἀποθέμε-
νος οὖν τὴν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς καλύπτραν, ἀκαλύφῳ τῇ κεφαλῇ
προσπίπτει θεῷ καὶ ποσὶ προηγουμένως τοῦ πατριάρχου, καὶ
μεθ' ὅτι θερμῆς τῆς προθέσεως τὴν συγχώρησιν ἐξαιτεῖ, ὁμολο-

sissime cuncta exequi, quae vel necessaria vel opportuna praeparando negotio suggereret Patriarcha, cuius preces omnes ac signa voluntatis promptissima quidvis largiendi facilitate statim explebat, adeo libenter illum, quidquid ad se referret, audiens continuoque indulgens, ut etiam missis quoquoversum edictis per omnes imperii terras sanxerit, ut literae patriarchae perscriptaeque voluntates quocunque missae a cunctis locorum magistratibus sic exciperentur et executioni mandarentur, tanquam si quae iis indicabantur, qualiacunque forent, ipse imperator iussisset, minis etiam poenarum gravium adscriptis in eos qui secus fecissent. aperuit quinetiam custodias publicas, et multos illic detentorum vinculis solvit; damnatis quoque gratiam indulsit supplicii decreti, exules revocavit, et quibus erat iratus condonavit offensas, intercedente patriarcha. (25) adfuit tandem decreta imperatoris absolutioni dies, secunda mensis Februarii, qua ecclesia celebrat festum Hypapantes; et patriarcha cum omnibus episcopis ad multam lampadum lucem hymnis decantandis solemnitati consentaneis, imperatore quoque suas deo preces suppliciter offerente, splendide, ut ritus et mos legitimus poscebat, nocte pervigilata, sacram liturgiam celebravit. quae ut peracta tota est, imperator, qui catenus seorsum steterat, stipante regio satellitio, una cum universo senatu et civium corpore, procedens admovit se sacris valvis, episcopis intra septum altaris stantibus. ibi ille abiecto capitis tegmine, nudo vertice, coram

www.libtool.com.cn

γῶν μεγαλοφώνως τὸ τόλμημα. καὶ δὴ ἐπ' ἐδάφους κειμένου
τοῦ βασιλέως, ὁ πατριάρχης χάρτην ἀνὰ χεῖρας ἔχων ᾧπερ ἡ C
συγχώρησις ἐνεγέγραπτο, διεξιὼν καὶ ῥητῶς τὸ πλημμέλημα λέ-
γων τὸ ἐπὶ τῷ τοῦ βασιλέως παιδὶ δηλαδὴ Ἰωάννῃ, συνεχώρει
τρανῷ τῷ στόματι, καὶ ἐπ' αὐτὸν ἄλλος καὶ μετ' ἐκεῖνον ἕτερος
καὶ καθεξῆς οἱ πάντες, ᾧ ἐφ' ἑκάστῳ προσπίπτοντος καὶ τὴν
συγχώρησιν αἰτουμένου, ἐκεῖνοι καθ' ἕνα τὸν χάρτην ἔχοντες
ἀνὰ χεῖρας, τὸν αὐτὸν τῷ πατριάρχῃ συνεχώρουν τρόπον, πολ-
λῶν χεομένων δακρύων, καὶ μᾶλλον τῶν ἐκ τῆς συγκλήτου, πρὸς D
ἐξιλέωσιν. καὶ τέλος ἀναστὰς καὶ τρύφου ἱεροῦ μετασχών, καὶ
ὡς εἰκὸς προσκυνήσας καὶ συνταξάμενος, ἐχώρει πρὸς τὰ ἀνάκτορα.
ἐπέταξε δὲ καὶ τῷ ἐγκεκλεισμένῳ κατὰ τὸ τῶν Νικητιάτων τῆς
Δακιβύζης φρούριον Ἰωάννῃ εἰς τροφῆς οἰκονομίαν καὶ ἐνδυμά-
των τὰ ἱκανά, πολυωρῶν ἐκεῖνον συχνάκις καὶ τοῖς ἀναγκαίοις
καθ' ἑκάστην σχεδὸν φιλοφρονούμενος.

Ἐντεῦθεν καὶ πρὸς τὴν διεξαγωγὴν τῶν κοινῶν σπουδαιότε-
ρον τρέπεται. (26) καὶ ἐπεὶ πάλιν ἀνοιδαίνειν ὥρμων τὰ δυ- P 208
σικά, τοῦ δεσπότου Μιχαὴλ ἐξ ἀνθρώπων γεγονότος, καὶ τὸν
μὲν Νικηφόρον ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ ἀρχῇ καταλείψαντος, τῷ δέ γε νόθῳ
Ἰωάννῃ χώραν οὐκ ὀλίγην διανενεμηκότος ἰδίαν, καὶ ὁ μὲν Νικη-

6. ᾧ abundare videtur. 10. τρύφους?

deo procidens, ad pedes ante omnia se abiicit patriarchae et quam ardentissima supplicatione veniam poscit, confitens magna voce scelus suum. tunc patriarcha, humi sic prostrato imperatore, chartam quam in manibus habebat et in ea scriptam formulam absolutionis legens, et distincte pronuntians facinus iniquum in filium imperatoris, videlicet Ioannem, attentatum, illud imperatori clara voce condonavit. post hunc eandem pariter formulam recitavit alius episcopus, inde alius, et sic ordine universi legentes e scripto, coram unoquoque ipsorum vicissim se prosternente Augusto et veniam enixe postulante, cunctis, sicut patriarcha fecerat, condonantibus: multis inter haec lacrimantibus, praesertim e senatu, ac dei pacem exorantibus. tandem surgens princeps sacro impertitus epulo est, sub quod debita rite adoratione perfunctus, salutato denique coetu, in palatium recessit. decrevit autem incluso apud Nicetiatas in arce Dacibyzae Ioanni pensiones in victum vestitumque copiosas, solicite deinceps eum curans, multis subinde, qui eum necessariis large suppeditandis consolarentur, et sibi carum esse verbis rebusque quam officiosissime testarentur, missitatis.

Hinc iam solutiorem animum ad reipublicae procurationem studiosius vertit. (26) tumere deinde rursus et tumultum minari Occidui tractus res coeperunt, despota Michaële mortuo. is principatum quidem suum legitimo transmisit successori Nicephoro filio, fratri autem eius notho Ioanni non parvam regionem propriam excepit, qua is sibi peculiari frue-

www.libtool.com.cn

φόρος ἠγάπα κατέχων τὰ ἑαυτοῦ, ὁ δὲ Ἰωάννης καὶ ὑπὲρ τὰ
ἐσκαμμένα πηδᾶν ὠρέγετο καὶ τῶν τοῦ ἀδελφοῦ ἀποσχόμενος τῶν
B ἡμετέρων προσήπτετο, σκυλεύων τὸ προστυχόν, πολέμῳ μὲν
ἐκεῖνον ὁ βασιλεὺς μετιέναι οὐκ ἐδοκίμαζε θερμουργὸν ὄντα καὶ
νέον ἀρχῆς ἀψάμενον, δι' εἰρήνης δ' ὑπελθεῖν καὶ κατὰ κῆδος
σπένδεσθαι πολλῷ κρεῖττον ἡγεῖτο τοῦ πολεμεῖν. ὅθεν καὶ
πρεσβείαις μὲν τὸ σκληρὸν ἐκείνου μαλάσσει καὶ αὔθαδες, ἐπεὶ
δ' ἐκεῖνος καὶ ὡραίαν γάμου ἔτρεφε θυγατέρα, ἐβούλετο διὰ κή-
C δους βεβαιώσασθαι τὴν εἰρήνην. ἦν γὰρ καὶ ἄλλως ὁ Ἰωάννης
δραστήριος, ὡς καὶ τῇ τῶν ἐπιτηδευμάτων ταχύτητι σὺν τῇ περὶ
τὰς μάχας συνέσει καὶ λίαν ἀριστουργεῖν, καὶ εἰς δέος τὸν δεσπό-
την πολλάκις ἐτίθει, μή πως καὶ αὐτὸν ἐπιτηδευόμενος παρα-
κρούσαιτο καὶ τῇ τῆς νίκης ἀδοξίᾳ περιβαλεῖν δυνηθείη. διὰ
ταῦτα καὶ σπεύσας ὁ βασιλεὺς λίαν σοφῶς τε καὶ ἀσφαλῶς τὴν
ἐκείνου προκατελάμβανεν εὔνοιαν, καὶ τὴν θυγατέρα τοῦ Ἰωάν-
D νου τῷ ἀνεψιῷ αὐτοῦ καὶ υἱῷ τῷ τῆς Μάρθας Ἀνδρονίκῳ, πέμ-
ψας καὶ σὺν οὐκ ὀλίγῃ τιμῇ ἀγαγών, εἰς γάμον ἐδίδου, ὀνομά-
ζων ἐξ ἀξιωμάτων τὸν γαμβρὸν μέγαν κονοσταῦλον, τὸν δὲ πεν-
θερὸν Ἰωάννην σεβαστοκράτορα. καὶ τῷ μὲν Ἰωάννῃ ἐσπένδετο

retur. ac Nicephorus quidem contentus sua sorte quiete agebat. Ioannes vero inquieti vir ingenii, aestuans intra limites angustos et erumpere gestiens, fratris tamen ditione abstinebat, nostras sibi finitimas incursabat terras, agens ferensque quidquid occurreret. ea iniuria imperator cognita bello tamen adoriendum non putavit iuvenem praefervidum et novitate principatus proiectum ad audendum quidvis, tutius arbitratus insinuare se ipsi pacatis artibus, et affinitatis eum necessitudine conciliare sibi. quare ferocem eius animum legatione blande supplici deliniens, hominem ad pacem invitavit nuptiali foedere firmandam, filia, quam is habebat nubilem, cuidam ex imperatoris consanguineis iungenda. erat hic Ioannes indole strenuus, manu promptus, ingenio praeceps, et quocunque incumberet, vehemens, ad haec usu praeditus rei militaris tanto, ut ne fratrem quidem suum tot successibus bellicis clarum despotam Ioannem tuto cum eo committi posse imperator duceret, metuens Martem communem ancipitesque praeliorum casus, nec satis fidens, si bellarent invicem, nunquam eventurum ut aut vi aperta superatus aut fraude circumventus despota praeteritarum decora palmarum pudenda clade corrumperet. haec pro sua prudentia imperator reputans, provido securoque consilio praeoccupare ac devincire sibi periculosum adversarium decrevit, et consecutus quod optarat videbatur, filia Ioannis istius, de qua dixi, splendido a se misso comitatu e paterna domo Constantinopolim deducta, collocanda Tarchaniotae Andronico Augusti nepoti e sorore Martha, quando generum pariter socerumque novis amplissimis imperatoriae aulae dignitatibus honestavit, nepotem quidem suum magnum conostaulum, Ioannem autem sebastocratorem creans. in hunc modum pax cum Ioanne

www.libtool.com.cn

διὰ ταῦτα, καὶ ὅσον τὸ μέρος ἐκείνου, ἀνακωχὰς οὐ τὰς μικρὰς
εἶχον τὰ τῶν Ῥωμαίων στρατεύματα. οὐ μὴν δὲ καὶ τῶν λοι-
πῶν ἀποπεφροντίκει, ἀλλὰ πολὺς ἦν ἔνθεν μὲν ἐκ θαλάσσης τῷ E
ναυτικῷ χρώμενος, ἐκεῖθεν δὲ κατὰ γῆν Τριβαλλοῖς τε καὶ Ἰλλυ-
ριοῖς προσεπέχων. καὶ τὸ ναυτικὸν ἦγεν ἀνὴρ γενναῖος ὁ Φιλαν-
θρωπηνός, πρωτοστράτωρ μὲν ἐξ ἀξίας, τοῦ δὲ μεγάλου δουκὸς
Λάσκαρι ἐξώρου ὄντος ἤδη καὶ μὴ οἷόν τε πολέμοις ἐνασχολεῖσθαι
καὶ μάχαις τὸ γῆρας ἀνέχων καὶ τὴν ἐκείνου τάξιν ἀναπληρῶν. P 209
καὶ ὁ μὲν Φιλανθρωπηνὸς ἐπεφέρετο τὰ πρωτεῖα καὶ τοῖς ὅλοις
ἐπιστάτει, οἱ δ' ὑπ' ἐκείνῳ πολλοί τε ὄντες καὶ μέγιστοι εἰς λο-
χαγοὺς καὶ ταγματάρχας καὶ κόμητας καὶ ναυάρχους ἐτάττοντο.
ὁ γὰρ στόλος πολὺς καὶ πολλαῖς ναυσὶν ἐξηρτύετο, τὰς μέντοι γε
ναῦς ἄνδρες ἐπλήρουν νεανικοί, τὰς ὁρμὰς καὶ τὰς προθυμίας
λαφυκτικοί, οἱ ἀνὰ τὴν πόλιν Γασμοῦλοι (οὓς ἄν ὁ Ῥωμαῖος
διγενεῖς εἴποι) ἐκ Ῥωμαίων γυναικῶν γεννηθέντες τοῖς Ἰταλοῖς, B
ἄλλοι τε πλεῖστοι ἐκ τῶν Λακώνων, οὓς καὶ Τζάκωνας παρα-
φθείροντες ἔλεγον, οὓς ἔκ τε Μορέου καὶ τῶν ἀνσικῶν μερῶν,
ἅμα μὲν πολλοὺς ἅμα δὲ καὶ μαχίμους, ἅμα γυναιξὶ καὶ τέκνοις
εἰς Κωνσταντινούπολιν μετῴκιζεν ὁ κρατῶν. ἦσαν δ' αὐτοῖς καὶ
εἰς ὑπηρετῶν τάξιν οἱ πανταχόθεν προσελῶντες, ὡς εἴ τις εἴποι
νηῶν εἰς τὸ πρόσθεν ἐλάτται, οὓς πανταχοῦ τῶν κατ' αἰγιαλοὺς C
χωρῶν καλούς τε καὶ πλείστους ἀπέταξεν ὁ κρατῶν· οὐ γὰρ ἦν

constituta, et quies ab hac quidem parte securitasque non exigua firmata Romanis est exercitibus. sed nec reliqua curare imperator negligebat, hinc quidem in mari strenue classe rem gerens, inde in continente non segnius terrestribus copiis Triballos Illyriosque observans et admoto mali metu in officio continens. classi praecrat Philanthropenus, vir fortis, dignitate interim protostrator, caeterum magni ducis Lascaris, aevo iam effeti nec per aetatem fere decrepitam amplius apti curis laboribusque bellicis, in illo maximi honoris titulo successionem expectans, intereaque locum eius ac vices obiens. ac Philanthropenus quidem suprema erat potestate cunctis navalibus copiis praefectus, sub se autem habebat multos et maximos titulis praefecturarum inferioribus insignes, tribunos, ordinum ductores, comites, navarchos. classis quippe magna erat, ingenti constans numero navium plenarum flore pugnacis et avidae praedarum iuventutis. pars huius ex urbe Gasmuli, quos Romanus Digenes, hoc est duplici mixtos genere diceret, e Romanis mulieribus et viris Italis natos, alii plerique ex Laconibus (hos vulgus corrupte Tzaconas vocat), quos uti ex Morea, sic alios ex Occiduis partibus, multos bellicososque cum uxoribus et liberis Constantinopolim ad urbem frequentandam imperator transtulerat. aderant his abunde qui servirent ministeriis nauticis undecunque coacti, quos Proselontas vulgo vocant, quasi diceres navium in anteriora propulsores, valentissimi remiges, quos e cuncta circum ora maritima robustissimos et plurimos congregari curaverat Augustus, intel-

www.libtool.com.cn

ἀσφαλῶς κατέχειν τὴν πόλιν τοὺς Ῥωμαίους, ὡς αὐτὸς ἔλεγε,
D μὴ τὸ πᾶν θαλασσοκρατοῦντας. (27) τῶν γὰρ κατὰ γῆν δε-
σπότης Ἰωάννης ἐξηγούμενος πολλοὺς καὶ μεγάλους εἶχεν ὑφ' αὐ-
τῷ στρατηγούς, τὸ δὲ στρατιωτικὸν ἐν ἀλλαγίοις, ὡς αὐτοὶ
φαῖεν ἂν οἱ ἐπὶ τῶν ταγμάτων κοινολογούμενοι, πλείστοις συνί-
σταντο. ἦν γὰρ τὸ Παφλαγονικὸν πολύ τε καὶ μέγιστον, ἦν
δ' ἐξ Ἁλιζώνων πλεῖστον καὶ τὰ εἰς πόλεμον ἀγαθόν, οὓς καὶ
Μεσοθινίτας ὁ κοινὸς εἶποι λόγος. ἦσαν ἔνθεν μὲν Θρᾷκες
E ἐκεῖθεν δὲ Φρύγες, ἔνθεν μὲν Μακεδόνες ἐκεῖθεν δὲ Μυσοί, καὶ
Κᾶρες ἄλλοι καὶ πολλοί. τὸ ἐκ Μαγεδῶνος καί γε τὸ Σκυθικὸν
προσῆν, καὶ τὸ ξενικὸν Ἰταλικόν, πλεῖστον ἄλλο. καὶ ἁπλῶς
φάναι τὸ ὅλον ἐν ἀνυποστάτῳ δυνάμει συνεκροτεῖτο, οὓς κινῶν
ὁ δεσπότης φοβερὸς ἦν ὅπηπερ ἐπισταίη, καὶ μᾶλλον τοῖς δυσι-
P 210 κοῖς. παρ' ἣν αἰτίαν καὶ τὰ τῆς ἀνατολῆς ἐξησθένουν, τῶν
Περσῶν ἐπιθαρρούντων καὶ εἰσβαλλόντων ταῖς χώραις παρὰ πᾶ-
σαν τοῦ κωλύσοντος ἐρημίαν. ὅθεν καὶ Μαίανδρος μὲν ἐξω-
κεῖτο, οὐκ ἀνδρῶν μόνον τῶν ἐν πλείστοις τε καὶ μεγίσταις χώ-
ραις, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν μοναχῶν. ἄλλη γὰρ Παλαιστίνη ὁ χῶ-
ρος ὁ περὶ Μαίανδρον ἦν, οὐ βοσκημάτων καὶ μόνον αὐξῆσαι
ἀγέλας καὶ ποίμνια, οὐδ' ἀνδρῶν φορὰν ἐνεγκεῖν ἀγαθός, ἀλλὰ

ligens, quod et dicere solebat, nunquam in urbe securos Romanos fore, nisi toto late mari classe invicta dominarentur. (27) nam terra in tuto res videbantur, Ioanne ibi despota multis maximisque sub se ducibus numerosas et bonas copias regente. conflabatur hic exercitus ex differentibus corporibus et velut collegiis militum, quae Allagia solent appellare qui militarium vocabula ordinum lingua efferunt vulgari. unum erat Paphlagonicum, numerosum et maximum, aliud cum et ipsum multitudine tum vi et arte praestans bellica ex Halizonibus, quos Mesothinitas vulgare dicat idioma. erant item hinc quidem Thraces, inde autem Phryges, illinc Macedones, isthinc Mysi, aliunde Cares, et hi numerosi. tum qui ex Magedone venerant. super his Scythicae copiae et exterae Italicae, plurimaeque aliae, ex quibus membris unum, vere dicam, valentissimum et ineluctabilis potentiae coalescebat corpus; cuius quasi animus despota, dum illud movet et quocunque circumfert, terribilis ubique apparebat praesertim in Occiduis tractibus, ubi frequentius militabat; quae causa fuit cur limes Orientalis debilitaretur, Persis absentia praesidiorum eius vexandi fiduciam sumentibus, incursantibus ac latrocinio vastantibus miseras illas regiones nullo plane prohibente. itaque Maeander domo, ut sic dicam, cedere coactus plane desolatus est, non aliis solum incolis plurimarum illarum amplissimarumque regionum, sed ipsis etiam inde passim migrantibus monachis, alia siquidem Palaestina terra illa undecunque Maeandro amni praetenta videri ac dici potuit, quippe non solum laeta pascuis et gregum armentorumque opima genitrix altrixque, non solum hominum quoque multorum et egregiorum ferax, sed praeterea

www.libtool.com.cn

καὶ μοναχῶν οὐρανοπολιτῶν ἐπιγείων συστῆσαι πληθύας ἄριστος, B
παρὰ τοσοῦτον ἐπ' ἄλλοις τὰ πρωτεῖα φέρων πρὸς Παλαιστίνην
παρ' ὅσον ἑνὶ καὶ μεγίστῳ ἡττᾶτο, τῷ τὰς διατριβὰς ἐκεῖσε γε-
νέσθαι τοῦ ἐμοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ. καὶ οὕτω μὲν κατ' ὀλίγον
Μαίανδρος ἠρημοῦτο, εἰσχωρούντων ἐνδοτέρω τῶν ἐκεῖσε διὰ
τὴν τῶν ἐθνῶν ἐπίθεσιν, ἅπας δὲ ζυγὸς ἐκεῖνος τῶν Νεοκάστρων,
Ἀβαλά τε καὶ Καΰστρου χῶραι καὶ Μαγεδὼν καὶ ἡ περίπυστος
Καρία πᾶσα τοῖς ἐχθροῖς κατετρέχοντο. ἐῶ λέγειν Τραχεῖαν καὶ C
Στάδια Στρόβιλόν τε καὶ τὰ ἀντίπεραν Ῥόδου, ἃ χθὲς καὶ πρώην
ὑπὸ Ῥωμαίους τελοῦντα ἐχθρῶν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ἐγένοντο ὁρμη-
τήρια. τὰ δὲ πρὸς θατέρᾳ θαλάσσῃ φῦλα, ἵνα μὴ τὰ μέσα
λέγω, ὅσα τε ἐν Μαρυανδηνοῖς τε καὶ Μόσυσι καὶ ὅσα ἐν τοῖς
μεγαθύμοις Ἐνετοῖς ὄντα τῇ Ῥωμαίων ὑπήκουον, σὺν οἷς καὶ
ἔτι τὰ ἔνδον μέχρι Σαγγάρεως, ἐπὶ τοσοῦτον ἠφάνιστο ὥστε καὶ
Μαρυανδηνοῦ θρηνητῆρος χρῄζειν ἀξίως τἀκεῖ θρηνήσοντος.
τῶν γὰρ δυνάμεων, πολλῶν τε καὶ θαυμαστῶν οὐσῶν, συγκα- D
τατριβομένων τοῖς δυσικοῖς καὶ κατ' ὀλίγον δαπανωμένων, τοῖς
κατ' ἀνατολὴν τοσοῦτος ὁ κίνδυνος περιέστη, ὥστε μηδ' εἰς
αὐτὴν Ἡράκλειαν τὴν τοῦ Πόντου βαδίζειν εἶναι πεζῇ τοὺς ὁρμω-
μένους ἐκ πόλεως, τῶν ἐκεῖσε ὁρίων τῷ Σαγγάρει περικλεισθέν-

18. τοσοῦτον P.

monachorum, hoc est coeli civium in terris peregrinantium, condendis et concursu lectissimorum conventuque frequentandis aptissima coloniis, tanto in caeteris Palaestina superior, quanto in uno ei, eodemque maximo, sine controversia cedit, quod haec nimirum vita et conversatione domini mei et dei Christi honorata prae cunctis fuerit. talem ob causam Maeander, ut dixi, paulatim desertus et in solitudinem redactus est, recedentibus in interiora qui prius illic habitaverant propter incursiones barbararum gentium. universum autem iugum illud arcibus nuper conditis antea insessum, Abula quoque et adsitae Caystro regiones et Magedon et inclyta Caria, impune hostium grassationibus conculcabantur. mitto dicere Tracheam et Stadia, Strobilum et sitas e regione Rhodi terras, quae loca paulo antea Romanorum subiecta ditioni exigue tempore latronum receptacula barbarorumque stativa facta sunt. obversae autem ex parte altera mari nationes, ut nihil de mediis dicam, ac quantum in Maryandenis, in Mosynibus, in magnanimis Enetis gentium locorumque censebatur, cuncta Romano subiecta imperio, simulque his interiora usque ad amnem Sangarim, ita universa vastata destructaque sunt, ut Maryandenum lugubris cantus artificem adhibere debeat qui haec volet pro dignitate deplorare. nam copiis Romanis, quae multae mirificaeque erant, morantibus in Occiduo tractu, et iis paucis quae relictae Orientalium praesidio fuerant sensim absumptis, in tantum infestantis itinera latrocinii periculum increvit, ut ne Heracleam quidem usque Ponticam via terrestri liceret ex urbe proficisci, finibus illinc imperii Sangari circumscriptis,

www.libtool.com.cn

των, καὶ τῶν πέραν πάντων λείων γεγονότων οὐ Μυσῶν ἀλλά γε Περσῶν. μόνα δὲ τὰ πρὸς θάλασσαν φρούρια κατελείφθησαν,
E *τὰ περί τε Κρῶμναν καὶ Ἄμαστριν καὶ Τῖον καὶ Ἡράκλειαν, τόπων ὀνόματα μόνα σώζοντα· ἃ δὴ εἰ μὴ τῇ θαλάσσῃ προσεχρῶντο, καὶ ταῦτα, τῶν χωρῶν κατεχομένων τοῖς Πέρσαις, πάλαι ἂν ταῖς χώραις καὶ αὐτὰ συναπώλοντο. Ἓν δὲ τὸ συντελέσαν τῇ τούτων ἀπωλείᾳ καὶ τῶν ἄλλων μέγιστον, ὡς αὐτὸς ὁ βασιλεὺς ὕστερον ἔλεγεν, ὅτε μικρὸν πρὸ θανάτου πατῶν τὸν τόπον ἑώρα σὺν οὐκ ὀλίγῳ καὶ ταῦτα στρατῷ, καὶ τὰ πλεῖστα κατωκτίζετο, ἡ τῶν πεμπομένων ἐκεῖσε ταξιαρχῶν γλισχρότης τε*
P 211 *καὶ φειδωλία καὶ ἡ ἐπὶ τῷ λαμβάνειν σπουδὴ οὐ περιοριζομένη μέτρῳ καὶ κόρῳ, καὶ ἡ ἐκεῖθεν πρὸς τὸν κρατοῦντα ψευδολογία μηδὲν ἐκστρατεύοντα, ὡς ὀλίγιστόν τι ἀπώλετο, ὡς ἐπὶ μικροῖς ἡ ζημία, ὡς τὸ πᾶν ἐπὶ κεφαλαίοις ἵσταται καὶ τὸ ἀφαιρεθὲν σπουδῆς ὀλίγης ἀνακαλεῖσθαι, καὶ τἄλλα οἷς συνεχέσι ποτίμοις μὲν τῷ φαινομένῳ ἁλμυροῖς δὲ τῇ ἀληθείᾳ τὰς βασιλικὰς ἀκοὰς*
B *περιήντλουν καὶ γράφοντές τε καὶ διαμηνύομενοι. τὸ δὲ τῆς*

ulterioribusque plane cunctis in praedam non Mysorum sed Persarum condonatis. maritimae tantum arces retentae utcunque sunt circa Cromnam et Amastrin et Tium et Heracleam, sola locorum nomina servantes; quae nisi prompto maris ad auxilia opportune accipienda commercio uterentur, dudum utique fortunam eandem urbium ac locorum quibus adiacent experirentur, cumque istis ditioni Persicae adiectis Romano imperio perissent. quod autem in exitium harum provinciarum cooperatum vel maxime est, hoc fuit, prout ipse sero agnoscens confessus imperator est, quando paulo ante mortem ea loca cum exercitu non modico perambulans oculis omnia fidelibus subiecit et clare perspecta miseratus plurimum est praefectorum qui illuc mittebantur tenacitas et avara parsimonia cum ardenti immensa inexplebili undique capiendi ac congerendi aviditate coniuncta. quibus accedebat indidem nata circumventio principis mendacissimis decepti relationibus vaferrimorum hominum, qui privatis suis rationibus pernicie publica non dubitantes consulere, imperatorem ab expeditione in eas partes, ut erat necesse, suscipienda, deprehendi, si res coram paterent, et multari metuentes, avertebant, elevando fallacissime iacturas factas, et ut quaeque arces aut urbes captae a Persis erant, minimum id quiddam et momenti nullius esse dicendo: capita enim ipsa rerum et quasi claves limitis adhuc teneri, minuta ista nunc ablata quoties volemus exiguo conatu recuperanda. eiusmodi vanissimis commentis tum scripto procul missis, tum voce coram inculcatis, lactatum imperantis animum indormire malis facile initio curabilibus cogebant, nihil pensi habentes, dum res agerent suas, insidiari credulis principum auribus, et eis infundere quasi plenis poculis exitialia quidem venena, sed arte assentandi sic diluta conditaque ut virus eorum non sentiretur. porro istam, de qua dixi, seram perditis rebus in ista loca expeditionem imperatoris ipse fatebatur a se metu erumpentis iam in apertam perniciem ecclesiae schisma-

www.libtool.com.cn

στρατείας αἴτιον, ὡς καὶ τοῦτο αὐτὸς ὁ βασιλεὺς ὡμολόγει, τὸ συρραγὲν σχίσμα τῆς ἐκκλησίας, καὶ τὸ πολὺ τῶν ἀνυποτάκτων ῥακενδυτῶν τε καὶ σακκοφόρων πλῆθος, καὶ ὁ πολὺς ἐκείνων φορτὸς τῶν εἰς αὐτὸν κατηγορημάτων, καὶ ἡ πρὸς ταῦτα τοῦ βασιλέως δειλία τὴν ἀποστασίαν ὑποπτεύοντος. οὐ γὰρ ἦν ἡσυχάζειν αὐτούς, ἀλλ' εἰσδυομένοις τὰς τῶν ἀνθρώπων οἰκίας σφίσιν ἦν ἐκ προχείρου συνείρειν τὰ πολλὰ κατὰ βασιλέως, ὡς τὸν κληρονόμον ἀδικήσειεν, ὡς ἐξελάσειε τοῦ θρόνου τὸν πατριάρχην. ἀλλ' οἱ ὅρκοι, ἀλλ' αἱ συνθῆκαι, ἀλλὰ τὸ καὶ τό, οἷς ἐκεῖνοι μὲν πορίζεσθαι εἶχον, πλεῖστα τῶν ἀκουόντων ἀπολαμβάνοντες, ἐμὲ δέ, φησίν, οἱ φόβοι καὶ αἱ δειλίαι περίῐσταντο, μὴ καί τι τῶν ἀβουλήτων νεωτερισθείη. ἐξ ὧν συνέβαινον ὑποψίαι, ὡς ἀνάγκη φυλαττόμενον ἀποκεκλεῖσθαι καὶ ἠρεμεῖν, τὸ καθ' αὑτὸν πολυωροῦντα καὶ τὰ τῶν πραγμάτων τοῖς τυχοῦσιν ἐπιτρέποντα. ταῦτ' ἔλεγε μὲν ὕστερον ὁ κρατῶν πρὸς τὸν Ἀλεξανδρείας Ἀθανάσιον, ὡς αὐτὸς ἡμῖν ἀπήγγειλεν, ὅτε συνὼν κἀκεῖνος ἐπὶ τῆς ἐκστρατείας κατὰ παραμυθίαν τῷ βασιλεῖ ἑώρα μὲν τὰς τῶν χωρῶν πέραν τοῦ Σαγγάρεως ἐρημώσεις, κατήκουε δὲ τῶν τοιούτων

tis susceptam. cum enim timeret ne tanta colluvies claustris egressorum excusso iugo disciplinae vagantiumque quoquoversum pannosorum quorundam et saccis cilicinis horrentium, insinuantium se obviis, domuum intima penetrantium, cuncta implentium murmurationibus in principem, passimque invidiosissime criminantium ab illo tutore circumscriptum oppressumque nefarie pupillum, ab eodem avitam patriamque hereditatem imperii legitimo successori et possessori Augusti filio interversam iniquissime, his additam eiectionem in exilium deturbati de throno patriarchae, cunctaque ista periurio perfidiaque cumulata ab eo qui nullo iurisiurandi quo se obstrinxisset, foederum quae sanxisset respectu haec et illa (plurima singillatim exaggerabant) attentasset, atque his vulgo plausibilibus populariter buccinandis emungentium pecunia credulam plebem et largas corradentium praedas, quo minus illos abstituros tam utili privatim coepto erat verisimile, — cum, inquam, haec intelligens Augustus formidaret ne tam vehementibus seditionum flabris apertae rebellionis et belli civilis incendium, aegerrime postea restinguendum, inflammaretur, ad necessariam praecautionem mali tanti, atque ad explorandam inspectione praesenti eorum fidem quibus non satis sibi perspectis arces et provincias commiserat, istam se profectionem suscepisse deinde declaravit ipsemet familiari sermone Athanasio Alexandrino patriarchae, illius tum ipsi viae comiti, confidenter viro tali suas animi aegritudines et non vanos metus suspicionesque aperiens, quas ille audiens non omittebat qua poterat consolatione delinire. porro ex isto ipso nos haec eadem Athanasio, audita tum sibi postea referente, cognovimus. addebatque ista occasione se oculis usurpasse miserrimum plane ac meritissimo praesenti

www.libtool.com.cn

ἐποικτιζομένου τοῦ κρατοῦντος ταῖς ἐρημώσεσιν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ ἡμεῖς κατὰ τόπον ἐροῦμεν πλατύτερον.

P 212 28. Τότε δὲ καὶ ταῖς ἀληθείαις τὸ σχίσμα τῆς ἐκκλησίας ηὐξάνετο, ὡς καὶ κατ' οἰκίαν τοὺς ἐντὸς διηρῆσθαι, καὶ ἄλλως μὲν πατέρα διάγειν ἄλλως δ' υἱόν, καὶ μητέρα καὶ θυγατέρα, καὶ νύμφην καὶ πενθεράν. ἦσαν δὲ πλείους καὶ οἱ περὶ τὸν Ὑάκινθον μοναχοί, ἄστατοί τινες καὶ εἰς τόπους ἐκ τόπων πλανώμενοι, ὑπὲρ τοῦ πατριάρχου ζηλοῦντες ἐξορισθέντος. ἄλ-
B λοι δέ γε καὶ εἰς ἀρετὴν διαβεβοημένοι ἔκ τε τοῦ Γαλησίου καὶ ἑτέρων μονῶν, ὡς οἱ τότε τῇ τοῦ Παντεπόπτου μονῇ προσκαθήμενοι, ἀπορραγέντες τῆς πολιτείας ἕκαστος τῆς ἰδίας καθ' ἑαυτοὺς διέζων, μηδ' ὁπωστιοῦν τὸν Ἰωσὴφ εἰς κοινωνίαν δεχόμενοι, τοῦτο μὲν ὡς καὶ αὐτοῦ ἐπιβάντος δῆθεν τοῦ θρόνου ἐπὶ τῷ πτερνίσαι τὸν Γερμανόν, τοῦτο δὲ καὶ ὡς αὐτοῦ τὸ πρῶτον ὑπὲρ τοῦ πατριάρχου ζηλοῦντος καὶ τὴν τοῦ Γερμανοῦ κοινωνίαν
C ἀποτρεπομένου καὶ τοῖς ἄλλοις προτρέποντος. ἔγκλημα δ' εἶχε

1. ταῖς deerat.

imperatori deploratum statum regionum ultra Sangarim, extrema vastitate desolatarum. verum ista nos quoque fusius exequemur suo loco.

28. Hoc porro tempore in quo enarrando versamur, minime iam dubiis iisdemque magnis incrementis schisma ecclesiae augescens quotidie gliscebat, utique iam in domuum intima receptum funestis coniunctissimorum dissidiis. fervere ibi iurgiis cuncta, patre cum filio, filia cum matre, nuru cum socru commissis, declaratis in partes contrarias pertinacique contentione propugnatis iudiciis et studiis. valentissima erat Hyacinthi factio, ingenti promota numero vagorum quorumdam et hinc inde, rursus illinc huc, inquietissime cursantium monachorum. his intoleranda declamabatur Arsenii patriarchae iniusta in exilium electio, omnibusque modis eiusdem procuranda restitutio pro unico videbatur proposita scopo. exurgebant aliunde prodibantque, alia quaedam vociferantes emendanda, fama virtutis inclyti sodales Galesii coenobii nec non quorumdam aliorum, uti qui ea tempestate in monasterio Pantepoptae dicto morabantur, a suo singuli avulsi grege et viritim consulentes, dux auctorque sibi quisque. commune his cunctis Iosephi recentis patriarchae plane communionem aversari, nec eum rite promotum agnoscere, tum quod et ipse invasisset scilicet alienum thronum, supplantato indeque detruso Germano; tum ob inconstantiam, qua miserari antea solitus Arsenii fortunam et eum restituendum patriarchatui dicere, ex eoque aversari communionem cum Germano et aliis aversandam suadere, adeo iam contraria prioribus illis dictis actisque facta ostenderet, in partem se inserens agnitae sibi quoque damnataeque palam iniuriae, et locum insidens unde inique depulsum questus esset viventem adhuc patriarcham legitimum. verum hoc cum esset illi commune cum alio crimen, alia erat peculiaris quae illum vehementer gravabat invidia. ut enim Germanus supra iniuriam exclusi Arsenii propria laborabat infamia mutatae contra canones sedis et Constantinopolitani ex Adrianopolitano transcensi throni, sic et offendebat in

www.libtool.com.cn

καὶ οὗτος ἴδιον μεῖζον τοῦ προλαβόντος· ἐκεῖνος μὲν γὰρ τῇ μεταθέσει προσέκρουεν, ὁ δ' Ἰωσὴφ τῷ ἀπὸ τοῦ πατριάρχου ἀφορισμῷ, ὃν ἀφωρίσθαι ἐπὶ τῷ μὴ τὸν βασιλέα εἰς πνευματικὴν υἱότητα δέχεσθαι. οἱ δ' ἐπὶ τῆς τοῦ Παντεπόπτου μονῆς μοναχοὶ καὶ ἀπεθάρρουν καὶ παρρησιαστικώτερον ἔβαλλον, ἅμα μὲν ὡς ἐπιβήτορι ἅμα δὲ καὶ ὡς ἀφωρισμένῳ τῷ πατριαρχοῦντι ἐπέχοντες. ἐντεῦθεν γὰρ καὶ μέγα τι συνελογίζοντο, τὸ καὶ D λύειν ἄλυτα, καὶ μᾶλλον εἰς κρῖμα καὶ εἰς ἐπίτασιν, οὐχ ὅπως ἀμετόχως, ἀλλὰ καὶ τοῖς αὐτοῖς ἐνεχόμενον τὸν λύοντα. πολλὴν δὲ καὶ τὴν ἐκ λόγων ἐπιφέρειν πιθανότητα ἅμα μὲν τῷ τῶν προσώπων σφῶν σεβασμίῳ, ἅμα δὲ καὶ τῷ συζηλοῦν ἐκείνοις E ὑπὲρ τοῦ πατριάρχου τὸν Ἰωσήφ, ὃν καὶ ὡς ὀστράκου μεταπεσόντος ἐπὶ τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου ἤκουον ἐφιζάνοντα. τούτους περὶ πλείστου ποιούμενος ἢ πείθειν ἢ ποιεῖν ἐκποδὼν (ὀξεῖαι γὰρ ἀκίδες κατὰ ψυχὴν εὐσυνειδητοῦσαν οἱ ἔλεγχοι) εὐπροσώπως

6. μὲν] καὶ P. 9. ἐνεχόμενοι P.

Iosepho probrum illi uni conveniens idemque late diffamatum, quod illum aiebant in excommunicationem incurrisse, sub cuius interminatione vetitum ei olim a patriarcha fuisset habere deinceps imperatorem loco spiritualis filii et illius confessiones, ut antea consueverat, in posterum accipere, quod facere tamen perrexisset. atque hoc utroque nomine tum invasoris in veri antistitis viventis locum, contra fas intrusi, tum excommunicati propter conscitam culpam, cuius prohibitioni fuerat anathematis ipso facto incurrendi denuntiatio annexa, Pantepopteni praesertim monachi liberrime audacissimeque omnium Iosephum exagitabant, alteram in primis criminationem vehementer exaggerantes, eiusque indignitatem argumentis e iure ac disciplina ecclesiastica speciose collectis demonstrantes, quod non tantum absolvere absolutionis incapacem, privatus ipse nominatim talis iurisdictionis potestate, attentasset; sed praeterquam expers auctoritatis solvendi alterius, etiam ligatus ipse quoque et contracti conscitique anathematis vinculo constrictus, istud ipsum praesumpsisset. in quo non oratione tantum, loco utique vecti plausibili, ad persuadendum valebant, verum etiam auctoritate propter speciem sanctimoniae personaeque ac oris commendabilem reveritamque vulgo gravitatem, persuadere semper quidvis idoneam, tum autem efficacia ineluctabili trahentem, quando, ut tunc usu veniebat, eodem impellebant quo studia sponte plerorumque incurrebant, iam per se incredibiliter infensorum Iosepho ut subsessori Arsenii, proque illo solo vero legitimoque, cuius oppressam innocentiam vindicare optabant, patriarcha momentanea conversione, velut temerario tegulae lapsu, repente supposito subintrusoque pseudoantistiti. quae Iosephus initia tumultus animadvertens, et minime contemnenda recte censens, talem eorum sopiendorum rationem iniit, quae multo vehementiorem in ipsum invidiae flammam accenderet. cum enim adhibito in consilium dolore contumeliae propriae, cuius acerrimi sunt stimuli erga sibi recte conscias mentes, omnino sibi faciendum statuisset ut auctores iniuriae qua conflictabatur, aut de sententia deduceret aut de medio tolleret, primo non succedente (quomodo enim homines capto communiter impetu

www.libtool.com.cn

P 213 χρῆται τῷ βασιλεῖ, καὶ ἐπειδὴ τὸ πείθειν οὐκ ἦν (ποῦ γάρ;) ἄν-
δρας ἀμειλίκτους τὴν ἔνστασιν, κολάζειν ᾑροῦντο. ἀνατίθεται
τοίνυν τὰ περὶ τούτων τῷ Ἀκροπολίτῃ Γεωργίῳ καὶ εἰς λογοθέτας
μεγάλῳ καὶ σοφῷ τὰ μάλιστα, πλὴν κατημελημένως τῶν εἰς
συνειδησιν ἐχόντι. καὶ δὴ ἐπὶ οἰκίας ἐπαγαγὼν χαλεπῶς ἠκίζετο, 5
δαίρων κρεμαννύων μαστίζων, τοὺς δέ γε κρείττους ἐκείνων καὶ
ἀτιμῶν τῷ δι' ἀγορᾶς θριαμβεύειν ἀτίμως ἐπ' αἰτίαις κακίσταις
B καὶ πεπλασμέναις, ἄνδρας πολὺ τὸ ἀξιοπρεπὲς ἔχοντας ἐκ τοῦ
βίου καὶ τῆς σφῶν καταστάσεως, οὓς καὶ μετὰ τὸ πικρῶς ὡς
οἷόν τε μετελθεῖν ἐξορίαις ἐδίδου, τοὺς καθάπαξ τῆς γῆς καὶ 10
τῶν γηΐνων ἐξωρισμένους. καὶ τότε πρώτως πολλοῖς ἐπέκλασε
τὰς συνειδήσεις ὁ Ἰωσήφ, καὶ τῇ τούτων παραθέσει ὁ προλαβὼν
τὸ κρεῖττον ἐφέρετο ὡς μηδὲν μηδενὶ ἐνοχλήσας καθότι καὶ λέ-
C γοιεν. ᾧ δὴ καὶ ὁ κρατῶν καὶ αὖθις ἐχρῆτο, καὶ πατέρα ὠνό-
μαζε, καὶ εἰς βουλὴν εἶχε, καὶ εἰς πολλὰ ἐχρῆτο συλλήπτορι, 15
καὶ ἡδέως ἤκουε μεσιτεύοντος. ἦν γὰρ ὁ ἄνθρωπος καὶ τῷ
κόσμῳ σύντροφος, καὶ δεινὸς ὑπελθεῖν ἄρχουσι, καὶ πεῖσαι ὅτε
καιρός, καὶ θυμὸν μαλάξαι καὶ ἀγριᾶναι. εἶχε δὲ σὺν τῇ γνώ-

irrevocabiliter ruentes blande ac tranquille dedocendo placaret ac sisteret?) potentia imperatoris, pro gratia qua apud illum praecipua valebat, ad alterum efficiendum vi saeva incubuit. demandavit autem negotium Georgio Acropolitae inter logothetas magno, et in primis erudito callidoque, sed conscientiae parum tenerae, minimumque pensi habere in rebus gerendis credito quid fas et officium moneret. ille igitur domos obiens patriarchae obtrectatores prehensos abducebat, vexans, caedens, prosciadens, suspendens, flagellans, qui vero inter illos eminerent dignitate, probris dehonestans ac per fora ignominiose traducens, praetentis verae, quam celabat, causae odiosissimis iisque confictis criminibus, intolerabili utique tyrannide viris ante conspicuis et inoffenso cursu honoris eatenus in vita usis. quos etiam postquam tali acerbitate deformasset, exilio multabat, nihil sanctam reveritus professionem religiosorum, qui semel abdicato mundo exules se terrae ad coelestem ultro conversationem transtulissent. fructum consilii talis hunc Iosephus tulit, ut multorum qui ei hactenus studuerant hac violentia conscientias offenderet abs seque alienaret voluntates. apparuitque inde quanto saniori consilio decessor eius Germanus in incommodo simili fuisset usus, contumeliam dissimulans, et nemini molestiam eo nomine facessens quod in se quidvis aliter quam vellet comperisset dictum. ergo hic etiam post casum, et redactus in ordinem, existimatione gratiaque floruit, gratus ipsi principi, pater ab eo vocatus, in consilium adhibitus, procuratione demandata negotiorum honoratus, et libenter ac effectu impetrationis sequente auditus cum pro amicis intercederet. erat enim homo innutritus mundo, multo usu vitae civilis, insinuare se principibus sciens, persuadereque quae opus esset; tum eosdem placare concitareque prout res poscerent. accedebat his animi bonis et corporis robur palatinae militiae laboribus par: nec enim

www.libtool.com.cn

μη καὶ τοῦ σώματος ἰσχυρῶς, ὡς πολλάκις τοῦ μηνὸς ἢ καὶ τῆς ἑβδομάδος ἐνιότε πρόσοδον ποιεῖσθαι πρὸς βασιλέα, τοῦτο μὲν καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ τοῦτο δὲ καὶ καλούμενος.

29. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ υἱὸς τῷ βασιλεῖ ἤνδρωτο Ἀνδρόνικος, P 214 ὃν καὶ εἰς βασιλείαν διάδοχον ὡς καὶ τῶν ἄλλων πρότερον προητοίμαζε, καὶ ἔδει συναρμόττειν αὐτὸν τῇ πρεπούσῃ συζύγῳ, τὸ μὲν πρὸς τοὺς Ἰταλοὺς πρισβεύεσθαι εὐόδως οὐκ εἶχε τοῦ Καρούλου μεταξὺ κειμένου κατὰ τὴν Πουλίαν, ὃν καὶ ἐχθρὸν ἀκήρυκτον ἑαυτοῦ καὶ Ῥωμαίων ἐγίνωσκε διὰ τὴν πόλιν καὶ τὸ μετὰ τοῦ Βαλδουΐνου ἐπὶ τοῖς παισὶν αὐτῶν κῆδος· ἤδη γὰρ τὸν Μαφρὲ καταλύσας ἐμεγαλύνετο ῥὴξ ὁ πρότερον κόντος, ὡς τοῦ B ῥηγὸς Φραγγίας αὐτάδελφος· τοῦτο γάρ οἱ καὶ συμπεφωνημένος μισθὸς ἦν παρὰ τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐπὶ τῷ Μαφρὲ ἀποστατοῦντι ὁρμῆς, ἂν εἰς τέλος νικήσῃ. ἐπεὶ ταῦτα, ἔγνω πρὸς Παίονας τὴν πρεσβείαν στεῖλαι· ὁ γὰρ ῥὴξ ἐκείνων υἱὸς ἦν Ῥωμογενὴς ἐκ μητρὸς τῷ ῥηγὶ γεννηθεὶς τῆς τοῦ παλαιοῦ Λάσκαρι θυγατρός. τρεῖς γὰρ ἐκείνῳ βασιλεύοντι τηνικάδε θυγατέρες ἦσαν, αὕτη C μία, καὶ θαυμαστὴ Εἰρήνη δευτέρα, ἣν ὁ Ἰωάννης σχὼν ἐβα-

18. καὶ] καὶ ἡ?

huic, ut multis aliis, obstabat valetudo quominus saepius in mense, interdum plus semel in hebdomade, adiret imperatorem, partim ultro partim accersitus.

29. Quoniam vero iam in virum adoleverat filius imperatoris Andronicus, quem is ut primogenitum sibi principatus successorem destinabat, eique propterea idoneam iam nunc coniugem expediebat iungere, circumspiciebat Augustus ubi ad id aptam inveniret. ac ne talem in Italia quaereret prohibebat praesens ibi status rerum. regnabat in Apulia, hoc est in parte Italiae Orientali obversa imperio, Carolus, palam et irrevocabiliter Constantinopolitanis infensus ob ereptam Latinis urbem eiectumque inde Balduinum, quicum ipsi affinitatis arta necessitudo intercedebat, liberis amborum connubio foederatis. quare manifestum erat legatis Romanis, si forte in ulteriorem mitterentur Italiam filiae cuiusdam illic imperitantium Augusti filio poscendae, per irreconciliabiliter infestos Romano nomini terrarum mariumque tractus iter, ut necessarium, ita minime tutum fore. iam enim Manfredo aemulo perculso abiectoque victor Carolus, frater regis Franciae, ex conto sive comite, qualis prius vocabatur, regium magnifice nomen assumpserat, ampla ea mercede ab ecclesia remuneratus ob navatam ei fidelem et felicem operam in Manfredi defectione ulciscenda ipsoque rebelli profligando. haec reputans imperator animum et spes vertit in Pannoniam, eoque legatos decrevit mittere. rex ibi dominabatur partem Romani generis ex matre trahens senioris Lascaris filia. huic enim apud nos imperantis tres tantummodo filiae fuerunt, quarum una regi nupta Pannoniae ipsius filii nunc regnantis genitrix extitit. altera Ioanni viro imperium a socero transmissum secum attulit; tertia denique Eudocia magno apud urbem domino elocata est.

www.libtool.com.cn

σιλεύσε τὸν πενθερὸν διαδεξάμενος, καὶ τρίτῃ ἢ τῷ μεγάλῳ κυρίῳ κατὰ τὴν πόλιν ἐκδοθεῖσα Εὐδοκία. ἐξ ἐκείνης οὖν τῆς προτέρας ὁ τῆς Παιονίας ῥὴξ τῷ ῥηγὶ καὶ πατρὶ γεννηθεὶς γυναῖκα πάνυ ὡραίαν ἐκ Κομάνων καὶ αἰχμάλωτον, ὡς λέγουσιν, ἑαυτῷ διὰ τὸ κάλλος ἁρμοσάμενος θυγατέρα γεννᾷ. ταύτην ὡς εὐγενῆ καὶ ἐκ τῶν Λασκαρίων καταγομένην συναρμόττειν ὁ βασι-
D λεὺς ἐβούλετο τῷ υἱῷ. καὶ δὴ εἰς πρεσβείαν ἐκλέγεται περὶ τούτων τὸν ἀπὸ πατριαρχῶν τοῦτον Γερμανὸν καὶ τὸν μέγαν δοῦκα τὸν Λάσκαριν, ἔξωρον ἤδη ὄντα, διὰ τὸ πρὸς ἐκεῖνον αὐτοῦ συγγενές· τοῦ γὰρ πάππου τὸν τόπον τῷ ῥηγὶ ἐπλήρου ὅσα καὶ ἀδελφὸς τοῦ Λάσκαρι βασιλέως. οἳ δὴ καὶ ἀπελθόντες πεζῇ τὰ τῆς πρεσβείας ἐπλήρουν, καὶ τὴν τοῦ ῥηγὸς θυγατέρα τῷ υἱῷ
P 215 τοῦ βασιλέως καὶ βασιλεῖ νύμφην φέρουσιν, ἣ δὴ καὶ Ἄνναν ὄνομα τίθησιν ὁ κρατῶν, καὶ περιφανεῖς τοὺς γάμους τελεῖ αὐτῇ τε καὶ τῷ υἱῷ ἐπὶ τοῦ θείου καὶ μεγάλου τεμένους τῆς τοῦ θεοῦ λόγου σοφίας, τοῦ πατριάρχου Ἰωσὴφ εὐλογήσαντος. καὶ αὖθις τοῦ ἐπιόντος ἔτους μηνὸς Μουνυχιῶνος ὀγδόῃ βασιλικῶς αὐτοὺς σὺν τῷ πατριαρχοῦντι ὁ βασιλεὺς καὶ πατὴρ ταινιοῖ, καί οἱ ὡς βασιλεῖ τὰ τῆς θεραπείας πρὸς τὸ μεγαλειότερον ἀποτάττει.
B τάττει δὲ τούτῳ καὶ τρία τῶν ὀφφικίων ἰδίως ὡς ἀναγκαῖα, καὶ τὸν μὲν Λιβαδάριον πιγκέρνην ἀποκαθίστησι, τὸν δέ γε Βρυέν-

ex prima ortus qui nunc regnabat in Pannonia, filius et heres regis patris, uxorem e Comanis captivam olim, sed insignis, ut aiunt, formae merito e servitute in regnum evectam habuit; ex eaque genuit filiam, quam ut Romano Lascaricae gentis praenobilem sanguine dignam imperator duxit quam filio et designato successori desponderet suo. legatos igitur ad illam postulandam illuc destinans, idoneos ad tale negotium putavit expatriarcham Germanum simulque magnum ducem Lascarim, emeritae iam licet ac parum aptae gerendis rebus aetatis virum: sed illum eximie ad hanc quidem tractationem commendavit nomen et consanguinitas, quae in regem virginis poscendae patrem auctoritatem ei quasi avi tribuebat, utpote germano Augusti Lascaris genitoris eius matris. hi terrestri itinere que destinabantur perlati, negotio e sententia confecto, brevi reduces filiam memorati regis sponsam adducunt filio imperatoris, iam et ipsi imperii participi. virgini Augustus senior Annae nomen imposuit. tum illustri pompa et magnificentia praecipua nuptias eius cum suo filio celebravit apud magnum templum Sanctae divini verbi Sapientiae, bene precante nŏvis sponsis Iosepho patriarcha. anno inde secuto, die octava mensis Novembris, regie ambos ipse pater, praesente ac sacris operante patriarcha, coronavit, deincepsque Andronico ut iam imperatori familiam et ministerium auxit in modum supremae dignitati convenientem, tres praeficiens palatinis Augustae maiestati necessariis officiis. nam Libadarium imperatoris novi pincernam constituit, Bryennium autem honoravit

www.libtool.com.cn

νιον ἐπὶ τῆς τραπέζης τιμᾷ, καὶ τρίτον τὸν ἐκ Χριστοῦ πόλεως Τζαμπλάκωνα τατᾶν τῆς αὐλῆς αὐτοῦ ἐγκαθίστησιν. εὐτρέπιστο μέντοι τούτῳ καὶ βακτηρία βασιλικὴ χρυσῇ ὑπόξυλος, ἐς ὃ κρατεῖν ταύτην ἐπὶ τῶν θείων ὕμνων, ὡς ἔθος, σὺν τῷ πατρί. καὶ ἐπράχθη καὶ τόδε, ἅπαξ ἢ καὶ δεύτερον ἢ καὶ πλέον ἡμῶν ἰδόντων κρατοῦντα. ἔπειτα δόξαν τῷ βασιλεῖ (μίαν γὰρ εἶναι τὴν ἀρχήν, βακτηρία δὲ τῆς ἀρχῆς σύμβολον, χρῆναι δὲ καὶ ταύτην μίαν εἶναι) διὰ ταῦτα ἠθέτητο τοῦτο. ἐδόθη δὲ καὶ προστάσσειν καὶ ὑπογράφειν βασιλικῶς, πλὴν οὐ μηνολογεῖν ὡς ἔθος τοῖς βασιλεῦσιν, ἀλλὰ γράφειν δι' ἐρυθρῶν οἰκείᾳ χειρὶ "Ἀνδρόνικος Χριστοῦ χάριτι βασιλεὺς Ῥωμαίων." οἱ δὲ πρὸς τὸν πατέρα οἵ ὅρκοι καὶ βασιλέα μετὰ τὴν εἰς Θεὸν καὶ τὴν ἐκκλησίαν ἐγγράφως ἀσφάλειαν, ὡς μὴ ἐπιβουλεύοι ἀλλ' ὑποτάττοιτο, καὶ λίαν ἀσφαλεῖς προέβαινον. ἐφ' οἷς οἱ τοῦ λαοῦ πρὸς αὐτὸν ὅρκοι καὶ οἱ τῆς ἐκκλησίας ἐγίνοντο. ἐτομογράφουν δὲ καὶ οἱ ἀρχιερεῖς, ὑπ' ἀφορισμὸν ποιοῦντες τὸν ὃς καὶ ἐπανασταίη τῷ βασιλεῖ. εἶχε γὰρ εἰς ὑποψίαν τοὺς ἀδελφοὺς ἔτι, καὶ μᾶλλον τὸν δεσπότην Ἰωάννην, πολὺ τὸ θερμὸν παρ' ἐκείνῳ βλέπων εἰς μάχας, καὶ τὴν πρὸς ἐκεῖνον παρὰ ἁπάντων διὰ τὸ εὐεργετικὸν καὶ πρὸς τὰς

7. βακτηρίαν?

praefectura mensae regiae; tertium denique ex Christopoli Tzamplaconem Tatam aulae ipsius declaravit. paratus Augusto iuniori quoque est baculus regius auro exterius obductus, intime ligneus, quem teneret de more cum patre, quoties divinis hymnis interesset. idque factum est semel, iterum aut etiam saepius, nobis videntibus. aliud postea visum Augusto seniori. nam cum reputaret unum esse principatum, utcunque communicatum principibus duobus, sceptrum imperii symbolum unum tantum ostendi deinceps oportere censuit. concessa etiam Andronico est facultas edicta condendi, subscribendique chartis regiis ut imperatores solent, excepta tamen appositione mensis, quam sibi reservatam uni voluit senior Augustus, ita ut filio in imperio collegae liceret solum extense ac citra compendium scribere rubrica manu propria in hunc modum, Andronicus Christi gratia imperator Romanorum. iuramenta deinde a novo Augusto, post cautionem scripto datam de sua in deum et ecclesiam fide obsequioque, exacta sunt talia, quae clare pietatem et obedientiam eius erga patrem Augustum plenam inviolatamque praestarent, distincte ipso, deo teste, pollicente se non insidiaturum, se in subiectione obnoxia perstiturum. sub haec a populo et ecclesiasticis iuratum in verba novi Augusti. decretum quoque pontifices rite pertulere, quo excommunicationi subiiciebant eum quisquis foret, qui in novum imperatorem insurgeret. id actum est curante seniore, fratrum propriorum ambitionem suspectante, maximeque despotae Ioannis, quem ad quidvis sperandum magnis videbat praesidiis instructum, fortitudinis bellicae tot praeliorum successibus spectatae, studiisque erga eum praecipui omnium propter eius benevolentissi-

www.libtool.com.cn

E δόσεις πρόχειρον τοῖς αἰτοῦσιν ἀγαθοθέλειαν. οὐδὲν γὰρ οὕτω δουλοῖ τὰς ψυχὰς τοῖς ἀνθρώποις ὡς ἡ μετὰ χάριτος εὐποΐα. κἂν ἀφέλοιο τὸ εὐεργετικὸν τῶν ἀρχόντων, εὑρήσεις ἐκείνους ἀλαλάζοντα τύμπανα, ἃ κτύπον ἔχουσιν ἐν τῷ μᾶλλον εἶναι κενά. οὕτω καὶ λόγος παρ' ἄρχουσιν ἄπρακτος, κρεῖττον ὃν τὸν δυνάμενον εὖ ποιεῖν πρᾶξιν ἔχειν τὸν λόγον ἢ λέγοντα μόνον τὸν ἄρχοντα ψεύδεσθαι. καὶ μαρτύριον ἀψευδὲς αἱ ὠφελοῦσαι βοτάναι καὶ τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων χρήσιμοι, αἳ δὴ σιγηλῶς τὸ
P 216 ὠφελοῦν προΐσχονται. εἰ δέ τινας μικρολόγως ἡ τῶν χρημάτων ἀπουσία λυπεῖ, δειξάτωσαν ἐκεῖνοι τὴν παρουσίαν, τί πρὸς ἡδονὴν συμβάλλεται. καὶ εἰ ἡδονὴν ζητοῖεν, πολλῷ κάλλιον τήν τ' ἐνεστῶσαν ἔχειν καὶ τὴν μέλλουσαν ἐλπίζειν, ἁπάντων μὲν εὐφημούντων τὸν εὐεργέτην, θεοῦ δ' ὑπισχνουμένου τὸ μέλλον. ἴστωσαν δ' ὅτι Πτολεμαίου μὲν καὶ Ἀλεξάνδρου καὶ τοῦ τὴν βασιλείαν τῇ εὐεργεσίᾳ ὁρίζοντος (οὐ γὰρ ἔχω λέγειν τοὔνομα, οἶμαι
B δέ, Τίτος ἦν) ταῦτα τὰ χρήματα, δι' ὧν ἑαυτοῖς προσποιήσαντες τὴν ἀθάνατον εὔκλειαν ἡμῖν καὶ αὖθις ἀφῆκαν μηδὲν δαπανήσαντες. καὶ οὗτος ἔστιν ἀδαπάνητος πλοῦτος, ἡ εὐποΐα,

mam in donando et quidquid a quovis rogaretur prolixe gratificande largitatem. nam nihil sic animos mortalium hominibus subiicit ut beneficentia grate ac liberaliter exercita; quem si principibus abstuleris, invenias illos aliud nihil nisi tympana resonantia, quae eo plus strepunt quo magis sunt vacua. horum enim inani sono similia sunt promissa principum effectu sequente destituta, cum melius longe sit, eum qui potest, re ipsa dare, nihil dicendo, sed vice verborum opera exhibendo, quam pollicentem quae minime deinde praestet, principem mentiri. huius rei manifestum exemplum videre est in herbis utilibus vitae humanae, quae iuvant et non loquuntur succosque salubres tacitae ministrant suos, eo gratiores quo simplicius et ab ambitione disiunctius prosunt. quodsi quibus avare sordidis dolet abiungere a se donando pecuniam, cuius a conspectu remotae desiderium scilicet non ferunt, ii, quaeso, dicant quam veram et non imaginariam voluptatem nummorum ipsis sub oculis et in manu positorum afferat praesentia. si gaudere quaerunt, quod gaudium eo maius, quod vel praesens largiendo percipitur vel certo inde secuturum speratur? homines iam nunc beneficiis affecti benefactores acclamationibus faustis laudibusque dulcissimis cumulant: deus autem etiam in futurum ingentia se repensurum beneficiis praemia confirmat. sciant autem eiusmodi angusti animi principes unum istum ipsis proprium et semper mansurum divitiarum constitutum fructum, gloriam quae ex distributione ipsarum in eorum nomen redundat. nam alioqui Ptolemaeus, Alexander et ille alius (nomen nunc non occurrit), qui utilitatem principatus sola definiebat facultate bene merendi de hominibus (Titus, opinor, is fuit), eas ipsas pecunias, quibus largiendis immortale consecuti sunt decus, inconsumptas posteris moriendo transmiserunt, unum ex ipsis lucrati bonum inamissibile, beneficiorum famam aeternam. qua Ioannes despota late clarus

www.libtool.com.cn

ἦν ἐκεῖνος ἔχων πρὸς πάντας καὶ ὑπὲρ βασιλεῖς ἐκλείζετο. ταῦτ' ἄρα καὶ ὑποπτευόμενος πολλὰ παρῃτεῖτο τῶν ὄντων. τὴν γὰρ ἀρχὴν ἐνεχωρεῖτο τούτῳ μὴ ὅτι βαρδαρειώτας καὶ κορτιναρίους μόνον καὶ τοὺς ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος ἔχειν, καί γε τοὺς ἐπὶ τῆς εἰσα- C
γωγῆς, οὓς δὴ καὶ ἑταιρειάρχους λέγουσιν, ἀλλά τι καὶ πλέον τῶν τῆς βασιλικῆς θεραπείας συνεπιφέρεσθαι. ἀλλ' εἰς τὸ πρόσθεν ἰὼν ἐξησθένει, τὰ μὲν ἑκὼν τὰ δ' ἄκων προσαφαιρούμενος· καὶ γὰρ καὶ τὸ πολὺ τῆς οἰκονομίας ἀφῄρητο. νῆσοι γὰρ πᾶσαι τὸ πρότερον, Μιτυλήνη λέγω καὶ Ῥόδος, καὶ κατὰ γῆν πλεῖστά τε καὶ μέγιστά οἱ εἰς αὐτάρκη πρόνοιαν ἦσαν. τότε δὲ καὶ τὴν δουλείαν ἐμφαίνων πρὸς τὸν νεωστὶ βασιλεύοντα, εἴ πού D
τι καὶ εἰς φιλοτιμίας λόγον χλαμύδα παρὰ βασιλέως ἐλάμβανε, μέγας ὢν μικροῖς ἱματίοις καὶ εἰς γόνυ μόλις περιεστέλλετο, καὶ ὁ ἥρως ἐκεῖνος ἐπὶ τῶν ἀνακτόρων πολὺ πλέον ταῖς παιδικαῖς ἀμ-
πεχόναις ἐνηγλαΐζετο ἢ τοῖς ἰδίοις καὶ κατὰ τρόπον τοῦ σώματος ἔχουσιν. οὕτως ἐκεῖνος ἐκ τῶν ἔξω καὶ οἷς ἐποίει, τὴν ἔνδον διάθεσιν καὶ ἃ ἐλογίζετο παρενέφαινεν, ὅπου καὶ αὐτὴν δὴ τὴν E

apud omnes, plus etiam quam imperatores ipsi, praedicabatur. hinc videlicet in suspiciones incurrebat regnantium; quibus illi soliciti acri cura incumbebant ad detrahendum de opibus eius caeteraque gloria, quantum citra declarati odii publicam professionem possent. cum ergo principio concessum ei fuisset non Bardareotas et cortinarios solum ac praefectos cubiculi habere in ministerio domestico, sed et admissionales, quos hetaeriarchos dicunt, et si quid his amplius in regio fere satellitio censetur, quocunque iret circumducere libere permissum, deinceps ista contrahi sensim ac restringi coepta sunt, modo hoc modo alio ex illis privatum excedentis modum honoris insignibus ablatis, nunc ipso, quod ita expedire sentiret invidiae placandae, sponte abdicante, nunc dominis vel ab invito auferentibus. quinetiam splendorem eius obscurare domesticum non contenti, plerasque attributae olim potestatis partes paulatim carpendo resumebant, simul dignitatem, simul eius sustinendae fundamenta, proventus pecuniae annuos, malignitatis iam male dissimulatae minime obscura grassatione minuentes. datae illi prius insulae fuerant pleraeque nec parum uberes, Mitylene, inquam, et Rhodus aliaeque, tum in continenti plurima maximaque territoria, unde illi mercedes ad victum sumptumque caeterum amplissimae redirent. cunctis hisce demptis, non modo in ordinem sed et in tam miserum servitutis redactus est gradum, ut palam iam cerneretur ambire aulica sedulitate Augustum iuniorem, ac si quando is ipsi, velut in praemium obsequii, aliquam e suis chlamydem donaret, reverenter acciperet indueretque, etsi ea, quippe ad formam nondum plene adulti adaequata corporis, viro, qualis erat ipse, perfectae aetatis staturaeque altioris parum conveniret. ergo videres heroa illum tantum per regiam fratris aulam curtis et paulum modo excedentibus puerilium mensuram tunicarum aegreque ad genua promissis sese multo magis ac libentius ostentare vestibus quam propriis e suo domestico vestiario depromptis, eaque videlicet ipsius adaptatis modo corporis. sic ille, qua

www.libtool.com.cn

διὰ μαργάρων καλύπτραν καὶ τὰ ὀξύλευκα παράσημα ἀπεβάλετο, κατὰ τρόπον ὃς καὶ μετ' οὐ πολὺ ῥηθήσεται, τὸ ταπεινὸν ἑαυτῷ προνοῶν διὰ τὸ ἐκεῖθεν ἀσφαλὲς καὶ πάσης καχυποψίας ἀνώτερον.

P 217 30. Ἀλλὰ πρότερον ἢ τοῦτο ῥηθῆναι, τὸ κατὰ τὸν μέγαν κονοσταῦλον τὸν Ταρχανειώτην Ἀνδρόνικον καὶ ἀνεψιὸν τοῦ κρατοῦντος λεγέσθω. ἔφθασε μὲν ὁ λόγος καὶ γαμβρὸν ἀπέδειξε τοῦτον τοῦ Δούκα Ἰωάννου καὶ ἐξ ἀξιωμάτων σεβαστοκράτορος. τούτῳ τοίνυν τὰ κατὰ τὴν Ὀρεστιάδα τε καὶ τὰ ἐνδότερα τοῦ Αἵμου ἐπιτετράφατο, καὶ ἦν αὐτῷ συνάμια τῇ γυναικὶ κάθισμα
B ἡ Ἀδριανούπολις. ὡς γοῦν ἐκεῖσε ὄντι χρόνος ἐτρίβετο πλεῖστος, οὐκ οἶδ' ὅ τι παθών, ὡς δ' ὁ τῶν πολλῶν λόγος ἔχει, τῷ ἀδελφῷ Μιχαὴλ ὑστέρῳ γε ὄντι αὐτοῦ εἰς μέγαν δομέστικον καταστάντι ἐγκοτῶν ἐκτόπως, δι' αὐτὸν δὲ καὶ τῷ τιμήσαντι, βουλὴν βουλεύεται λίαν αἰσχρὰν καὶ τοῦ γένους ἀναξίαν. εἰς νοῦν
C γὰρ βαλλόμενος αὐτομολεῖν πρὸς τὸν πενθερόν, ἐπεὶ ἐν κατασάσει τῶν ἐκεῖ πραγμάτων ὄντων οὐκ ἀνυστά οἱ τὰ τῆς αὐτομολίας διέγνω γίγνεσθαι, τὴν ἐπὶ τῆς πέτρας σηπίην μιμεῖται. ἐκείνη γὰρ (καὶ σιωπῶ τὸν φυσικὸν λόγον οὐχ ὡς ἐξέρασμα τὸ μέλαν δεχόμενον, ἀλλ' ἀκούσιον διαχώρημα ἑνὲν ἐξαίφνης τῷ φόβῳ

penitus esset in animo affectus, modestam fastuque superiorem omni demissionem habitu factisque gaudebat exterius proferre. quo in genere tegmen quoque capitis margaritis distinctum et ex roseo candentia deposuit insignia ultro ac volens, ut paulo post dicetur, obsequiosae modestiae instincta, humilem in se speciem affectans propter speratam ex ea securitatem et malarum de se suspicionum abolitionem plenam.

30. Sed ista priusquam referimus, de magno conostaulo Andronico Tarchaniota sororis Augusti filio dicatur. hunc paulo superius narravimus generum fuisse factum ducis Ioannis, dignitate sebastocratoris: porro eidem post istas nuptias credita fuerat gubernatio provinciae, quae praeter Orestiadem et adiacentes huic terras etiam interiora Haemi complectitur; qua cura ut commodius ex propinquo fungeretur, domicilii sedem Adrianopoli fixerat, ubi cum uxore morabatur. ibi longo iam tempore versatus, repente nescio quid passus, ut vero plerique aiunt, audita promotione Michaëlis fratris sui minoris in dignitatem magni domestici, incredibiliter offensus tam ipsi quam ei a quo is fuerat in istum evectus gradum, ad cogitationem valde vituperabilem et genere indignam suo applicat animum, consilium iniens transfugiendi ad socerum. quia vero tranquillo, ut tunc erant, rerum statu tuto atque impune id se facere posse desperabat, quo ei ex sententia negotium succederet, sepiam haerentem petrae sibi putavit imitandam. de huius aquaticae animantis natura breviter dicere non omitto, quod qui observarunt diligentius, tradunt non esse illi atramentum in potestate, quasi id sponte cum vult evomat, sed atrum istum liquorem piscis huius visceribus conceptum excrementum ipsi

www.libtool.com.cn

συστελλομένης καθεκτικῆς δυνάμεως, ᾧ δὴ καὶ συμβεβηκότος τὸ ζῶον εἰς βοήθειαν χρῆται καὶ ἀποφυγὴν τῶν δεινῶν) ἐκείνη τοίνυν θέλουσα φεύγειν τοὺς θηρατὰς ἐξεμεῖ τὸ μέλαν καὶ τὸν πόντον συγχέει, καὶ οὕτω ῥᾳδίᾳ τῇ φυγαδείᾳ χρῆται. κἀκεῖνος P 218
συγχεῖν θέλων τὰ πράγματα ὡς βοηθησόμενος πρὸς τὴν φυγὴν τῇ συγχύσει, Τοχάρων ἐξελθεῖν γένος παρασκευάζει, οἳ καὶ φανέντες τὴν γῆν πᾶσαν ἐκείνην ἐπέθεον ὡς ἐπὶ κέρδει συγκληθέντες. ἃ τοίνυν ἐκεῖνοι τὸ τηνικάδε τοὺς ἀνθρώπους ἔδρασαν, ἰδίαν ἀπαιτεῖ σχολὴν πρὸς τὴν τῶν δεινῶν ἐξαγγελίαν, οὐ γράμμασιν ἀλλὰ δάκρυσι γνωριούμενα· πλὴν ὡς ἂν ἀσφαλῶς εἴποι τις, οὐχ B
ἧττω ταῦτα τῶν μετὰ τοῦ Κωνσταντίνου προτέρων σφαγῶν. αὐτὸς δὲ τῇ τούτου συγχύσει προσβοηθούμενος ἅμα γυναικὶ αὐτομολεῖ πρὸς τὸν πενθερόν. ὁποίας γοῦν τῆς ἀναδοχῆς ἐκεῖθεν εὐμοίρησε, περιττὸν ἴσως καὶ λέγειν, ὅμως δὲ ὕλην ἐδίδου τὴν μάχην ἀνάπτεσθαι. καὶ γὰρ τέως ὁ Δούκας τοῖς ἰδίοις ἀρκούμενος ἡσύχαζεν ἀναμένων, ἔστι δ' οὗ καὶ τὸν ἴδιον τρόπον κατασκευάζων ἐπὶ τὰ τοῦ βασιλέως ἐπιτειχίσματα καὶ τὰ περὶ τὰ Ἰωάννινα παρασπῶν. ἠρεμεῖν δ' οὐκ ἦν ὅλως ἐκείνῳ ἀνδρὶ μά- C
χαις χαίροντι καὶ πολέμοις, ἐξ ὧν κερδαίνειν ἀεί ποτ' ἤλπιζεν.

esse, quod ex contractis metu infirmi et formidolosi animalculi membris necessario effundatur. astutiae porro quasi cuidam eius tribuitur, quod ipsam necessitatem velut vertens in consilium, ista suffusione liquoris atri salutem plerumque sibi conficit, manus sic effugiens prensantium. cum enim piscatorem imminere sibi captantem sentit, evomit atramentum, et aquam in qua est, prius pellucidam, turbat obfuscatque: atque in illis tenebris effugii viam invenit. sic Andronicus Tarchaniota, ut secure ac sine impedimento deliberatum exequeretur transfugium, turbare prius ac miscere omnia constituit, accitis in Romanas terras Tocharis, qui statim ad ostensam accurrentes praedam, magno numero intra fines imperii sunt visi. quantum autem illi tunc cladis, et omnis generis iniuriarum miseris illorum tractuum hominibus intulerint, proprii nec parvi operis argumentum esset, pro magnitudine atrocium malorum non literis sed lacrimis scribendi. caeterum id dici sine mentiendi periculo breviter potest: calamitatem vastitatemque ista occasione huic importatam regioni nihilo mitiorem, minusve acerbam crudelitate caedium, avaritiaque rapinarum ea fuisse, quae aliquanto ante iisdem populis irruptione Constantini Bulgari Tocharos secum ducentis fuerat illata. per hanc ille sibi ad finem destinatum utilem confusionem rerum, ad socerum una cum coniuge profugit. ut autem exceptus ab eo fuerit, et quis ipsi novi fructus hospitii constiterit, superfluum opinor nobis sit exequi: illud constat, quod ad nostram rem facit, subministratum inde praetextum Ioanni duci belli in nos movendi. eatenus enim ille suis contentus utcunque quiescebat occasionem expectans: et quamquam erumpebat nonnunquam impatiens foederum animus, tentandis, cum aderat opportunitas, munitionibus imperatoris: quo in genere quae circa Ioannina sunt ad se attraxerat: tamen larvam adhuc haud plane abiecerat; non ille quidem natura talis ut in illa diu

www.libtool.com.cn

ἡ γὰρ τοῦ εὐεργοῦ σχολὴ καὶ ὑπὲρ τοῦ ἀργοῦ ἀσχολίαν τὰ μέγιστα κατεργάζεται· ὡς γὰρ ἀργῆς ψυχῆς καὶ κατερραθυμημένης τὸ ἐνευκαιρεῖν ἐν κενοῖς, οὕτω θερμῆς καὶ σπουδαίας τὸ χῳρεῖν
D ὁμόσε τοῖς πράγμασιν. οὕτως ἦν ἐκεῖνος τῷ τότε τῆς αὐτῆς πείρας καὶ στρατηγίας ὕλῃ τοῖς παραπέμπουσι χρώμενος, οὐ πολεμῶν ὅτε δόξοι τοῖς ἐναντίοις, ἀλλὰ μᾶλλον τῷ ἐνεργεῖν διεγείρων καὶ τὸν ἀπάλαμνον.

P 219 31. Ταῦτ' ἄρα καὶ βασιλεὺς δεινοπαθῶν ἐπὶ τούτοις δυνάμεις παρασκευάζεται πλείους, πλῆθος ὥστε τεσσαράκοντα σὺν τῷ ναυτικῷ χιλιάδων, ὡς λέγεται, καὶ παραδοὺς τῷ δεσπότῃ πέμπει διὰ ταχέων ἐπὶ τὸν Ἰωάννην. συνεκπέμπει δ' ἐκείνῳ καὶ ἄλλους πλείους τῶν λοχαγῶν καὶ ἐκ μεγιστάνων, ὧν εἷς ἦν καὶ ὃν εἶχε δομέστικον τῆς τραπέζης. ὁ δ' ἦν ὁ Καβαλλάριος Ἀλέ-
B ξιος, ἀνὴρ γεννάδας καὶ ἀνδρικός, ὃς καὶ παρηπόλαυσεν ὕστερον τοῦ πολέμου τοξευθεὶς ἐν τῇ μάχῃ παρά του, κἀκείνῳ μὲν κλέος ἑαυτῷ δὲ πεσεῖν εὐκλεῶς παρέσχεν, οὗ κάλλιστον τοῖς νέοις πίπτειν πεσών. ὡς γοῦν τὰς δυνάμεις παραλαβὼν ὁ δεσπότης πρὸς δύσιν ἤλαυνε θαρρῶν ταῖς παρασκευαῖς ὡς καὶ αὐτὸ κινήσων τὸ ἔδαφος, ὁ βασιλεὺς καὶ λαὸν διὰ θαλάσσης ὁπλίζει, καὶ

4. αὐτοῦ?

simulatione teneri posse speraretur. quippe vasti pugnacisque vir animi, nihil nisi vim et bella spirans, ex quibus aucturum sese fortunas, et lucris ingentibus ditandum confidebat. porro viri strenui vel ipsum otium, negotio remissi ac languidi, rebus peragendis maximis efficacius est. nam ut animae desidis ac negligentis est in vanis sibi placere, ac felicem se putare complexu exilium bonorum: sic acris e contrario atque arrectae ardenterque maioribus usque inhiabundae proprium est, prorumpere in opus quavis occasione, ac nullam frustra offerri movendarum rerum ansam sinere. talis tunc erat dux Ioannes; ipsis illis quas furtim primum attentaret grassatiunculis et successibus modicis pro fundamento ulteriorum utens: nec expectans tunc bellare cum hosti videretur; sed ex sua spe ac commodo articulos occasionum captans: et non minis admonens, sed agendo expergefaciens adversarium indormientem rebus.

31. Haec ita erant: quibus cognitis indignatus imperator, exercitum comparat ingentem; numero, ut fertur, quasi quadraginta millium, navalibus in eam summam comprehensis copiis. et hoc tanto apparatu tradito Ioanni despotae, vadere illum confestim infestis signis in Ioannem iubet. misit etiam cum eo plures alios tribunorum et magnatum, quorum unus erat, quem domesticum mensae habuit, Caballarius Alexius, vir generosus et fortis. hunc Mars hoc bello pigneratus est, sagitta in praelio sublatum a quopiam ignoto, qui sibi gloriam, hosti honestum funus peperit. sic enim decus illi contigit gloriosae mortis ibi oppetitae, ubi cadere iuvenibus est honestissimum. cum igitur succinctus magnis hisce terrestribus copiis despota Ioannes tantis animis in Occidentem movit, ut

www.libtool.com.cn

στόλον ἐξαρτυσάμενος ἱκανὸν ἐκ πόλεως καὶ τῶν ὁπουδήποτε χω- C
ρῶν τε καὶ νεωρίων, ὡς εἶναι τὰς πάσας ναῦς μακράς τε ἅμα καὶ
ταχυναυτούσας τρεῖς πρὸς ταῖς ἑβδομήκοντα, παραδοὺς ταύτας
τῷ πρωτοστράτορι Φιλανθρωπηνῷ καὶ αὐτὸν ἐκπέμπει, ταῖς
Λατινικαῖς χώραις προστάσσων, εἴ ποι παρείκοι, προσβάλλειν·
οὕτω γὰρ μᾶλλον εὐοδεῖν τὸν κατὰ γῆν πόλεμον ᾤετο, εἰ ἔχοντες
καθ' αὑτοὺς οἱ Λατῖνοι τὸν περὶ σφίσι φόβον τῆς πρὸς τὸν
Ἰωάννην βοηθείας ἀπόσχοιντο. καὶ δὴ τὴν ταχίστην τῷ τύπῳ D
τῶν νέων Πατρῶν ἐπιστάντος τοῦ δεσπότου ἔκπληξις κατεῖχε
πάντας καὶ ταραχή, ὡς προσχωρεῖν μὲν ἐντεῦθεν ἐκείνῳ τὰς χώ-
ρας, γνωσιμαχεῖν δὲ τὰ φρούρια ὡς μικρὸν ἀντισχόντα, ὅσον
ἀφοσιώσασθαι τὴν πίστιν τῷ Ἰωάννῃ, προδοῦναι μὴ ἐνεγκόντα
τὴν ἔφοδον· ποῦ γὰρ ἄν τις καὶ ἤλπισεν ἐξ ἄλλου τινὸς τρόπου
καὶ μηχανῆς σώζεσθαι; ὁ μέντοι γε Ἰωάννης τοὺς περὶ αὐτὸν καὶ E
μόνους ἔχων, τῷ πλήθει κατὰ πολὺ λειπόμενος, ταῖς ἐπινοίαις
ἐπεχείρει σώζεσθαι. ὅθεν καὶ νῦν μὲν ἔνθα νῦν δ' ἐκεῖσε προ-
βαίνων, ὡς οἷόν τε ἦν, κατησφαλίζετο τὰ αὐτοῦ· τὸ γὰρ χωρεῖν
εἰς μάχην ἔν τι τῶν ἀδυνάτων ἐδόκει. ἀλλ' οἱ τοῦ δεσπότου
ἰχνηλατοῦντες οἷον ἐκεῖνον ἐπέτρεχον συνεχέστερον, προκατα-

terram haud dubie se concussurum confidere videretur, destinavit imperator eodem quoque classem ornatam oneratamque superbissimo delectu, cum ex urbe tum ex cunctis provinciis ac navalibus diligentissime habito, ita ut numerus navium partim longarum partim celerum ad tres et septuaginta ascenderet; quas commendans protostratori Philanthropeno, iussit eum cum ea classe oras legere Latinicarum regionum, infestasque habere, ac sicubi res ferret exscendere incursionibusque urere, sic arbitratus certius faciliusque processuras ad spem plenae victoriae belli universi rationes, si proprio impliciti periculo Latini cogitare de mittendis Ioanni auxiliis prohiberentur. cum ergo velocissime despota Ioannes in locum esset pervectus novarum Patrarum, ingens ibi cunctos terror et consternatio turbavit, adeo ut ei passim pagi et oppida se dederent, arcium vero praesidia inter ancipites sententias fluctuarent. exigua nec longum, ut apparebat, valitura fidei Ioanni datae reverentia cohibente ab ipso ad primam statim irruptionem prodendo: nam ad extremum vitare se posse deditionis necessitatem desperaverant, utique cum circumspicientibus cuncta, salutis alia via expediendae ratio humanitus appareret nulla. inter haec Ioannes ipse passim desertus a plerisque, nec alio iam fere quam familiarium domesticorum septus comitatu, arte atque ingenio supplere defectum opum et capiti ac summae rerum suarum quam posset optime consulere nitebatur, loca ex locis mutans, nusquam diu consistens, nunc hic, mox illic improviso apparendo, conatus insequentium, quoad poterat, frustrans. nam manum conserere, et aleam iacere praelii, destitutum copiis, ultra omnem ut facultatem, ita cogitationem erat. porro duces ac milites despotae late per regionem sparsi ducem hostium ubi lateret omnibus vestigiis indagabant: scrutantes assidue loca cuncta quibus

www.libtool.com.cn

P 220 λαμβάνοντες τόπους οἷς αὐτὸν ᾤοντο σώζεσθαι, ὅθεν καὶ τῷ ἀποχωρεῖν μὲν προσῆγεν ἐκείνους, τῷ δέ γε δειλίαν ἐμφαίνειν θαρραλεωτέρους ἐποίει προσβάλλειν· τῷ γὰρ πλήθει περιῆσαν, καὶ κατημέλουν διώκοντες. ὡς δὲ κόρον ἐκεῖνος ἐλάμβανε τῆς ἀποφυγῆς καὶ τὰ ἔξω προσυπώπτευεν ἤδη τῶν ἁπάντων καταλη-
φθέντων, ἔγνω φρονρίῳ ἑαυτὸν πιστεῦσαι, καὶ φέρων ἑαυτὸν
B ταῖς Πάτραις ὀχυρᾷ πόλει καὶ ἐκ νέου συστάσῃ δίδωσι καὶ πιστεύει φυλαχθησόμενος. καὶ ὁ μὲν καταφυγὴν ὀχυρὰν εὗρε τὰς Πάτρας, οἱ δ' ἀμφὶ τὸν δεσπότην μαθόντες τὴν πόλιν κύκλῳ περικαθίζουσιν. καὶ συχνὰ πρὸς τοὺς ἐντὸς διαμηνύσεις ἐγέ-
νοντο τοῦ δεσπότου, ἑαυτοῖς μὲν προνοεῖν τῶν βελτίστων, ἐκεῖνον δὲ παραδόντας σώζεσθαι· μὴ γὰρ ἀποχωρεῖν ἐκεῖθεν, μὴ ἄλλοθί που τραπέσθαι, μὴ φροντίσαι τὰ φέριξ καίοντα καὶ ἀγροὺς κατασκάπτοντα καὶ ἀμπελῶνας τέμνοντα, καὶ τέλος καὶ
C αὐτοῖς ὡς πολεμίοις χρώμενον τέλεον ἀφανίζειν, κἂν ὅπῃ καὶ ὁ

eum abscondi vel exigua suspicio esse posset. unde cum ille latebras subinde mutans continuo fugeret, trahebat post se hostes, ulterius sic semper in eius ditionis sese promoventes intima: quos ille ipse manifestis deprehensus indiciis ducis fugientis timor audaciores scilicet in se invehendo faciebat, fretos utique qua clare praevalebant multitudine, nec magnopere formidandum quidquam arbitrantes ab eo qui viribus palam diffidens, spes salutis omnes in fuga reponeret. ut autem satis denique illum desultorii erroris et fugae infinitae taedium cepit, simulque cunctantium ab exteris auxiliorum suspicatus coniectura causam, ab universis iam se sociis derelictum intellexit, arci cuipiam munitae caput salutemque confidere decrevit. ergo se Patras conferens (praevalida haec erat et propugnaculis recens structis munitissima civitas) eo se inclusit, idoneum id praesidium ratus cui summam rerum et reliquias fortunae in extremo discrimine custodiendas recte crederet. at despota Ioannes qui tanquam indagine clausam feram venator undique vestigans nullum finem quaerendi Ioannis ducis inque suam potestatem redigere conandi faciebat, ubi cito cognovit Patris eum inclusum, eo confestim exercitum rapiens corona urbem circumdedit, prono ad id usus studio ducum ac militum, quos et ipsos belli uno in capite patrandi percupidos alacritate proliciebat ad contendendum mira ipsa non dubia vicinia praedae, cui dudum inhiaverant, quam suis utique iam manibus elabi negabant posse. crebris ante omnia colloquiis et promissionibus tentati obsessorum ab obsidentibus animi sunt. proponebatur ipsis per subinde missos pellax et quaestuosa conditio, paciscendi sibi praeter incolumitatem securam, amplissima certissimaque praemia, quae promereri statim possent facili deditione unius hominis, causae tot malorum vel in praesens urgentium vel in futurum imminentium. sic enim certo haberent: nunquam inde abscessuros, aut alio quovis respectu avertendos Romanos nisi confecta re: nec interim parcituros, aut ulla misericordia revocandos ab urendis tota regione frugibus ac tectis, agris ac satis conculcando corrumpendis, excidendis vineis, denique ipsis, si accipere oblata recusarent, tanquam hostibus inexorabiliter infensis, omni belli clade perdendis, quantacunque

www.libtool.com.cn

χρόνος προβαίη. ταῦτα τοῦ δεσπότου διαμηνύοντος ἐκεῖνοι, ἢ ταῖς ἀληθείαις ἢ παρ' ἐκείνου προβιβαζόμενοι ἔνδον ὄντος, ἡπίως τε ἀπελογοῦντο καὶ προσελιπάρουν σφᾶς τῶν ὁρμῶν ἀνεῖναι, μετ' οὐ πολὺ προδοῦναι καὶ τὸν Ἰωάννην καθυπισχνούμενοι. ὡς γοῦν μεταξὺ χρόνος ἐτρίβετο, καὶ οἱ μὲν ἀναβολαῖς ἐναιώρουν τὴν προδοσίαν, οἱ δὲ ὅσον οὔπω ἀνύσαι τὸ πᾶν ἤλπιζον, ἐπιχειρεῖν τι τῶν συνήθων ἔγνω ὁ Ἰωάννης. καὶ σκοπητέον ὡς ἄρι- D στα. νυκτὸς γὰρ ἑαυτὸν σχοίνοις διὰ τοῦ τείχους καταχαλάσας, ὡς μὴ φωραθείη διὰ στρατοπέδου βαδίζων, εὐθύς τε μετασχηματίζεται καὶ χλαῖναν μὲν μέλαιναν περιτίθεται, κρατεῖ δ' ἀνὰ χεῖρας ἵππου ῥυτῆρα, καὶ κατὰ θεράποντα μετασκευασάμενος καθευδόντων περὶ μέσας νύκτας ἅπαν τὸ στρατόπεδον διεξῄει ῥωτηματικῶς ἐκφωνῶν συχνάκις περὶ ἵππου δῆθεν ἀπολωλότος. καὶ οἱ μὲν κατημέλουν, οἱ δὲ καὶ ἀπελογοῦντο ἔνδοθεν τῶν σκηνῶν μὴ ἰδεῖν τὸ σύνολον, ἐκείνου καὶ τὰ εἰς εὕρεσιν δαψιλῆ κα- E θυπισχνουμένου. καὶ οὕτω λαθὼν τὰς ἁπάντων γνώσεις ἀπολύεται μὲν τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατοπέδου, ἐνσκευασθεὶς δὲ ἅμ' ἕῳ, καὶ δι' ἀδήλων τὰς Θήβας ἐν ἡμέραις μετρίαις καταλαβών, μη-

ad id perficiendum patientia opus esset. nam sibi abundare otium, et unice vacare soluto curis aliis, quantumlibet spatium in ea obsidione consumere. talia denuntianti despotae Patrenses sive vere sinceraque mentis propriae sententia, sive ita faciendum suggerente, quem intus secum habebant, Ioanne duce, mansuete modesteque respondebant; excusantes, maturam in praesenti rem non esse; suppliciter orantes remitti tantisper oppugnationis impetus; magnum brevis morae pretium fore: nam se interim confirmatis viribus, ubi praesidio, quod impositum cervicibus perferrent, eluctando satis possent, omnia quae poscerentur effecturos et Ioannem in suam redactum potestatem tradituros. auditae preces sunt. vis suspenditur; fides expectatur promissorum. longum in his tempus abit. hinc Patrensibus in artificio quod prodesse coeperat, gnaviter perstantibus, inde Romanis spe sibi vana victoriae proximae blandientibus. hoc articulo rerum tentandum aliquid magnum dux Ioannes constituit, adhibita in consilium, praeter ipsi familiarem innatamque audaciam, extrema necessitate rerum suarum ultimo iam in discrimine pendentium. noctu per fidos paucos, iuratos arcano factum habituros, demitti se curavit funibus per murum, veste antea mutata, ne posset agnosci. tum ut erat sago nigro in famuli speciem larvatus, equi habenas manu tenens, nocte concubia dormientibus cunctis, per media transit castra, identidem inquirens supplici clamore, si quis sciret quo abiisset sibi elapsus equus domini, monstrare ne gravaretur: magnam indicii mercedem fore. sic euntem si qui vigiles videbant, procedere sinebant nihil suspicati: alii abditi tabernaculis quos somnus ab audiendo non arceret, negligenter reddita intus voce respondebant negantes equum sibi visum. in hunc modum impune traiectis quam late patebant castris Romanis universis, sub auroram per vias occultas contendit Thebas versus, quo paucis diebus inexpectatissimus pervenit. qui enim ibi quidquam praemoneri de

δενὸς τῶν αὐτοῦ εἰδότος (οὐδὲ γὰρ οἱ ἔνδον Πατρῶν πλὴν τῶν
οἰκείων καὶ οἷς ἐπίστευεν ἥδεσαν, οἳ δὴ καὶ ἐφ' ἡμέρᾳ ἔμελλον
συσκιάζειν τὸ δρᾶμα τοῖς ἐν τῇ πόλει μὴ φαινομένου τοῦ Ἰωάν-
νου), ἐκεῖσε τοίνυν τὸν μέγαν κύριον καταλαμβάνει, ὁμωνυ-
P 221 μοῦντά οἱ (Συριωάννης γὰρ κατὰ γλῶτταν ἐλέγετο), καὶ δὴ προσλιπαρεῖ βοηθεῖν, εἰς πίστιν δὲ τῶν σπονδῶν ἑαυτοῖς καὶ κῆδος ἐτίθει γενέσθαι, ὡς λαβεῖν ἐκεῖνον γαμβρὸν ἐπὶ θυγατρί. ὁ δὲ μέγας κύριος Ἰωάννης τὰ καθ' αὑτὸν μὲν παρητεῖτο, ὡς μηδ' εἶναί οἱ δυνατὸν ἐπὶ συζυγίᾳ καταληφθῆναι ἀσθενεῖ γε ὄντι καὶ ποδάγρᾳ δεινῇ προσπαλαίοντι, ἀδελφὸν δέ οἱ εἶναι τὸν παῖδα Γουλιέλμου, ὃν καὶ εἰς κῆδος οἷον ἐκεῖνος προύτεινε καὶ λίαν χρήσιμον παρεδείκνυ. ἀλλὰ τὰ μὲν τοῦ κήδους καὶ ὕστερον
B ἔλεγε τελεσθήσεσθαι τῶν συναλλαγμάτων κειμένων, ὧ δὴ καὶ γέγονε· τότε δὲ τριακοσίους καβαλλαρίους δοὺς αὐτῷ, ἢ καὶ πλείους, ὡς λέγεται, ἐξ αὐτῆς ἀποπέμπει, ἄνδρας ἀρείους καὶ πολλῶν τινῶν καθυπερτεροῦντας. οὓς λαβὼν καὶ τοῖς αὐτοῦ προσμίξας διὰ ταχέων, ὡς μηδενὶ φωραθείη, καιρὸν ἐπετηρήσας ἐμπίπτει τῶν πραχθέντων μὴ αἰσθομένοις μηδέ τι προσδοκῶσιν, ἀλλ' ἐν ἀνέσει παντοίᾳ διάγουσι λογισμῶν ὡς ἔνδον ἐγκεκλεισμέ-
C νου. τέως δὲ ὡς εἰσβάλλει ποτὲ στρατὸς ἀκούσαντες σχεδὸν ἑτα-

eius adventu potuisset, quem ne Patrenses quidem Patris excessisse adhuc noverant, paucis illis domesticorum factum, cuius soli erant conscii, silentii quod sancte promiserant fide summa celantibus, et prout convenerat Ioannis absentiam tegentibus artificio facile avertente curiosas suspiciones solicitae praesertim et alio attentae tali statu civitatis. at Ioannes magnum Thebis dominum invenit sibi cognominem: Syrioannes quippe lingua illic usitata vocabatur. hunc adiens infimis precibus orat ut sibi auxilietur, oblata in pignus foederis propria filia ipsi nuptura. ad ea magnus dominus Ioannes negabat se aptum nuptiis, quippe cum malis desperati remedii aliis, tum incurabili praesertim conflictatum podagra. sed fratrem sibi esse adolescentem Gulielmum, quem in istam affinitatem sibi valde probatam et utrimque iudicatam utilem offerret. "verum haec," inquit, "iam nunc inter nos conventa suo videlicet curabuntur tempore," prout est revera factum, istis deinde rite celebratis nuptiis: "nunc ut quod instat praevertamus, accipe a me auxilia quae postulas." datisque illi caballariis trecentis, aut ut quidam asserunt pluribus, eum continuo dimisit. erant hi bellatores lectissimi omnes, pluriumque instar singuli. hos suis admixtos summa celeritate parique silentio, ne ullo sensu rei quae parabatur hostes admonerentur, castris ad Patras positis admovens, in ea opportuno captato tempore totis viribus irrumpit. omnium horum prorsus ignari Romani erant, nihil tum minus quam tale quidpiam expectantes. quin, ut in supina securitate fieri amat, in omnis se generis remissiones relaxaverant, curas solvente cunctas opinione, cui ut certissimae acquiescentes persuasissimum habebant Ioannem utique ducem, a quo uno metuere aliquid poterant, conclusum teneri arce, quam artissima

www.libtool.com.cn

ῥάχθησαν, ἀγνοοῦντες τὸ δρᾶμα. τότε τοίνυν συμμίξαντες ἔνθεν μὲν οἱ περὶ τὸν Ῥιμψᾶν Πέρσαι, πολὺ δὲ τὸ Ῥωμαϊκὸν καὶ οἱ περὶ τὸν δεσπότην κράτιστοι, ἐκεῖθεν δὲ οἱ περὶ τὸν Ἰωάννην Ἰταλοὶ καὶ οἱ αὐτοῦ πολλοί γε ὄντες καὶ μάχιμοι συνερρήγνυντο. καὶ συμπεσόντες ὀλίγοι πλείους ἐνίκων. οἱ μὲν γὰρ τῇ κατ' αὐτοὺς συντάξει θαρροῦντες ἀκμῆτες ὄντες καὶ ἐξ αὐτῆς ἕτοιμοι προσβαλεῖν κατὰ τρόπον ἐνέπιπτον· οἱ δὲ τοῦτο μὲν τῷ ἀπροσ- D δοκήτῳ καταπλαγέντες, τοῦτο δὲ καὶ πλῆθος σύμμικτον ὄντες, ἐν οἷς ἀνάγκη καί τινας καὶ παρὰ τὸ χρεὼν ὀρρωδεῖν, ἀτάκτως καὶ ὡς οὐ σφίσι θαρροῦντες ἐμάχοντο. καὶ τέλος τῆς πρώτης φάλαγγος ἐκλυθείσης αἱ κατόπιν ἐν οὐ προσηκούσαις δειλίαις ἦσαν, καὶ συνεταράσσοντο καθ' αὑτοὺς θορυβούμενοι, καὶ μικρὸν ὀπισθοποδοῦντες τέλος εἰς φυγὴν ἔβλεψαν, καὶ τὸν πρότε- E ρον ὃ ἐπιὼν κατηπόδει, κἀκείνῳ ἄλλος προσέπαιε, καὶ οὕτω συγχυθέντες ἀπεδύοντο μὲν τὰ ὅπλα ἀπέλυον δὲ τοὺς ἵππους, καὶ μόνοις ποσὶν ἐθάρρουν τὸ σώζεσθαι, πολλὰ τοῦ δεσπότου τὸ μὲν συνιστῶντος εἰς θάρρος τὸ δ' ἀπειλοῦντος, ἔστι δ' οὗ γε καὶ παροτρύνοντος. ἐκλίνθη δ' ἡ μάχη, εἶπεν ἄν τις ποιητικῶς, καὶ τῶν τοῦ δεσπότου φωνῶν ἠλόγουν, περὶ ἑαυτοῦ τετρεμαίνων

2. τὸν] τοῦ P. 5. ἐνίκων] ἐκείνων P.

ipsi undique obsidione circumcingerent. ad primam igitur impressionem re videlicet inopinatissima perculsi turbatique nostri omnes sunt: steterunt tamen in armis Persae sub Rimpsane, magna pars Romani exercitus, in primis vero Ioannes despota cum fortissimis suorum. in hos invectus dux Ioannes cum suis Italis, plurimis et ipsis manuque promptissimis, praelium commisit acre ac cruentum, quo Romani ab Italis plures a paucioribus plane victi sunt. nam hi confirmatis animis, ordine servato, fortes ipsi exercitatique congressibus bellicis, parati re proviso, disciplinae industriaeque vim admiscentes ineluctabilem ruebant in adversos. illi primum casus novitate attoniti, deinde ut vulgus e vario mistum genere male cohaerentes, nec ita lecti omnes ut non inter fortes ignavi quidam horrore periculi trementes incomposite pugnarent et diffisi praesentibus tutiora circumspicerent, succubuerunt ad extremum. porro ista phalange priore dissipata fractaque, qui retro in subsidiis stabant, pudendo correpti metu, confusam et tumultuabundam utcunque obiicientes aciem, statim pedes retulerunt, initio cum quadam ordinis cura, mox effuso temere quoquoversum impetu trudentes invicem incurrentesque in sese mutuo, dum praevertere praecedentem posterior studet. denique iam confusione praevalente pro se quisque arma exuere, equos dimittere, pedibus salutem quaerere, despota quidem revocante ad officium, hortante, increpante, minas ubi caetera non profuerant addente, postremo corripiente manu quosdam et in hostem vertente. frustra omnia: inclinata semel, ut poetice quis dixerit, pugna, meta videlicet lymphati ne sentire quidem voces despotae, nedum curare videbantur, ad sibi privatim

www.libtool.com.cn

ἕκαστος. ᾠοντο γὰρ μὴ τριακοσίους ἢ καὶ τούτων διπλασίους ἢ καὶ πλείονας εἶναι· ἀλλὰ τῷ κατὰ σφᾶς πλήθει τὸ πλῆθος τῶν
P 222 ἀντιπάλων ὥριζον, ὡς οὐκ ἂν θαρρησάντων, εἰ μή γε καὶ αὐτοὶ πλείους ὄντες τοῖς τόσοις ἐπῆσαν. τότε καὶ ὁ δεσπότης ἀποκαραδοκήσας τρέπει τε χαλινοὺς καὶ τὸν ἵππον ἀνιεὶς κατὰ κράτος φεύγει. κἀντεῦθεν ἦν βλέπειν ἄλλους μὲν πίπτοντας, ἄλλους δὲ φεύγοντας, τοὺς δὲ θάμνοις κρυπτομένους καὶ πρὸς τὸ σώζεσθαι ἱκετεύειν ἑτοίμους ὄντας, ἄλλους δ' ἀπορρῶγας καὶ πέτρας καλαμβάνοντας, ἄλλους δ' αὖθις ἀπαγομένους, ὁπόσων ἡ λίχνη
B χεὶρ ἐκείνων καὶ πρὸς τὸ σφάττειν ἀπότομος τῷ μεταβόλῳ τῆς τύχης μαλασσομένη παρὰ τὸ δόξαν σφίσιν ἐφείδετο. πᾶσι δ' ἡ μοῖρα ἦν ὄλεθρος, σώμασι, χρήμασιν, ὅπλοις, ἵπποις, αὐτοῖς ἐνδύμασι· τὸ γὰρ ὁμογενὲς μὴ διόλου ἔπειθε σφάττειν, τὸ δὲ γυμνοῦν τὸν ἁλόντα ὡς ἐνδυμάτων πᾶσιν ἐπ' ἴσης ἦν. τέλος φευγόντων ταῖς φορηταῖς οἰκίαις ἐπιθέμενοι τῶν μεγιστάνων καὶ αὐτοῦ γε τοῦ δεσπότου πολὺν ἐξεφόρουν τὸν πλοῦτον· ἐκπώματα
C γὰρ ἐκεῖνα καὶ ἔπιπλα καὶ ὅπλα καὶ ἵππους καὶ θεραπείαν ἄλλην χλιδῶσαν τρυφῆς ἐξεκένουν, μέχρι καὶ αὐτῶν τῶν ἐπιπόδων

9. ὁπόσον P.

consulendum solicitudine unice omnium versa. putabant enim non trecentos aut duplo triplove plures, sed plane pari saltem, forte superiore ipsis numero hostes instare victores: quomodo enim nisi multitudinis sibi conscii maioris talem exercitum invaderent? eatenus sustinuerat despota belli sortem expectans: tunc tandem desperatis haud dubie rebus, versis equi habenis in fugam se quam effusissimam avertit. hinc iam miserabilis facies campi. videres ibi alios cadentes, alios fugientes, quosdam se abdentes inter ramos arbustorum, paratos tendere supplices manus; tutiores alios latebras in praeruptis petrarum fissuris quaerere; non paucos in servitutem trahi, quibus videlicet praeter spem parcerent crudeles licet illae ac in caedes promptae manus, satietate saeviendi, aut emolliente quodam miserationis humanae sensu in tam subita conversione fortunae. fatale autem ingruerat exitium cunctis pariter rebus, corporibus, pecuniis, armis, equis, vestibus ipsis miserorum, quibus si forte commendatis communione generis condonaret vitam misericors humanitas victoris, a spoliandis tamen iisdem nihil avaritiam tempus suum nactam avertebat. itaque passim congestarum avida spoliatione vestium magni et invicem fere pares unicuique Italorum acervi constabant. his in campo gestis, rapacitas in stativa desolata fuga exercitus incubuit. tabernacula portatilesque domos illic proceres Romani militantes, despotaque in primis, pro copia cuiusque magnifice instructas habuerant. in has praedatores versi multum inde divitiarum exportarunt. pocula enim illa, qualibus principes utuntur, exquisitam suppellectilem, arma, equos, alia instrumenta usus familiaris, totumque illum speciose delicatum apparatum superbae regiaeque luxuriae converrentes exhauserunt, avara usque ad pulviculum diligentia, siquidem ipsos quoque aculeos calcarium sedulo colli-

www.libtool.com.cn

μνώπων, πλεῖστα παρακερδαίνοντες· καὶ τηνικάδε οἱ τότε ἔδειξαν προφανῶς τὸ τοῦ Ἀντισθένους ἀληθινόν· φησὶ γὰρ ἐκεῖνος πάντ' εὔχεσθαι τὰ καλὰ τοῖς ἐχθροῖς πλὴν συνέσεως, ὡς πάνθ' οἷά τε παρὰ τούτοις γενέσθαι, ἢν σύνεσιν ἔχοιεν. ἐδήλωσαν δὲ καὶ τὸ τῆς εὐβουλίας χρῆμα τοῖς ἀντιξοοῦσι καὶ μᾶλλον χρήσιμον· χιλιάδας γὰρ τόσας ὡς καὶ εἰς μυριάδας ποσοῦσθαι ἐν D παρεστήσατο βούλευμα, καὶ οἱ χθὲς πλουτοῦντες καὶ τρυφῶντες τοῖς πλήθεσι σήμερον ταπεινοί τε καὶ πενιχροί, ἀνταγωνισαμένης τῆς ἀβουλίας. ἄρχοντα γὰρ χρὴ πειρᾶσθαι καὶ κινδυνεύοντα ὡς ἢ νικήσοντα ἢ εὐκλεῶς πεσούμενον. κατὰ τί γὰρ καὶ ἄρχοι, εἰ μή γε πρσμηθοῖτο τῶν ἄλλων, ὧν ἄρχειν ἐτύχθη; καὶ ακοπὸς μὲν οὐκ ἀνεύθυνος, εἰ μὴ προείποι καὶ προφυλάξηται, ἄρχων δ' ἀνεύθυνον πάντως, εἰ μὴ προκινδυνείοι ὧν ἐτύχθη σκοπός; E οὐμενοῦν, οὔ· πολλοῦ γε καὶ δεῖ.

Οὕτω μὲν οὖν παραλόγου τῆς τύχης συμβάσης καὶ τῶν ὑπολελειμμένων κατεπτηχότων, ἀνεῖσα τὸ πτερὸν ἡ φήμη θεὸς οὖσα, ὡς λέγεται, περιαγγέλλει τὸ δυσχερὲς ἐκεῖνο καὶ ἀπροσδόκητον σύμβασμα, πολλοῖς μὲν εἰς λύπην, ἄλλοις δὲ καὶ εἰς ἔκπληξιν, τοῖς δ' εἰς κατάγελων, οὓς δὴ καταφρονεῖν ἔπειθε

gentes apponebant lucro, tali successu demonstrante manifeste quam prudens votum fuerit Antisthenis omnia hostibus optantis bona praeter mentem: nam cui consilium defuerit, eius thesauri quantivis in praedam sapientiori cedent. en millia bellatorum toties multiplicata ut myriadem non unam conflarent, ita evertit afflixitque momento consilium hominis unius, ut tot illi ac tanti ex heri opulentis et copia rerum usque ad luxum et delicias circumfluentibus hodie humiles, egentes, vagi palmas porrigerent, non mendicitate magis quam professione dedecoris proprii, quos sua ipsorum socordia debellasset. nimirum ducem exercitus fortem quidem et vitam quoque ac sanguinem pro gloria victoriae pacisci certum, sed praeterea vigilem ac futuri providum esse oportet, semperque acri solertia intentum, ne quis inopinatus ingruat casus. id enim officii omnis praefectura, maxime autem militaris, sustinet. ad hoc, inquam, tales in summo collocantur, ut longe prospiciant. an enim speculator in culpa est qui non praeviderit, non praeindicaverit perniciem ingruentem cuius observando appulsui constitutus in specula fuerit: dux habebitur innocens, qui non praescierit, non praecaverit insidias, furtivosque impetus sagacitate praeoccupans, mature obvians averterit, quod potissimum ut faciat in id evectus fastigium est? non profecto. minime id inquam; nec de hoc quisquam qui sapiat dubitaverit.

Caeterum ut hunc inopinatissimum casum strenue, ut solet, in omnes late partes fama vulgavit, varios in variis repens nuntius excitavit animorum motus. multos gravi dolore affecit; non paucos usque ad stuporem perculit; quibusdam laetus accidit, et risum nostro ludibrio movit. denique non defuerunt qui ex metu, quo prius tenebantur Romanae potentiae, in contemptum transirent, et praecipuum copiarum imperii robur

www.libtool.com.cn

τῶν μηκέτ' ὄντων καὶ τοῖς λειπομένοις προσεπιτίθεσθαι. ἀκούσαντες γὰρ τὸ περὶ τὸν Εὔριπον ναυτικόν, οἷς δὴ καὶ εἰς τριάP 223 κοντα ναῦς ὁ στόλος ὀλίγου δέοντος ἐξηρτύετο, κατεθάρρουν τῶν ἐπὶ δὶς καὶ τρὶς πλείστων. καὶ δὴ ἐξ αὐτῆς γε ναυστολησάμενοι κατὰ τοῦ βασιλείου στόλου ἐξώρμιων ναυλοχοῦντος περί που τὴν Δημητριάδα, ὡς αὐτίκα φανέντες αἱρήσοντες. καὶ ἅμ' ὁρμήσαντες ἔφθασαν, τῇ παραυτίκα τόλμῃ καὶ μόνῃ ἀραρότως ἐλπίζοντες καταπλῆξαι τοῖς πρὸ τοῦ κατεπτηχότας σφάλμασιν. ἐφῆπται δ' ἄρα καὶ τούτοις παρὰ μικρὸν οὐ μικρὸς κίνδυνος. B τοῦτ' ἀγγελθὲν τῷ δεσπότῃ διώγοντι κατὰ τὴν Δριμίανιν, ἢ καὶ μᾶλλον τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν καὶ ἀλύοντι τοσούτου συμβάντος πράγματος, ἀνέζεσέ τε τὰς τῆς ψυχῆς ὁρμάς, καὶ ὑπερεπάθησε δείσας περὶ τῷ στόλῳ, εἰ τοσούτου γεγονότος μὴ ἐμπλησθῇ τὸ μοιρίδιον ἀλλὰ καὶ πέρα τῶν γεγονότων προέλθοι. καὶ δὴ ἐξ αὐτῆς δυοῖν ἡμερῶν διάστημα ὅλης καὶ μόνης μιᾶς ποιεῖται νυκτός, καὶ τὰ τοῦ πεζοῦ στρατοῦ συναθροίσας ἐγκαταλείμματα, παραλαβὼν σὺν αὐτῷ, τῇ Δημητριάδι ἐφίσταται, καὶ τὸν στόλον ἐν C χρῷ κινδύνου καταλαμβάνει· ἤδη γὰρ καὶ αἱ τῶν ἐχθρῶν νῆες ἐμφανεῖς ἦσαν προσβαλοῦσαι τὸ τηνικάδε. ὡς γοῦν κατὰ στίχας ἔστησαν, κἀκεῖναι μὲν ἅμα προσέβαλον, αἱ δὲ τῶν Ῥωμαίων

excisum dilapsumque gratulantes, delendarum quoque reliquiarum impetum caperent. nam Latina classis quae ad Kuripum stabat, navium paulo minus triginta, sic animis aucta est audita nostri terrestris exercitus clade, ut non dubitaret triplo numerosiorem imperatoris navalem exercitum, stationem tunc circa Demetriadem habentem, incursu repentino aggredi. inspirabat alacritatem in audax consilium certa fiducia pari fortuna utendi maritimo quoque praelio. persuaserantque sibi, si perculsis incommodo terrestri et recenti clade territis infesti supervenirent, specie ipsa sui praesentique occursu debellaturos, potiturosque mox navibus, portu praesertim inclusis et per angustias explicare sese in navalem aciem non valentibus. et parum abfuit quin spei compotes fierent, momentoque ingens periculum summae illic rerum fuit. cuius cum esset raptim indicium perlatum ad Ioannem despotam in locum cui nomen Drimianis fuga receptum, is quamquam plenus cladis et pudore moereoreque confusus, excitavit sese tamen, haud molles admovente stimulos iusto metu, ne si novus iste quoque succederet ad votum hostium conatus, non solum accepto iam incommodo fatalis cumulus adderetur, sed ulterius quoque usque in irreparabilem imperii ruinam damni pernicies excederet. quid enim timeri mitius poterat, si classis, sola tunc pars virium Romanis salva, deleretur? hac solicitudine instinctus ex effugio illo ac latebris erupit suis; et quod Drimianim ac Demetriadem intererat iter bidui una nocte pervolans, raptis secum, quas colligere potuerat, reliquiis exercitus terrestris, extremo iam discrimine periclitantem Romanam ibi reperit classem. apparebant ab alto expeditae ad invadendum praelium hostiles naves ordinatae seriatim. stabant ex adverso Romanae productis in de-

www.libtool.com.cn

στιχηδὸν κατὰ δεκάδας ἐπῆεσαν, αἱ μὲν τῆς πρώτης δεκάδος τὴν πρώτην ἐδέχοντο μάχην, καὶ τῆς δεκάδος ἡ πρώτη προώρμα, ὅπου καὶ ὁ Φιλανθρωπηνὸς πρωτοστράτωρ ἦν καὶ τὸ βασιλικὸν ἀνεγήγερτο σκῆπτρον, ὡς σύνηθες, καὶ δὴ συμπεσοῦσαι μάχην ἤγειραν κρατερήν. ἀλλ' οὐκ ἦν μίαν ἐπεισφρησάντων πολλῶν D ἐνεγκεῖν· ὅθεν καὶ περᾶσαν ἐπιθέμενοι μαχομένοις, σφάττοντες ἀπεχομένους, καταβάλλοντες ἀνθισταμένους. τότε μὲν πολλοὶ καὶ μαχαίρας ἔργον ἐγένοντο, πολλοὶ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὑδάτων ὀλισθαίνοντες ἐναπέθνησκον, ἄλλοι δ' αὖ τραυματίαι γεγονότες εἰς τέλος ἀντεῖχον. τὸν δέ γε πρωτοστράτορα καὶ πολλαῖς ἔβαλλον ταῖς ἀκίσι, καὶ ἐπεὶ καθικέσθαι οὐκ ἦν ὡπλισμένου πεσόντος, E τὰς μαχαίρας ἐμβάλλοντες τῶν ὅπλων ἐντὸς ἤκλιζοντο. τοῦτο ταῖς λοιπαῖς ναυσὶ δίχα καὶ τοῦ κατ' αὐτὰς κινδύνου εἰς δειλίαν ἀνήκεστον περιίστατο. ὁ δέ γε δισπότης τοῖς αἰγιαλοῖς ἐφιστάμενος ὤρεγε χεῖρας, καὶ κατηντιβόλει τὰ μέγιστα φωνῶν τε καὶ ποτνιώμενος, καὶ ὡς αὐτὸς ὁ δισπότης εἴη καὶ προσβοηθεῖν ἔχοι, καὶ ὁ καιρὸς ἀνακλιθῆναι σφίσι σφάλμα, εἰ μόνον προσέχοιεν. ὤρεγέ τε χεῖρας ἔξωθεν τοῖς ἐντός, καὶ προθυμίας παρεῖχε σύμ-

cadas versibus, acie per multiplices ordines profunda; cuius quae frons erat decas prima committere iam coeperat, excipiens primum impetum irruentium vi summa Latinorum. in his decem nostris princeps erat ipsa praetoria, qua vehebatur Philanthropenus protostrator, unde erectum prominebat, de more alte conspicuum sceptrum imperii. ea expedito ante omnes procursu miscuerat se hostibus strenueque dimicabat, imitantibus pro virili novem caeteris. verum cum in unam illam extra ordinem evectam undique Latini coorientes conatibus pro se quisque vehementissimis irrumperent, non sustinuit vim atrocem ad extremum, admisitque victores, qui eluctati constantiam resistentium fortissime nostrorum, trucidantes adversos, delicientes obvios, miserabilem ediderunt stragem. tunc multos absumpsit confossos gladius, multos hausit in aquam delapsos mare. alii tamen adhuc, licet semineces vulneribus, ad finem usque resistebant. protostratorem ipsum multis petierunt telis, quae quoniam perferre ictum in corpus nequibant valida ubique protectum armatura, gladiis per rimas et commissuras armorum insinuatis saeve illum excarnificabant per intima fodientes. id vero animadversum ab aliarum militibus navium, acerrimis et ipsarum insultibus laborantium, fregit denique pertinacem in id loci constantiam, tristi et immedicabili iniecta ex desperatione formidine, quando apparuit e littore despota manus tendens, ac supplici clamore vociferans, starent adhuc animis: ea adesse sese despotam auxilia ferentem; occasionem adesse reponendae hostibus cladis nuperae, si paulum modo conniterentur. haec loquens vultu, oculis, manuum protensione commonebat, e terra intuens in navibus pugnantes, nutu, gestu, omni praeterea significatione indicans adducere se auxilium praevalidum mox mexque adfuturum. id enimvero plurimum valuit. nostri milites a nota

www.libtool.com.cn

βολα, ὡς ἐντεῦθεν πέμψων βοήθειαν. οἱ δὲ καὶ παρὰ τὸ εἰκὸς
P 224 ἠνδρίζοντο, καὶ δίκην ἀγρίων συῶν κατεσφάττοντο. ὁ δὲ ταῖς
παρατυχοῦσιν ἁλιάσιν ἀκμῆτα λαὸν προσέπεμπε καὶ προσεπεβοή-
θει, καὶ φωναῖς καὶ σχήμασι πρὸς ἄμυναν παρεκάλει, ἐφ' ᾧ μὴ
σφαλείη καὶ τὰ ἐκεῖ. ὡς δ' ἐπὶ ξυροῦ ἐκείνοις ὁ κίνδυνος ἵστατο,
ἄλλως ἔγνω παρακαλεῖν καὶ θερμῶς ἱκετεύειν αὐτῷ δὴ τῷ ταπει-
νῷ σχήματι· ἐκ γὰρ τῆς δεινῆς ἑκατέρωθεν ἀντιστάσεως πολλοὶ
P 225 τῶν πιπτόντων ἦσαν, καὶ θάλασσα ῥέεν αἵματι. (32) ἤδη δὲ
καὶ ἡ πρωτοτακτοῦσα κατεδικάζετο ναῦς καὶ ἤδη τοῖς ἐχθροῖς
ἀπήγετο, ἐν ᾗ καὶ ὁ τῶν νηῶν ἔξαρχος ἦν καὶ αἱ βασιλικαὶση-
μαῖαι καὶ οἱ τῶν μαχίμων ἀνδρῶν πρόκριτοι. καὶ τότε τὰς προ-
θυμίας ἐκείνων ἐπαύξων ῥιπτεῖ κατὰ γῆς τὴν καλύπτραν τῆς κε-
φαλῆς, καὶ κόνιν πάττεται, καὶ δάκρυσιν ἱκετεύει λίαν ἐλεινῶς
B μὴ καταπροέσθαι τῶν συμβόλων ἀπαγομένων. οὕτω τὰ πολλὰ
καταλιτανεύων καὶ λόγοις καὶ σχήμασι καὶ τῷ τοῦ τρόπου ταπει-
νῷ, πολλούς τε προσεπιβάλλων τοῖς ἔξωθεν ὡς ἀναπληροῦσθαι
τοὺς λείποντας, ἀνήγειρέ τε τοὺς μαχομένους καὶ παρεθάρρυνε,

facie ac voce novis receptis animis, instar aprorum, qui circumventi venabulis in ipsa morte dirum frendent, haud impune trucidabantur. interim iis subsidio despota, piscatoriis forte naviculis repertis, lectos bellatorum manipulos submittere; vocibus pariter et signis procul, ut cooperat, animare; concitare in ultionem, admonere ultimum id tempus fore servandae Romanae rei, haud dubie perituras, si offensioni terrestri clades maritima superveniat. haec ardentissime agens licet, parum proficiebat: intendebatur enim periculum, et parum a conclamata pernicie res aberat. ille conspicatus magis magisque Romanos cadere, congeminari caedes, coacervari cadavera suorum, decoloratum cruore pontum, inelucta bili vi ruere victores, aliunde iam ratus auxilium quaerendum, dei opem veniamque ardenter invocat quam demississimo habitu supplex, non frustra, ut mox videbitur. (32) iam praetoria nostra expugnata vi hostium ab ipsis abducebatur, et in ea universae classis praefectus, imperatoria insignia, ipsumque adeo robur nostrae militiae navalis, lectissimi fortissimique bellatores, quando, ut dictum est, novam addendi victis animi rationem ineundam ratus despota tegmen capitis in terram abi cit, pulvere se aspergit; et quo habitu numinis opem imploraverat, in eodem perseverans vehementissime cum miserabilibus lacrimis milites orabat, ultimum prohiberent ab imperio dedecus, Augusta signa ne impune abduci, ne triumphari ab hostibus sinerent. talia diu lamentabiliter ingeminans, demissioneque ac supplici gestu obtutuque vocem adiuvans, nec segnis continuo submittens recentes laborantibus, quae opportune subvenirent, fortium virorum manus, unde caesorum damna supplerentur, robur audaciamque pugnantibus immisit excitavitque animos, ut iam supra vires conniterentur, proiicerentque se in tela hostilia caeco quidam impetu. ardor erat in mortem ruentium, quem amentem ac rationis impotem diceres. nec minori opus erat tali articulo desperatarum rerum... sic passe

www.libtool.com.cn

καὶ ἀναισθήτους πίπτοντες, καρτερικοί τινες καὶ παρὰ τὸ δέον φαινόμενοι. καὶ τέλος περιγίνονται τῶν ἐχθῶν σὺν πόνῳ πολλῷ καὶ μόχθῳ. καὶ δὴ δυοῖν ἢ καὶ τριῶν ἀποδρασασῶν αἱ λοιπαὶ κατὰ κράτος ἁλίσκονται. καὶ οἱ μὲν σφαγέντες πεσόντες εἰς θά- C
λασσαν ἀπεπνίγοντο, ἰχθύσι μᾶλλον ἢ ἀλύχοις καὶ τέκνοις ἦσαν φίλτατοι· οἱ δ' ἄλλοι συγκλεισθέντες γαστέρι νηὸς ἰδίας ἕκαστοι πρὸς τὴν πόλιν ἀνήγοντο δείλαιοι, μικρὰν ὅσην παραμυθίαν ἐπὶ τοῖς προλαβοῦσι δεινοῖς τοῖς σφαλεῖσι θέμενοι. ὁ δὲ δεσπότης καὶ οἱ σὺν αὐτῷ γυμνοὶ τῶν ἁπάντων ὄντες, προσβαλόντες τῷ
Ἀχριδῶν Κεραμέᾳ, θέα ὄντως ἐλεεινὴ καὶ δακρύων ἀξία, περι- D
στέλλονταί τε ὡς εἰκὸς παρ' ἐκείνου τοῖς εὑρεθεῖσι, καὶ ὡς οἷόν τε θεραπεύονται. τότε δ' ὑπερπαθήσας καὶ ὁ δεσπότης καὶ περιαλγήσας τῇ συμφορᾷ, δεσπόσυνον τρόπον φεύγων ὅσον ἐκ τῶν συμβόλων ὁ δουλείας ἐντὸς παρὰ μικρὸν κινδυνεύσας ἐλθεῖν ἢ καὶ
ἑλὼν τό γε μέρος τῶν ἄλλων καὶ τῆς συνόλης δυνάμεως, σύμ-
βολά τε τῆς δεσποτείας ἐκεῖνα, ὅσα ἐν καλύπτρᾳ καὶ ὑποδήμασι P 226
καί γε ἐν ἐφεστρίσιν ἵππων καὶ χαλινοῖς καὶ τῇ ἐκ πορφύρας ὑπογραφῇ, ἀποτίθεται, οὕτω δικαιώσας ὀφθῆναι τῷ βασιλεῖ, οὐκ οἶδα κατὰ λύπην σφετέραν ἢ καὶ τὴν ἐκείνου ἐκμείλιξιν· ἄλλοις
δὲ κοινοῖς καὶ καλύπτρᾳ ἐξ ἐρίων καταστολισθείς, οὕτως ἤιεν εἰς τὸ πρόσω τῷ βασιλεῖ ἐμφανισθησόμενος. καί γ' ἐμφανισθεὶς τὸ

victores a iam perculsis superati tandem sunt, sudore quidem multo cruereque: sed tanti decus fuit conversae e discrimine ultimo publicae fortunae in successum tantum, ut duabus tribusve tantummodo elapsis reliquae omnes expugnatae Latinorum naves a Romanis caperentur, plerisque vectorum lapsis aut proiectis in mare, ubi gaudium epulo saginaque sui maximum piscibus dederunt, quantum scilicet allaturos sese coniugibus et liberis triumphali domum reditu speraverant. alii Latini superstites intra naves quique suas diligenti custodia servati deductique in urbem, sua miseria gratum infensis spectaculum fuerunt, qualicunque solatio praecedentis cladis. at despota cum suis spoliati omnibus quae habuerant, ad Achridensem Cerameam pervenerunt, miserabili prorsus et digna lacrimis specie. ille nudos et omnium egenos vestivit recreavitque, quantum pro praesenti copia humanissime potuit. hinc iam sensu pudoreque offensionis tantae ac tam insolito ictu adversae fortunae fractus animo despota insignia istius tituli abiecit, indignum iis sese reputans, qui modo in tam propinquo servitutis periculo fuisset, a qua non suae illum opes aut virtus sed casus et fuga liberassent. quare iis quae usurpare prius erat solitus in capitis tegmine, in calceis, in phaleris et fraenis equestribus, in rubra subscriptione, symbola despoticae potestatis, deinceps abstinens, sic imperatori se sistit. haud scio an magis testando proprio dolori, an irae illius deliniendae. et hoc quidem ipsi ex voto contigit. videns enim eum Augustus in communi vestitu, privatoque ex lana pileo, multum de indignatione, quam audita exercitus clades in eius

www.libtool.com.cn

B πολὺ τῆς ὀργῆς καταπαύει τῇ τῶν συμβόλων ἀπαμφιάσει, κἀκ μόνης τῆς θέας δόξας ἐλεεινὸς τῷ πρὸ τοῦ ὠργισμένῳ τὰ μέγιστα.

1. ἐπαμφιάσει P.

animo excitaverat maximam, remisit; commovente vicissim ista humili specie misericordiam in fratre, viri tanti, subita conversione sortis e tanta gloria deiecti.

E.

P 230 Οὕτω μὲν οὖν τῶν κατὰ δύσιν ξυμπεσόντων, καὶ τοῦ κατὰ γῆν σφάλματος ἀντισηκωθέντος τῷ κατὰ θάλασσαν εὐτυχήματι, λύπης ὁ βασιλεὺς μεταξὺ καὶ ἡδονῆς ἦν. ὅμως δὲ τοῖς λογισμοῖς ἐπιτρέπων τὰ πράγματα, τὸ μὲν δυστύχημα κλαπεῖσιν ἐτίθει, τὸ δ' εὐτύχημα περιφανῶς ἀριστεύσασι, καὶ τὸ μὲν χλεύην οἷον ἡγεῖτο τοῦ ἀποστάτου ἐργολαβοῦντος τὰ παρὰ δύναμιν, τὸ δὲ
B πολέμου κατόρθωμα καὶ τρόπαιον ἄντικρυς. ὅθεν καὶ τὰ τῆς ἡδονῆς ἐνίκα, νῆας ἐκείνας ἐννοοῦντος τῶν πολεμίων καὶ ἄνδρας ἐν αὐταῖς πλείστους, τὰς μὲν καταχθείσας τῷ νεωρίῳ, τοὺς δὲ ταῖς εἱρκταῖς ἐκδοθέντας σιδηροδέτους καὶ μόνῃ θέᾳ τὸ κατ' αὐτῶν δεικνύντας τρόπαιον. ἐλύπει δέ γε τὸν βασιλέα καὶ ὁ ταῖς κοπίσι κατάκοπος στρατηγός, ὡς ἐγγὺς ὀκεῖν εἶναι διὰ τὰς πλη-

V.

Rebus in hunc modum in Occidente gestis, et offensione terrestri successu navali compensata, cum medius aliquandiu inter luctum et laetitiam quasi pependisset imperator, tandem caetera liberis hominum iudiciis utriusque facti aestimatione permissa, magis ipse incumbens in auspicatiorem partem, infortunium furtivae grassationi hostium, victoriam generositati heroicae suorum, cunctas sortis iniquitates fortitudine splendide praevalente palam vi aperta perrumpentium, aequum censebat imputari. atque illud quidem contemni debere contendebat velut quoddam ioculare ludibrium foedifragi nebulonis ausi maiora suis viribus, hoc magni fieri ut arduum et gloriae solidae plenum experimentum verae bellicae virtutis, cui honos tropaei iure quam optimo deberetur. facile igitur vincebat in eius animo gaudium moerorem, recurrente praesertim memoria tot hostilium navium navalibus additarum suis, tot hostium in iis captorum indeque detrusorum in custodias, ubi ferro vincti tacito sui spectaculo tropaeum quasi quoddam extarent Romanae felicitatis. hic tamen ne plane purus Augusto esset fructus animi, periculum Philanthropeni tem-

www.libtool.com.cn

γὰς τοῦ θανάτου· πρὸς γὰρ ταῖς ἄλλαις καὶ μίαν τὴν κατὰ νε-
φρῶν εἶχε καιρίαν ἀπειλοῦσαν θάνατον. ὅθεν καὶ ἰατροῖς ἐπι- C
μεληθεὶς καὶ μόλις πρὸς τὸ ὑγιεινότερον κλίνας τὸ περὶ αὐτοῦ δε-
δοικέναι τοὺς πολλοὺς ἀφῃρεῖτο. ἐπεὶ δὲ καὶ ἀγάλλειν ἔδει τοῦ-
τον τὸν βασιλέα ἀντίποινα τῶν δεινῶν ὧν ἐκαρτέρει, τῷ τοῦ με-
γάλου δουκὸς τιμᾷ ἀξιώματι. ὁ μέντοι γε ἀδελφὸς τοῦ κρατοῦν-
τος ὁ Ἰωάννης τὴν αἰτίαν ἀπαιτηθεὶς παρ' ἣν καὶ τὰ τῆς δεσπο-
τείας ἀπέβαλε σύμβολα, καί γ' ἀποκριθεὶς τὰ ἐς χάριν, ὡς υἱῶν
ἐκείνου ἀνδρωθέντων ἤδη μὴ ἂν δίκαιον εἶναι δεσποτείας ὄνομα D
φέρειν τοὺς ἔξωθεν, καὶ προσαπεδέχθη. ὅθεν καὶ κοινὴν ἄλλως
ἐκ χρυσοσύρματος καλύπτραν ἐνθέμενος, μελαμβαφέσι δὲ πεδί-
λοις καὶ τοῖς καθ' ἵππον στολισμοῖς χρώμενος, μόνον τὸ δεσπό-
της κεκλῆσθαι ἀναφαίρετον εἶχε.

2. Τὰ μέντοι τῆς ἐκκλησίας ἐνόσει περιφανῶς, καὶ τὸ P 231
σχίσμα εἰς μέγα ἤρετο, τῶν Ἀρσενιατῶν ἐπὶ πλέον προστιθεμέ-
νων, ὡς μὴ μόνους ἐκείνους οἳ δὴ τῷ πατριάρχῃ Ἀρσενίῳ ἐντυ-
χόντες εἶδον σχίζεσθαί τε καὶ ζηλοῦν ὑπὲρ ἐκείνου, ἀλλὰ καὶ τοὺς
μηδ' ὅλως ἰδόντας καθυπαγομένους τοῖς ἄλλοις. ποτὲ δὲ καὶ τὸ

perabat, ita decumbentis ex vulneribus navali praelio acceptis ut eius vitae timeretur. horum erat vulnerum unum praesertim in renibus gravius, ex quo secuturam mortem plerique ominabantur. evanuit tamen triste augurium, medicis enixe ad curandum aegrum nec sine successu contendentibus, ita ut brevi post tempore non dubiis redituraе valetudinis indiciis extantibus, qui eius causa soliciti fuerant, cura solverentur, quando imperator suarum esse partium ratus consolari passum et periclitatam sua causa talem virum, pretium ei aerumnarum ac plagarum rependit amplum, magni ducis dignitate ipsum honorando. frater autem imperantis Ioannes, cum esset ex eo quaesitum cur despotae insignia depexisset, obnoxie ad gratiam respondit, postquam iam filii ex Augusto nati in vires adolevissent, haud aequum esse despoticae potestatis nomen in extraneis haerere. accepta responsio est, libenterque uti deinceps sua ista modestia Ioannem imperantes permiserunt. ergo is pro aureo fimbriato, quem prius gestaverat, vulgarem promiscui usus capiti pileum imposuit; nigris quoque induit pedes calceis, nigris equos proprios ephippiis instravit. vocitari tamen in posterum quoque despota, ut ante, non desiit, populo ex consuetudine deferente, nec Augustis invidentibus, merum et re significata vacuum nomen.

2. Interim ecclesiasticae res manifestius iam quam ut posset dissimulari laborabant, et schisma incrementis ingentibus augebatur, plurimis se in dies ad Arsenaitarum factionem addentibus. neque enim ii solum qui Arsenium patriarcham viderant eique studuerant, abscindere se iam a communione adversariorum eius et pro ipsius restitutione certare palam cernebantur, sed et alii passim nulla illius peculiari notitia, nullo in eum proprio affectu praeoccupati unquam antea, tamen in eas partes ambitu et studio sectariorum eius attrahebantur. vulgo in primis illud omnium

www.libtool.com.cn

περὶ τοῦ Ἰωσὴφ φημιζόμενον, ὡς ἀφωρισμένος εἴη, αἰρόμενον
B τὰς τῶν πολλῶν ψυχὰς ἐκτόπως ἐκύμαινε, κἂν ἐκεῖνος συχνὰ
λαμβάνων παρὰ βασιλέως χρήματα τὸ φιλόδωρον τοῖς προσκει-
μένοις ἐπηύξανεν. οὐ γὰρ ἦν ὃ ζητήσας οὐ παρευθὺς ἐλάμβα-
νεν, ὡς λέγειν πολλάκις τὸν βασιλέα, τοῦ ἱερατικοῦ μανδύου
τὸν πατριάρχην κατέχοντα, ὡς αὐτὸς εἴη ὁ τὰς τῆς Ἐδὲμ πύλας
αὐτῷ ἀνοιγνύς, ὡς ἅμ' ἐκείνῳ καὶ αὐτὸν εἰσελθεῖν πιστεύειν κα-
C τόπιν, μηδενὸς ἐμποδίζοντος. τοὺς μὲν οὖν ἄλλους, οἳ κατὰ
πόλιν διατρίβοντες ἠνώχλουν ἀνέδην ἐκτρεπόμενοι τοῦτον, οὐδὲν
ἔχων ὁρᾶν ἄλλο ἢ τὸ μηδὲν φροντίζειν ἐκείνων εἰς τιμῆς λόγον
καὶ προστασίας, οὐχ ὅπως ἠξίου, ἀλλὰ καὶ ἠλόγει λεγόντων τὰ
μάλιστα. ἄνδρας δὲ πνευματικοὺς εἰδὼς κατ' ἀνατολὴν ἐνιδρυν-
τας καὶ θεῷ μόνῳ ζῶντας, ἀκούων καὶ περὶ ἐκείνων ὡς σκανδα-
λίζοιντο, ἔσπευδε κἀκείνων τὰς γνώμας προκατασχεῖν, αὐτοῖς
D ὄμμασι θεαθεὶς τοῖς ἐκείνων. καὶ δὴ περὶ τούτων τῷ βασιλεῖ
κοινολογησάμενος, ὑπὸ πολλῇ τῇ σπατάλῃ ἐνσκευασθεὶς ἐπ' ἀνα-
τολῆς ἤλαυνε, καὶ τοῖς ἀνδράσιν ἐπιστάς, ὧν δὴ καὶ εἰς τὰ μάλι-
στα ὁ θαυμαστὸς ἅμ' ἀρετὴν καὶ λόγον Βλεμίδης ἦν, πολὺς

17. ἐφιστὰς P.

ore celebratum de Iosepho, esse illum sibi conscium excommunicationis contractae, vehementer perturbabat plerorumque animos. et quantumvis iste acceptis ad id a principe pecuniis large profundendis extinguere invidiam, quaesito per beneficentiam favore, conaretur, in eamque indulgentiam tam pronus incumberet, ut nemo ab eo quidvis posceret quin statim assequeretur, tamen nec sic efficiebat quin magna et tristis circa eum solitudo cerneretur. quo facete alludens imperator, manu saepe prehenso patriarchae praesentis pallio, dicere solitus erat aperuisse illum sibi paradisi ianuas, quo ipse post eum, nullo turbae obstantis impedimento, facile ingressurus videretur. ac eos quidem qui palam in urbe adversus Iosephum declamantes populum ab eo avertebant, cum is iam omnia frustra expertus nihil haberet aliud quod ageret, contemnere optimum putavit negligereque, nulla eorum in distributione praefecturarum et honorum ratione habenda, reiiciendisque petitionibus talium, ac si qua forte urgente necessitate studiosius cum eo quidpiam cogerentur agere, auribus superbe avertendis, duritia quam facile sentirent in contumaciae ipsorum ultionem affectari. caeterum idem audiens viros spirituales per Orientem insudantes virtutibus, deo viventes soli, etiam ipsos in sese scandalizari, praevertendum inde ingruens malum omni studio putavit, dignamque rem eam statuit cui praesens procurandae nulli parcens operae vacaret, spe videlicet invitante fore ut apud eos auditarum in se absentem criminationum calumniam conspectus ultro oblatus blandusque coram sermo refelleret. consilio igitur imperatori communicato probatoque, comitatu multo splendidoque usque ad luxum apparatu, in Orientem profectus est; ibique cum alios viros celebres repertos, tum illum in primis admirandum religione et doctrina Blemmidam, ut suis partibus adnage-

www.libtool.com.cn

ἦν τοὺς ἄνδρας ὑποποιούμενος. καὶ προσέπειθε λέγων προσκεῖ-
σθαι μὲν καὶ αὐτὸς Ἀρσενίῳ καὶ πατριάρχην ἡγεῖσθαι, τῶν
κατ' ἐκείνου συσκευασθέντων διακενῆς μηδὲ τὸ βραχὺ φροντί- E
ζων· ὅμως δ' ἀνάγκης οὔσης τὴν ἐκκλησίαν ποιμαίνεσθαι, ἀνάγ-
κην εἶναι τινὰ τὸν ἐκείνου τόπον ἀποπληροῦν, ἐκείνου μὴ ὄντος.
αὐτὸν δ' εἶναι παρὰ τοὺς ἄλλους δοκιμάσαι τὸν χρησιμεύοντα·
αὐτῷ γὰρ προσκεῖσθαι καὶ βασιλέα πληροφορούμενον, ὥστε μὴ
ὅπως ξυμβαίνειν τισὶ χαλεπὰ καὶ ἀνήκεστα προσκειμένοις ἐκείνῳ,
ἀλλὰ καὶ πολλοῖς ἄλλοις εὖ γίγνεσθαι διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν βασι- P 232
λέως ἀγαθοθέλειαν. τοῦτο καὶ πρὸς ἄλλους τῶν πνευματικῶν
ἀνδρῶν ἔλεγε, τοῦτο καὶ πρὸς αὐτὸν Βλεμμίδην, καὶ παρεσύλα
τὰς ἀπ' ἐκείνων εὐνοίας φιλοφρονούμενος. τῷ δέ γε Βλεμμίδῃ
καὶ ἄλλο κατὰ σκοπὸν ἦν τὸ πεῖθον ἐκεῖνον δέχεσθαι. ἐπειδὴ
γὰρ ἐκεῖνος φιλόσοφον διαζῶν βίον ὅλος τῶν ὧδε ἐξῄρητο καὶ
ἀπαθῶς εἶχε πρὸς τὰ γινόμενα, οὔτε τινὶ προσπαθῶν οὔτε μὴν
ἐμπαθῶν, ἀλλ' ἦν ὁ νοῦς ἐκείνῳ ὡς εἰ μὴ σώματι ὅλως κατεί- B

ret, enixe nec plane frustra laboravit. persuasit enim eis fere quod volebat, cum diceret studuisse se quoque ipsum Arsenio, et pro vero illum habere patriarcha, existimareque vanas inique structas contra eum hactenus et artificiose compositas machinationes omnes, actaque ista cuncta ducere pro irritis nec nauci facere. sed cum iis obsistere nequiret, videret autem destitutam ecclesiam gravissimis esse periculis expositam, ad eam sublevandam et certissimo exitio subtrahendam accessisse, supplendo utcunque loco pastoris veri, aliena nec a se revocabili iniuria electi. sectum autem in hoc iudicia multorum, aptum se ad id necessarium ecclesiae in necessitate tanta exhibendum officium censentium, ob eum maxime vel auctoritatis vel gratiae locum quem apud imperatorem obtineret, a quo audiretur, qui suis consiliis deferret, suis precibus annueret, prout esset utilitate probatum publica. non modo enim opera fuisse sua mitigatam imperatoris iram in Arsenii fautores, effectumque ne iis ulciscendis maleque multandis summa princeps potentia uteretur, sed procuratum etiam cum successu, multis ut aliis bene esset, propensa in se privatim imperatoris benevolentia in cunctorum, quoad potuisset, egentium commune beneficium derivanda. talia cum religiosis illis ascetis, cum ipsi Blemmidae, singillatim quemque conveniens, omni ea adhibita, quam habebat plurimam, concilisandorum quibuscum ageret suavi efficacia, memorasset, vertit nimirum in sese studia eorum affectumque rapuit, cooperante in id ipsum non parum liberali largitione, qua cunctos opportune delinivit, non illibenter admittentes; quamquam haec quidem res parum ad emolliendum ipsi Blemmidam valuit. longe aliae viro illi, pro genio peculiari ac secta disciplinae cuiusdam propriae, Iosephum rationes commendarunt. inerat Blemmidae animus alta quadam et aspernatrice vulgo spectatarum rerum philosophia subnixus, abstracta mens quaedam a concretione corporis, et procul abiuncta contagione humilium curarum. nil magnopere mirari; ne tangi quidem tenerrimis affectibus naturae, non indolere tristibus, non exultare laetis, non efferri speciosis, omnia unum esse ac perinde haberi omnium securo; nullo discrimine odii gratiaeve de

www.libtool.com.cn

χετο; ἐν ἐλογίζετο καὶ Ἀρσένιον εἶναι καὶ Ἰωσήφ, οὐ γυμνοῖς αὐτοῖς προσέχων τοῖς γιγνομένοις, ὡς τὸν μὲν κρίνειν ἀδικηθέντα τὸν δ' ἐπιβήτορα· ταῦτα γὰρ χαμερποῦς τινὸς διανοίας καὶ μηδὲν ἐχούσης τῶν παρόντων πλέον εἰς θεωρίαν ἡγεῖτο, ἀλλ' εἰδὼς θεοῦ μὲν τὸ εὐσταθὲς καὶ ἀκίνητον, ἀνθρώπων δὲ τὸ μηδὲν ἐν μηδενὶ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ κἂν βραχὺ μένειν (εὖ γὰρ καὶ Ἡρακλείτῳ εἰρῆσθαι τὸ μὴ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ εἶναι δὶς βάπτειν, καὶ Κρατύλῳ μᾶλλον ὡς μηδὲ ἅπαξ, τῶν πραγμάτων δίκην ἀείρρου ῥεύματος παρατρεχόντων), μὴ καινὸν εἶναι μηδ' ἄλλως ξένον, εἰ καὶ Ἀρσένιος ἀδικοῖτο. τὸ γὰρ ἀναγκαῖον ἓν εἶναι καὶ μόνον τὸ εὐσεβές, τούτου δὲ τηρουμένου τἄλλ' ἀπερρῖφθαι ἀνάγκη τοῖς αἱρουμένοις ζῆν κατὰ τρόπον. ταῦτ' ἄρα καὶ Ἰωσὴφ ἐδέχετο, καίτοι πρὸς ἐκεῖνον οὕτως ἔχων ὡς μηδὲ τῆς κέλλης ἐξελθὼν προϋπαντῆσαι, ἀλλὰ μηδὲ προσιόντι προεξαναστῆναι μακρόθεν, μηδ' ἄλλο τι τῶν εἰς θωπείαν καὶ σμικροπρέπειαν εἰς χάριν αὐτῷ διαπράξασθαι. τὸ γὰρ πρὸς φιλοσοφίαν ἐπικλινὲς καὶ τὸ πρὸς

personis, nullo respectu privatarum rationum de quibuscunque iudicanti. ergo huic tali Arsenius aut Iosephus nomina erant mera, quibus auditis nihil ille sane ad favorem invidiamve moveretur. unum interesse putabat sua, iustum amplecti, nocentem aversari. tum de causis protinus ipsis sine praeiudicio a personis ducto statuenti Arsenius quidem iniuste deiectus, Iosephus illegitime intrusus videbatur. trahi enim in censendo iudicium a studio, et pendens arbitrium liberae mentis inclinari momentis aut obsequii obnoxii aut quaestuosarum rationum, vitio imputabat animae humi reptantis, nec attollere se aptae supra massam hanc vilem crassae concretionis in contemplationem sibi congenerum et se dignarum idearum superioris sphaerae. caeterum ut in rivo profluente tam momentaneus est transitus succedentium invicem irrequieto cursu partium aquae, ut nemo bis in eandem, quod recte dicebat Heraclitus, digitum immersum possit tingere, immo ne semel quidem, si Cratylo creditur, existimanti unicam quoque tinctionem pluribus vicissim respondere particulis semper labentis undae, nihil novum aut inopinatum videri debere, si rebus humanis instabili sese vertigine volventibus, nullaque vel ad breve spatium immota permanente, Arsenius quoque vice sua passus esset iniuriam. porro necessarium in vita unum esse, tenere officium religiosae deoque subiectae mentis; in quo qui perstare velet et ex praescripto virtutis vivere, abiicere hunc oporteat curas mortalium eventuum, et anxiis studiis sapienti casuum occurrentium neglectu semel defungi. haec cum peculiariter familiaria sibi dogmata tum Blemmidas Iosepho coram ipsi diseruisset, comprobavit ille laudavitque; nec mutuam ab illo tamen assentationis ullius expressit vicem. adeo enim ab huic adulando abfuit Blemmidas, ut neque ad se invisentem patriarcham obviam e cella prodire dignaretur, ac ne ingresso quidem et ad sedentem ipsum pergenti ex intervallo assurgeret aut ullam omnino tralatitiae istius urbanitatis venerationem curaret adhibere, pusilli esse atque ad servitutem ablecti animi reputans ad huiusmodi sese aucupia gratiae demittere. mens nimirum eius exaggeratae cuiusdam et modum supergressae vulgarem philosophiae

www.libtool.com.cn

τὰ εἴδη καὶ μόνα τῶν πραγμάτων ἐπιβλητικὸν ἀμείλικτον ἐκεῖνον ἐτίθει τὰ πρὸς ὕλην, καὶ τὸ ἐφετὸν κατὰ νοῦν ἔχων παρεώρα τὸ ἐφιέμενον. ὅθεν οὐκ ἀνθρώποις ἀλλὰ πράγμασιν ἐπιβάλλων, ἐκείνοις μὲν ἐτήρει τὸ θαῦμα καὶ ὑπερεξεπλήττετο καὶ ἄλλως τιμᾶν ἠρεῖτο ἢ τὴν κατ' ἀνθρώπους τιμήν, ἢ δὴ δεξιώσεις ἔχει καὶ προϋπαντήσεις καὶ δουλοπρεπεῖς καταστάσεις καὶ ἄλλ' ἄττα, E οἷς δὴ χαίρομεν ἄνθρωποι. καὶ ταῖς μὲν ἕξεσιν ἐκείναις οὕτω δὴ τιμητικῶς εἶχε καὶ ὑπερεθαύμαζε, δῶρα θεοῦ ταύτας ἡγούμενος· τοῖς δ' ἔχουσι, καθὼς ἂν καὶ κατελάμβανεν, εἶχεν, ὡς οὐ πανὸς γινομένου τοῦ γινομένου κατὰ θεὸν καὶ ἀξίως, ἀλλ' ἐνίοτε καὶ κατ' ἄνθρωπον, παραχωροῦντος θεοῦ. τὴν γοῦν τοιαύτην δεισιδαιμονίαν ἀεί ποτ' ἀποτρεπόμενος ἔδειξε καὶ τῷ Ἰωσὴφ τότε τὴν ἕξιν, οὐ προθέμενος αὐτὸν ἀτιμοῦν, ἀλλ' ἐπ' ἴσων πᾶσιν ἔχειν τὴν κρίσιν αἱρούμενος. οὕτω γὰρ καὶ τὸ φιλόσοφον φιλο- P 233
σόφως ἐπλήρου τῷ μὴ λαμβάνειν πρόσωπα εἰς τὴν τοιαύτην κρίσιν, ἣν καὶ καθ' αὑτὸν κέκρικε. πλὴν κἀκεῖνος εἰδὼς ἄνθρωπος ὢν καὶ τὸ χρεὼν λειτουργήσων, ἐπεὶ τὰ καθ' αὑτὸν διαθέμενος χάρταις ἐδίδου τὸ βούλημα, — τὸ δ' ἦν καθ' αὑτὴν τὴν

theorematis irretorto defixa suspectu, adeoque ex altissimis dumtaxat assueta rationibus aestimare res humanas, rigidum sustinebat illum et inflexibiliter erectum ab ista humilitate officiorum aulicorum omninoque a quovis respectu materiae, quippe qui abstracte intuens quod optandum erat, quod passim optabatur negligeret. unde non hominibus sed rebus intentus, his quidem servabat admirationem, his attentissime considerandis instupescebat, alia eas veneratione prosequendas statuens quam ista superstitiose sedula commercii humani, quae constat exceptionibus ad blanditiam compositis, affectata renidentia vultuum, occursibus officiosis caeteraque servilis obsequii professione simulata, quales nos illusiunculas invicem commutare in consuetudine vitae urbanae homines gaudemus. ille autem habitus quidem istos a concretione materiae seiunctos (nam hos sic nude spectabat) et veneratione prosequebatur magna et supra modum admirabatur, dona dei illos reputans. eos porro in quibus cernerentur, pro modo quo eos ab ipsis arbitrabatur participari tractabat, sic apud se statuens, non aeque omnes, quibus inessent, illos secundum deum digne possidere, sed quosdam interdum secundum hominem, deo permittente. usum porro istum suum et morem libere omittendi superstitionem istam quandam personarum anxia sedulitate venerandarum etiam tunc in Iosepho tenuit, non eum praecipue contemnens, sed exceptionem a suo universali iudicio et modo sibi praefixo cum omnibus agendi in huius unius gratiam sibi non faciendam censens. ita enim se philosophice obsequi putabat praescripto illi suae philosophiae iubenti non admittere ullum respectum singularium personarum in iudicio de rebus, nude ac mere ut sunt ab ea, ut dictum est, spectari aestimarique solitis. caeterum vir hic talis reputans se hominem, et commune naturae debitum se solaturum sciens, testamento condito de suis rebus statuit in hunc modum. mona-

www.libtool.com.cn

μονὴν ἀεί ποτε διαμένειν, μηδὲν κατὰ μηδένα τρόπον ὑποπεσοῦσαν ἑτέρᾳ, καὶ ἅπερ εἶχεν ἐκ βασιλέων φιλοφρονήματα, ὡς συμ-
B ποσοῦσθαι τὸ πᾶν τῶν νομισμάτων εἰς ἑκατὸν λιτρῶν ἀριθμόν, καὶ αὐτὰ τῇ μονῇ τοῦ ὄντος θεοῦ (τῷ γὰρ ὄντι κυρίως καὶ προσανέκειτο) ἀναφαίρετα διατηρηθέντα εἰς περιποίησίν τε καὶ τὴν τῶν ἐλλειμμάτων ἀποπλήρωσιν εἶναι. τὸν δὲ τοιοῦτον τῶν ἀποτεταγμένων χάρτην καὶ αὐτὸν ἠξίου τὸν πατριάρχην ὑποσημαίνεσθαι, καί γε βασιλέα ἐπικυροῦν λιπαρῶς ἀξιῶσαι πρὸς τὴν πόλιν
C ἐπανελθόντα. καὶ γέγονεν οὕτω, κἂν ἀποθανόντος ἐκείνου, ὀστράκου φασὶ μεταπεσόντος, ἀνελάμβανόν τε τὰς ἐπικυρώσεις καὶ τὰ διατεταγμένα διέλυον, ὡς τὰ μὲν νομίσματα τῇ μεγάλῃ ταυτῇ ἐκκλησίᾳ προσανατεθῆναι εἰς περιποίησιν, τὴν δὲ μονὴν ἐκείνην τῇ τοῦ Γαληνίου μονῇ ὑποτεθῆναι εἰς μετόχιον. ὁ γοῦν ἱεράρχης Ἰωσὴφ τῇ ἀνατολῇ ἐφ' ἱκανὸν διατρίψας ὑπέστρεφεν εἰς Βυζάντιον.

P 234 3. Καὶ μετὰ μικρὸν τῆς τοῦ βασιλέως Βουλγάρων Κωνσταντίνου συζύγου Εἰρήνης μεταλλαξάσης, εἰς σπονδὰς ὁ κρατῶν ἐκεῖνον θέλων συνάξαι ἐς ὃ τοῖς κατὰ τὸν Αἷμον καὶ αὐτῇ γε Μακεδονίᾳ καὶ Θρᾴκῃ ἀνακωχὴν γενέσθαι, ἐπὶ πολὺ δαπανωμένων τῶν στρατευμάτων τοῖς συνεχέσι πολέμοις, πέμψας δια-

sterium, in quo degebat et perseverare semper decreverat, sic ut tunc erat, manere semper liberum, nulli unquam subiiciendum alteri, iubebat. quod autem pecuniae possidebat largitione imperatorum, centum librarum summam conficiens, hoc totum monasterio eidem deo qui est sacro (nam haec erat peculiaris eius domus nuncupatio) proprium servari perpetuumque attribui mandabat in fundationis augmentum aut supplementum amissorum vel quovis modo casuve deficientium. iis porro tabulis supremae suae testibus voluntatis, quibus ista commendarat, subscribere patriarcham voluit; impetravitque ab eodem ut cum reversus in urbem esset, curaret easdem ratas haberi ab imperatore, et ipsius auctoritate ad quantam possent maximam firmitatem roborari. quod et factum est, exiguo quidem operae pretio. nam Blemmida deinde mortuo, cunctis illis promissis et spebus, velut tegulae, quod aiunt, interlapsu, in irritum evanescentibus, rescissum id revocata confirmatione et cassum effectu testamentum fuit. ac pecunia quidem magnae huic ecclesiae in dotis auctarium attributa est, monasterium vero, cui tam solicite Blemmidas caverat, Galesii monasterii dominio supposítum, ex eo pendere eique inservire iussum est. caeterum Iosephus per hunc modum, aliquanto tempore moratus in Oriente, Constantinopolim revertit.

3. Non multo post regis Bulgarorum Constantini coniuge Irene mortua, studens istum regem imperator devincire sibi firmiori aliquo vinculo, et sic regionibus Haemo subiectis, uti etiam Macedoniae ac Thraciae, pacem ac quietem asserere, quod eo tunc magis factu necessarium putabat, quia tot continuis expeditionibus ac bellis magna iam pars Romanae militiae absumpta fuerat, missis eum legatis ad foedus invitavit, pollicens

www.libtool.com.cn

πρεσβεύεται, ὑπισχνούμενος εἰς κῆδος ἐκείνῳ δοῦναι καὶ τὴν ἀδελφιδῆν ἑαυτοῦ Μαρίαν τὴν τῶν θυγατέρων τῆς Εὐλογίας B
δευτέραν, ἣ δὴ συνῴκει τὸ πρότερον ὁ Φιλῆς Ἀλέξιος καὶ μέγας δομέστικος. καὶ δὴ τῶν ὅρκων προβάντων ὡς συλλαμβάνεσθαι
5 τούτοις καὶ Μεσέμβρειαν καὶ Ἀγχίαλον (ἐκείνου γὰρ οὔσας κατασχεῖν βασιλέα, καὶ αὖθις ἄξιον εἶναι τὸν πρὶν ἔχοντα λαμβάνειν αὐτὰς ἐπὶ τῷ γενησομένῳ ὡς προῖκα κήδει) ὁ μὲν βασιλεὺς
τὰ μὲν τοῦ κήδους ἐπλήρου ὡς λίαν φιλοτίμως καὶ βασιλικῶς. C
συνεξῄει γὰρ τῇ νυμφευθησομένῃ αὐτὸς βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρ-
10 χης, κἀν Σηλυβρίᾳ γενόμενοι, ἐκεῖσε θεσποινικῶς μετασκευασάμενοι τὴν εἰς γάμον πεμπομένην τῷ Κωνσταντίνῳ, ἐκείνην μὲν
ὑπὸ πλείστῃ δορυφορίᾳ πρὸς ἐκεῖνον ἀπέλυον, αὐτοὶ δ' ὑπέστρεφον. καὶ τὰ μὲν τοῦ κήδους οὕτως ὁ βασιλεὺς ἐξεπλήρου, τὰ
δὲ περὶ τὰς πόλεις ἀνεβάλλετο, ταῖς μὲν ἀληθείαις εἰδὼς ἐντεῦ-
15 θεν παρωιρεθησομένην τὴν Ῥωμαΐδα τὰ κράτιστα, τῷ δὲ Κων- D
σταντίνῳ προφάσεις ἐπλάττετο πιθανάς, ἄλλας τε καὶ τὸ μὴ ἔχειν εὐθέως δοῦναι, μὴ τῶν ἐποίκων καταδεχομένων τῶν πόλεων· Ῥωμανίας γὰρ εἶναι μέρος ἐκείνας καὶ Ῥωμαίους αὐτούς,
μὴ εἶναι δ' εὔλογον Ῥωμαίους ὑπὸ Βουλγάρῳ τελεῖν. οὐ μὴν P 235
20 δ' ἐς τέλος ἀπέλειγε τὴν δόσιν ὁ βασιλεύς, ἀλλὰ προσανήρτα καιρὸν τὸν τῆς τεκνογονίας δῆθεν, ὡς ἂν καὶ κληρονόμου τούτῳ

19. Βουλγάρων P.

in sponsam se illi daturum propriam neptem, Eulogiae suae sororis filiam secundo genitam Mariam, quam prius in matrimonio habuerat Philes Alexius magnus domesticus. processit, Constantino annuente, tractatus usque ad conventionem foederis sanciti iuramentis, quae distincte comprehenderent Mesembream et Anchialum, ad Constantini utique ditionem pertinentes urbes, sed hactenus occupatas ab imperatore, quas utrisque tum visum est aequum esse bona fide reddi antiquo possessori et imputari in partem dotis novae sponsae. his hinc promissis, illinc stipulatis, imperator deductionem sponsae ambitiose ac regia plane pompa celebravit, ipse proficiscentem mulierem cum patriarcha comitatus Selybriam usque, indeque illam ad Constantinum frequenti ac superbo satellitio perducendam curans, ac sic Constantinopolim reversus eatenus fidem pactorum imperator praestitit. nam quod promissarum attinebat restitutionem urbium, in ea non festinandum ratus varios eius differendae praetextus quaesivit, revera periculum dirae vastationis ex ea imminens terris imperio subiectis praecavendum censens. caeterum interim Constantinum lactabat speciosis obtentibus multis colorem aliquem habentibus, quorum hic verisimilitudine inductus nonnulla videbatur. aiebat videlicet istarum incolas urbium recusare Bulgaris subiici, cum ipsi Romani essent, nec se adhuc, quantumvis conaretur, potuisse huic eorum aversioni mederi. ut res fiat suaviter, expectandum videri, dum natus Constantino filius foret ex nova coniuge: tunc enim fore omnia prouiora, rege tum scilicet

www.libtool.com.cn

φανέντος ἐκ γένους Ῥωμαϊκοῦ εὐπροσωποῖτο καὶ ἡ ἀπόδοσις. τὰ δ' ἦσαν γέλως ἄντικρυς καὶ συνειρόμενον ψεῦδος τῷ χρόνῳ συγκρύπτοντος. ὅμως δέ γε καὶ ἄκων ὁ Κωνσταντῖνος ὑπέμενε καὶ ἐσπένδετο, εἰ καὶ ἡ δοθεῖσά οἱ οὐ τοσοῦτον βοηθὸς ἐκείνῳ ὅσον
B τῇ Ῥωμαΐδι ἐπέμπετο. ἐπεὶ δ' ἐξ ἐκείνου παιδίον ἑώρα τὸν Μιχαὴλ ἑαυτῇ, δεινὰ ἐποίει, καὶ τὸν σύζυγον κατηνάγκαζε τὰς σπονδάς γε λύειν καὶ πολεμεῖν, τὰς πόλεις προσαπαιτοῦντα. κἀντεῦθεν καὶ δεινὰ οὐκ ὀλίγα ξυνέβαινε, καὶ ξυμβεβήκει ἂν πλεῖστα, εἰ μή γε ὁ βασιλεὺς κῆδος πρὸς τὸν Νογᾶν ἐπὶ νόθῳ τῇ Εὐφροσύνῃ φθάσας ποιῆσαι ὑπεῖχε τὰς ὁρμὰς ἐκείνου τῇ πρὸς τὸν Νο-
C γᾶν δεξιώσει καὶ διέλυε τὰ βουλεύματα, ὡς αὐτίκα κατόπιν ἐπιδραμουμένων τῶν Τοχάρων, ἣν αὐτὸς ἐπίῃ τοῖς βασιλέως.

D 4. Ὁ δὲ Νογᾶς αὐτὸς κράτιστος ἦν ἀνὴρ τῶν Τοχάρων, εἰς στρατηγίαν τε ξυνετὸς καὶ τριβῶν τοῖς πράγμασιν, ὃς ἅμα πλείσταις δυνάμεσιν ἐξ ὁμογενῶν Τοχάρων, οὓς αὐτοὶ Μουγουλίους λέγουσιν, ἐξαποσταλεὶς ἐκ τῶν κατὰ τὰς Κασπίας ἀρχόντων τοῦ γένους, οὓς Κάνιδας ὀνομάζουσιν, εἰσβάλλει τοῖς ἀνὰ τὸν Εὔξεινον βορείοις ἔθνεσιν, ἃ δὴ τὸ πάλαι τοῖς Ῥωμαίοις ὑπήκουε, τῆς πόλεως δ' ἁλούσης καὶ τῶν πραγμάτων εἰς στενὸν

1. εὐπροσωποιεῖτο P.

Bulgarorum heredem habente Romani sanguinis, cui sacramento dicere Romanos non dedeceret. haec allegabantur, quae, ut vere loquamur, mera erant elusio et mendacium promissione tempus obducente inumbratum, nec plane fallens Constantinum, quamquam is volens nolens dissimulare cogebatur, et tacite dolere fucum sibi factum obtrudenda coniuge, quae non tam ipsi adiutrix quam terrae Romanae data esset. Maria vero postquam Constantino pepererat Michaëlem filium, omni iam excusatione cunctationi dempta ipsa quoque transire palam in viri sensus et utrique factam iniuriam accusare indignanter coepit, maritum assidue solicitans ad repetendas bello iniuste negatas urbes. unde multa mala orta sunt; et plura gravioraque prodiissent, nisi Augustus mature sibi praeoccupasset novo foedere Nogam, data in uxorem ei filia sua notha Euphrosyne. qua necessitudine devinctus imperatori Nogas palam ostendit irrupturum se cum Tocharis, quibus praeerat, in Bulgarorum fines, statim atque Constantinus regiones incursare Romanas coepisset. suspendit hic metus consilia Bulgari, et malorum inducias Romanis fecit.

4. Hic porro Nogas potentissimus Tocharorum erat, bellicae artis longis experimentis multam peritiam adeptus, usu rerum in tractatione negotiorum tritus. is cum magnis copiis e genere, cuius erat et ipse, Tocharorum, qui se ipsi Mugulios nominant, missus a principibus eius gentis (Canidas appellant) circa portas Caspias degentibus, irruperat in boreales Euxino gentes Romanis quondam subditas, sed quae post captam a Latinis urbem, et res imperii redactas in artum, necessario se-

www.libtool.com.cn

κατασταντων Ῥωμαίοις, τῶν κυρίων ἀπολειφθέντα, αὐτόνομα Ε
ἦν. ταῦτ' ἄρα καὶ ἀκονιτὶ φανεὶς προσελάμβανε καὶ κατεδουλοῦτο. ἰδὼν δὲ χώρας ἀρετώσας καὶ ἔθνη εἰς ἀρχὴν κατὰ σφᾶς αὐτάρκη, ἀφηνιάζει μὲν τῶν πεμψάντων καὶ ἑαυτῷ τὰ ἔθνη προσκτᾶται. ὡς δὲ χρόνου τριβομένου, ἐπιμιγνύντες σφίσιν οἱ περὶ τὴν μεσόγαιον κατῳκημένοι, Ἀλανοὶ λέγω, Ζίκχοι καὶ Γότθοι, Ῥῶσοι καὶ τὰ προσοικοῦντα τούτοις διάφορα γένη, ἔθη τε τὰ ἐκείνων μανθάνουσι καὶ γλῶσσαν τῷ ἔθει μεταλαμβάνουσι καὶ στολήν, καὶ εἰς συμμάχους αὐτοῖς γίνονται. καὶ μετ' οὐ πολὺ εἰς πλῆθος ἀριθμοῦ κρεῖττον ὁ ἐπελθὼν τῶν Τοχάρων λαὸς ἐνδίδωσι, καὶ ἀνυπόστατοι ὅπου ἴοιεν γίνονται ταῖς δυνάμεσιν, ὡς καί τινας τῶν ἄνω κυρίων πολέμου νόμῳ ἐπ' αὐτοὺς ἀποστάτας ὄντας οὐχ ὅπως περιγενέσθαι, ἀλλὰ καὶ σφαλῆναι τὰ πλεῖστα πεισάντας. ἔστι τὸ ἔθνος ἁπλότητι μὲν χαῖρον καὶ φιλαλληλίᾳ, Β
καὶ δξύ τε πρὸς πολέμους καὶ πονηρόν, καὶ τὴν ζωὴν αὔταρκες, καί γε τὰ κατὰ βίον ἀνεπινόητόν τε καὶ ἀπρομήθευτον. ἐχρήσαντο γὰρ ἀνέκαθεν νομοθέτῃ οὐ Σόλωνι ἢ Λυκούργῳ ἢ Δράκοντι (οὗτοι γὰρ Ἀθηναίοις καὶ Λακεδαιμονίοις καί τισιν ἄλλοις οἱ νομοθέται σοφοὶ σοφοῖς καὶ συνετοῖς τὰ ἐς λόγον λόγιοι) ἀλλ' ἀνδρὶ ἀγνῶτι καὶ τὸ πᾶν πονηρῷ, χαλκεῖ μὲν τὸ πρῶτον,

glectae a dominis sui tunc iuris erant. has facile ac sine magno certamine, prima statim ostensione sui cepit sibique subiecit. et animadvertens uberes terras ac populos ad constituendum per se regnum idoneos, fraenum excussit imperii eorum a quibus erat missus, et res agere suas instituit, proprio principatu constituto. processu deinde temporis miscentes se ipsis qui mediterranea illic incolunt, Alani videlicet, Zicchi, Gothi, et Rhossi, quique finitimas hisce habitant terras diversorum generum populi, mores paulatim ipsorum didicerunt, et cum vitae usu linguam etiam ac vestitum eorum usurpantes, in militiae quoque consortium assumpti, non ita multo post exercitus confecerunt innumerabiles, quarum conscientia usuque virium in potentiam immane quantam Tocharorum gens profecit, adeo ut quocumque se verterent, ineluctabiliter cuncta prosternerent, et cum e superioribus dominis quidam ad ipsorum defectionem ulciscendam eosque sub iugum revocandos bellicas in eos expeditiones suscepissent, non modo ipsos non vincerent, sed magnis acceptis cladibus in lucro ponerent quod plerisque suorum bello cadentibus pauci salvum reditum haberent. gaudet haec gens vita simplici; haerent invicem mutuo nexu civilis caritatis; tolerantes sunt laborum, in bella promptissimi; paucis ad victum cultumque indigent, nec solicite congerunt aut consulunt in futurum avara providentia. ad hanc scilicet formavit eos disciplinam priscus ipsorum legislator quidam, non sane Solon aut Lycurgus aut Dracon (hi enim Atheniensibus, Lacedaemoniis, et quibusdam aliis sapientes sapientibus, eruditi doctis, ad rationem exactas condiderunt leges), sed idiota ignobilis, vilis opificii labore tritus, prius faber

www.libtool.com.cn

C εἶτα δὲ καὶ εἰς Κάνιν (ἄρχοντά τις εἴποι) καταστάντι, ὃς καὶ ἐκ Κασπίων πυλώνων ἀνιστῶν τὸ ἔθνος ἐξελθεῖν θαρρῆσαν, καὶ σφίσιν ἀεὶ τὸ νικᾶν ὑπετίθει, εἰ τοῖς ἰδίοις νόμοις προσέχοιεν. οἱ δ' ἦσαν τοῖς ἁβροῖς ἀπέχεσθαι, τοῖς τυχοῦσιν ἀρκεῖσθαι, τὸ φιλάλληλον ἔχειν, τὸ αὐτόνομον ἀποστρέφεσθαι, τὸ κοινωνικὸν ἀσπάζεσθαι, τὸ μηδὲν περὶ βίου σπεύδειν, τὸ πάσαις χρῆσθαι τροφαῖς μηδὲν τῶν βεβήλων ἔχοντας, τὸ γυναιξὶ συνοικεῖν πλεί-
D σταις, καὶ ταύταις προσανατιθέναι τὸν τῶν ἀναγκαίων πορισμόν, ὡς ἅμα μὲν τὸ γένος πληθύνεσθαι ἅμα δ' ἔχειν καὶ ὧν δέοιντο, τὸ μηδὲν τῶν καθ' ὑπόστασιν προσκτᾶσθαι κτημάτων, μηδ' ἐμμένειν κτίσμασιν οἰκῶν, ἀλλὰ μεταβαίνειν καὶ μεταφοιτᾶν πρὸς τὸ χρήσιμον, κἂν χρεία τροφῆς εἴη τῳ, ὑϊστῷ χρωμένους θηρᾶν ἢ καὶ τὸν ἵππον ἐκκεντοῦντας ἐκροφᾶν αἵματος, εἰ δέ τῳ καὶ στεγανωτέρας προσδέοι τροφῆς, ἐγκάτῳ οἷος τὸ αἷμα
E συγκλείοντας ὑπὸ τὴν ἐφεστρίδα τιθέναι, ὡς ἐντεῦθεν μικρὸν συσταθὲν ἐκ τῆς ἐκεῖθεν θερμότητος δεῖπνον τίθεσθαι, κἂν τί που ῥάκος ἐντυχών τις εὕροι, ἐπιῤῥάπτειν τῇ ἀμπεχόνῃ, κἂν οἷον ἐκεῖνο καὶ ᾖ, κἂν ἡ ἀμπεχόνη μὴ δέοιτο (ὁ δὲ σκοπός, ὡς ἂν καὶ ἄνευ χρείας τοῦτο ποιοῦντες, ἐπὶ τῆς χρείας ποιεῖν ἀναγ-

4. τῶν ἁβρῶν?

ferrarius, ex officinae ac fornacis fuligine in imperium productus et Canis declaratus: sic illi principem appellant. hic gentem excitavit istam ut e Caspiis portis prodire non dubitaret, polliceri ausus, quocumque bellum inferrent, nunquam victoria fraudandos, si legibus a se propositis accurate observandis attentam diligentiam impenderent. summa legum haec erat. delicias aversantor. obviis contenti sunto. mutuae societatis caritatem servanto. privatim sibi pro arbitrio consulere vitanto. nihil in vita victuque exquisitum affectanto. cibis quibuscumque sine mundi immundive discrimine utuntor. uxores simul plurimas habento; et his curam parandarum rerum ad victum vestitumque utilium mandanto: inde multiplicationem gentis, indidem necessariorum abundantiam nacturos. praediorum ac soli possessiones aspernantor. fabricandis domibus non immorantor: vitam desultoriam hinc illuc, quocunque utilitas vocaverit, assidue migrabundam adamanto. ubi cibus defuerit, aut sagitta et venatu paranto, aut secta equi vena sanguinem sugunto. si solidiori opus alimento sit, intestinum ovis sanguine oppletum sub ephippium ponunto. sic mora concretum et illo calore coctum sanguinem, cum vescendi desiderium fuerit, voranto. ubicumque cuivis panni aut pellis lacerae segmentum forte abiectum occurrerit, sublatum statim vesti, qua tegitur, assuito, etiamsi bona sit nec sarto egeat. nimirum hoc citra necessitatem fieri iubens id agebat, ut, cum opus foret, neminem puderet indumentum manu sua proprium sarcire et consarcinatis per veteramenta novis assuta pannis vestiri centonibus. porro his praescriptionibus sperabat assecuturum se ut sui summa vitae securitate fruerentur, expeditosque ad mutam

www.libtool.com.cn

καζόμενοι μὴ αἰσχύνοιντο, τοῖς παλαιοῖς τὰ νέα προσεπεμβάλλοντες), καὶ οὕτως αὐτοὺς μὲν ἐν ἀνέσει παντοίᾳ ζῆν, σάριτταν καὶ ἐφεστρίδα καὶ ἔνδυμα καὶ αὐτὴν ζωὴν παρὰ τῶν τῆς γυναικωνίτιδος ἔχοντας, αὐτοὺς δὲ πολεμοῦντας τὰ τῶν ἄλλων ἔχειν, μηδὲν πολυπραγμονοῦντας. ταῦτα τοῦ νομοθέτου Τζιγκίσκανι P 237 (νῦν γὰρ ἀνεμνήσθην τοὔνομα· Τζιγκὶς γὰρ τὸ ὄνομα, ὁ δὲ Κάνις βασιλεὺς) τὰ παραγγέλματα ἐν ἀσφαλεῖ ἔχοντες ἀλήθειάν τε ἐν λόγοις ἀσκοῦσι καὶ δικαιοσύνην ἐν πράξεσι, τὸ μὲν ἐλευθερίᾳ προσῆκον ψυχῆς τὸ δ' εὐθύτητι γνώμης, ὡς ἀνεξαπάτητον μὲν εἶναι οἷς ἂν ἀκούοι τις ἑτέρου λέγοντος, ἀνεπιβούλευτον δὲ οἷς πράττοι ἄν πρὸς ἐκεῖνον ἕτερος.

Ἀλλὰ Νογᾶν μὲν κηδεύσας ὁ βασιλεὺς τηνικάδε, τὸν ἐκείνων ἄρχοντα, πέμπων οὐκ ὀλίγα πλεῖστα, ὅσα τε πρὸς ἐνδυμάτων χρῆσιν καὶ ὅσα πρὸς τροφῶν ποικιλίαν, πρὸς δὲ καὶ ἀνθοσμιῶν οἴνων ὅλας πιθάκνας φιλοτιμούμενος. ὁ δὲ τὰ μὲν εἰς βρῶσιν καὶ πόσιν μαθὼν ἡγάπα λαμβάνων, καὶ χρυσὸν δὲ καὶ ἄργυρον ἐν ἐκπώμασι προσεδέχετο· τὰ δὲ ποικίλα ἢ πρὸς καλύπτρας ἢ πρὸς ἐνδύματα (ἐφιλοτιμεῖτο γὰρ καὶ ταῦτα προσαποστέλλων ὁ βασιλεὺς) ἀφώμενος ταῖς χερσὶν ἀνηρώτα τὸν διακομισόμενον, εἰ χρησιμεύοι πρὸς κεφαλὴν ἐπὶ τῷ ἄπονον εἶναι καὶ B C

13. πρὸς deerat. 17. προσεδέχετο P.

haberet semper omnes, nulla uspiam solicitudine affixos, quippe quibus sarissa ephippium vestis et alimenta, quibus unis egebant, muliebri ministerio cuncta e gynaeceo suppeditarentur, ipsi rei bellicae uni vacarent spoliandisque alienis, nihil praeterea negotii habentes, aut curiose inquirentes quid futurum esset. talium auctor legum Tzinciscanis fuit. nam cum proprio nomine Tzincis hic vir vocaretur, Canis vocabulum, quod regem sonat, eius privatae adiunctum appellationi Tzinciscanis nomen efficit, nunc memoriae commodum occurrens: nam cum agere de hoc coepi, nondum venerat in mentem. caeterum his eius praescriptis acquiescentes contingebat istos populos veracitatem in loquendo, aequitatem in agendo tenere, quorum illud libertati animi convenit, hoc rectitudini morum. illud rursus tutum praestat audientem a circumventione fraudulenta mentientis socii: hoc a cunctis quemque insidiose grassantium dolis liberat.

Huius gentis principem tunc Nogam sibi foedere conciliatum imperator cum missis affatim luxuriae nostratis instrumentis ad delicias Romani usus invitaret, minimum profecit, quod ad mollitiem quidem vestium ei suadendam spectat. nam cum ciborum ei exquisiti gustus offerri curasset variam copiam vinique odorati tota dolia, his quidem non illibenter est usus. aurum item et argentum in vasis poculisque dono datis probans admisit. at versicoloria varii generis tum capitis tegmina tum membrorum indumenta caeterorum, quarum item rerum vim magnam regia eidem munificentia imperator miserat, haec, inquam, aspernabundus

www.libtool.com.cn

ἀνάλγητον ἡ καλύπτρα, εἰ ὁ ἐπανεσπαρμένος μάργαρος ἀμύνειν
ἔχοι ταύτῃ τὰς ἀστραπάς, εἰ εἰς βροντῶν κτύπους, ὥστε μὴ ἐμ-
βρόντητον γίνεσθαι τὸν φοροῦντα, ὁ λίθος συναίροιτο, εἰ τὰ πο-
λυτελῆ αὖθις ἐνδύματα εἰς ἀπονίαν μελῶν συλλαμβάνοι. εἰ μὲν
οὐκ ἔλεγον, παρερρίπτει, εἰ καὶ ἐνδυθεὶς ἐπ' ὀλίγον ὅσον τὰς
φιλίας ἀφοσιώσασθαι, ἀπεκδυόμενος παραυτίκα μετελάμβανε
κυνῆν ἢ προβατῆν τὴν συνήθη, καὶ φορῶν ἐκυδροῦτο πλέον ἢ
D ὕσυν ταῖς πολυτελέσι στολαῖς. ὡσαύτως καὶ ἐπὶ ταῖς καλύπτραις
ἐποίει, τὴν πρὸς χρῆσιν ἀναγκαίαν τῶν περιττῶν, ἂν ἦν τῶν
πολυτελῶν, ἀνθαιρούμενος. εἰ δ' ἐκεῖνος πλατύμενος ὄνησιν
φέρειν ἔλεγε τῷ φοροῦντι τὸ κτέρας τὴν οἰανοῦν τε καὶ ὁπουδή-
ποτε, εὐθὺς πιστεύων ἐφόρει, οὐ λίθοις οὐδὲ μαργάροις ἀλλ' ὠ-
φελείᾳ προσέχων.

Τοῦτον τοιγαροῦν ἔχων ὁ βασιλεὺς ἕτοιμον τοῦ Κωνστα-
τίνου καταδραμεῖσθαι καὶ τὴν ἐκείνου σκυλεύειν χώραν, εἰ τοῖς
E τοῦ βασιλέως ἐκεῖνος ἐποι, οὐ Μεσεμβρείας μόνον στερρῶς ἀν-
τείχετο καὶ τῆς Ἀγχιάλου, ἀλλὰ καὶ Σωζόπολιν καὶ Ἀγαθιούπο-
λιν καὶ Κανστρίτζιν καὶ ἄλλ' ἄττα φρούρια, ἅπερ οἱ τοῦ βασι-
λέως ἐπισκευασάμενοι προσεκτῶντο τῷ βασιλεῖ, καὶ λίαν ἐν χε-

16. στέῤῥων P.

in manus sumens percontabatur ab efferente an id certe praestaret bellus iste pilens capiti quod tegeret, ut nullo deinceps mali appulsu laederetur, nullum dolorem sentiret; an inspersi huic uniones caeteraeque insertae gemmae vim haberent arcanam quampiam fulgura fulminaque avertendi a gestante; vestes item illae speciosae ac molles num membra quae ambirent lassitudine in labore prohiberent. tum illo scilicet negante, Nogas quidquid horum interrogans attigerat fastidiose reiectabat. ac quamquam amicitiae mutuae contestandae causa unam e missis ab Augusto vestibus sibi circumdare sustinuit, brevissimo eam tulit spatio, familiare statim e canina vel ovina pelle vestimentum resumens, ea se magnifice ostentans, nec minus, ut apparebat, in illo sibi quam quovis regio paludamento placens. sic et in operimentis capitis fecit, opportuna et sibi assueta prae speciosis pretiosisque eligens. quodsi qui haec ipsi attulerat forte fingens respondisset inesse iis quam requirebat vim doloris ac fatigationis malive omnis arcendi, tunc sane ille statim credens cuncta induisset perseveranterque gestaret, non gemmas aut margaritas videlicet, verum promissam utilitatem curans.

Istum igitur tam potentem principem habens paratum imperator ad irrumpendum in Bulgariam, quoties inde se commovisset Constantinus ad depraedandas aut quoquomodo infestandas regiones imperio subiectas, non Mesembream solum et Anchialum securus pectorum morsicus tenebat, sed praeterea Sozopolim Agathiopolim Canstritzim et alias quasdam arces, a ducibus eius oblata usis occasione captas; quae ille omnia sic arripuerat, ut certus videretur non amittere de manibus, ac ne umbram quidem ullius ex his nuper acquisitis vel minutae manitiunculae unquam

www.libtool.com.cn

ροῖν εἶχε, μηδὲ φρουρίου σκιὰν προϊέμενος. Μεσέμβρειαν γὰρ
καὶ ἐκ δικαίου πάλαι ποτ' εἶχε, λαβὼν παρὰ τοῦ Μυτζῆ.
(5) ὁ δὲ Μυτζῆς οὗτος, ἵν' ἐπαναλαβὼν εὐμαθέστερον διη- P 238
γήσωμαι, γαμβρὸς μὲν ἦν ἐπὶ θυγατρὶ τῷ Ἀσάν, σύγγαμβρος
δὲ Θεοδώρου τοῦ Λάσκαρι. Ἀσὰν δ' οὗτος ἦν ὃν λόγος καὶ
Ἰωάννῃ συνελθεῖν τῷ Δούκᾳ καὶ βασιλεῖ, καί γε σὺν ἐκείνῳ τὰ
κατὰ δύσιν ἐπιδραμεῖν, φιλοκαλίας πάσης ἔχοντα δείγματα. ὡς
γοῦν ἐκεῖνος ἐτελεύτα καὶ οὗτος τὴν ἀρχὴν ἐδέχετο τῶν Βουλγά-
ρων Βούλγαρος ὤν, συνέβαινέν οἱ μὲν προσκρούειν καὶ βασιλεῖ, B
ὡς καὶ πολλάκις δι' ἔχθρας καὶ πολέμων τοῖς τῶν Ῥωμαίων ἴέναι
στρατεύμασι, συνέβαινε δὲ προσκρούειν καὶ πολλοῖς ἅμα καὶ με-
γιστᾶσι τῶν Βουλγάρων καὶ ταραχαῖς οὐ προσηκούσαις ἐμπίπτειν.
ταῦτ' ἄρα καὶ τούτῳ διαφθονούμενοι πρὸς τὸν Κωνσταντῖνον ἐκ
Σέρβων ἐξ ἡμισείας τὸ γένος ἔχοντα ἀποκλίνουσιν. ὅσον οὖν ἐνέ-
λιπέν οἱ πρὸς τὴν ἀρχὴν ἐκ σφετέρου γένους, μηδὲν τῷ Ἀσὰν
προσήκων, τὴν ἐκείνου ἐκγόνην λαβὼν εἰς γυναῖκα τοῦ Ἰωάννου C
πέμψαντος, ἐπ' ἴσων εἶχε τὸ πρὸς τὴν τοῦ Ἀσὰν βασιλείαν δί-
καιον τῷ Μυτζῇ. κἀκεῖνος μὲν τὴν Τέρνοβον εἶχε, καὶ τὰ τῆς
βασιλείας κλέη ἐπεφέρετο μεγαλοπρεπῶς· ὁ δὲ Μυτζῆς τὰ κύκλῳ
περικρατῶν ποτὲ μὲν ἠρκεῖτο τούτοις καὶ καθησύχαζε, ποτὲ

9. *συνέβαινε μὲν οἱ πρ.?*

reddere. nam Mesembream olim possessam iure iam suo se putabat obtinere, quippe sibi donatam a legitimo tunc eius domino Mytze. (5) hic porro Mytzes, ut altius repetens distinctius rem exponam, gener erat Asanis ducta eius filia, cuius sororem in matrimonio habuit Theodorus Lascaris, pari Asani affinitatis gradu admotus. Asan autem hic est, quem historia docet Ioanni Ducae imperatori socium fuisse, iunctisque cum eo copiis incursasse communi expeditione Occiduas regiones, magna omnis elegantiae indicia praebentem. ut autem Ioanne iam mortuo Asan regnum Bulgarorum Bulgarus ortu accepit, contigit eum apud imperatorem offendere, simultatibus in bellum quoque apertum prorumpentibus, Asane non semel suas copias Romanis opponente. sed et item contigit parum gratum suis ipsum evadere Bulgaris, multis et praecipuis ipsorum ei graviter offensis infensisque. unde is in perturbationes haud parvas incidit, proceribus, quos ab eo alienaverat invidia, inclinantibus ad Constantinum, dimidium generis trahentem ex Serbis; cui nulla cum Asane cognatione iuncto quantum ad suffragium principatus deerat ex genere, supplevit affinitas, quae illum ducta in uxorem Irene filia Theodori et Asanis nepte, a patre Theodori Ioanne Augusto in Bulgariam ad has nuptias missa, in pari iam iuris ad Asanis successionem gradu cum Mytze constituit. et Constantinus quidem urbem Bulgariae regiam Ternobum tenens, caeteris etiam cunctis eius principatus ornatus insignibus, pro haud dubio Bulgarorum rege sese palam magnifice ferebat. at Mytzes circumsitis regionibus imperitans interdum quidem his contentus acquiescebat, inter-

www.libtool.com.cn

δ' αὖθις καὶ ἀντεφιλονείκει πρὸς Κωνσταντῖνον, ὃν καί ποτε διώκων ἀπέκλεισεν εἰς Σθενίμαχον ἡμέτερον ὄν. καὶ εἰ μὴ ταῖς
D τῶν Ῥωμαίων δυνάμεσιν ἐχρήσατο πρὸς βοήθειαν, τάχ' ἂν καὶ ἄλοὺς ἀπώλετο. ἀλλ' ἡ τύχη ῥέπει τὰς πλάστιγγας, καὶ δυναμωθεὶς αὖθις ὁ Κωνσταντῖνος τὸν Μυτζῆν διώκει θαρραλεώτερον. ὁ δὲ ἅμα τέκνοις καταλαβὼν τὴν Μεσέμβρειαν, ἐκεῖθεν
P 239 ἱκετεύει τὸν βασιλέα δέχεσθαι τοῦτον καὶ λύτρα λαμβάνειν τὴν πόλιν. στέλλει γοῦν ὁ βασιλεὺς ἐξ αὐτῆς τὸν Γλαβᾶν κουροπαλάτην καὶ μέγαν παπίαν ἐσύστερον, καὶ ὃς ἄλλοις συνάμα μετὰ καὶ αὐτάρκους στρατοῦ, καταλαβὼν τὴν Μεσέμβρειαν, ἐκείνην μὲν περιποιεῖ τοῖς Ῥωμαίοις, τὸν δέ γε Μυτζῆν διὰ τοῦ Αἵμου πεζῇ ἄγει πρὸς βασιλέα· τὸν δὲ καὶ δέχεται πρόφρων καὶ παρηγορεῖ εὐμενῶς, καὶ πρὸς τῷ Σκαμάνδρῳ ἀποχρώντως προμηθευ-
B σάμενος ἐκεῖσέ που σὺν τοῖς τέκνοις κατασκηνοῖ, συνθήκας πρὸς αὐτὸν ποιησάμενος ὥστε καὶ τὸν πρώτιστον υἱὸν Ἰωάννην συναρμόσαι τῇ θυγατρί.

Ἀλλὰ τῇ μὲν πρωτίστῃ τῶν θυγατέρων Εἰρήνῃ οὕτω προν-
C νόει τῶν γάμων, (6) τὴν δέ γε δευτέραν Ἄνναν ᾔρειτο πέμπειν τῷ κρατοῦντι Σερβίας Στεφάνῳ τῷ Οὔρεσι, ἐφ' ᾧ τῷ δευτέρῳ υἱῷ Μηλωτίνῳ (ὁ γὰρ ὁμωνυμῶν τῷ πατρὶ καὶ πρῶτος τῷ ῥηγὶ Παιονίας εἰς θυγατέρα γεγάμβρευτο) εἰς γάμον συνάπτειν.

dum contendebat cum Constantino, ac fuit cum eum bello persequens includere sese cogeret in arcem quamdam nostram, cui Sthenimachum nomen est, ubi quominus caperetur et periret, opportune allatum a Romanis copiis auxilium prohibuit. sed fortuna deinde vices alternante successuum, auctus rursus animis et viribus Constantinus tanto tamque valido impetu incubuit in Mytzen, ut is impar resistendo Mesembream cum liberis confugiens, inde legatis ad imperatorem supplicibus missis pactus cum eo deditionem sit cum sui tum eius civitatis, quam in sui servati pretium offerret. nec recusavit imperator, sed statim Glabam caropalatam, qui postea magnus papias fuit, cum aliis et idonea manu militum misit. is ingressus Mesembream eius rite possessionem iniit imperii Romani nomine; tum Mytzem per Haemum itinere terrestri perduxit ad imperatorem, qui ei perhumaniter excepto omnique amoris significatione recreato uberes fundos apud Scamandrum assignavit, quorum annui proventus ad victum ei cultumque splendidum abunde sufficerent. ubi et ipse deinceps cum filiis diversatus est, pacto prius cum imperatore inito, quo inter ipsos mutuo convenit ut Mytzae primogenito Ioanni primogenita item imperatoris filia desponderetur.

Sic Irenae maximae natarum Augusti provisum coniugium est. (6) ab hac vero secundam Annam decrevit pater mittere ad cralem Serbiae Stephanum Uresim, secundo eius filio Melotino nupturam: nam primogenitus patri cognominis iam uxorem habebat regis Pannoniae filiam.

www.libtool.com.cn

καὶ δὴ τῶν πρὸς ἀλλήλους συνθεσιῶν στέλλει μὲν εἰς πρεσβείαν τὸν ἱεράρχην, συνεκπέμπει δὲ καὶ τὴν κόρην ὑπὸ θεραπείᾳ μεγίστῃ βασιλικῇ. καί γε καταλαβοῦσι τὴν Βέρροιαν σφίσι τὰ τῆς D βουλῆς ἔστη πεμφθῆναι πρὸς τὸν Οὔρεσιν Στέφανον τὸν χαρτοφύλακα Βέκκον, ἅμα δὲ σὺν ἐκείνῳ καὶ τὸν Τραϊανουπόλεως Κουδουμηνήν. ἦν δὲ καὶ πρὸς τῆς δεσποίνης ἐντεταγμένον τῷ χαρτοφύλακι αὐτὸν προαπελθεῖν καὶ γνωρίσαι τὰ κατὰ τοὺς Σέρβους τρανότερον, ὅπως μὲν σφίσιν ἐστὶν ἡ δίαιτα, ὅπως δὲ ἡ τάξις τῆς ἐκείνων ἀρχῆς διαθύνεται· ἐκείνη γὰρ καὶ μεγίστην τὴν θεραπείαν τῇ θυγατρὶ προητοίμαζεν ἐπὶ χλιδῇ παντοίᾳ βασιλικῇ. E ἐκείνῳ τοίνυν προαπελθόντι γνωρίσειν καὶ σημανεῖν προσετάσσετο, πρὶν ἂν ἐπιβῇ Σερβίας ὁ πατριάρχης. οἱ δ' ἐπιστάντες οὐ μόνον οὐδὲν τῶν εἰς θεραπείαν εἶδον ἐκεῖσε καὶ ἀρχῆς τῆς τυχούσης ἄξιον, ἀλλὰ καὶ τὸ θεραπευτικὸν τὸ ἐν ἐκείνοις βλέπων ὁ P 240 Οὔρεσις καὶ οἰκίδιον, καὶ μᾶλλον τὸ τῶν ἡμιανδρίων, τί ἂν καὶ εἴησαν οὗτοι διεπυνθάνετο. ὡς δ' ἤκουε παρ' ἐκείνων ὅτι τάξις ἐστὶν αὕτη βασίλειος, καὶ ὡς τῇ βασιλίδι εἰς θεραπείαν ἀκολουθήσαιεν, ἐκεῖνος ἀταλαστήσας φησὶν "αἲ αἲ, τί ταῦτα; καὶ ἡμῖν οὐ συνήθης αὕτη ἡ δίαιτα." καὶ τὸν φάναι τε καὶ ἅμα τὴν

8. δὲ deerat. 18. ἐπαλαστήσας? 19. τὸν] τοῦτο?

cum igitur de omnibus ante conventum esset, ad executionem pactorum mittit imperator legatum patriarcham, et cum eo sponsam virginem regio magnifice stipatam comitatu. his simul cunctis ubi Berrhoeam pervenerunt, expedire communiter visum est praemittendos ad Stephanum Uresim chartophylacem Veccum et cum eo Traianopoleos episcopum Cudumenen. fuerat autem ab Augusta peculiariter commendatum chartophylaci. ut praecederet sponsam, priorque in Serbiam adveniens exploraret ad liquidum quodnam id esset hominum genus, quae ibi forma vitae cultusque, quae ratio consuetudinis civilis, quis ordo publicae rei, ac ius ususque principatus. nam cum illa proficiscenti filiae apparatum et pompam quam potuerat maxime regiam, et cum specie ac pretio ad magnificentiam, tum usu, et copia ad mollitiem deliciasque comparatam, ambitiose attribuisset, muliebri scilicet curiositate nosse avebat ecquid paria illis, aut qua istis proportione respondentia, repertura esset sua filia. ea de causa iusserat priorem eo proficisci Veccum, et sibi per nuntios significare quae comperisset, priusquam patriarcha cum nova sponsa Serbiam ingrederetur. at Veccus et Cudumenes ubi pervenere, adeo nihil ibi ad ministerium commodum, ad pompam exquisite ornatum, aut omnino vel mediocri dignum magistratu repererunt, ut ipsum illorum instrumentum ac comitatum Stephanus Uresis admiraretur, et viso tabernaculo, praesertim autem familia obsequioque eunuchorum, quasi obstupescens inopinatissima re, quaereret quid haec tandem essent et quem usum haberent, cum vero audisset partem esse illam praemissam satellitii ac supellectilis reginae adventantis, indolescenti similis exclamaret "heu, heu, quae et quorsum ista? nos harum deliciarum usum non habemus;" et

www.libtool.com.cn

νύμφην δεικνύειν πενιχρὰ φοροῦσαν καὶ ταλασίᾳ προσέχουσαν, καὶ "οὕτω" λέγειν χειρὶ δεικνύντα "ταῖς νύμφαις ἡμεῖς προσφε-
B ρόμεθα." ἦσαν δὴ καὶ τὰ κατ' αὐτοὺς τὸ παράπαν λιτά τε καὶ εὐτελῆ, ὡς ἀποζῆν θήραις καὶ κλέπτοντας. ὡς γοῦν ὑπέστρεφον οἱ πεμφθέντες καὶ ἀκριβῶς ἐδήλουν τῷ πατριάρχῃ ἃ τε εἶδον καὶ ἃ ἤκουσαν, ἐπέκλασάν τε τοῖς περὶ ἐκεῖνον τὴν προθυμίαν, καὶ περὶ ἑαυτοῖς ὠρρώδουν, μὴ καὶ ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἐνέδραις χαλεπαῖς περιπέσοιεν· οὐ γὰρ εἶχον πιστεύειν ἀνδράσι μὴ ἐπιστρεφομένοις αἰσχύνης καὶ μέμψεως. τέως ἦεσαν εἰς τὸ πρόσω
C νωθεῖς τινὲς τὴν πορείαν καὶ τοῖς ὅλοις ὑπόπτως ἔχοντες. ὡς δὲ κατέλαβον τὴν Ἀχρίδα, τὴν μὲν βασιλίδα καὶ τὸ περὶ αὐτὴν οἰκετικὸν καὶ ὅσον εἰς θεραπείαν αὐτοῦ που διαναπαύουσιν, ἐκεῖνοι δὲ προαγγέλους πρὸς Οὔρεσιν πέμποντες καὶ αὐτοὶ σχολαίως τοῖς πρόσω προσέβαινον. τῇ Πολόγῳ δὲ παραγγειλάντων, ἣν δὴ ἄλσος θεοῦ ἐκεῖνοι κατὰ γλῶσσαν εἴποιεν, καὶ ἤδη καὶ πρὸς Λιπαίνιον ἰόντων, πέμπεται μὲν πρέσβυς ἐκεῖθεν ὃ καὶ μεσάζων
D ἐκείνων, Γεώργιος τοὔνομα, ᾧ δὴ καὶ λόχος ἀνδρῶν ἐνεδρεύσας προσεζημίου. τὰς δ' ἐνέδρας καὶ πρώην οἱ περὶ τὸν πατριάρχην ἀκούοντες ἐδειλίων. τότε δὲ καὶ ἀκριβῶς ἐς φόβον μέ-

6. ἀπέκλασάν P.

haec loquens simul nurum ostenderet paupertino sordidam vestitu ac lanificio intentam, unaque manu eam indicans subiiceret "en tali nos cultu nurus consuevimus habere." porro in caetero circa cralem apparatu nihil nisi vulgare obsoletum ac plane plebeium apparebat. nulla victus mundities: e venatu illauto, ac tumultu sane venatorio, nulla specie aut ordine ministerii, nulla mensarum elegantia, raptim cibi vorabantur. ut ergo haec sibi explorata qui missi fuerant reversi ad patriarcham retulerant, utque distinctius narrarunt quae audierant, conturbarunt ea non parum comitatum universum, infregeruntque cunctis animos, solicitudine iniecta ne insidiis excepti spoliarentur: quid enim expectarent mitius a barbaris adeo incultis, quos nullus mos aut pudor, nullus respectus humanitatis aut officii verecundia revocatura viderentur ab audendo quod liberet cumque? tristes igitur hisce curis segnesque procedebant, anxia constricti formidine periculorum in momenta, ut putabant, singula impendentium. in his suspicionibus cum Achridam devenissent, regiam ibi reliquerunt virginem cum familiari ministerio: ipsi coepto itinere lente pergentes, praemittunt nuntios ad Uresim, qui docerent praestolaturos se mandata eius et occursus ab eo missorum apud Pologum. est id loci nomen patria Serborum lingua sonans, ut aiunt, nemus dei. ea spe Lipaenium progredientibus occurrit a crale legatio, cuius erat caput Georgius quidam, magistratu illic simili praeditus eius qui mesazon apud nos dicitur. huic ex insidiis latrocinio illatum damnum et ante nostri audierant et ipso referente cognorunt certius. atque ut primo rei auditu co-

www.libtool.com.cn

γαν καθίσταντο, μὴ καὶ νεωτερισθῇ τι σφίσι τῶν ἀνηκέστων· τοὺς γὰρ οὕτω καὶ τοῖς ἰδίοις καὶ μᾶλλον τοῖς ἐνδόξοις καὶ ἄρχουσιν ἐνεδρεύοντας σχολῇ γοῦν ἀποσχέσθαι τῶν ἀλλοτρίων. ἤκουον δὲ καὶ παρὰ Γεωργίου τὰ μὲν εἰς πρεσβείαν πάντῃ τῷ σκοπῷ τῶν βασιλέων ἀπῳδά τε καὶ ἄλλως σαθρά· ἐκεῖνοι γὰρ E καὶ ὡς ἄρξοντα μετὰ τὸν πατέρα εἰς κῆδος προσίεντο τὸν υἱόν, τοῦ προτέρου τῶν παίδων Στεφάνου τὸ σκέλος κατεαγότος καὶ βίον ζῶντος ἀπράγμονα· ὁ δὲ ἄλλ' ἄττα κύκλῳ περιβαλλόμενος τὰ ὡμολογημένα ἐπηλογάζετο. τὰ δ' εἰς τὴν ὁδὸν δυσχερῆ τε ἄλλως, καὶ ὡς αὐτὸς ἐδείκνυ ζημιωθείς. ἦσαν δ' ἀνὰ μέρος καὶ οἱ περὶ τὸν χαρτοφύλακα (αἱ γὰρ τῆς δεσποίνης παραγγελίαι καὶ ἀξιώσεις δεινὰ εἰς τὸ ποιεῖν ἐκείνων φροντίζειν, οὕτως ἰδόντα) ἐπικλῶντες τὰς προθυμίας τῷ πατριάρχῃ καὶ τοῖς ἄρχουσιν, ἐφ' P 241

6. προσίοντο P.

horruerant, ita facti accepta confirmatione moestissimi senserunt quo locorum malorumque devenissent: quid enim non iure metuerent in tanta barbariae licentia? aut quomodo sperarent parcituros exteris ac temperaturos avidas manus a gaza peregrina eos qui ne a popularibus quidem suis, iisdemque illustri magistratu conspicuis, abstinerent iniurias extremas? caeterum de negotio ipso ac foedere principum duorum tam inconsequenter atque ambigue Georgius iste locutus est, ut spem successus omnem prudentibus excuteret. primum omnium deprehensum est errorem imperatori oblatum in re ipsa ac substantia negotii, dum is filiam despondere se suam credidit minori quidem filio cralis, verum propter morbum incurabilem maioris heredi haud dubio et successori designato regni Serbiae. nunc autem intelligebatur ex Georgii sermonibus vana illa fuisse, quae iactata fuerant de fracto crure ac desperata valetudine primogeniti, qui filiam regis Pannoniae in matrimonio habebat. de caeteris ad rem quae agebatur spectantibus, idem legatus non minus inopinata et ambigua ferebat, alia quaedam, quorum nulla erat unquam audita prius mentio, proponens, circuitusque vafre captans, eaque de quibus certo convenerat astuto involvens silentio. quae omnia mirantibus nostris simul occurrebant pericula infestae latrociniis viae, quae quam non sine causa timerentur, ipse legatus sua eius generis recens accepta damna commemorans plenam faciebat fidem. partem etiam momenti, nec eam levem, ad novum inclinantibus consilium addebant, quae chartophylax coram perspecta retulerat de sordibus et miseria domestica regis Serbiae, quaeque idem sibi enixe commendata dicebat ab Augusta de prospiciendo dignitati ac commodis filiae, quam, uti se res habebant, manifestum erat, si perduceretur quo intenderant, non in regnum aut regni spem sed in servitutem transcribi tristissimam. haec patriarchae ac reliquis in eo comitatu praecipua dignitate conspicuis omnem infringebant impetum ulterius pergendi, utique reputantibus nullum coeptorum commodum aut saltem tolerabilem exitum, nullum longae ac laboriosae viae fructum sperandum apparere. ne pactis quidem videri constituram fidem, si futura e praesentibus aestimarentur. quid igitur attineret in ambiguum et obliquis anfractibus confusum negotium velut in caecum perplexumque labyrinthum sese altius et irrevocabilius immergere, et non potius deprehensa vel sero

www.libtool.com.cn

ᾧ μὴ πλέον προβῆναι· μηδὲ γὰρ ἀνυστὰ καὶ ἐπικίνδυνα. οὕτως ἐχόντων γίνεταί τι καὶ ἄλλο δεινόν, ὃ δὴ καὶ εἰς ὑποψίαν ἐμβάλλει σφᾶς τοῦ καὶ πρόσθεν ἰόντας παθεῖν τὰ χείριστα. οἱ γὰρ τὴν χώραν ἐπωχημένοι κατὰ στίχας ἰόντες ἐφίσταντο καθημένοις πολλάκις, καὶ ἑώρων ὡς ἄλλοθέν που ἥκοντας· σφίσι δ' ἦν σκοπὸς παρατηρεῖν τὰ ἐκείνων, ἐφ' ᾧπερ καὶ νυκτὸς ἐπελθόντες συλήσειαν. ὃ δὴ καὶ μετ' ὀλίγον λαμβάνει τέλος· νυκτὸς γὰρ ἐπιόντες ἀψόφῳ ποδὶ τοὺς ἐκείνων ἵππους συλῶσι, καὶ ᾗ ποδῶν εἶχον, ἀφανίζουσιν ἑαυτούς. οἱ δ' ἅμ' ἕῳ καὶ ὑπ' αὐγὰς γνωρίζουσι μὲν τὸ πραχθέν, ζητοῦσι δὲ τοὺς δεδρακότας. ἀλλὰ ζητοῦσι μάταιος ἦν ἡ σπουδή· οὔτε γὰρ εἶχον μαθεῖν παρ' ἐκείνων τοὺς σφετέρους ἐπειλυόντων, καὶ τὸ δραστικῶς ἐξετάζειν καὶ ἀπαιτεῖν οὐ συνήνεγκε, μὴ καὶ πλέον ἐπισυμβαίη, ἀνθρώποις μὲν τὴν ἰδέαν θηρίοις δὲ τὸν τρόπον παρεμπεσόντων. ὅμως τοῖς ἐκείνων ἄρχουσι χρησάμενοι εἰς βοήθειαν (μηδὲ γὰρ ἔχειν ὅπως καὶ κινηθεῖεν), πῶν κρειττόνων ἵππων ἀπολωλότων ἀντισηκούμενοι τοῖς τῆς χώρας οὐκ ἐπ' ἴσων, ἀλλ' οὐδ' ἐγγύς, μεταναστεύειν εἰς τοὔπισθεν ἐβουλεύοντο. καὶ δὴ δοξάσης τῆς βουλῆς ἀγαθῆς καὶ συνοισούσης πλέον ἢ μὴν βλαψούσης, πρύ-

12. ἐπιλυόντων P. 18. δὴ] μὴ P.

fraude pedem statim referre, tandemque imperii honori, imperatoriae virginis dignitati salutique consulere? talia illis deliberantibus et adhuc sententiae incertis supervenit quidpiam, quo suspiciones in metum et expectationem verterentur certam grave quiddam et exitiale patiendi, si porro pergerent, siquidem incolae regionis per turmas accedentes recedentesque, ubi cominus aspexerant minime familiari vultu, ac sic speciem praebentes euntium praeoccupatum insidiis locum, unde noctu erumpentes impetum facerent in peregrinos, quorum iter explorassent et quam multum praedae traherent praesenti conspectu observassent, formidinem nostris admoverunt, quae cito in dolorem transiit. nam non ita multo post nocturni grassatores clam appulsi, pede suspenso summa cura strepitus vitandi, equos nostrorum abduxerunt et cum iis quam longissime fugerunt. Romani sub auroram furto agnito quaerunt auctores facti, de obviis percontantes ecquid horum nossent. sed vanum scilicet studium erat indicii testimoniique corrogandi a consciis furum in suos ipsorum populares sociosque, quorum rapacitatem haud paulo imitaturi libentius quam accusaturi viderentur. itaque prudens consilium fuit rem istam non nimium urgere, ne ista ipsa instantia irritata gens barbara, belluinam feritatem humana celans specie, peius aliquid funestiusque designaret. tamen ne quid intentatum relinquerent, magistratus locorum adierunt, rogantes ut equos sibi restitui curarent, sine quibus institutum ad regem ipsorum iter perficere nequirent. verum ab his nihil aliud impetrari potuit nisi ut equos ipsis regionis eius, nulla parte cum amissis comparabiles, offerrent. quae videntes nostri ad consilium tandem in proram,

www.libtool.com.cn

μναν τε κρούονται, τὸ τοῦ λόγου, καὶ τοῖς ὄπισθεν ἐπεκτεινόμενοι ἕως Ἀχρίδας ἦεσαν. ἐκεῖθεν δὲ συνάμα τῇ βασιλίδι Θεσσαλονίκης ἐπιβάντες, κῆδος ἐκεῖνο καὶ συνθήκας καὶ συναλλάγματα παρ' οὐδὲν θέμενοι, πρὸς βασιλέα ὑπέστρεφον. D

7. Τότε τοίνυν μετὰ καιρὸν καὶ τὰ περὶ τὸ Δυρράχιον P 242
ξυνέβη ἐλεεινὰ καὶ πλήρη δακρύων. Κρονίου γὰρ ἐνστάντος μηνὸς ἀσυνήθεις ψόφοι τὴν γῆν ἐτάρασσον συνεχῶς, οὓς δὴ βοασμοὺς κοινολογῶν εἴποι τις, καὶ δῆλοι ἦσαν σημαίνοντες ἐπιὸν ἐγγύθεν κακόν. μιᾶς γοῦν ἡμέρας καὶ συνεχέστερον ἐπήχουν οἱ κρότοι καὶ μεῖζον ἢ πρότερον. τοῖς μὲν οὖν ἐμπεσοῦσα δειλία ἔξω που κατοικεῖν τοῦ ἄστεος ἔπειθεν, ὡς εἰ πλέον γένηται ἀλυ- B
ξείουσιν. ἀλλὰ νὺξ ἦν ἐπιγινομένη τοῖς ἡμερινοῖς ἐκείνοις θορύβοις, καὶ σεισμὸς ἐμπίπτει βαρὺς καὶ τῶν μνημονευομένων μείζων. ἦν δ' ἐκεῖνος οὐ τρόμος, ὡς ἄν τις εἴποι, γῆς κατὰ τὸ λέχριον κινουμένης, ἀλλὰ κατὰ σφυγμοὺς ἀνατιναγμός, ὡς C
ἐν ἀκαρεῖ πᾶσαν τὴν πόλιν ἐκείνην ἐκ θεμελίων ἀνατραπῆναι καὶ πεσεῖν εἰς τοὔδαφος. οἶκοι δ' ἐκεῖνοι καὶ ἀναστάσεις κτισμάτων μηδὲ τὸ βραχὺ ἀντισχόντες ἐνεδίδοσαν καὶ κατέπιπτον, ἐναπολαμβανομένων ἐντὸς τῶν ἀνθρώπων, μηδενὸς ἔχοντος ὅπῃ φύγοι. τὸ γὰρ τῶν οἰκοδομημάτων συνεχὲς τῇ ἐκείνων φυγῇ

quod aiunt, incumbendi reflectendique retro itineris compulsi sunt. referentes ergo pedem quam maxima velocitate in tantis difficultatibus licuit, Acaridam se receperunt, ibique resumptam regiam virginem Thessalonicam deducentes, inde omissa iam omni cogitatione indignae ac perniciosae affinitatis ad imperatorem redierunt.

7. Circa hoc tempus aut paulo post contigit miserabilis et omnium digna lacrimis Dyrrhachiensis clades, hunc ferme in modum. mense ineunte Martio sonori e terra fragores increbuere in strepitum fere continuum; quales boasmos sive boatus cum vulgo loquens quis dixerit. hi nimirum clare denuntiabant imminens malum. cum sic aliquandiu inferne tonuisset, repente die quadam acutius et continentius insonuere coepta tonitrua, quo eorum augmento moti quidam in formidinem acriorem tectis excesserunt, diversorio extra urbem quaesito, ut si quid inde funestius ingrueret, salutem in tuto haberent. nocte porro superveniente diurnis huiusmodi tumultibus terrae motus incidit gravis et omnibus de quibus est fando auditum vehementior. non enim is erat tremor quasi quis dixerit terrae in obliquum nutantis, sed reciprocus validissimus impulsus, nunc velut contrahentis sese, nunc impetu contrario se dilatantis et elicientis soli. quo ex alterno succussu contigit universam illam momento a fundamentis everti concidereque civitatem. domus enim, quae illam conflabant, et illa quantavis extructa firmitudine exaggerataque aedificia, haud paria resistendo prostrata sunt, deprehensis intus hominibus misere oppressis, nemine quo aut qua effugeret habente. nam erumpentibus e proprio domicilio domuum undique aliarum ruinae occurrebant, ut spera-

www.libtool.com.cn

προσίστατο, καὶ πολλῷ ἦν ῥᾷον ἐντὸς οἰκιῶν ἢ ἐξιόντας σώζεσθαι, πλὴν κἀκείνων σωθεισῶν ἐκ μέρους· οὐδὲ γὰρ ἦν ἥτις
D καὶ κατὰ τὸ ἀκέραιον διεγένετο. ἄλλη γὰρ ἐπ' ἄλλῃ συνέπιπτε, καὶ ὁ ταύτης πεσούσης τὸν κίνδυνον ἀποδρὰς κατά τινα τύχην ἐπιπεσούσης ἄλλης συνελαμβάνετο. καὶ ἦν ἀθρόον μὲν τὸ δεινόν, δυσχερὲς δὲ ἢ ὥστε τινὰ φυγόντα σώζεσθαι. πολλοῖς δὲ καὶ ὄναρ ἐπέστη, οἳ καὶ πρὶν μαθεῖν τὸ συμβὰν οὐκ ἔφθανον
E ἀπολλύμενοι. παιδάρια δὲ καὶ βρέφη μηδ' ἔχοντ' εἰδέναι τὸ χαλεπὸν τοῖς ἐρειπίοις συγκατεπνίγοντο. τοσοῦτος δ' ἦν ὁ ἐξαίφνης κτύπος καὶ θόρυβος, ὥστε καὶ τῆς θαλάσσης ἀναβρασσομένης ἔξωθεν τοὺς περιγεγονότας ὑπονοεῖν, οὐχ ὅπως ἀρχὴν
P 243 ὠδίνων ἐκεῖνα, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τοῦ κόσμου ἐπιστῆναι συντέλειαν· ᾧ γὰρ παραθαλασσίαν μὲν τὴν πόλιν ἐκείνην εἶναι, δεινὸν δὲ καὶ τιναγμὸν ἐμπεσεῖν ἐξαίφνης, τόσου μὲν θορύβου γεγονότος ἀνθρώπων, τόσου δὲ κτύπου ἐπικαταπιπτόντων ἀλλήλοις τῶν
οἰκημάτων, οἳ ἔξωθεν εὑρεθέντες μειζόνως κατασεισθέντες τὰς ἀκοὰς οὐδὲν εἶχον ὑπονοεῖν ἕτερον ἢ τοῦ κόσμου παντὸς ἐξαφάνι-

15. δὴ deerat.

bilior salus sub tecto manentibus quam prodeuntibus videretur. sed et si qua pars domuum terrae assultibus obsisteret (nulla autem fuit domus quae non saltem ex parte iis deiiceretur), si cuius, inquam, aedificii membrum firmius non labefactaretur concussu terrae, superne tamen obterebatur altiorum in vicinia murorum casu. alia quippe super aliam cadendo cumulabatur domus, ita ut si quem in prima succussione fortuna servasset quaedam, non longum id beneficium esset: alia enim mox superincidens domus exitium frustra servato repraesentabat. quam ergo subitum ac vehemens, tam ineluctabile ulla vi, ulla fuga vitabile malum erat, ut commodissima sors plerorumque videri potuerit, quos dormientes, velut triste somnium, mors invasit: lucrifecerunt enim angustias praecessuri, si vigilarent, fatum extremum metus et desperationis saevissimos horrores, qui calamitate improvisa citra sensum hausti sese perire nescierunt. quae praecipua felicitas lactentium aut nondum per aetatem rationis compotum puerulorum fuit. tales enim obtriti suffocative unam experiebantur miseriam corporum, nullo praevio exacerbatam angore animorum. inter haec cum ad sonitum ruentium tectorum, ad clamores et gemitus pereuntium hominum accederet horribilis fremitus insolite quoque sinui aestu effervescentis maris, qui adhuc supererant hanc tam atrocium initia dolorum non uni quantovis usitato infortunio rerum humanarum, sed ultimae consummationi naturae ac mundi universi praeludere putabant. cum enim ad mare tumultuosius tum quam antea usquam intumescens sita Dyrrhachiensis urbs esset, cumque ex urbis universae varia ruina, ex collisione caducarum molium, ex ululatibus consternatorum aut morientium concentus horrifice mistus immanium sonorum fragorumque aërem compleret, qui extra Dyrrhachium illa nocte fuerunt, accipientes attonitis auribus tumultuosissimam istam confusionem vocum et strepitum horribilissimorum, nihil sane suspicari mitius poterant quam advenisse finem

www.libtool.com.cn

σεν. ἐπ' οὐκ ὀλίγον οὖν τοῦ σεισμοῦ κρατήσαντος, ὡς μηδὲν ἐστὸς ἐγκαταλειφθῆναι, ἀλλὰ πᾶν τὸ ἐντὸς καταπεσεῖν καὶ τοὺς B ἀνθρώπους συγκαταχῶσαι, παρὰ μόνην αὐτὴν τὴν ἀκρόπολιν (ἐκείνη γὰρ καὶ ἀντέσχε καὶ οὐχ ὑπήκουε τῷ σεισμῷ), ἡμέρας δὲ φανείσης συντρέχουσιν οἱ περίοικοι ἅμα μαχαίραις τε καὶ δικέλλαις καὶ παντὶ τῷ προστυχόντι ὀργάνῳ πρὸς ὀρυγὴν χρώμενοι, καὶ προσπεσόντες ὤρυττον, ἵνα γοῦν καί τισι παλαιπώροις ἔτι ζῶσιν ἀπαμύναιεν τοῦ κινδύνου, τὸ δὲ πλέον ὡς ἂν καὶ πλοῦτον C παντοδαπὸν ἐκφορήσαντες τοῖς ἐρειπίοις κατασπασθέντα λαβόντες ἔχοιεν· τότε γὰρ τοῖς πράγμασιν τῶν πεσόντων καὶ οἱ κληρονόμοι συγκατεδύοντο, καὶ ὃ λαγχάνειν τὰς ἐξούλης δίκας ἐκείνοις οὐκ ἦν. ἐφ' ἡμέραις οὖν ἅπαν τὸ γεγονὸς εἰς ἔδαφος κατασκάψαντες καὶ χρυσοῦν ἀμήσαντες θέρος Ἀλβανοί τε καὶ οἱ περίοικοι, ὡς ἅμαις χρώμενοι ταῖς δικέλλαις, τέλος ἔρημον ἀφιᾶσι D τήν ποτε πόλιν ἐκείνην, γνωριζομένην σημείοις τισὶν ἀμυθροῖς, ἐν οἷσι καταλεγομένην οὐ τῷ εἶναι ἀλλὰ μόνῳ τῷ ὀνομάζεσθαι. ὁ δ' ἐκείνης ἀρχιερεὺς Νικήτας εὑρεθεὶς κἀκεῖνος τῷ τότε, καὶ φυλαχθεὶς μὲν ἀλλ' ἐν πολλοῖς τῶν μελῶν τὰ σύμβολα τοῦ κιν-

extremum rerum humanarum et fatalem coeli ac terrae destructioni diem. hac violentia per spatium temporis non exiguum grassatus in urbe terrae motus nihil ibi iam in quod pergeret saevire reliquum fecerat: praeter arcem, quae una illaesa stetit, omnia aedificia collapsa omnes in iis repertos homines communi sepulcro tumulaverant. eam tragicam ubi late ostendit oculis speciem ortus diei, quae tam diram excepit noctem, concurrerunt ex agris undique quam maxime numero, sumptis in manibus ligonibus et marris omnique terrae movendae apto instrumento, quod cuique in manum quaerenti venerat. cum his acervum illum immanem ruinarum, qui pridie urbs fuerat, undique aggressi fodere coeperunt, sive urgente caritate, si quem forte miserum adhuc spirantem inter ruta et caesa dirutarum aedium vindicare ab interitu possent, sive, quae maxima pars erat, instinctu avarae cupiditatis, ut tot divitias ibi cum possessoribus sepultas nec alium iam habentes legitimum heredem, dominis cum sobole et cognatione universa pariter occumbentibus, in suos ipsi usus auferrent, securi forensium tricarum nec metuentes interdictum unde vi. hic aliquot dierum labor fuit, quo illa versando scrutandoque evoluta congeries et in unam utcunque aequatam complanata superficiem est. ex eo multi campo messuere segetem auream, ligonibus usi vice falcium, Albanitae caeterique circum habitantes, demumque cum praeda recedentes plane desertam reliquerunt illam olim urbem, ubi fuerit signis nunc tantum exilibus monstrantem, in urbibus numeratam dicis tantum causa, et nomine tenus, cum modo urbs non sit. at eius antistes Nicetas unus repertorum inter ruinas, et servatus superstes ille quidem, caeterum in multis cicatricibus reliquis ex plagis quas illapsu saxorum tignorumque acceperat, luculenta vestigia mirabiliter vitati periculi circumferens, memoria ipsa cladis, quam viderat et senserat atrocioris

www.libtool.com.cn

δύνου φέρων, πικρὰν ἰδὼν συμφορὰν καὶ ἣν ἥκιστ' ἄν τις καὶ προσεδόκησε πώποτε, κατάφοβος φεύγει, ἀφεὶς ἔρημον οὐχ ἑαυτοῦ μόνον ἀλλὰ καὶ τῶν ταύτης ἐποίκων καὶ κάλλους κτισμάτων καὶ πραγμάτων αὐτῶν τὴν μητρόπολιν.

P 244 8. Τότε τοίνυν καὶ ὁ ῥὴξ Πουλίας Κάρουλος, ἔκπαλαι τὸν Μαφρὲ καταγωνισάμενος, ἐν ἀκμῇ ἦν τῶν καθ' αὑτὸν πραγμάτων, καὶ νηῶν παρασκευαῖς πλείστων ἐμεγαλύνετο, ἔκσπονδος ὢν βασιλεῖ τὰ πλεῖστα ἐπ' αἰτίαις τῶν Βαλδουΐνου συναλλαγμάτων, ὡς ἐντεῦθεν ἐπὶ τῇ πόλει οἴεσθαι δικαιοῦσθαι. παρεσκεύαζε μὲν καὶ τὸ ναυτικὸν πλεῖστον ὅσον, καὶ σώμασι καὶ
B ὅπλοις καὶ χρήμασι συνεκρότει· οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ τὸν πάπαν προσελιπάρει καὶ θερμῶς ἐδέετο ἐφεῖναί οἱ τὴν κατὰ τῆς πόλεως ἐκστρατείαν, ὡς καὶ ἄλλως δίκαιον ὂν ζητεῖν τὰ τῶν παίδων αὐτοῦ, ἐφ' οἷς σφίσι συμφωνοῦσι καὶ ἡ ἐκκλησία συνήνει καὶ συνεργεῖν τὰ μέγιστα ὑπισχνεῖτο. καὶ ὁ μὲν ἐν τούτοις ἦν,
C ἐκ πολλοῦ παρασκευαζόμενος· ὁ δὲ βασιλεὺς ἀνέριστα τὰ πρὸς ἐκεῖνον διαγινώσκων καὶ τὸ πᾶν ἀδήριτα, ὅτι καὶ πλείσταις μὲν ταῖς ναυσὶν ἐξηρτύετο, πολλῷ δὲ καὶ τῷ κατὰ γῆν πεζικῷ διὰ Βρεντησίου περαιωθησόμενος εἰς τὸ τοῦ Δυρραχίου ἐπίνειον, ἐρήμου ὄντος ἢ καὶ μᾶλλον παρ' ἐκείνου κατεχομένου, εἰς τὸ

opinione omni, perculsus adeo est ut locum fugerit nec sustinuerit insistere sepulcro suae metropolis, quam orbatam civibus, corona moenium et aedificiorum elegantium omni ornatu, opibus quoque spoliatam, haec ad extremum sui pastoris secessio reliquit plane desolatam.

8. Hac tempestate fortuna regis Apuliae Caroli, qui iampridem Manfredum debellaverat, in flore atque apice felicitatis erat. in primis apparatu ingenti navali potens et formidandus habebatur. palam autem se ferebat infensum imperatori ob societatem affinitate firmatam quae ipsi cum Balduino intercedebat. cui velut ius vindicaturus pristinum, expeditionem in urbem Constantinopolim adornabat, navesque ad id et praevalidas et plurimas et tum corporibus tum armis tum caeteris utilibus ad scopum rebus copiosissime instructas compararat et congregaverat. neque his contentus a papa etiam petebat et ardentibus instabat precibus, ut Constantinopolitanae huiusmodi expeditionis auctor ipse fieret seque isti negotio praeficeret: dignum enim esse id bellum, quo videlicet repetenda filiorum eius esset hereditas, quod patris communis nomine auspiciisque gereretur. in quae illis consentientibus, ecclesia quoque consilium probavit, et cooperaturam se ad effectum votorum quam posset maxime promisit. his tunc agitandis conficiendisque intentus Carolus erat. imperator vero prorsus imparem se sentiens isti sustinendo bello, nec quidquam dubitans quin succumberet Romana res, si contra eam Carolus duceret tum illam, de qua dixi, instructissimam classem, tum simul fortissimum, quem item paraverat, terrestrem exercitum, Brundusio in Dyrrhachii navale iam vacuum et occupanti expositum mox, prout desti-

www.libtool.com.cn

ἀνακτισθῆναι χρησόμενος, ὡς ἐλέγετο, δυνατὸς ἦν, κἀντεῦθεν διττὸν ᾠκονόμει τὸ στράτευμα, ἄλλως ἔγνω τὴν πρὸς ἐκεῖνον μάχην μεταχειρίσασθαι. καὶ δὴ πολλάκις μὲν οὐκ ἰδίους πέμπων παρὰ τὸν πάπαν (οὐ γὰρ ἐδύνατο ἐκείνου κατὰ θύρας ἁπαντῶν- D
5 τος), ἄλλως δὲ γραμματοφόρους κρυφηδόν, καὶ δὴ καὶ Ἰταλῶν ἐπιδόξους ὅσους ἤδει φιλοῦντας καὶ τῆς ἐκείνων συμμορίας γινωσκομένους, ἔστι δ' ἐνίοτε καὶ οὓς φρερίους αὐτοὶ λέγουσιν, ἀδελφοὺς δῆθεν, ὑπερχόμενος καὶ θωπεύων, πολὺς ἦν δυσωπῶν τὸν Ῥώμης ἀρχιερέα καὶ καταποτνιώμενος μὴ ἐφεῖναι Καρού-
10 λῳ τὰ κατὰ νοῦν πράττειν, μηδὲ συγχωρεῖν Χριστιανοῖς ἐπὶ E
Χριστιανοὺς στρατεύεσθαι· εἶναι γὰρ καὶ Ῥωμαίους, οὓς αὐτοὶ Γραικοὺς ὀνομάζουσι, τοῦ αὐτοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας τοῖς Ἰταλοῖς, ἔχειν δὲ καὶ αὐτὸν τοῦτον πατέρα πνευματικὸν καὶ λογίζεσθαι ἀρχιερέων ὄντα τὸν πρώτιστον. ἤδη δὲ καὶ
15 ὑπισχνεῖτό οἱ τὰ χρηστότερα· τὰ δ' ἦν τὸ μίαν μάνδραν γενέσθαι P 245
τὴν ἐκκλησίαν θεοῦ, καὶ ἀρθῆναι τὸ μέσον σκάνδαλον, ἀόνητα ἐπεισφρῆσαν ἐκ παλαιοτέρου ταῖς ἐκκλησίαις· μηδὲ γὰρ εἶναι λοιπὸν ἐμποδὼν τοῦ ταῦτα γίνεσθαι ἀποκατασταθείσης τοῖς ἔξο-

1. ἦν] ἂν?

naverat, deportandum. bifariam enim isto modo partiri copias Carolus decreverat; et iam misisse Dyrrhachium dicebatur qui solum praeoccuparent ubi steterat illa civitas, quam etiam, ut ferebatur, reficere cogitabat. cum, inquam, haec secum reputaret imperator, alia omnino ratione quam vi aperta instantibus occurrendum malis censuit. missitabat igitur frequenter preces et literas supplices ad papam, non per legatos aut homines agnitos pro suis (frustra enim tales mittere conaretur, tenente citeriores Roma provincias et quasi portas ipsas aulae pontificiae Carolo, haud dubie prohibituro ne transirent), sed per alios fidos et non suspectos ob dissimulatum habitum tabellarios, et per quosdam Italos illustres, quorum sibi amicitiam paraverat quosque a Caroli partibus alienos norat. utebatur et ad id interdum eius generis hominum ministerio, quos Latini Frerios vocant, quasi diceres fratres, quos ad id sibi officii praestandum artificio blanditiarum attraxerat. horum interventu omnium multus erat in obsecrando obtestandoque pontifice Romano, ne sineret Carolum exequi quae destinaverat, neve permitteret Christianos Christianis bellum inferre: esse enim nos quoque Romanos, quos Latini Graecos appellarent, uni eidemque subiectos Christo, unum unius ecclesiae corpus cum Italis conflantes. se quoque papam habere atque agnoscere spiritualem patrem, episcoporum omnium principem. huic professioni promissiones in posterum plausibiliores addebat, daturum sese videlicet efficacem operam quo in unum ovile redigeretur ecclesia dei, nationum discrimine sublato, et scandalo damnosi discidii, quo dudum perniciose communis concordia dirimebatur, de medio amoto: nihil enim iam obstiturum quominus id fieret, restitutis in patriam antiquam suam Constantinopolim illis qui ex ea

ρίστοις τῆς πόλεως. ταῦτά τε συχνάκις διεμήνυε, καὶ χρυσὸν πέμπων Καδδηναλίοις (στρόφιγξιν ὁ Ἕλλην εἶποι, ὡς θύρας οὔσης τοῦ πάπα κατὰ τὴν Χριστοῦ μίμησιν) καὶ οἷς ἄλλοις ἐπίστευε
B φίλοις, εὔοδα τὰ τῆς πρὸς τὸν πάπαν ἱκετείας καθίστα, καὶ ὁ Κάρουλος ἐκωλύετο. αὐτὸς δὲ καὶ πλέον ὁ βασιλεὺς τὴν πρὸς τὴν ἐκκλησίαν εἰρήνην ἐπισυνδέων, τοὺς μὲν ἐκεῖθεν ἐρχομένους, καὶ μᾶλλον εἰ τῆς ἐκκλησίας ἐκείνης εἶεν, φιλοφρόνως προσίετο, ὡς καί ποτε τὸν Κροτώνης ἐπίσκοπον, ἄνδρα λόγιον ὄντα καὶ διγλωσσοῦντα κατ' ἐπιστήμην τὴν θείαν, ὃν καὶ τῷ πατριάρχῃ πέμπων καὶ κυβερνῶν μετὰ καιρὸν μετημφίαζε πρὸς τὸ Ἑλληνι-
C κώτερον, καὶ ἐκκλησίαν διδόναι οἱ τῷ λόγῳ τῆς ἐπιδόσεως, ὡς σχολάζοντι τῆς λαχούσης, ἤθελέ τε καὶ ᾠκονόμει· κἂν ἐγένετο, εἰ μή γε φωραθεὶς ἐκεῖνος εἰς δύσνοιαν καὶ τῶν ἡμετέρων βλάβην τὸ μὲν καθ' Ἕλληνας ἐστολίσθαι καὶ πάλιν εἶχε, τὴν δὲ βασιλικὴν εὐμένειαν ἀπολωλεκὼς περί που τὴν Ποντοηράκλειαν ἐξω-
ρίζετο. τέως δ' οὖν τῇ ἐκκλησίᾳ οὐκ ἦν ἐμποδὼν κατὰ πᾶν
D ἐκείνῳ συγχρᾶσθαι οὕτως ἔχοντι. ἄλλους δὲ πολλοὺς πλείστους φρερίους ἐδέχετο καὶ πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἔπεμπεν ἀρχιερεῦσι καὶ πατριάρχῃ, ἐκ τῆς προσφορᾶς αὐτῶν κοινωνίας ἐν ψαλμοῖς, ἐν

dudum pulsi per Latinos fuerant. talia simul subinde inculcabat, simul aurum transmittebat ad Cardinales, quae vox Latina Graecae respondet significanti cardines, studens hac arte papam, qui et ipse, quod de Christo dicitur, quasi ostium est, his quasi cardinibus ei affixis in quam ipsi esset utile partem invertere, quod non frustra tentavit, impetrato tum a papa quod petebat, et Carolo ne sibi bellum inferret prohibito. ipse autem interim imperator magis magisque attendebat paci ecclesiae procurandae artiusque stringendae, homines Italicae ditionis, maxime si ecclesiastici essent et Latini ritus, forte Constantinopoli peregrinantes aut degentes benevolentissime admittens adhibensque. id quod observare licuit in episcopo quondam Crotonae, viro literis divinis pererudito et lingua iuxta utraque diserto, quem in patriarchae comitatu collocatum eique commendatum post aliquod tempus sacris Graeci ritus vestibus induit, voleas procuransque ut ecclesia hic ei gubernanda per delegationem, ut solet dici, traderetur; cuius delegationis capax erat, quippe qui eius, quam primum fuerat sortitus, cura et gubernatione liber esset. quod effectum haud dubie fuisset, nisi sub haec ille deprehensus meliri nescio quid inimico animo in nostrum damnum, in vestitu quidem Graeco perseverare permissus etiam postea fuisset, tamen amissa deinde imperatoris gratia exulatum circa Heracleam Ponti missus esset ob nescio quam civilem causam. in qua ipsa eam adhibuit moderationem, ut declararet non obstare se quominus eo, licet exulante suo iussu, ecclesia ad quodcunque utilem putaret uteretur. alios vero Latinos plurimos et in iis saepissime Frerios, humaniter excepit et in ecclesiam misit, ut ibi ab episcopis et patriarcha in omnem libere sacrorum communionem admitterentur, oblationis, psalmodiae, ingressus adytorum, stationum, partici-

www.libtool.com.cn

ταῖς ἐπὶ τῶν ἀδύτων εἰσαγωγαῖς τε καὶ στάσεσιν, ἐν μεταλήψει τοῦ θείου ἄρτου, ὃν ἀντίδωρον λέγουσιν, ἐκ πάντων ἄλλων πλὴν μεταλήψεως (οὐ γὰρ ἔχρῃζον) τὴν εἰς ἐγγύας κειμένην τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνην κατεμπεδῶν τε καὶ προασφαλιζόμενος.

9. Ἔπεμπε δὲ καὶ ἄνδρας ἐκκλησιαστικοὺς πολὺ τὸ ἀξιο- P 246
πρεπὲς ἔκ τε τρόπου καὶ ὀφφικίων ἔχοντας πρὸς τὸν ῥῆγα Φραγγίας, αὐτάδελφον μὲν τοῦ Καρούλου τὸ γένος ὄντα, τοὺς τρόπους δὲ ἥκιστα ἀδελφίζοντα. οἱ δ' ἦσαν ὅ τε τῆς ἐκκλησίας χαρτοφύλαξ ὁ Βέκκος καὶ ὁ τοῦ βασιλικοῦ ἀρχιδιάκονος κλήρου Μελιτηνιώτης. οἷς δὴ καὶ οὐκ ἐκχωροῦν εἰς Βρεντήσιον διαπειραιοῦσθαι καὶ γῇ χρωμένους βαδίζειν, τὴν μὲν μέχρι καὶ Αὐ- B
λῶνος ὁδὸν ἵπποις χρωμένους ὁδεύειν παρεῖχεν, ἐκεῖθεν δὲ νηὸς ἐπιβάντας καὶ θάλασσαν τέμνοντας τὴν ἐς τὸν ῥῆγα, ὅπου ποτ' ἂν εὑρεθείη διάγων, ποιεῖσθαι διαπεραίωσιν. ἦν δέ οἱ ὃ τῆς πρεσβείας σκοπὸς κἀκεῖνον δώροις καὶ λόγοις ὡς δυνατὸν ἐκμειλίσσεσθαι, καὶ παρασκευάζειν εἰρηνικὸν ὄντα ταῖς φήμαις γράφειν μὲν καὶ πρὸς τὸν ἀδελφὸν τὰ εἰκότα καὶ τὸ θράσος ἐκμα- C
λάττειν καὶ τὰς ὁρμὰς ἐκείνου ἀνέχειν. ῥᾷον γάρ, ὡς καί τινα οἴεσθαι, πρῶτον ὄντα καὶ ῥῆγα τετιμημένον ἀρχῆθεν καὶ ἐπὶ μεγαλειότητι ἐξουσίας τιμώμενον, πρὸς δὲ καὶ τοὺς τρόπους εὐθύν, τὸν δεύτερον καὶ χθὲς εἰς ῥῆγα τετιμημένον, πρὸς δὲ καὶ τῇ ἐξουσίᾳ λειπόμενον καί γε σκολιὸν πείθειν· μηδὲ γὰρ ἀπευθύ-

pationis divini panis, quem antidorum vocant, canctis hisce communicationibus (excepta interim sola perceptione sacri calicis: non enim hanc illi quaerebant), quam serio procuraturum se spoponderat et perpetraturum receperat, ecclesiarum pacem iam nunc auspicans et sensim usurpando obstaculaque amoliendo praemuniens.

9. Misit autem et viros ecclesiasticos multae dignitatis, tum merito virtutum tum officiorum auctoritate quae gerebant, ad regem Franciae, Caroli genere fratrem, quamquam utriusque mores minimum inter se germanitatis praeferebant. hi autem fuere chartophylax ecclesiae Veccus et regii archidiaconus cleri Meliteniotes. his cum non liceret recta Brundusium traiicere propter ibi dominantis Caroli metum, praescriptum ut via terrestri Aulonem equitando se transferrent, indeque nave conscensa per altum in Franciam tenderent, illic regem conventuri ubicumque versari eum contigisset. scopus legationis erat regem donis et verbis quantum fieri posset delinire, conarique adducere ipsum, quem fama ferebat pacis esse studiosum, ad suadendum fratri scriptis literis ne bello inquietaret Orientem. erat autem verisimile magnum pondus habituram auctoritatem maioris natu germani, qui rex a principio fuisset tantumque ipsi potentia praestaret, ad haec qui vita rectus et moribus inculpatus haberetur, ad emolliendum animum et feroces impetus fraenandos Caroli minoris natu fratris, qui nuper tantum vocari rex coepisset, angustiasque ac opibus

www.libtool.com.cn

νισθαί ποτε τὸ ὀρθὸν πρὸς τὸ σκολιόν, εἰ δ' οὖν, μηδ' ἀπο-
D σκολιοῦσθαι, ἀλλὰ τὸ σκολιὸν πρὸς τὸ εὐθύ, παρ' ὃ καὶ ἡ
προσηγορία τῆς ποιότητος εἴληπται. εἰ μὲν οὖν πείθοι, ἀλλ'
οὖν ἐντυγχάνειν τῷ πάπᾳ ὑπὲρ Γραικῶν, ἀδελφῶν καὶ αὐτῶν
ὄντων καὶ τοῦ αὐτοῦ ἠξιωμένων ὀνόματος, καὶ οὕτως ἐκκόπτειν
πειρᾶσθαι τὰ κατὰ τῶν Ῥωμαίων τοῦ ἀδελφοῦ μηχανήματα.
ταῦτα τοῦ βασιλέως ἀναθεμένου τοῖς πρέσβευσιν, ὑπὸ μεγάλῃ
θεραπείᾳ λαοῦ τε καὶ βασιλικῶν εἰκόνων καὶ ἐκπωμάτων καὶ
E βαρείας ἐξόδου, ὡς καὶ φανέντας μόνον ἐκπλῆξαι, ἐξῆεσαν. ὡς
δ' Αὐλῶνα φθάσαντες καὶ νηὸς ἐπιβάντες Παχύνῳ ἄκρᾳ Σικε-
λίας προσέσχον, μανθάνουσι πέραν πρὸς Καρχηδόνα, ἣν Τού-
νισιν λέγουσιν, ἀπελθόντα τὸν ῥῆγα τοῖς κατὰ Λιβύην Ἀθίοψι
πολεμεῖν. καὶ δὴ ἐφ' ἡμέραις ἐκεῖσε ναυλοχησάμενοι ἀπαντό-
θεν εὐθὺς Τουνίσεως ἤλαυνον, τὸ Σικελικὸν καταμετρούμενοι
P 247 πέλαγος, ἐφ' οὗ δὴ καὶ ναυαγίῳ χρησάμενοι παρ' ὀλίγον ἤλθον
τοῦ βυθισθῆναι. ὡς δὲ μόλις πολλὰ παθόντες ἀπέβαινον, τῷ
μὲν ῥηγὶ ἐν ἀρρωστίᾳ ὄντι χαλεπῇ προσελθόντες τὰ βασιλικὰ ἐνε-
χείριζον γράμματα· ὁ δὲ ῥὴξ μὴ ἔχων ὅ τι καὶ δρώῃ, τοῦτο μὲν
ἀρρωστῶν τοῦτο δὲ καὶ πολέμοις ἐνασχολούμενος, ἀνήρτα τε
τούτοις τὰ πράγματα καὶ πρὸς τὸ νοσοκομεῖσθαι ἦν. οἱ δὲ καθ'

3. πείθοι· εἰ δ' οὖν, ἀλλ'?

fraterno inferius regnum haberet, denique obliquorum et a recto inflexorum morum homo, quibus dirigendis aptissima esset amussis domestici exempli et late celebrata rectitudo sancti eius regis tam arto illi sanguinis vinculo coniuncti: non enim rectum ad obliqui normam exigendum est (enimvero depravatio haec quidem, non correctio esset), verum obliquitas detorti exaequanda ad rectum, ut sic sua constet regulae ratio ac vis origine indicata vocis a regendo et dirigendo ductae. quod si persuadere fratri non posset, certe ageret apud papam pro Graecis, fratribus et ipsis et eodem Christianorum nomine dignatis, sicque conaretur infringere fratris machinationes in Romanos. his ab imperatore mandatis acceptis, dant se in viam legati comitatu ac satellitio stipati numeroso pariter et ornato, regio ipsi cultu instructuque supellectilis splendidae, imperatoriarum imaginum ac vasorum, ut longo ista portantium tractu caeteraque magnificentia illustris pompae mirificam egredientes urbe attonitis visa populis speciem fecerint. aulonem pervecti, ubi nave illic conscensa Pachynum Siciliae tenuerunt, audiunt transgressum regem in adversum littus prope Carthaginem, quam nunc vocant Tunissim, cum Aethiopibus Africam tenentibus bellare. ergo ibi morati paucis diebus, solventes ad Siculum emetiendum fretum Tunissim versus, navem illo cursu fregerunt, et parum abfuit quin mergerentur. ut autem vix tandem multa perpessi exscenderunt, regi ex gravi morbo decumbenti literas imperatoris reddiderunt, rex incertus quid ageret, hinc quidem morbo urgente, inde belli districtus curis, supersedebat expeditione negotiorum, intentus valetudini

www.libtool.com.cn

ἡμέραν θέαμα ἐώρων ἐλεεινόν, Ἀγαρηνῶν μεταξὺ καὶ Λατίνων. ἔξω γὰρ θαλάσσης ἐπισταφρευσάμενοι Ἰταλοὶ ὀχυρώματι ἐχρῶντο B τῇ τάφρῳ, τὸ μεταξὺ κατέχοντες· Αἰθίοπες δὲ Καρχηδόνι φρουρίῳ τε καὶ ὁρμητηρίῳ χρώμενοι εἶχον μὲν ἐν ἀσφαλεῖ καθῆσθαι, εἶχον δὲ καὶ ὅπῃ παρείκοι θαρρούντως ὁρμᾶν. καὶ συνεχῶς καθ' ἡμέραν διεπολέμουν πρὸς ἀλλήλους, ὡς πλείστους ἀμφοτέρωθεν πίπτειν. ἐπέκειτο δὲ λοιμὸς ἰσχυρός, ἔθνησκον δὲ ἐπασσύτεροι, καὶ ὁ θάπτων οὐκ ἦν, πυραὶ δὲ νεκύων οὐ C καίοντο κατατεθνηώτων. ἡ τάφρος δ' ἐκείνη εὐρεῖά τε καὶ βαθεῖα οὖσα, οὓς ζῶντας ἐτήρει, τούτους καὶ θανόντας ἐδέχετο, καὶ οὕτω πλείστους ὥστε καὶ ἀναχωματοῦσθαι κατὰ μέρη κινδυνεύειν ἀγχωμαλοῦσαν· οὕτω συχνοὶ ἔνθεν μὲν τῷ πολέμῳ ἐκεῖθεν δὲ τῷ λοιμῷ ἔπιπτον. ὁρμὴ δ' ἐκείνοις ἀνέζει ὡς ὑπὲρ σταυροῦ κινδυνεύουσι. τότε καὶ ὁ ῥήξ, ἐπεὶ χεῖρον εἶχε καί οἱ τὰ τῆς σωτηρίας ἀπέγνωστο, ὅσον ἦν χρηματίσας ἐκείνοις, καὶ D δείξας ῥοπὴν πρὸς εἰρήνην ἔχων καί γ' εἰ περιέσται καὶ συγκροτήσων εἰς δύναμιν, ἐκέλευεν ἀναμένοντας ἡσυχάζειν. ἐπεὶ δὲ τῆς ἐπιούσης ἐπέστη οἱ τὸ χρεὼν καὶ ἤδη ὁ ῥήξ ἐτελεύτα, οἱ μὲν ἀμφὶ ἐκεῖνον εὐθὺς ἐνσκευασάμενοι τὸν νεκρὸν ἐκείνου ὡς ἐν πληροφορίᾳ ᾠκειωμένου θεῷ, μύροις ἀλείφοντες καὶ βρώσμασι λε-

curandae. per has moras feriebantur oculi quotidie nostrorum spectaculo luctuoso atrocium et cruentorum Latinos inter Agarenosque certaminum. aliquantum a littore fossam Itali longam duxerant, et quod eam inter ac mare patebat spatii tenebant. Aethiopes Carthagine pro arce usi ad receptaculum tuta, eius fiducia erumpebant audacius in hostes. hinc quotidianae velitationes et pugnae conserebantur, plurimis utrinque cadentibus. grassabatur interim perniciosa pestis, densabanturque mortes, adeo ut funeribus Libitina deesset, superstitibus ad cadaverum sepulturam non sufficientibus. unum scilicet illud ad tragicam Iliacorum malorum faciem deerat, quod pyrae mortuorum non arderent, sed fossa eadem illa profunda et lata, quae vivos tuebatur, defunctos hauriret, tanto iam numero, ut brevi complenda videretur et ad aequalitatem attollenda campi: tam in eam multi quotidie partim hostili caesi ferro, partim lue pestifera extincti devolvebantur. vigebant tamen animis reliqui; et sibi conscii pro crucis gloria periclitari sese, ardorem audaciamque a causa belli trahentes, fortissime adversus quantamvis fortunae iniquitatem nitebantur. rex interim morbo invalescente in eum redactus statum ut de vita eius desperaretur, allocutus tamen legatos est, magnam ostendens propensionem ad pacem inter imperatorem fratremque procurandam. eamque conciliationem pro viribus se promoturum, si vita suppeteret, promisit, expectare interea ipsos et quiescere iubens. ab his dictis postera el dies suprema illuxit. rege mortuo, qui ei adstabant, defuncti cadaver, pro merito animae, quam deo esse carissimam persuasissimum habebant, unguentis delibutum et ahenis ferventibus incoctum pretiosis condiderunt

www.libtool.com.cn

βήτων ἐνέψοντες, τιμίοις χηλοῖς ἐναπετίθουν τὰ λείψανα ὡς τῇ
E πατρίδι ἀνακομίσοντες, οἱ δέ γε πρέσβεις κεναῖς, ὃ λέγεται,
τῶν ὑπεσχημένων ὑπέστρεφον ταῖς χερσίν. ἀλλ' ὁ βασιλεὺς οὐκ
ἠφίει προσμηχανᾶσθαι ἁμαρτὼν τῶν ἐκ τοῦ ῥηγός, ἀλλὰ πολ-
λοῖς ἑτέροις μεσολαβοῦσι πρὸς πάπαν (ἡ γὰρ τοῦ Καρούλου ἐπί-
θεσις ἔπειθε) τὰ τοῦ σκοποῦ διανύειν ἐξ ἅπαντος ἐπειρᾶτο.

Οὐ μὴν δὲ καὶ τῶν εἰς παρασκευὰς κατερραθυμημένως εἶχε
καὶ ἀμελῶς, ὡς ἐκεῖθεν μόνον προσδοκῶν ἀποχρώντως γενή-
P 248 σεσθαι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὡς εἶχε παρεσκευάζετο. (10) εἰσαγα-
γὼν γοῦν ἔξωθεν σῖτον ὥστε πύργους πληρῶσαι τῷ πλήθει, τὸν
λοιπὸν τοῖς πολίταις παρεῖχεν εἰς φυλακὴν ὡς κατὰ καιρὸν αὖθις
ἀντιπαρέξουσιν, καὶ χοίρων ὅλας ἀγέλας, καὶ αὐτοὺς ἐπεμέριζε
τοῖς πολίταις ἀνὰ δέκα καὶ πλέον ἢ καὶ ἐλλεῖπον ἑκάστῳ διδούς,
ὥστε σφάττειν καὶ αὐτοὺς ἀποκερδαίνοντας τὰ ἐντόσθια τὰ τα-
ρίχη τῷ κοινῷ φυλάττειν, ὅπλα τε μυρία καὶ ὀϊστοὺς καὶ ὄργανα
B πετροβόλα, ὁπλοτέχναις καὶ μηχανικοῖς τὸ ἱκανὸν παρέχων,
ἡτοίμαζε. καὶ τὸ ναυτικὸν ἐξήρτυεν ἅπαν. οἰκοδόμους τ' ἐπι-
στήσας πλείονας καὶ ἐπιστάτας ἐδιδύμου τὸ τεῖχος τῆς πόλεως
τὸ πρὸς θάλασσαν· τὸ γὰρ πρὸς τὴν γῆν δεδίπλωτο πάντως.
καὶ λαὸν πλεῖστον καὶ μάχιμον, ὅσον ἀποχρῶντα τοιαύτῃ πα-

loculis, venerandas illas secum in patriam reliquias relaturi. legati vero nihil nisi vacuas, quod dicitur, manus ex tantis promissis repetarunt domum. caeterum imperator per regis mortem spe frustratus sua, non tamen destitit alia ad destinatum via grassari, sed multis aliis apud papam intercessoribus adhibitis (nam ingens a Carolo metus omnia experiri suadebat) impetrare ab eo ut Caroli expeditionem impediret conabatur.

Nec porro idem his conatibus arte Martem avertendi adeo confidendum putavit tanquam haud dubie successum optatum habituris, ut apparatus negligeret bellicos: simul enim providendis in omnem eventum quae ad vim arcendam opus essent, diligentem impendit operam. (10) primum omnium frumentum invexit in urbem tanta copia, ut quod ab horreis publicis et turribus expletis multum adhuc supererat, deponeret apud cives signato numero, repraesentandum ab ipsis pari mensura, quando repeterentur. induxit et numerosissimos suum greges, quos item civibus distribuit, decem cuique plus minusve porcis assignatis. hos qui accipiebant, occidere confestim iubebantur, et intestina quidem sibi habere, membra solida salita publico servare. immensam ad haec comportari curavit armorum omnis formae copiam, iaculorum praesertim, sagittarum ac telorum cuiusvis generis. ballistas praeterea et machinas eiaculandis saxis fieri plurimas iussit, fabris earum artificibus iusta mercede numerata. classem in primis expedivit suam, cunctisque necessariis instruxit. architectis item et structoribus uno tempore adhibitis pluribus, murum urbis qua mare spectat geminavit alio adstructo: nam qui partibus civitatis ad terram versis praetendebatur duplicatus ubique dudum fuerat.

www.libtool.com.cn

ρασκευῇ πολέμου ᾤετο, ἐξ αὐτῆς διέταττεν, ὡς εἰς καιρὸν εἰσαχθησομένους ἅμ' ὅπλοις καὶ δαπανήμασι. πέμπων τε τοὺς μὲν τῶν κατ' αἰγιαλοὺς κατωχύρου καὶ νήσους, τοὺς δ' ἀνέ- C
στειλε. καὶ τὸ ἐν Βλαχέρναις νεώριον οὐκ ἀποδεχόμενος ὡς
5 κατὰ πρόσωπον παρέχον ταῖς ναυσὶ πρὸς τὰς τῶν ἐχθρῶν τὴν μάχην, τὸ δὲ κατὰ πρόσωπον δυσχερὲς εἶναι ὡς ἀντιστατούσας ἰσχυρῶς μάχεσθαι, τὸν ὅμοιον τρόπον καὶ τῷ παλαιῷ νεωρίῳ προσήχθετο (λέγω δὲ παλαιὸν οὐχ ᾧ χθὲς καὶ πρώην Λατῖναι ἐχρῶντο, τῷ πρὸς τῇ μονῇ τοῦ εὐεργέτου Χριστοῦ, ἀλλὰ τὸ
10 πρὸς τῇ πύλῃ τοῦ νεωρίου ἐκεῖθεν ὠνομασμένῃ) ὡς πάντως τοῦ D
κατὰ θάλασσαν κέρατος λιμένος ὄντος καὶ ταὐτὸν ταῖς Ῥωμαίων ναυσὶν ὅσον καὶ ταῖς τῶν ἐχθρῶν διδόντος. ἀλλ' εἰδὼς τὸ κατὰ νώτου γινομένας μάχεσθαι ὅσον θαρραλεώτερον μὲν ἀνδράσιν ἀσφαλέστερον δὲ πράγμασι, τὸ πρὸς τὸν Βλάγκα Κοντοσκέλιον
15 ἀνοικοδομεῖν ἤθελεν, ὥστε γυρῶσαι μὲν μεγίσταις πέτραις τὸν E
κύκλῳ τόπον, ἐμβαθῦναι δὲ τὴν ἐντὸς θάλασσαν, ἄργυρον ὑγρὸν χυτὸν ἐμβαλόντα, ἐποικοδομῆσαί τε καὶ στέγη ταῖς ναυσὶν ἀποχρῶντα, πύλας δ' ἐπιθεῖναι ἀραρυίας ἐκ σιδήρου τῇ ἐν ταῖς P 249
πέτραις εἰσίθμῃ ἔξωθεν, ὥσθ' ἅμα μὲν ἀσφαλῶς ἔχειν τὸν στό-

multitudinem quoque quam maximam fortium et exercitatorum bellis beminum, quantam abunde suffecturam rebatur cunctis simul locis vastae urbis defensandis, iam nunc congregatam certis extra urbem stationibus disposuit, introducendam in tempore cum armis et commeatu, quae foris habuisset. misit etiam per littora et insulas qui maritimos aditus munitionibus praeoccuparent; in quo delectum et iudicium adhibuit, non portum ex aequo cunctorum suscipiendam defensionem censens, navale siquidem Blachernarum non probabat, quod naves, si quae ibi relinquerentur, hostili contra appulsurae classi adversas obiiceret; id quod ad pugnae successum plurium vi summa ex alto invehentium contra pauciores terrae admotas, periculosum existimabat. vetus pariter navale ipsi non placebat. vetus navale voco non illud, quo nuper Latini urbem tenentes utebantur, quod est prope monasterium Christi benefactoris, sed aliud portae vicinum, quae ab illo portae navalis nomen accepit. causa cur hoc displiceret erat, quia totum illud cornu mari praetentum late portuosum est, et parem commoditatem ibi standi hostilibus iuxta Romanisque praebebat navibus. sed intelligens fore utile Romanis navibus posse Latinas a tergo adoriri (sic enim et audacius pugnaturos viros, et rebus securius consultum iri) Contoskelium quod Blancae adiacet reaedificare voluit. itaque locum ambivit muro lapidibus maximis extructo, et comprehensum eo gyro mare profundius effecit, deprimi iubens fundum immisso argento vivo. moli quoque illi muri circularis insedificavit loricam idoneae altitudinis ad naves intus positas tegendas; tum ostio claustri eius catenam ferream imposuit exterius arte commissam foramini ad eam inserendam in saxis vi cavato. hoc consecuturum se putabat isto munimento, ut tutas a vi omni ea statione haberet naves, et ut illae inde

www.libtool.com.cn

λον, ἅμα δὲ καὶ ταῖς τῶν ἐχθρῶν ἀναγομέναις (μὴ γὰρ εἶναι διὰ τὸ ῥοῶδες τῆς θαλάσσης ἵστασθαι) κατόπιν ἐμπίπτειν τὰς ἡμετέρας. ἠσφαλίζετο δὲ καὶ τοὺς ἐπὶ τῆς περαίας Γεννουΐτας, ὡς μὴ συνεπιτιθῶνται στέργοντες τὰς σπονδάς, οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ ἄλλως φυλάττοιντο τὴν πρὸς τοὺς ἐπελευσομένους κοινωνίαν, κἂν ἀπόσχοιντο τοῦ πρὸς ἐκείνους πολέμου διὰ τὸ γένος, ἄλλως B δὲ καὶ παρέσπα καὶ ἰδίους ἐποίει (λυζίους εἶπεν ἄν τις ἐκείνων) ταῖς εὐμενείαις.

Καὶ ταῦτα πράττων καὶ κατασκευαζόμενος πρεσβείας αὖθις συχνὰς ἀποστέλλειν οὐκ ἀπώκνει παρὰ τὸν πάπαν διὰ θαλάσσης, καὶ μᾶλλον ὅτι καὶ συνεχῶς οἱ πάπαι ἀπηλλάττοντο τῷ θανάτῳ. καὶ τὸ τῶν πρεσβειῶν κεφάλαιον ἦ τῶν ἐκκλησιῶν ἕνωσις καὶ τοῦ παλαιοῦ σκανδάλου ἀναίρεσις. συγκρίνων γὰρ C τὸ ἐπὶ τοῦ Λούκα Ἰωάννου συνοδικῶς γεγονὸς παρ' αἰτίαν τοῦ ἀποστέλλειν ἐκεῖθεν καὶ συμμαχεῖν τοῖς ἐν τῇ πόλει ἀποσχέσθαι, ὡς ἑτοίμων τῶν ἡμετέρων ὄντων λειτουργεῖν ἐκεῖσε καὶ μνημονεύειν τοῦ πάπα ταῦτα ὑπισχνουμένου (καὶ ἀπεστέλλοντο δ τε

7. δὲ] τε? 10. ἐπιστέλλειν P.

opportune in hostiles aversas possent erumpere: providebat enim fore ut invehentes sese ad ostium eius portus Latinae naves, adituque prohibitae obice catenae, ibi diu propter maris fluxum consistere nequirent, sicque in eas, simul proras vertissent, nostrae a puppi facile ac tuto possent impetum facere. praeoccupavit quoque renovato foedere ac praemunivit Genuenses habitantes in Peraea, ne Latinis se adiungerent ad urbem simul oppugnandam, sed volentes in fide pactorum perstarent quiescerentque. quinetiam ad quantum posset praevertendum, ne libido eos caperet cum popularibus ipsorum Italis, ubi armati advenissent, aliquam saltem communicationem usurpandi, quo utique impulsura erat eos necessitudo cognationis et generis ac patriae communis, et peculiariter invitatura hostium ab ipsis verisimiliter vim belli temperaturorum moderatio, pellexit blanditiis beneficiisque praecipuos eorum ut clientes sibi et (quod eorum vocabulum est) ligii fierent, hoc singulari professae subiectionis officio ad fidem inconcussam devincti.

Inter haec varie providenda parandaque non cessabat variis subinde missitatis via maritima instare apud papam, urgendo quod coeperat; et quia contingebat frequenti pontificum morte alios ex aliis papas fieri, ut quemque de novo creatum noverat, statim deliniendum per suos sibique ut poterat conciliandum curabat. in capite harum omnium cum papa tractationum ponebatur speciosa illic et optata res, conciliatio ecclesiarum et antiqui scandali amotio. ad hoc ille sic agendum movebatur exemplo e Ioannis Ducae principatu repetito. memoria quippe non ita vetus extabat, Ioanne Duca imperante synodi consensu decretam missamque legationem ad papam, qua nostri profitebantur se paratos obsequi pontifici Romano eiusque in sacra liturgia mentionem rite facere, si is societatem abrumperet cum Latinis urbem Constantinopolim tenentibus, et se illis auxilia non missurum polliceretur. ea legatione functi sunt episcopi duo,

www.libtool.com.cn

Σάρδεων Ἀνδρόνικος καὶ ὁ Κυζίκου Γεώργιος, καὶ ταχ' ἂν ἐγεγόνει, εἰ ἐκεῖνοι κατεδέχοντο) — συγκρίνων οὖν ἐκεῖνο πρὸς τοῦτο, καὶ ἀναγκαστικώτερον εὑρίσκων τὸ νῦν ἢ τὸ πρότερον, ὅσῳ τότε μὲν προσλαβεῖν ἠπείγοντο τὸ μὴ παρ' αὐτοῖς ὄν, νῦν δ' ἀποβα- D
λεῖν τὰ ἐν χερσὶ κινδυνεύουσι, τὰ αὐτὰ προύτεινε καὶ οὕτω τοῖς πάλαι. μηδὲ γὰρ ἄλλως ἔχειν πείθειν τὸν πάπαν ὑπερμαχεῖν τῶν Γραικῶν, εἰ μὴ ταῦτα λέγοι καὶ πράττοι· προσίστατο γὰρ τὸ σκάνδαλον, καὶ τὸ λευκοὺς Ἀγαρηνοὺς εἶναι Γραικοὺς παρ' ἐκείνοις μεῖζον ἤρετο. ταῦτ' ἄρα καὶ ᾠκονόμει διὰ μὲν τῶν τοιούτων εἰρηνικῶν σπονδῶν τὸ σκάνδαλον λύεσθαι, διὰ δὲ τῆς τοῦ σκανδάλου λύσεως ἐπισχεθῆναι τῷ Καρούλῳ τὸν στόλον, διὰ δὲ τοῦ πάλιν ἀσφαλῶς τοὺς Ῥωμαίους ἔχειν καὶ μὴ χθὲς καὶ πρὸ E
τρίτης μόγις ἰδόντας τὴν πατρίδα καὶ δυσχερῶς ἐπανασωθέντας πάλιν ἀφέντας ἐπανακάμπτειν, πρὸς τῷ καὶ ἄλλως ἐξῆφθαι τοῖς πλείστοις κίνδυνον. ταῦτα διανοούμενος πολὺς ἦν καὶ πατριάρ-

1. καὶ post Ἀνδρ. deerat. 5. οὗτος? 12. τοῦ] τούτου?

Sardensis Andronicus et Cyzicenus Georgius. fecissentque nostri quod offerebant, si illi propositam conditionem acceptare voluissent. in hac recordatione celebris facti comparans imperator ambo tempora, reperiebat magis nunc necessarium id consilium videri, siquidem tunc ista maiores nostri paciscebantur ad recuperandum quod non tenebant: modo autem agi de non amittendo quod in manu esset. solet autem maius putari malum perdere quod possideas, quam non acquirere quod tibi debitum existimes. si ergo recte ac prudenter tunc nostri pro spe recuperandi urbem talia promittere potuerunt, quidni nos easdem sine iusta vituperatione paciscamur in praesenti metu eiusdem urbis amittendae; cuius nempe iacturam vitare aliter non possumus? manifestum autem esse non posse ulla ratione agi cum papa spe inducendi eum ad favendum Graecis, nisi prima in fronte tractationis talium rerum promissio certa collocetur: quamdiu enim conciliatio ecclesiarum non ostenditur, perstat scandalum vetus, et conventionis omnis viam obstruit lapis quidam antiquae offensionis, inveterataque Latinis consuetudo Graecos existimandi vocandique Saracenos albos; qui sensus quoad in ipsorum viguerit animis, frustra speretur ullam unquam processuram cuiusvis cum iis concordiae ineundae rationem. quare suo serviens tempori omnino constituit hoc aeternorum dissidiorum semen et necessariae conciliationis unicum obicem tollere, pace conditionibus memoratis paciscenda: scandalo porro amoto, pronum deinde speratu erat non aegre impetrandum ut expeditio maritima Caroli, quae praesertim timebatur, inde impediretur. qua ex re Romanis praesens idemque quantivis pretii fructus existeret, nempe ut firmarentur in secura possessione nuper tanto vix labore recuperatae patriae, neu cogerentur, quod miserrimum idemque non vitabile aliter esset, quam ab heri aut nudius fere tertius revisere coepissent ex tam diuturna tamque dira servitute summa vi receptam dulcissimam patriam, relinquere iterum et in longinqua exilia redire. talia imperator assidue secum reputans, et apud familiares disserens cum continua inculcatione periculi extremi aeque

www.libtool.com.cn

χην πειθών καὶ σύνοδον. οἱ δ' ἀφωσιωμένως οὕτω καὶ ἐπιπολαίως ἀκούοντες πτερῷ, τὸ τοῦ λόγου, τὰ ὦτα πτωμένοις ἐῴκεσαν. οὐ γὰρ ἦν αὐτοῖς ἀντιστῆναι τὸ πρῶτον καὶ ἀπολέγειν τέλεον, ἀλλὰ μένειν καὶ αὖθις ἐν τῇ κυρίᾳ τὴν ἐκκλησίαν ἡγούμε-
P 250 νοι, καθὼς καὶ ἀρχῆθεν εἶχε, καὶ μὴ παρὰ καπήλων κινδυνεύειν κρίνεσθαι καὶ βαναύσων, πρῶτον μὲν οὐκ εἶχον εἰς νοῦν οὕτως ἐν ἀκαρεῖ τελεσθῆναι τὸ παρὰ τοῦ βασιλέως κινούμενον, ἀλλ' ὡς καὶ πολλάκις κινησάντων βασιλέων ἄλλων τὰ περὶ τούτων ἀνακυπτουσῶν αἰτιῶν ἐκωλύετο, οὕτω γενέσθαι καὶ τότε, δεύτερον δὲ ὡς εἰ καὶ μὴ γένοιτο, μὴ ἂν οὕτως ἀρθῆναι μέγα τὸ καθ' ἡμᾶς σκάνδαλον. ἐν τούτοις μὲν οὖν τὰ ἐκείνων. καὶ φρερίοις μὲν καὶ λοιποῖς Ἰταλοῖς ἀγαπητικῶς προσεφέροντο, καὶ
B ὅσον ἦν τὸ κατὰ Χριστιανοὺς οὐ διέσταντο, ἐπὶ δὲ τῷ πλέον

cunctis impendentis, cuius haec una praevertendi offerretur via, multus item erat in suadendo ista tum patriarchae tum synodo. illi autem etsi obiter haec potius ac perfunctorie quam libenter audiebant, prae se tamen tunc tulerunt gratam eam sibi iucundamque inferri mentionem, velut ea ipsorum demulcerentur aures; quod falso simulabatur, longe ab arcanis discrepans sensibus. verum illis ut non placebat negotium, ita nec suppetebat praesens animus ad obstandum coram in os principi contra nitenti, cuius gratia ac verecundia obaexie constricti acquiescentium speciem praebebant. utcunque illis certum erat perstare deinceps quoque in semel adita possessione auctoritatis independentis, qua ecclesiam, ut prius, ab omni absolutam alieni primatus subiectione se fixum habebant tuituros, ne cauponum et illiberalis sortis homuncionum subiici unquam ipsos (quod abominabantur) iudicio contingeret. dissimulare autem in istis initiis tuto se putarunt posse, primum quia nunquam ipsis in mentem venit uno sic momento consummandam rem, quam movere incipiebat imperator, verum eventurum nunc quoque confidebant quod saepe aliis alias imperatoribus idem aggressis usu venerat, nempe ut disturbaretur per sese negotium, sponte natis, ut fit, in ipso tractationis decursu offensionibus colliden-tium sese votorum studiorumque inter partes longe diversis utrinque praeoccupatas affectibus et sensibus; unde in plenum effectum sincerae concordiae perduci tractatio nunquam posset. deinde quia vel si forte conventio partium assensu coaleseeret in pacta utrinque stipulata, haud secuturam tamen unquam opinabantur ex parte Graecorum executionem propter alte impressam animis nationis illius universae aversionem a ritibus moribusque, ac praesertim imperio spirituali auctoritateque in rebus ecclesiasticis superiori agnoscenda Latinorum; ex qua iras odiaque in tantum exarsisse dissidiorum aeternorum incendium videbant, cui bona fide restinguendo nullam suffecturam appareret qualiscunque conciliationis inter capita partium, quantavis sancitae religione, reverentiam. ei fiduciae ecclesiae tunc nostrae principes indormientes, praeterquam, ut dixi, placide admiserunt primam illatam ab imperatore mentionem subiectionis papae profitendae, ultro etiam, quasi auspicantes concordiam, Frerios et reliquos Itales, qui tunc Constantinopoli versabantur, benevolentia non vulgari amplecti deinceps affectarunt, communionem sine discrimine admittentes eorum in omnibus quae Christianam religionem attinebant; et si

www.libtool.com.cn

οὐδ' ἐγνωσμάχουν, μαμάκουθοί τινες ὄντες (ἢ τί ἂν εἴποιμι;) ἀναισθήτως τῶν πραττομένων ἔχοντες. ἔδει γὰρ ἀρχῆθεν ἐπέχειν καὶ ἀντισπᾶν μὴ καταδεχομένους, κἂν ὅ τι γένοιτο, εἴπερ τῶν ἀπηγορευμένων ἐνόμιζον τὸ τελούμενον. ἀλλ' ἐκεῖνοι τὴν ἐκκλησίαν ἔχειν ἐν ἀσφαλεῖ οἰόμενοι, ὡς προείρηται, καθ' ὅ τι καὶ πράξοι νομισθὲν συμφέρον, ἡσύχαζον, καὶ κινουμένων παρὰ C βασιλέως τῶν τοιούτων (ἐπὶ πολὺ γὰρ ἐτρίβετο τὸ κινούμενον) κατημέλουν καὶ ὡς οὐδὲν ἐνόμιζον.

11. Τέλος τοῦ κατὰ Συρίαν Γρηγορίου, ἀνδρὸς διαβε- P 251 βοημένου εἰς ἀρετὴν καὶ ζηλωτοῦ τῆς ἀρχαίας τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνης καὶ ὁμονοίας, εἰς τὸ παπικὸν προσκληθέντος ἀξίωμα καὶ ἤδη τὴν ἐπὶ Ῥώμης ἐκ Συρίας ἀνύοντος, γίνεταί οἱ ἐνθύμιον (ἤκουστο γὰρ ἐκείνῳ κἀκ τῶν τοῦ βασιλέως μηνυμάτων πρὸς πάπαν ὡς τὴν εἰρήνην τῶν ἐκκλησιῶν αἱροῖτο) πέμψαι πρὸς βασιλέα, καὶ φιλικῶς μὲν τὰ πρῶτα ἐκεῖνον ἀσπάσασθαι, ἅμα δὲ B καὶ δηλῶσαι τὴν κλῆσιν, καὶ ὡς τῆς εἰρήνης ἐκτόπως τῶν ἐκκλησιῶν ὀρέγοιτο, κἂν βούλοιτο τοῦτο καὶ ὁ βασιλεύς, οὐκ ἂν ἐν

13. κἀκ] καὶ P.

quid plus exigeretur, haud se praefracte repugnaturos prae se ferebant, nimium simplices quidam ac stulti (quid enim dicam lenius?) qui non sentirent quid ageretur, et quem in exitum ab his principiis pronus lapsus esset, prae mentis hebetudine non prospexerint. oportuerat enim a primis iam tum initiis obstitisse acriter ac clare reclamasse, denunciando neutiquam se accepturos aut ratam unquam habituros conventionem ullam, qua dudum apud ipsos sancita de praerogativa suae sedis deque aliis dogmatibus ac ritibus, ab usu sensuque Latinorum abhorrentibus, rescindi vel infirmari quoquomodo viderentur. illi autem in tuto mansuram salvis suis privilegiis ac iuribus ecclesiam, quidquid imperator istis molitionibus utilitatis intuitu praesentis efficeret, arbitrati, ut dictum est, quieverunt, vel ipso illo quodam tacito silentii suffragio comprobare visi quae imperator movere de talibus inceptabat. nec processu ipso negotii per lentas tracti moras excitati sunt, stolide securi per opinionem falsam, qua coepta eiusmodi nunquam ad finem provehenda persuasum habebant.

11. Dum haec agitantur, Gregorio qui erat in Syria, viro late celebrato fama virtutis et insigniter studioso antiquae ecclesiarum pacis atque concordiae, tandem in papalem dignitatem vocato et e Syria Romam iam ad hoc proficiscenti, venit in mentem mittere ad imperatorem certos homines cum literis, qui eum primum a se benevolentissime salutarent, indicarentque sui vocationem ad papatum, denique declararent ingenti se ardere desiderio procurandae pacis ecclesiarum et firmae inter eas conciliandae concordiae. quocirca significarent, si pari studio teneretur imperator (audierat enim Gregorius quid ab ipso moveri coeptum de hoc genere fuisset, quidque iam super ea re decessori suo papae Clementi mandandum a se curasset), nunquam ei fore commodius tempus eius ne-

www.libtool.com.cn

ἄλλῳ γενέσθαι κάλλιον ἢ αὐτοῦ γε τὴν παπικὴν ἀξίαν κατέχοντος. ταῦτα τοῦ Γρηγορίου διὰ φρερίων διαμηνυσαμένου, δῆλον ἦν
C ὡς ὁ μὲν κρατῶν κατὰ δειλίαν τὴν πρὸς τὸν Κάρουλον τὴν εἰρήνην ἐζήτει, ὡς αὐτῆς γε μὴ οὔσης μηδ' εἰς νοῦν φέρειν ἐκείνην πώποτε, οἱ δὲ περὶ τὸν Γρηγόριον δι' αὐτὸ τοῦτο τὸ τῆς εἰρήνης καλὸν καὶ τὴν τῶν ἐκκλησιῶν ἕνωσιν. μηδὲ γὰρ δίκαιον μηδ' ὅλως εὔλογον ἔθνη τοιαῦτα ἐπὶ μικροῖς τισὶ διαφέρεσθαι, ἀλλ' ἢ ἀποδούμενον τὰς αἰτίας τὸν αἰτιώμενον εἰρηνεύειν παρέχειν τοῖς ἀδελφοῖς, ἢ μὴν ἐν τοῖς ἰδίοις ὀφφικίοις εἶτ' οὖν προνομίοις ὅτῳ'
P 252 ἑκάτερον μὴ οὕτω διαφόρως ἔχειν καὶ ἀκηρύκτως ἀλλήλοις ἀπεχθάνεσθαι· ἀρκεῖν γὰρ ἀμφοτέροις τοὺς ἐχθροὺς τοῦ σταυροῦ, ὧν τὸ τέλος ἀπώλεια, καὶ ἀγαπητὸν ἀποχρώντως φέροντας ὄνομα τοῦ Χριστοῦ πρὸς ἐκείνους μάχεσθαι, ὅπου καὶ τὸ νικᾶν ἐπαινετὸν καὶ τὸ ἀποτυγχάνειν σωτήριον, ἔργῳ τὴν προθυμίαν δείξασιν. οὕτω μὲν οὖν πρὸς ἀλλήλους ἔχοντες βασιλεὺς καὶ Γρηγόριος, ὁ μὲν ἤϊεν εἰς τὸ πρόσω τὴν χειροτονίαν δεξόμενος, βασιλεὺς δὲ πολὺς ἦν ἐντεῦθεν τῇ συνόδῳ ἐπέχων καὶ τὸν πατριάρχην Ὧ-
B πευτικῶς ὑπερχόμενος ὑποκλίνειν καὶ ἀνύειν τὸ σπουδαζόμενον·

gotii tractandi quam se papalem obtinente dignitatem. talia cum Gregorius imperatori per Frerios denuntiasset, manifestum fuit imperatorem quidem per pusillanimitatem solum, metu consternatum apparatuum Caroli, ad istud procurandae pacis ecclesiarum consilium appulisse animum, nullam unquam absque hoc foret, rei talis cogitationem suscepturum: Gregorium vero in idem studium incumbere sola captum eius rei honestate, quod videret quantum boni ex ea conciliatione redundaturum in publicam felicitatem foret, reputaretque nec iustum nec conveniens esse tales ac tantas gentes exiguis causis in aeternas implicari simultates, quantoque conducibilius futurum esset, quaecumque ipsarum in culpa deprehenderetur, eam bona fide emendare ac purgare crimen suum, sublataque offensione praebere fratribus pacem, vicissimque acceptam sincera mente colere; aut certe si post disquisitionem constaret nihil in utravis esse quod iure culparetur, perseverare tranquille ambas in propriis unamquamque officiis ac ritibus usu legitimo statutis, nihil alteri succensentem, nec internecinis, ut hactenus, invicem odiis contentionibusque commissas implacabilium et exitiosarum utrique discordiarum funem decere. sufficere quippe utrisque hostes crucis, quorum finis interitus. abunde, inquam, ac multo plus quam sit satis suppetere gentium infensarum, in quibus oppugnandis qui Christi nomine censentur virtutem suam bellicam experirentur, quibus bellis et vincere gloriosum et vinci salutare est propter ingentem mercedem illis qui suum studium, opera etiam successu cassa, ostenderint a deo fidelissime repraesentandam. sic invicem affecti animis imperator et Gregorius, hic quidem coepta via progrediebatur, ordinationem percepturus suam; ille autem multus erat in ambienda synodo eblandiendoque patriarchae consensu in ea quae cogitabat, passim commemorans et cunctis subinde inculcans, esse Gregorium per-

www.libtool.com.cn

εἶναι γὰρ καὶ ἄνδρα τῆς εἰρήνης τὸν πάπαν καὶ ἐπιθυμίας τῆς χριστιανος. μετ' οὐ πολὺ δὲ καταστάντος τοῦ Γρηγορίου πρέσβεις ἐκεῖθεν καταλαμβάνουσι τὸ Βυζάντιον, καὶ οἱ πρέσβεις φρέριοι, ὧν εἷς ἦν Ἰωάννης Παράστρων ὠνομασμένος, πολίτης ἀρχῆθεν καὶ ξυνετὸς τὰ ἐς γλῶσσαν Ἕλληνα, ᾧ δὴ καὶ ζῆλος ἦν ὑπὲρ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν ἑνώσεως, ὡς ἐκεῖνος λέγων παρίστα, C ὥστε καὶ πολλάκις κατεύχεσθαι ἑαυτοῦ αὐτίκα θάνατον, ἢν μόνον προβαίη τὰ τῆς εἰρήνης, ὃ δὴ καὶ γίνεται ὕστερον. ταῦτ' ἔλεγε, καὶ ταῖς ἀληθείαις σπουδαστὴς ἦν τῆς εἰρήνης θερμότατος, ὥστε πολλάκις καὶ παραβάλλων πατριάρχῃ τε καὶ τῇ συνόδῳ κατελιπάρει καὶ ταύτην ἐπίσπευδε, τὰ μὲν καθ' ἡμᾶς ἐκθειάζων, ὥστ' ἐνίοτε καὶ ὅτε ὁ πατριάρχης λειτουργοίη, αὐτὸν ἀποτιθέμενον τὴν καλύπτραν, οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ συλλαμβάνοντα, εἰσέρχεσθαι τὰ ἄδυτα, καὶ παρὰ τὸν τυ- D χόντα ἀρχιερέα ἱστάμενον τὰς μυστικὰς συναναγινώσκειν εὐχὰς μετὰ πάσης ἐνθουσιότητος. τοῖς μὲν οὖν ἡμετέροις οὕτω κοσμίως καὶ εὐλαβῶς προσεφέρετο, πρὸς δ' Ἰταλοὺς ἀφορῶν καλὸν εἶναι καὶ ἀσφαλὲς ἔλεγεν ἀφεμένους τῆς προσθήκης εἰς σκάνδαλον προειμένης τοῖς ἀδελφοῖς οὕτως εἰρηνεύειν. εἰ δ' οὖν, καὶ αὖ-

19. προσκειμένης?

studiosum hominem pacis, et vero instinctum desiderio boni publici ac splendoris rei Christianae universae. paulo post a iam inaugurato et in sede Apostolica rite constituto Gregorio eodem adfuerunt Constantinopoli legati Frerii, quorum unus erat Ioannes Parastron nominatus, origine civis noster, prudensque ac disertus Graeca lingua. hic et verbo affirmabat et factis prae se ferebat ingenti se studio flagrare conciliandae inter discordes ecclesias pacis, adeo ut saepe audiretur optare atque imprecari sibi mortem tanquam nihil censenti sibi restare amplius quod in vita cuperet, si modo contigisset procedere feliciter ad desideratum finem negotium quod tractaretur pacis; cuius et compos voti deinde factus est. haec ille loquebatur, et revera promotor erat ardentissimus ecclesiasticae concordiae, adeo ut saepe de negotio tractans cum patriarcha et synodo patres illos vehementissime oraret, ut quae suarum essent cuiusque partium in rem studio communi conferre ne gravarentur, res interim nostras magni faciens, usus, inquam, ceremoniasque nostri ritus dilaudans et veneratione palam prosequens summa, ita ut interdum sacrum faciente patriarcha, nudato ipse capite caeteraque adhibita significatione infimae reverentiae suis secum comitibus assumptis ingrederetur adyta, et coram quocumque illic reperto adstans praesule mysticas simul cum eo legeret preces cum omni fervore religionis. et ille quidem erga homines nostri ritus ita pie decoreque se gerebat: Italos autem praesentes intuens, aequum et tutum aiebat esse dimisso eos amotoque additionis ad symbolum scandalo cum fratribus, quos viderent coram, Graecis conciliari, vera ita demum coalitura pace. simul tamen admonebat nostros, par esse ipsos quoque quas Latini allegarent additamenti symbolo inserti excusationes non aspernari, sed potius ut idoneas satis accipere. qui autem omni

www.libtool.com.cn

τοὺς ἀπολογουμένους ἐπὶ τῇ προσθήκῃ δίκαιον δέχεσθαι, ὥστε
E καὶ τοὺς μὲν λέγοντας ἐκ πατρὸς υἱοῦ τε, ὑμᾶς ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι, παραπληκτίζειν καὶ ἄμφω εἰς θεοῦ μυστήρια παρακύπτοντας. ἐκεῖνος μὲν ταῦτ' ἔλεγε καὶ συσκιάζων τὸ ἐπὶ τῷ συμβόλῳ τόλμημα, πρέσβις ὢν καὶ προύργου μᾶλλον παντὸς τὸ πρεσβευόμενον θέλων ἀνύτειν· οἱ δὲ τῆς ἐκκλησίας καλὸν μὲν ἔλεγον τὴν εἰρήνην εἶναι, καὶ πῶς γὰρ οὔ; καὶ μᾶλλον ἐκκλησίαις τοιαύταις, κεφαλῆς λόγον ἐχού-
P 253 σαις τοῖς ὁπουδήποτε τοῦ εἰρηνάρχου Χριστοῦ μαθηταῖς, πλὴν μετ' ἀσφαλείας καὶ οὐχ ὡς ἔτυχεν· εἶναι γὰρ τὸν κίνδυνον μέγαν τοῖς τοῦ ὀρθοῦ ὁπωσοῦν ἁμαρτάνουσι. "καὶ τοῦτο οὐχ ἡμῖν ἄρτι ξυνέβη πεπρᾶχθαι, ὡς καὶ αἰτίαν ἔχειν τοῦ τε καινοτομεῖν ἃ οὐδεὶς πρότερον, καὶ τοῦ μὴ θέλειν μεταβάλλειν πάλιν εἰς ὃ καὶ πρὶν ἦμεν· ἀλλ' ἄνδρες μεγάλοι τὴν ἀρετὴν καὶ σοφοὶ τὴν γνῶσιν περὶ τούτων λαλήσαντες διηνέχθησαν, καὶ δόξαν ἐκείνοις διέστησαν. τὸ δὲ καὶ εἰς πλέον τὴν ἔριν ἐκτείνεσθαι τοῦ μετρίου
B οὔτ' ἐκείνοις ἦν θελητόν, καὶ τοῖς πλεονάζουσιν ἀμαθὲς ἄλλως καὶ τολμηρὸν ὁ πλεονασμός. πλὴν τὸ καὶ ἡμᾶς τὴν προσθήκην

2. ὑμᾶς] ἡμᾶς δὲ?

reiecta compositione, invicta utrinque pertinacia, in contentione perstare vellent, vociferantes hinc quidem ex patre filioque illinc autem ex patre per filium procedere spiritum sanctum, nullo iurgiorum fine, eos, quicunque essent, insanire pariter aiebat, et inverecundos scrutatores mysteriorum dei, ultra quam fas esset humanae infirmitati, curiosos in profunda divinitatis immittere oculos. hac ille ancipiti ambas in partes oratione, misuere obumbrando tegereque conabatur invidiam temere attentatae additionis ad symbolum, pro suo videlicet legati, hoc est sequestri mediatorisque inter invicem adversos, officio a munere; in quo sane fungendo fide optima diligentiaque summa versabatur, nihil non experiens, nihil tanti ducens, quod pro spe assequendi legationis sanae scopi libenter pacisci recusaret. ad ea porro ecclesiae nostrae procures in hunc modum respondebant. "honestam sane ac expetibilem pacem esse, quis hoc quidem neget? praesertim inter ecclesias adeo conspicuas, quaeque haud debile capitum instar haberent aestimatione universorum, qui ubivis terrarum degunt, discipulorum Christi principis pacis. verum pacem istam secure ac tute, non autem quomodocumque conciliandam. magnum enim impendere periculum a recto in utramvis partem aberrantibus. quod ad hanc conventionem mutari a nobis vultis, non recens aut nunc primum institui contigit a nobis, quibus ideo iure impingatur crimen aut usurpatae audaci novitate rei quam nemo prius attentaverit, aut obstinatae recusationis eo redeundi ubi antea eramus: sed viri magni virtute, doctrina sapientes, ista multum inter se tractata constituerunt in hunc modum, et dogmatis summa constantia tenendi eis auctoritatem indiderunt. quod autem inde secutum est, ut contentio in rixas immodicas erumperet, nec ipsi voluerunt, et culpa eius omnis imperitis et audacibus ultra fas hac

www.libtool.com.cn

προφέρειν ὑμῖν τόπ' ἂν χώραν εἶχε καὶ δικαίως ὀνειδιζοίμεθα, εἰ
ὑμᾶς ἢ ἀσεβείας, τὸ χείριστον, διὰ τὴν πρόσθεσιν
ἐγραφόμεθα, ὡς ὁμοίως καὶ ἡμῶν ἀσεβούντων διὰ τὴν προσθή-
κην τὰ ὅμοια. ἐπεὶ δὲ τὴν ἐπὶ τῷ συμβόλῳ προσθήκην ἀποτρε- C
πόμεθα, ὡς μὴ καλὸν ἄλλως ὂν μηδ' ἀσφαλὲς τὸ σύνολον κα-
τησφαλισαμένοις ἐπεγχειρεῖν, κἂν ἐντὸς λέγοιεν τοῦ ὀρθοῦ, ποῦ
δίκαιον ἡμῖν προτείνειν τὰ ὅμοια; τίς γὰρ ἡμῶν ἐτόλμησε πώ-
ποτε οὕτως ὡς λέγεις μετὰ προσθήκης ὁμολογεῖν; καλὸν οὖν καὶ
συμφέρον τὴν εἰρήνην σε σπεύδοντα τῶν ἐκκλησιῶν οὕτω πειρᾶ-
σθαι συνιστᾶν ταύτην, σοφῶς οἰκονομοῦντα παρ' Ἰταλοῖς τὴν
τοῦ σκανδάλου ἀφαίρεσιν, κἂν ἡμεῖς ὦμεν οἱ αἰτιώμενοι τοῦ D
σκανδάλου, δικαίως ἡμῖν ἐπιπλήττοντα ὡς ἑτοίμοις οὖσι δέχε-
σθαι τὴν ἐπίπληξιν. εἰ δὲ παρ' ἐκείνοις τὸ σκάνδαλον ἔβλαστεν,
ἀνάγκη πνευματικὸν ὄντα καὶ πρεσβεντὴν τῆς εἰρήνης ἐκείνοις
ὠθεῖν πειρᾶσθαι τὸ ἐπὶ τῇ καινοτομίᾳ τοῦ συμβόλου ἁμάρτημα."
οὕτως ἔλεγον οἱ τῆς ἐκκλησίας, καὶ οὕτως εἶχον ὡς οὐδὲν ἀκου-
σόμενοι βασιλέως, εἰ προστάσσοι ἐν τούτοις, καὶ εἴ γε τὰ μέ- E
γιστα ἀπειλεῖ.

in parte excedentibus imputanda est. caeterum quod querimini culpari vos a nobis ob additamentum symboli, tunc querela haec locum haberet, et iuste id nobis exprobraretur, si alienae aut, quod pessimum, falsae impiaeque doctrinae vos propter istam additionem accusaremus. tunc enim iure causaremini nos dogmate per additionem indicato relicto, quod vobis falso impingeremus, impietatis crimen vere consciscere. cum autem non dogma in additione reprehendamus, sed contendamus tantum universim nec probabilis nec securi exempli rem esse, immutari praeficienter aliquid aut adiungi scriptis prius editis et cum summa consideratione tum aeterna firmitate stabilitis, quantumcumque quod mutatur aut additur intra recti fines sistat, eoque dumtaxat nomine vestram istam additionem reprobemus, quo iure in hoc quidem causari potestis paria nos in hoc genere peccare, cum a nemine, quod sciatur, nostrum fando unquam sit auditum professionem fidei cum ulla tali adiectione recitatam. bonum igitur conveniensque fuerit te conciliare pacem ecclesiarum sincero, quemadmodum prae te fers, studio conantem eam potissimum eo perveniendi viam insistere quae rectissima ad scopum istum est, nempe ut Italos pro tua et sapientia et auctoritate gratiaque apud ipsos satagas adducere ad scandalum amovendum, positum utique ab ipsis, utcumque id factum a nobis falso criminentur. nam si penes nos scandali obiecti vere culpa resideret, merito nos obiurgares et patienter reprehensionem exciperemus, quod sumus parati facere quoties primus nobis consciis merui reprehendi. si vero scandalum ab illis ortum est, oportet te, cum spiritualis sis et tractator pacis, amovere ab illis conari crimen temere praesumptae novitatis in immutatione symboli." sic loquebantur ecclesiae proceres; et sic comparati erant, ut imperatorem audituri non essent, quidquid circa haec iuberet, etiamsi gravissima quaeque minaretur.

www.libtool.com.cn

Ἀλλ' ὁ βασιλεὺς ἅπαξ τοῦ τοιοῦδε σκοποῦ γενόμενος, οὐκ οἶδα εἰ θέλων ἢ καὶ προσβιαζόμενος, ὃ δὴ κἀκείνοις μὲν ὑπεκρύπτετο, ἡμῖν δ' ἐνεφάνιζε, φόβους παραπλέκων καὶ πολέμους καὶ χεθησόμενα αἵματα, ἀμεταθέτως εἶχε κἂν ὅ τί τις ἔλεγε.
P 254 (12) μιᾶς γοῦν συνιόντων περὶ τὸν βασιλέα τοῦ τε πατριάρχου καὶ τῶν ἀρχιερέων καί τινων ἐκ τοῦ κλήρου, ἐμβριθέστερον σφίσι περὶ τῶν προκειμένων ὁ κρατῶν διελέγετο, συνείρων μὲν καὶ τοὺς φόβους συνήθως, οὐ μὴν δὲ ἀλλ' οὐδὲ πάμπαν ἐπισφαλὲς ἐδείκνυ τὸ γενησόμενον. εἶχε γὰρ καὶ τοὺς ὑποβάλλοντας, τοὺς ἀμφὶ τὸν ἀρχιδιάκονον λέγω Μελιτηνιώτην, τοὺς ἀμφὶ τὸν πρω-
B ταποστολάριον Γεώργιον τὸν Κύπριον, καὶ τρίτον, εἰ καὶ μὴ οὕτως ὡς τούτους, ἀλλ' οὖν ἀφωσιωμένως καὶ ἐπιπολυίως, τὸν ῥήτορα τῆς ἐκκλησίας Ὁλόβωλον. καί γε λαμβάνων καὶ ἀπ' ἐκείνων τὰς τῶν ἱστοριῶν συνάρσεις, προυβάλλετο μὲν τὸν Δούκαν Ἰωάννην καὶ βασιλέα καὶ τοὺς ἀμφ' ἐκεῖνον ἀρχιερεῖς καὶ τὸν
C πατριάρχην σφῶν Μανουήλ, ὅπως ἐνεδίδου ἀπελθόντας ἀρχιερεῖς λειτουργεῖν τε καὶ μνημονεύειν, εἰ μόνον ὁ πάπας τῆς πρὸς τοὺς ἐν τῇ πόλει βοηθείας ἀπόσχοιτο. καὶ ἅμα μὲν τὸ κωδίκιον τῆς ἐκκλησίας εἰς πίστιν προεκομίζετο, ἅμα δὲ καὶ τῷ βασιλεῖ τὰ τότε καὶ νῦν πράγματα συνεκρίνετο. προυβάλλετο δὲ καὶ τὰς

9. τοὺς] τὸν P. 10. τοὺς] τὸν P.

Perstabat ille tamen fixus irrevocabiliter in prosecutione istius coepti, haud scio an volens an coactus; quod illis quidem abscondebat, nobis autem indicabat, sermone perplexo praeferens solicitudinem anxiam bellorum impendentium plurimique sanguinis fundendi; quibus malis praevertendis, immutabiliter haerebat fixus in proposito negotii quod coeperat urgendi, quidquid contra quivis allegaret. (12) quadam igitur die cum convenissent apud imperatorem patriarcha antistites et ex clero quidam, instantius iis efficaciusque imperator de pacis negotio disseruit, interens, ut solebat, orationi suae formidines atrocium malorum, quae vitandi ratio haec una offerretur. adiungebat nihil esse periculi in assentiendo Latinis quod cuperent, multis id rationibus demonstrans: habebat enim qui talium ei argumentorum copiam suggererent, auctores studiosos eius pacis, archidiaconum Meliteniotem, protapostolarium Georgium Cyprium, et tertium (quamquam minus ardenter, sed fere dicis causa et superficiarie rem eiusmodi amplectentem) rhetorem ecclesiae Holobolum. proferebat ergo e penu ab iis historiae deprompta memoriae veteris exempla, maxime illud imperatoris Ioannis Ducae et antistitum qui tunc erant simul cum patriarcha Manuële; ut consenserint, promiserintque, missis etiam episcopis qui in haec paciscerentur, communicaturos se Latinis in sacra liturgia et papae mentionem in ea facturos, si modo ille abstineret ab auxilio iuvandis Latinis qui urbem obtinebant. ad cuius rei fidem codex ecclesiae, in quo ea praescripta erant, prolatus in medium est. circa id vero factum disserebat imperator, comparans statum rerum qui tunc erat

www.libtool.com.cn

κατ' ἐκεῖνον ὡς δῆθεν σφῶν γραφάς, πῶς μὴ κατηγοροῦντες ὅλως ἀσεβείας τοὺς Ἰταλοὺς ἠξίουν παραιροῦντας τὴν προσθήκην τοῦ συμβόλου, ἐν ταῖς λοιπαῖς γραφαῖς ἀνάγραπτον ἔχοντας, συνδυένει τοῖς πεφρασμένοις ἀναγινώσκοντας. προύτεινε δὲ καὶ ἐφ' ὅσοις τῶν μεγίστων μυστηρίων οὐ διαστέλλονται Γραικοὶ κοινωνεῖν Ἰταλοῖς οὐδ' ὁπωστιοῦν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκείνων πρὸς P 255
τοὺς ἡμετέρους μετάβασιν ὁμοίαν εἶναι εἰ γλῶσσαν γλώσσης ἤμειβον, Ἑλληνικὴν τῆς σφετέρας. τίνα δ' ἔχει ἀντικανονίαν ἡ ἐπ' ἐκκλησίας ἀναφορὰ τοῦ ὀνόματος, ὅπου γε καὶ μὴ πάπας ὄντας
τοὺς ἄλλους ἀνάγκη μετέχειν τοιᾶσδε τῆς κοινωνίας τοῖς ἐκκλησιάζουσιν συνισταμένους, λειτουργοῦντος τοῦ ἱερέως καὶ τὴν τῆς τριάδος χάριν πᾶσι διδόντος κοινῶς; ἀδελφὸν δὲ καλεῖν καὶ πρῶ- B
τον ἐκεῖνον μείων αἰτία, ὅπου καὶ πατέρα τὸν Ἀβραὰμ ἐκάλει ὁ ἐν τῇ φλογὶ πλούσιος, τόσον ἀπέχων τοὺς τρόπους ὅσον καὶ τὸ
μέσον ἐκείνων χάσμα τῆς ἐκείνων διαστάσεως ἦν μαρτύριον. εἰ δὲ διδοῖμεν καὶ ἔκκλητον, σχολῇ τινὰ τόσην τέμνοντα θάλασσαν τῶν δικαίων ἀμφισβητεῖν. ταῦτα καὶ τοιαῦτα τοῦ βασιλέως λέ- C
γοντος, ὁ πατριάρχης παρὼν ἐκεῖσε καὶ τὰ πιστὰ φέρων τῷ χαρτοφύλακι ὡς αὐτίκα ἐλέγξοντι ἐκ τῆς ἀπ' ἐκείνου βίας καὶ

8. ἀντικανονίαν Possinus: codices κοινωνίαν vel τὴν κοινωνίαν.

cum praesenti. proferebat etiam praescriptas et chirographo munitas de hoc sententias praesulum illius temporis, quas ratas haberi et ut proprias censeri ab ipsis, qui nunc eodem essent loco, debere contendebat, in iis considerari iubens ut patres illi omnino abstinuerint ab arguendis Italis impietatis aut haereseos propter additionem in symbolo attentatam; quam tolli solum a symbolo petebant, indulgentes ut in caeteris et haberetur et quemadmodum caetera legeretur. commemorabat deinde distincte persequens maxima quaeque mysteria, in quibus Graeci communicare Latinis non dubitarent aut vel minimum cunctarentur, iidemque prae se ferrent transitionem ipsorum ad nostros ritus simile quidpiam esse ac si quis linguam cum lingua commutet et Graece prius locutus Latino deinceps uti sermone malit, aut e converso. quid porro habet canonibus adversum prolatio nominis papae publice in ecclesia pronuntiati? utique cum multos, qui papae non sunt, mos obtinuerit et ex usu inducta necessitas impertiendi tali genere communionis, nominatim exprimendo illos dum praesentes in ecclesiae conventu adsunt celebrante sacerdote ac trinitatis gratiam omnibus dante communiter. fratrem autem illum et primum vocare minus habet offensionis, cum patrem Abraham vocet in flamma dives, tantum ab illo distans moribus quantum chaos illud magnum inter ipsos interpositum demonstrabat. si autem et provocationem demus, periculum scilicet est ne quis tam vasto et infesto mari litem illuc secuturus naviget? haec et eius generis alia disserente imperatore, patriarcha praesens, ubi aliquamdiu frustra expectavit ut chartophylax, cui ut erudito et in id argumentum parato fidebat, pro Latinis dicta extemplo re-

www.libtool.com.cn

ἀκουσίως ἀφορισμὸν ἐπιτίθησιν ἑσταμένῳ, ἐφ' ᾧ κατ' ἀνάγκην εἴποι τὰ εἰς κρίσιν ἰδίαν περὶ τῶν Ἰταλῶν. ὁ δ' ἐνσχεθεὶς ἀμφοτέρωθεν, ἔνθεν μὲν τῷ τοῦ βασιλέως φόβῳ ἐκεῖθεν δὲ τῇ τοῦ ἀφορισμοῦ ἐλαβείᾳ, μέσος ἐναπολέλειπτο, καί γε ὁμολόγει τὸ πάθος, ὡς δυοῖν κρήμναται ἀμφοτέρων φόβου καὶ ἐλαβείας, καὶ ὅτι τὰ τοῦ πνεύματος προτιμητέα ἢ τὰ τοῦ σώματος. τότε διαιρῶν ἔλεγεν ὡς οἱ μὲν ἐπί τινι καὶ εἰσὶ καὶ λέγονται, οἱ δὲ οὔτ' εἰσὶν οὔτε λέγονται, οἱ δὲ λέγονται μὲν οὐκ εἰσὶ δέ, οἱ δ' ἀνάπαλιν εἰσὶ μὲν οὐ λέγονται δὲ· ἐν τούτοις τακτέον καὶ Ἰταλούς, μὴ λεγομένους μὲν ἀλλ' ὄντας ἐνόχους αἱρέσει. τοῦτο τὸν μὲν πατριάρχην ἐθάρρυνε πλέον, βασιλεῖ δὲ δεινὸν ἔδοξε καὶ βαρύ. λῦσε δὲ λαψηρὴν ἀγορὴν αὐτίκα, μὴ οἷός θ' ὑπενεγκεῖν τοὺς λόγους· ἀνασεσόβηται γὰρ ἐντεῦθεν ἡ θήρα τῷ βασιλεῖ, καὶ οὐκ εἶχεν ὅ τι καὶ λέξει, ὡς ὑπ' ἀνάγκης ἀληθεύειν δοκοῦντος. ἀλλ' οἱ ἀμφὶ τὸν ἀρχιδιάκονόν τε καὶ τὸν πρωταποστολάριον δίκην σφηκιῶν ὀρμήσαντες ἐνοδίων ἐπεῖχον στερρῶς τῷ Βέκκῳ ὡς κακῶς κρίνοντι, λογίῳ καὶ ταῦτά γε ὄντι καὶ ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς δοκοῦντι φρονεῖν.

P 256 13. Ἡμέρα παρῆλθεν ἐκείνη, καὶ ὁ χαρτοφύλαξ τῷ βασιλεῖ ἀπηχθάνετο, αἰτίας ἐργολαβοῦντι τοῦ βλάψαι. καὶ δι'

13. θύρα P.

felleret, intelligens eum, ne quod promiserat facere auderet, imperatoris contrarium palam sensum studiumque demonstrantis verecundia constringi, tandem invitus licet in necessarium consilium trahitur imperandi ei sub anathematis, si recuset, incurrendi poena, ut quid iudicaret de Italis proferret. hoc imperio perturbatus Veccus est, inter hinc quidem haud molliter urgentem praesentis Augusti metum, inde autem contra stimulantem consciscendi anathematis scrupulum medius in arto deprehensus. itaque huius ipsius confessione angustiae orationem ingressus, ei exordio subiecit sese, cum hinc a saeculari potestate, cuius vis in corpus est, inde a spiritali, quae in animam valet, in diversa propellatur, petius animae consulere velle quam corpori. tum usus partitione sic dixit: "quidam et sunt et dicuntur haeretici; nonnulli neque sunt neque dicuntur; alii dicuntur quidem, sed non sunt; postremo aliqui vice versa sunt, licet non dicantur, tales. in hanc ultimam classem redigendos puto Italos, quippe qui cum haereseos non dicantur rei, revera tamen eo crimine tenentur." ea libera vox magnam adiecit patriarchae confidentiam, perculitque eadem imperatorem, qui non leviter indignans sic ebductum consiliis suis ostium, conventum subito abrupit, cum non haberet in promptu quid reponeret inopinato dicto, cui necessitas ipsa illa, qua fuerat expressum, veracitatis auctoritatem adiungeret. verum archidiaconus et protapostolarius instar irritatorum in trivio crabronum coorti acriter in Veccum in os illi vehementer obsistebant ut male iniqueque iudicanti, quamvis cetera sapiens esset et praestare multis doctrina videretur.

13. In hunc modum transacta eo die res infixum imperatoris animo reliquit gravis in Veccum indignationis aculeum, quo ille stimulante cae-

www.libtool.com.cn

ὑπερβολὴν ὀργῆς τὸν Χοῦμνον προστησάμενος Ἰωάννην ὡς παραπρισβευτὴν ἐκείνου διώκοντος ἔκρινεν. εἰσάγει τε τὴν κατηγορίαν ὁ Χοῦμνος ἐπὶ συνόδου, καὶ ὁ κατηγορούμενος τὴν ὑπόθεσιν παρεγράφετο καὶ τὴν κατηγορίαν ὡς ὑπερήμερον παρεκρούετο, κατηγορίαν λέγων ταύτην καὶ μόνου τοῦ βασιλέως, αὐτὸν δ' B οὐχ οἷόν τε εἶναι μετὰ δεσπότου κρίνεσθαι. ταῦτ' ἔλεγεν ἐπὶ συνόδου στασθεὶς ἐπ' αὐτοῦ τοῦ τόπου οὗ τὸ πρότερον ἐκαθέζετο, τοῦ Χούμνου μέσον ἱσταμένου καὶ κατηγοροῦντος, τῶν δὲ συγκλητικῶν ἀρχόντων, τοῦ μεγάλου λογοθέτου τοῦ Ἀκροπολίτου, τοῦ λογοθέτου τῶν οἰκειακῶν τοῦ Ἰατροπούλου καὶ ἄλλων, συνεδριαζόντων τῇ συνόδῳ καὶ θελόντων κρίνειν ὡς ἐκ προσώπου τοῦ βασιλέως πεμφθέντων. τότε τοίνυν οἱ μὲν ἀρχιερεῖς παρῃτοῦντο C τὴν κρίσιν, μὴ ἔχειν κρίνειν λέγοντες κληρικὸν πατριάρχου, εἰ μὴ αὐτὸς ἐπιτρέψειεν. ὁ δὲ πατριάρχης οὐδ' ὅλως ἐδίδου, ἀλλ' ἅπαξ εὑρὼν συνεργὸν ὑπερμαχεῖν ἤθελεν. ἀπραξία δ' ἐντεῦθεν κατηκολούθει καὶ συνόδῳ καὶ ἄρχουσιν, ὡς εἰπεῖν τὸν μέγαν λογοθέτην τότε καταφερόμενον τῆς συνόδου ὡς ἀπὸ ῥινὸς ἕλκει ὁ χαρτοφύλαξ τὴν σύνοδον, καὶ τί ποιητέον οὐκ οἶδα. οὕτως D ἀποκρουσθέντες ὑπέστρεφόν τε πρὸς βασιλέα, καὶ ἃ συμβεβήκει ἀπήγγελον. περὶ μέντοι τοῦ καθ' αὐτὸν ὁ χαρτοφύλαξ ὑποστελλόμενος, ὡς μὴ δοκοίη προσκρούειν τῷ βασιλεῖ, ἀπελθὼν ἠντι-

sas necandi quaerens eo irae vehementia elatus est, ut apposito ei accusatore Ioanne Chumno dicam male obitae legationis impegerit. detulit autem Chumnus ad synodum id crimen. contra quod Veccus praescribens exceptione falsi etiam delationem ipsam ut seram et intempestivam reiiciendam contendebat, addens satis apparere non Chumni accusationem istam sed imperatoris esse: sibi autem haud tantum suppetere virium opumve, ut litigare cum domino auderet. haec, apud synodum locutus est, persistens in ipso loco ubi prius sederat, Chumno, qui acousabat, in medio stante. intererant synodo ab imperatore missi senatorii magistratus, Acropolita magnus logotheta et Iatropulus logotheta domesticorum, aliique nonnulli considentes una cum patribus. hi porro imperatoris causa magnopere nitebantur, ut delatio acciperetur et iudicium fieret. verum id episcopi recusabant, nefas esse dicentes clericum patriarchae iudicari nisi ipso permittente. patriarcha vero id sese permissurum palam negabat: nactus enim semel ad quod optabat adiutorem, eum omni sibi ope ac contentione tueri decreverat. hic nodus negotio iniectus cum patres synodi, tum quos dixi magistratus, ignaros quid ageréut tenebat. ut tandem exsurgens synodoque excedens magnus logotheta diceret "chartophylax synodum sibi obnoxiam naso quo vult trahit; unde cum hic nobis non satis constet quid facere oporteat, id quaesituri alibi recedimus." ita repulsi redierunt ad imperatorem, et quae contigerant narrarunt. at chartophylax apud se considerans quo statu res essent suae, contrahi animo coepit; et ne temere daocesivisse imperatorem atque in eius offen-

www.libtool.com.cn

βόλει μὴ ἀκαταιτιάτῳ μηνίειν. αὐτὸς γὰρ ἕτοιμος εἶναι καὶ ὀφ-
E φίκιον ἀποθέσθαι καὶ πᾶσαν ἀφεῖναι τὴν πρὸς αὐτὸν πρόσοδον,
κοινωνικὸς δὲ εἶναι τῇ ἐκκλησίᾳ, κἂν ὅ τι πράξοι, μὴ παραι-
τεῖσθαι τὴν βασιλέως χάριν καὶ τοῦτο, ὡς μὴ σχίζειν τὴν ἐκκλη-
σίαν δοκοίη. εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ καὶ εἰς ἔξορίαν πέμπεσθαι, εἰ
P 257 θελητὸν τῷ κρατοῦντι, καὶ τοῦτ' εἶναι πρόθυμος. ὁ μέντοι γε
βασιλεὺς τὴν τῆς ὀργῆς ἀδοξίαν τῷ δῆθεν πρὸς αὐτὸν φιλαν-
θρώπῳ συγκρύπτων, ἀπέπεμπε πρὸς τὰ οἴκοι μηδὲν εἰπών. ὁ δὲ
καὶ εἰς ἔξορίαν προητοιμάζετο, καὶ τὰ αὐτοῦ τῷ σκευοφυλακίῳ
τῆς ἐκκλησίας ἀνατιθεὶς ἱματίων πενιχρῶν ἑαυτῷ προυνόει, καὶ
γε τοὺς ἰδίους φέρων καὶ ἑαυτὸν τῷ μεγάλῳ ναῷ κατεπίστευεν.
ὡς γοῦν οὐκ ἀνυστὰ ἐδόκει τὰ πρὸς ἐκεῖνον τῷ βασιλεῖ τῷ ναῷ
προσφυγόντα, πέμψας βασιλικὰς συλλαβὰς ἐνσεσημασμένας τῷ
B ἐρυθρῷ μεθ' ἁπάσης ἐκεῖνον μετεκαλεῖτο τιμῆς. καὶ ὃς καθυ-
πήκουε, καὶ ἐξελθὼν αὐτίκα εὐθὺ ἅπεισι τοῦ καλοῦντος, καὶ
πρὶν ἐμφανισθῆναι κατέχεται, καὶ εἰς φυλακὴν τὴν τοῦ Ἀνεμᾶ
πύργου τοῖς Κελτοῖς σωματοφύλαξι δίδοται. ὁ μὲν ἐν τούτοις ἦν.
C 14. Ὁ δὲ βασιλεὺς τοῖς περὶ αὐτὸν λογίοις χρησάμενος,
ὧν πρῶτοι καὶ κράτιστοι ὁ ἀρχιδιάκονος καὶ ὁ πρωταποστολάριος
ἦσαν, συντίθησι τόμον καὶ ἀπὸ διαφόρων ἱστοριῶν τε καὶ χρή-

sionem ultro incurrere videretur, eum adiens rogat ne sibi innocenti irascatur. nam se paratum esse vel ad officium abdicandum, renuntiandumque emolumentis et proventibus quae inde perciperet. se quidem esse de cleri corpore: tamen quocunque statu sit, non recusare imperatoris gratiam, quin magni facere ac sibi ambire ipsius ecclesiae causa, ne scindere ipsam videri posset. quodsi gratia se indignum imperator sua iudicans amandare in exilium vellet, etiam ad tantum mali subeundum sese promptum exhibere. haec imperator audiens iram penitus animo conceptam sibi dedecori futuram, si proderetur, ratus, fucata benevolentiae in Veccum specie occultans, remisit hominem domum nullo verbo addito. at ille in exilium se comparabat. et sua familiari supellectile, excepto quem inde sibi ad praesentem providit usum paupertino vestitu, in apothecis ecclesiae deposita, ipse obsoleta veste cum suis asylo magni templi se commisit. quo imperator comperto, haud se iam videns perficere posse quae cogitabat propter religionem loci sacri quo Veccus confugerat, missis regiis literis rubrica insignibus, omni eum honoris significatione ad se vocavit. nec ille recusavit, sed statim exiens ad vocantem recta pergebat. verum priusquam admitteretur, comprehensus est et in carcerem turris Anemae conclusus, Celtis satellitibus custodiendus traditur. et hic quidem in his erat.

14. At imperator eruditione usus doctorum hominum, quos circa se auctores adiutoresque huius negotii habebat, quorum primi valentissimique erant prius memorati archidiaconus et protapostolarius, scriptum composuit ex variis contextum historiis et testimoniis, quibus demonstrare co-

www.libtool.com.cn

σειων ἀκαταιτίατα τὰ κατὰ τοὺς Ἰταλοὺς παριστᾷ, καὶ πέμψας
πρὸς τὸν πατριάρχην τὸν Ἀκαπνίου Ἀρσένιον, ἄνδρα γεραρὸν
μὲν καὶ τίμιον, τὰ δέ γε κατ' ἐκεῖνα τὰ πράγματα ἐπ' ἀμφοτέ-
ραις χωλεύοντα ταῖς ἰγνύαις, δέξασθαι μηνύει τόνδε τὸν τόμον
καὶ κοινὸν πρὸς ταῦτα τὸν ἀπόλογον σχεδιάσαι, πλὴν ἐξ ἱστο- D
ριῶν καὶ γραφικῶν χρήσεων. "τὸ γὰρ ἀπὸ κοιλίας φωνεῖν ἀσθε-
νὲς μὲν ἄλλως καὶ μάταιον· πλὴν δ' ἀλλ' οὐδ' αὐτὸς δέξομαι."
ἐκεῖνος μὲν οὕτω ταῦτα, θαρρῶν ὡς οὐκ ἀποδύσεταί τις πρὸς τὰ
γραφέντα· τὸν γὰρ χαρτοφύλακα ἐν ἀφυλάκτοις εἶχεν, ἐν ᾧ σα-
λεύειν εἶχε τὰ πάντα, νικήσειν ἐκ λόγων ᾤετο. ἀλλ' ὁ πατριάρ-
χης σὺν τῇ συνόδῳ περὶ τοῦ τόμου διασκεψάμενοι, πέμψαντες E
συνῆγον τοὺς μετ' αὐτὸν εἶναι δοκοῦντας. ἦσαν οὖν καὶ ὅσον
τὸ τῆς ἐκκλησίας ἔκκριτον. ἦσαν δὲ καὶ οἱ περὶ τὸν Τερνικικό-
πουλον Ἰωαννίκιον, σχιζόμενοι μὲν τοῦ πατριάρχου περιφανῶς,
ὅμως δὲ τῆς χρείας καλούσης τὰ τῆς μικροψυχίας ἐκείνης χώραν P 258
οὐκ εἶχον. σὺν τούτοις δὲ παρῆν καὶ ἡ τοῦ βασιλέως αὐταδέλφη
Εὐλογία, καὶ πᾶν ὅσον ἦν μετ' αὐτοῖς ἐν μοναχοῖς καὶ λογίοις
ἐξεταζόμενον. οἷς σκοπὸς εἷς ἦν πρὸς τὸν τόμον ἀπολογεῖσθαι

9. ἐν εὐφυλάκτοις ἔχων?

nabatur nullam inesse Latinis haereseos labem. hoc deferri a se curavit ad patriarcham manu Arsenii filii Acapnii, viri gravis et honorati, sed circa istas controversias in utramque, quod aiunt, tibiam claudicantis. hic patriarchae volumen reddens addidit mandare imperatorem ut illud legat, et si quid deinde haberet quod his opponeret ad suae sententiae defensionem, contrario id apologetico scripto complecteretur. caeterum videret ut in eo nihil allegaret nisi ex probatis et fidei non dubiae historiis sententiisque idoneorum auctorum: nam auctoritate propria et quasi Pythonissae instar ex ventre loqui infirmum ad fidem et vanum fore; et diserte iam nunc profiteri Augustum se, si quid tale offeratur, haud acceptarum. haec ita mandabat imperator magnopere fretus invicta, ut putabat, soliditate scripti; nec putans fore unquam ut aliquid plausibiliter excipi contra illud posset, maxime cum securus iam esset a chartophylace, in quo utique partis contrariae spes universa penderet, et a quo videlicet uno iure timeri aliquid in hoc genere potuisse videbatur. itaque sibi certo persuaserat se rationibus et auctoritatibus illo scripto allegatis plane causam evicturum. patriarcha vero consilio habito cum synodo de eo quod circa id scriptum agi oporteret, congregandos putavit eos quos suarum esse partium credebat. erant hi lectissimi quique ac flos delibatus ecclesiae. nec abfuit ab eo numero Ternicicopulus Ioannicius cum suis, utcumque illi palam se a patriarcha separaverant. tamen nunc communi utilitate vocante minutas illas offensiones animorum, causas eius simultatis, seponendas tantisper putaverunt. cum his adfuit et soror imperatoris Eulogia, simulque quidquid in monachis et aliorum ordinum doctis laudatisque hominibus eximium et spectatae claritatis fuit.

www.libtool.com.cn

τῷ βασιλεῖ. καὶ δὴ ἀνεγινώσκετο μὲν ὁ τόμος, ἄλλος δ' ἄλλο τι πρὸς τὸ παρεστὸς τοῖς προκειμένοις ἀντέλεγεν. ἐπεὶ δὲ καὶ χρεία ἦν συμφρασθῆναι τοὺς λόγους καὶ εἰς ἕνα συντεθήσεσθαι τόμον, καὶ ἐζητεῖτο ὁ συνθησόμενος, ἀνεδέχετο μὲν τὸν ἔργον
B ὁ Ἰασίτης Ἰώβ, εἶχε δὲ καὶ ἄλλους καὶ μᾶλλον τὸν συγγραφέα τῶν τοιούτων ἐμὲ τῶν ἐννοιῶν συλλήπτορας. καὶ μετ' οὐ πολὺ ὁ τόμος ἐξείργαστο, ὃν δὴ καὶ κοινῶς ἀναγνωσθέντα πάλιν τοῖς ὅλοις, καὶ ὅσον ἦν πρὸς τὸ εὐσχημότερον μεταπλασθέντα, ὡς μὴ λυποίη σκληρῶς ἔν τισιν ἔχων τὸν ἄνακτα, μετ' αὐτοῦ δὴ τοῦ Ἀρσενίου πέμπουσιν. ὁ μέντοι γε βασιλεὺς δεξάμενος τὸν
C ἀπόλογον καὶ ἀκριβῶς διελθὼν ἐπεὶ ἔγνω πολλῷ λελειμμένος τοῖς λόγοις, καὶ εἴπερ ἐμφανισθείη, αἴτιος αἰσχύνης ἑαυτῷ γενησόμενος, τῷ δοκεῖν ὑπὸ περιφρονήσεως καὶ οὐ κατὰ δειλίαν, ὡς ἦν ἀληθές, περιορᾶν, ὑπερηφάνει, καὶ ἀνεβάλλετο τὴν ἀνάγνωσιν.

Οὕτως οὖν ἐκκρουσθέντες οἱ περὶ τὸν βασιλέα τῆς ἐγχειρήD σεως ἄλλως ἔγνωσαν ὑπελθεῖν τὸν Βέκκον ἐν φυλακαῖς. (15) τεμάχια γὰρ ἐκ βίβλων συλλέγοντες ἱερῶν, ἐπεὶ καὶ λογίῳ ἀντικαθίσταντο καὶ λόγοις ἦν ἀνάγκη πείθειν, λόγους γοῦν ἁγίων, ὅσοι

horum unus erat animus, et conspirans in id ardor incumbebat, ut scriptum concinnaretur volumini ab imperatore misso contrarium. ad eam rem visum opportunum recitare cunctis audientibus imperatoriam scripturam; et ut quodque ex illa caput auditum esset, continuo quemque proferre quae forte occurrerent utiliter in contrarium alleganda. negotium deinde colligendi cuncta et in unum diversa digerendi suscepit ad id delectus Insites Iob; qui et alios habuit adiutores eiusque participes laboris, in primis huius historiae auctorem. omnes hi collata diligentia in ordinandis collocandisque apte variorum sensibus, brevi tempore volumen confecerunt, idque conscriptum in communi coetu cunctis audientibus legerunt, unoquoque admonente si quid mutandum aut temperandum censeret, in id maxime universis intentis, ne quidquam in eo relinqueretur aculeatum aut durum, quo imperator offenderetur. denique opus elimatum quantum satis est visum, per eumdem Arsenium ad imperatorem mittunt. is eo accepto et attente lecto multum se opinione illa falsum egnovit, qua negotium scriptione sua illa mittenda statim conficiendum existimaverat. tamen hunc ipsum praesentem sensum animi dissimulavit, erubescendi, si is enotesceret, necessitatem sic praevertendam putans. publicam vero scripti oblati lectionem differebat contemptu quodam, ut videri volebat: sed vera causa erat eius morae convictionis metus, superciliosi obtentu fastidii velatus.

Tali consiliorum successu repulsus ab optatis imperator et qui cum eo sentiebant, alia sibi grassandum via statuerunt, Veoco ipso intra carcerem tentando. (15) animadvertentes enim hominem, qualis erat Veocus, sapientem ac doctum non alia certius expugnandum videri machina quam argumentis et testimoniis ex ecclesiastica eruditione petitis,

www.libtool.com.cn

καὶ ὑπὲρ Ἰταλῶν ἐδόκουν εἶναι, προύτεινον ἐκείνῳ κατὰ φυλακὴν καθημένῳ. ὁ δὲ λαμβάνων καὶ διερχόμενος ἠρέμα πως εἰς εἰρή- P 259
νην συγκατεκλίνετο. καί γ' ἁπλοῦς ὢν καὶ φιλαλήθης εἰς ἅπαν τῷ μὲν ἁπλῷ ταῖς γραφαῖς καθυπήγετο, ταὐτό γε πάσχων τοῖς ἀποροῦσιν, εἰ μετρίως ἀποροῖεν, ἀπροσδοκήτως τὸ πᾶν οἰομένοις ἔχειν. τῷ αὖ φιλαλήθει οὐκ ἠδόξει ὁμολογεῖν μὴ εἰδέναι μήτε μὴν ἐντυχεῖν. καὶ ἡ αἰτία τὸ ἐφ' Ἑλληνικαῖς σχολάζοντι μὴ θείαις γραφαῖς ἐγγενέσθαι οἱ ἐμμελετῆσαι. θέλειν μέντοι καὶ ἰδεῖν τὰς βίβλους καὶ ἀναγνῶναι ἐπιμελέστερον, ἐφ' ᾧ τῷ νῷ B
τῶν γραφῶν προσέξειν, καὶ οὕτως ἢ πεισθέντα ἀνάγειν ἔχειν ἐπ' ἐκείναις τὸ θάρρος καὶ παγίως ἵστασθαι ἐς ὅ τι καὶ κλίνοι, ἢ μὴ πεισθέντα τὰς αἰτίας ἐμφανεῖς παριστᾶν δι' ἃς μὴ πείθοιτο. ταῦτ' ἔλεγε, καὶ ὁ βασιλεὺς κατένευεν, ἐξαγαγών τε τῆς φυλακῆς τὰς βίβλους εἰς ἀνάγνωσιν παρεῖχεν ἐπὶ σχολῆς.

Τῷ μέντοι γε πατριάρχῃ μέλον ἦν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πρὸς βασιλέα ἀποκρίσεων, μειζόνως ἤδη ἐπιτιθέμενον καὶ γ' ἠρεμεῖν C

ei custodia detento considerandas obtulerunt excerptas ab ipsis sacrorum librorum sententias quae Latinorum causae faverent. eas ille in manus sumptas attente perlegens sensim ad pacem inclinabatur, duabus ad id ei suffragantibus dotibus, candore quodam animi fuci expertis et innato amore veritatis. quarum a priori assequebatur ut, cum simpliciter ac citra praeiudicium suspicionemve fraudis ad cognoscenda quae proponebantur accederet, facile induceretur similitudine veri, passus idem quod mediocriter dubitantes solent, qui levi momento in partem inclinantur alteram, et ubi vel paululum imminutas conspicantur ambigendi rationes, quibus antea in suspenso tenebantur, continuo causas se nactos idoneas rati dubitationis deponendae, tenere se rem ipsam et liquere iam sibi negotium prius obscurum existimant. at altero illo sincero studio profitendae veritatis prohibitus affirmare quod non erat, cum nondum omnem sibi abstersam caliginem sentiret, haud sane simulare sustinuit sibi plane esse perspectum id quod apparere ipsi dumtaxat et prima blandiri specie coeperat: verum nullo tardatus malo pudore ingenue fatebatur se non adhuc clarissime videre quid penitus in re esset, negabatque satis convictam sibi mentem ad ultimum expediendum de controversia tanta iudicium. et causam eius cunctationis ex eo repetebat, quod hactenus saecularibus plurimum intentus literis minus otii studiique tribuisset sacrae scriptorum divina tractantium eruditioni meditandae. quare cupere sese attentius ista cognoscere, librosque ipsos perlegere diligentius, quo ipsa iam penitus introspecta sententia oraculorum aut certo constitueret nihil exceptionis idoneae superesse, quo minus plane confideret irrevocabili amplectendum assensu id ipsum in quod inclinari iam coeperat, aut si non persuaderetur, causas explicaret ob quas haereret. eam viri orationem probavit imperator, et ei continuo e custodia educto libros per otium expendendos praebuit.

Patriarcha interim in acri erat meditatione defixus, disquirens apud sese quid probabilis responsi opponeret argumentis imperatoris, quem pro susceptа palam causa nunc iam vehementer instantem utique nec in po-

www.kitool.com.cn

D μὴ ἐῶντα. (16) ταῦθ' ὁρῶν ὁ μοναχὸς Ἰὼβ Ἰασίτης, καὶ περὶ τὴν γνώμην ὀρρωδήσας τοῦ πατριάρχου, μὴ καθυφείη τῆς ἐνστάσεως ἀπειπών, μηχανᾶταί τι τοιοῦτον ἐπὶ τῷ τὴν γνώμην τοῦ πατριάρχου στηρίξαι. ὑποτίθεται γὰρ γνώμην γράφειν καὶ πέμπειν τοῖς ὁπουδήποτε εὐλαβέσιν ἀνδράσιν εἰς πληροφορίαν δῆθεν, προστιθέντα καὶ ὅρκον ἐφ' ᾧ μὴ κλονοῖντο, ἀλλ' ἀραρότως ἔχειν, ὡς οὐ καθυφείη πιστεύοντας, καὶ οὕτως ἕλξειν ἐκείνους πρὸς τὸ εὐμενέστερον, ὥστε καὶ σχιζομένους τὸ πρῶτον
P 260 δέχεσθαι. τούτοις τοῖς λόγοις ὁ ἱεράρχης πεισθεὶς ἐγχωρεῖ οἱ ἐκτιθέναι τὴν γνώμην, καὶ ἐξετίθετο τὴν ταχίστην. πρὶν δὲ πεμφθῆναι, ἔδοξε τῶν ἀρχιερέων ἀποπειρᾶσθαι, ὡς μάθοι εἰ εἰς τέλος ἀντίσχοιεν. συναχθέντων τοίνυν ὑπανεγινώσκετο μὲν ἡ γνώμη τοῦ πατριάρχου, ἠρωτῶντο δὲ εἴ γε καὶ αὐτοὶ ἐμμένειν ἔχοιεν κατὰ ταύτην. καὶ ὡμολόγουν αὐτίκα, καὶ τὴν γνώμην ἕκαστος ἰδίᾳ ὑπογραφῇ, πλὴν τῶν προνοιστέρων, ἐβεβαίου τε καὶ κατησφαλίζετο. ὡς γοῦν ἐπέμφθη μὲν ἡ γνώμη, ἐν ἀφύ-
B κτοις δ' ἦν ὁ πατριάρχης τοῦ μηδ' εἴ τι καὶ γένοιτο μεταβάλλειν (τοῖς γὰρ ὅρκοις συνείληπτο), δῆλος ἦν καὶ πρὸς βασιλέα λέγων ὡς οὐ ποιήσων οὐδὲ καταπραξάμενος τὴν ἐγχείρησιν. ὁ μέντοι γε

2. παρὰ P.

sterum quieturum satis apparebat. (16) in ea conflictantem meditatione patriarcham conspicatus monachus Iobus Iasita, et non sine causa veritus ut par ad extremum foret eluctandae contrariarum rationum et molitionum instantiae, tale quidpiam machinatus est ad firmandum in resistendi constantia patriarchae animum. suggerit illi consilium scribendae mittendaeque pastoralis ad universos curae suae subditos fideles epistolae, qua et illos admoneret quid tenendum in his esset, et quo efficacius iis persuaderet in commendatis constantiam, iuramento palam interposito sponderet nunquam se deflexurum a rigore semel fixae sententiae, aut eo descensurum, quantumvis a quovis traheretur, ut a quibus iure se suosque abscissos hactenus putasset, eos in communionem acciperet. his Iobi suggestionibus acquiescens patriarcha ei commisit ipsi negotium formandae in eam sententiam circularis epistolae. qua statim composita, priusquam emitteretur, visum patriarchae est experimentum capiendum iudicii de his rebus episcoporum, ut inde perspiceret ecquid sic animati apparerent, ut recte confidi posset eos usque ad finem inflexibiliter in recusandi constantia mansuros. congregatis ergo ipsis lecta est perscripta, ut dixi, a Iobo monacho patriarchae sententia. moxque interrogati singuli sunt an idem et ipsi sentirent, et num certo decrevissent in eo perseverare. omnes statim assenserunt, et cunctorum praeter providentiores paucos propriis firmata subscriptionibus epistola missa quoquoversum est. ea vulgata, constrictoque patriarcha insolubili nexu, ne in ullam circa haec mutationem sese posset relaxare, quippe cui iam non esset integrum a sententia tam publica professione declarata resilire, iurisiurandi utique, religione devincto, is sane prae se ferebat se negaturum imperatori quod

www.libtool.com.cn

βασιλεὺς ἀπογνοὺς οἷον ἐντεῦθεν τῆς ἐκείνου κατανεύσεως (δεινοὶ γὰρ οἱ ὅρκοι κωλύειν) ἐν δεινῷ μὲν τὸ συμβὰν ἡγεῖται (ἐπ' ἴσης γὰρ ἦν αὐτῷ βουλητὸν τὸ προβῆναι τὴν πρᾶξιν εἰς τέλος τῷ μετὰ τοῦ πατριάρχου προβῆναι), ὅμως δ' ἀποκρουσθεὶς ἐκείνου τοὺς ἀρχιερεῖς προσήρχετο ἐμβριθέστερον. ἐν τούτῳ δὲ C καὶ ὁ Βέκκος ἐνσχολάσας ταῖς βίβλοις, καὶ συνορῶν πολλὴν ἐντεῦθεν ἐπὶ τῇ πράξει βοήθειαν, ὡς μηδὲν πλέον τολμησάντων τῶν Ἰταλῶν ἴσως ἢ τὸ ἐπὶ τῷ συμβόλῳ προσθεῖναι, καὶ τὴν τοῦ θαυμαστοῦ Κυρίλλου λέξιν παρῆγεν, ἡμᾶς τε κἀκείνους κατὰ τὸ ἐγχωροῦν συμβιβάζουσαν, τὴν "τὸ ἐξ ἀμφοῖν οὐσιωδῶς ὑπάρχον, τουτέστιν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ," ὡς ἐκείνων μὲν ἐχόντων τὴν ἔκ, ἡμῶν δὲ τὴν διά, καὶ ἀμφοῖν τούτων ἐκεῖνον συμβιβα- D στὴν γίνεσθαι. ταῦτα καὶ πολλὰ τῶν τοιούτων ἰδών, καὶ πρὸς τούτοις τὸν μέγαν Μάξιμον εὑρὼν μαρτυροῦντα, ἐν μιᾷ τῶν ἐπιστολῶν πρὸς Ῥουφῖνον μετὰ πολλὰ οὕτω λέγοντα "ἐξ ὧν οὐκ αἰτίαν σφᾶς τὸν μονογενῆ τοῦ πνεύματος ἀπέδειξαν λέγειν, ἀλλ' ἵνα τὸ δι' αὐτοῦ προϊέναι δηλώσωσι καὶ ταύτῃ τὸ συναφὲς καὶ ἀπαράλλακτον τῆς οὐσίας παραστήσωσιν," ἀδύνατον δ' εἶναι, καὶ τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου κατήκουεν, ἐν τῇ τῆς τριάδος τάξει E

12. τὴν alterum deerat.

petebat, et nunquam consensurum in concordiam ecclesiarum quae tractabatur. quare desperato imperator assensu patriarchae propter iuramenti obstaculum ineluctabile, aestuabat animo, difficilem inde fore negotii exitum providens. nam utrumque ex aequo imperator optabat, et iniri concordiam et in eam consentire patriarcham. tamen inde repulsus ad urgendos episcopos vehementius incubuit. inter haec Veccus lectis libris, cum la iis observasset multa quae conventionem ecclesiarum multo quam putarat expeditiorem ostenderent, quippe cum inde constaret summam demum peccati Latinorum in additamento verbi unius ad symbolum consistere, et quod dogma ipsum attinebat, extaret Sancti Cyrilli testimonium, quod nos et illos in hoc quidem capite conciliabat, illud nimirum quo sanctus ille doctor ait spiritum sanctum substantialiter ex duobus existere, hoc est ex patre per filium; ut iam tota controversia in praepositiunculam redigeretur, nempe ambobus aeque agnoscentibus filii cum patre in spiratione consortium, cum hoc solo discrimine quod Latini ex filio, Graeci per filium procedere spiritum dicerent; quae parva erat et nullius momenti differentia, nihil prohibens quo minus in summa dogmatis consentire ecclesiae viderentur. his, inquam, et multis eiusmodi consideratis Veccus insuper invenit aliud ad eam rem palmare testimonium S. Maximi in epistola ad Rufinum, ubi post multa sic scribit "ex quibus non principium se unigenitum spiritus ostenderunt dicere, sed ut per ipsum procedere significarent, et ea ratione cohaesionem inseparabilis substantiae constituerent." suadebat idem auctoritas magni Athanasii diserte affirmantis fieri non posse ut in trinitatis ordine spiritus agnosceretur,

www.libtool.com.cn

τὸ πνεῦμα γινώσκεσθαι μὴ προοδικῶς ὂν ἐκ θεοῦ δι' υἱοῦ, ἀλλὰ ποιητικῶς, ὡς λέγουσι. τούτοις τε καὶ τοῖς τοιούτοις συγκροτηθεὶς οἷον ὁ Βέκκος ἐφ' ᾧ τὴν ἰδίαν θεραπεῦσαι συνείδησαν, ὑπεκλίνετο πρὸς εἰρήνην. καὶ ὁ βασιλεὺς πολλὴν ἐντεῦθεν ἐλάμβανε τὴν ῥοπήν, πολέμους δὲ τοὺς ἐφεστῶτας καὶ αἵματα ἐκχυθησόμενα προβαλλόμενος, ὅμως δὲ ἐν ἀσφαλεῖ μένειν πράξαντα παρὰ τῶν ἀμφ' αὐτὸν λογίων λαμβάνων. ὅθεν καὶ τοῖς ἀρ-
P 261 χιερεῦσι πολὺς ἦν ἐμπίπτων καὶ καταναγκάζων τὴν πρᾶξιν, ἐγχρονιζόντων καὶ μᾶλλον τῶν πρέσβεων.

17. Ὡς γοῦν καὶ ἔτι ἀνήρτητο τὰ τοῦ πράγματος, καὶ ἦν ἀνάγκη πρέσβεις πέμπεσθαι ἐφ' ᾧ παρ' ἐκείνων τὸ ἀσφαλὲς γενέσθαι, ὡς ἐντεῦθεν μὴ ὑποπτεύειν τὸν κίνδυνον ὑποταγέντας τῇ τῶν ἐκκλησιῶν πρωτίστῃ καὶ ἤδη γνησίους ἐκείνης νομιζομένους, ἐξελέγοντο μὲν οἱ πρέσβεις, οἱ δ' ἦσαν ὁ προπατριαρχεύ-
B σας Γερμανὸς καὶ ὁ Νικαίας Θεοφάνης, καὶ τῶν συγκλητικῶν ὁ μέγας λογοθέτης Ἀκροπολίτης, ὁ προκαθήμενος τοῦ βεστιαρίου Πανάρετος, καὶ ὁ μέγας διερμηνευτὴς Βερροιώτης. οἱ δὴ καὶ ἀνὰ μίαν τριήρη, ἐντεῦθεν μὲν οἱ τῆς ἐκκλησίας, ἐκεῖθεν δὲ πλὴν τοῦ μεγάλου λογοθέτου οἱ ἐκ τοῦ βασιλέως, λαβόντες ἀπή-

16. ὁ deerat.

quin ex deo per filium non progressive sed efficienter, ut loquuntur, existeret. his tandem et horum similibus attente perpensis Veccus, omni iam exempto conscientiae scrupulo, totus ad pacem propendebat. quae res magno incitamento imperatori fuit ad inceptum urgendum. ergo eo iam fidentius illas sibi solitas formidines allegabat, bellorum videlicet, ni concordia iniretur, impendentium cruorisque fundendi, addens nullam esse causam tam necessariae praecautionis omittendae, cum quod ad praevertenda tanta mala petebatur, securum innoxiumque quiddam esset iudicio praestantium theologorum, et ab omni erroris aut culpae periculo remotum. quare multus erat in instando episcopis, iisque omni conatu perurgendis ad negotium conficiendum, expectantibus id ipsum qui aderant a Romano pontifice legatis, et reditum differentium spe tandem obtinendi quod petebant.

17. Hic erat tunc status negotii pendentis. quo articulo rerum iam maturarum atque adeo necessarium visum est legatos ad papam mutuos mittere, quo videlicet tanto securius formidata Latinorum expeditio suspenderetur, praetextu iam dempto Carolo Graecos oppugnandi ut schismaticos, quorum esset in Italia legatio Romanam ecclesiam principem ecclesiarum agnoscentium, ei obsequium profitentium, ac ut suam rite venerantium dominam et matrem. electi ergo in legatos hi sunt, Germanus qui patriarcha fuerat, et episcopus Nicaeae Theophanes, praeterea ex senatoriis magnus logotheta Acropolita, praeses vestiarii Panaretus, et magnus interpres Berrhoeota. his triremes ab imperatore datae sunt duae: unam qui ex ecclesia erant simul conscenderunt, altera regii vehebantur excepto magno logotheta. extulerunt autem secum multa et pre-

www.libtool.com.cn

γονσο, ἐπιφερόμενοι καὶ πολλὰ τῶν ἱερῶν δώρων, στολὰς λέγω καὶ κατάχρυσα εἰκονίσματα καὶ σύνθετα πολύτιμα θυμιάματα, πρὸς δὲ καὶ τὴν τῆς ἐκκλησίας ἐνδυτὴν ἐκ χρυσοπάστου ὄξείας C διὰ μαργάρων, ἣν ὁ βασιλεὺς προσενεγκὼν τῷ θείῳ τεμένει δῶρον ὄντως ἔπαξιον, συγχωρούμενος, ἐπεὶ οὐκ ἔφθασεν ἑτέραν εὐτρεπισθῆναι τῷ μεγάλῳ τῶν κορυφαίων ναῷ, ἀνταλλαγὴν τοῦ γνομένου πρὸς τὸ ὂν οἷον ποιούμενος, λαβὼν ἀπέστελλε καὶ αὐτήν. οἱ μὲν οὖν οὕτως ἀναχθέντες ἀπέπλεον· ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπεὶ οὐκ εἶχε ῥᾷον ἀποσχέσθαι τοῦ πατριάρχου (ἀντείχετο γὰρ D ὡς λεπὰς πέτρας ἐκείνου διά τε τὴν ἀπ' ἐκείνου συγχώρησιν καὶ τὴν πρὸς ἐκεῖνον πληροφορίαν, ὡς ὑπ' αὐτῷ σωθησόμενος), συνθήκας ποιεῖται μετὰ τοῦ πατριάρχου (οἱ γὰρ ἀρχιερεῖς καὶ P 262 μόγις καθυπεκλίθησαν) οὕτως ἐχούσας, αὐτὰν μὲν ἐξελθόντα τοῦ πατριαρχείου ἐν τῇ τῆς περιβλέπτου καθῆσθαι μονῇ, σωζομένων τῶν προνομίων αὐτῷ καί γε μνημονευομένου κατὰ τὸ σύνηθες, ἀπελθόντων δὲ τῶν πρέσβεων εἰ μὲν ἡ πρᾶξις ὁπωσδήποτε διαχωλυθείη, αὐτὸν καὶ πάλιν εἶναι τὸν πατριάρχην εἰς τὸ πατριαρχεῖον ἀνελθόντα, καί γε μετὰ τῶν ἀρχιερέων εἰρηνεύειν, μηδὲν τῶν συμβάντων ὑπολογιζόμενον· εἰ δὲ προβαίη καὶ εὐο- B δοῖτο εἰς τέλος τὸ προτεθέν, αὐτὸν μὲν ἐντεῦθεν ἀργῆσαι πάμπαν, ἄλλον δὲ ἀντ' αὐτοῦ ἐπιστῆσαι τῇ ἐκκλησίᾳ, ὡς μὴ χω-

tiosa supellectilis sacrae dona, stolas, inquam, et aureas effigies, tum composita ex variis speciebus aromatum ingentis pretii thymiamata. ad haec et maioris ecclesiae endyten sive tapetem altaris, rosei coloris, auro illusum, unionibus insertis. hunc imperator, quando est anathemate solutus, divino templo sacraverat, donum revera tali persona et tali ceremonia dignum. receperat autem illum apud se animo curandi ut similis formae alius fieret, a se magno principum Apostolorum templo dicandus. occasione porro invitatus hac proficiscentium Romam legatorum eum ipsis tradidit, compensaturum se abunde recipiens quidquid ecclesiae, subtracto isto ei dudum parto donario, deperire videretur. et illi quidem in hunc modum solverunt Italiam versus. at imperator avelli se a patriarcha haud facile ferebat: ei enim haerebat ut lepas petrae, vel sensu beneficii, quod ab eo se meminisset anathemate solutum, vel antiquo usu et ex eo nata fiducia salutis per eum assequendae. quare illum quoquomodo segregare a causa schismatis studens (alios enim episcopos in suam tandem sententiam pertraxerat) convenit in haec cum illo, ut patriarchali palatio egressus diversaretur in Periblepti monasterio, salvis ei proventibus et honore consueto commemorationis in sacro. quodsi quae res obstaret ne profecti Romam legati negotium conficerent, rediret ille in patriarchales aedes et suae ut prius dignitatis usurparet munia, tumque in communionem reciperet episcopos, nihil illis succensens quod in pacem cum Latinis consensissent. sin coepta ex voto peragerentur, fixo ipso manente in reiectione pacis, quippe cui acquiescere fas sibi non putaret ob iuramentum, tum sane absisteret honore, locumque alteri ecclesiae

www.libtool.com.cn

ρούν ἐκεῖνον εἶναι, τοῖς ὅρκοις προκατειλημμένον. ταῦτα πρὸς ἀλλήλους συνθεμένων ὁ μὲν πατριάρχης κατελθὼν εἰς τὴν τῆς περιβλέπτου μονὴν προσκαθίζει, ἐνδεκάτῃ μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος, δευτέρας ἐπινεμήσεως τοῦ ,ςψπβ' ἔτους, κατέχων καὶ τὰ
C αὐτοῦ προνόμια ἀναφαίρετα· τὰ δὲ τῆς ἐκκλησίας ἔτι ἐν γαλήνῃ ἦσαν, πλὴν τῶν τῆς ἐκκλησίας τεταγμένων εἰς ἄρχοντας.

D 18. Ἐκείνοις γὰρ καὶ λίαν ὑπόπτως ὁ κρατῶν εἶχεν ὡς οὐ συνθησομένοις ῥᾳδίως, καὶ μᾶλλον πολλάκις αὐτοῖς τοῦ Βέκκου διαλεγομένου καὶ προβαλλομένου τὰ τῶν ἁγίων ῥητὰ μὴ πειθομένοις πάμπαν, ἀλλὰ δήλοις οὖσι μὴ καταδεξομένοις, εἰ προβαίη, τὴν πρᾶξιν. ὅθεν καὶ αἰτίας σφίσιν ὁ κρατῶν ἐπλάττετο ὡς πρὸς τὴν πρὸς αὐτὸν δουλείαν ἀφηνιάζουσι, καὶ ὡς ὀνειδίζουσι
E μὲν ἀρχιερεῦσιν ὑποκλιθεῖσι, καταρωμένοις δὲ βασιλεῖ τοιαῦτ' ἀναγκάζοντι γίνεσθαι. ἀμέλει τοι καὶ πρῶτον σφᾶς θωπείας ὑπιλθεῖν ἔγνω, καὶ προσεκαλεῖτο, καὶ τιμητικῶς προσεφέρετο πύλῃ καθίσας καὶ τὰ συνήθη προβαλλόμενος. μηδὲ γὰρ χάριν ἄλλου πραγματεύεσθαι τὴν εἰρήνην ἢ τοῦ δεινοὺς πολέμους ἀνακοπῆναι καὶ Ῥωμαίων αἵματα περιποιηθῆναι ἐκχυθήσεσθαι κινδυνεύοντα. μένειν δὲ καὶ πάλιν τὴν ἐκκλησίαν ἀκαινοτόμητον, μηδὲ τοῦ τυ-
P 263 χόντος παροφθησομένου. τρισὶ δὲ κεφαλαίοις καὶ μόνοις τὸ πρὸς τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίαν πραττόμενον περιστήσεσθαι, πρω-

vice ipsius praficiendo concederet. his inter ipsos conventis patriarcha in Periblepti monasterium migravit die 11 Ianuarii secundae indictionis anni 6782, fruens ibi reditibus suis annuis sine diminutione. sic ecclesiae quidem corpus in quadam tranquillitate erat, non item qui ei praerant.

18. Hos enim valde suspectos habebat imperator, haud facile assensuros autumans, utique cum disserenti plerumque apud eos Vecce, et testimonia sanctorum patrum, quibus fuerat ipse convictus, prepensi, non acquieverant, sed in sententia perstabant, prae se ferentes non accepturos omnino concordiam, si conventum de illa foret. hinc irritatus princeps comminiscebatur quae ipsis impingeret crimina; quasi subiectionem ipsi debitam detrectarent, exprobrarentque episcopis pacem probantibus, imperatorique maledicerent, quod eos in suam sententiam traxisset. prius tamen quam haec persequeretur infestius, blandis eos experiendos suasionibus putavit, si posset delinitos adducere. convocatis igitur iis et exceptis perhonorifice medius considens solita illa sibi et saepius ante allegata memoravit, non alia se moveri causa ad tractandam pacem profitens quam necessaria praecautione imminentium inevitabiliter, nisi de illa conveniret, bellorum atrocium, et pia parsimonia Romani sanguinis, quem aliter immanissime fundendum periculum praesens esset. ne porro dubitarent quin post istam quoque pacem mansura in statu pristino, citra ullam momenti maioris immutationem, foret ecclesia. cordi hoc sibi fore; nec quidquam in ea cura neglecturum sese certo confiderent. tribus demum solis capitulis totum hoc concordiae cum ecclesia Romana negotium

www.libtool.com.cn

τείῳ ἐκκλήτῳ καὶ μνημοσύνῳ, ὧν ἕκαστον εἴ τις ἀκριβῶς σκοποίη, κενὸν εἶναι ἀνάγκη. "πότε γὰρ καὶ παρουσιάσας ὁ πάπας προκαθίσει τῶν ἄλλων; πότε δέ τισι καὶ ἐπέλθοι δίκην ἔχουσι θάλασσαν τοσαύτην ταμέσθαι καὶ τόσον ἀναμετρῆσαι πέλαγος, ἐφ' ᾧ τῶν νομιζομένων πρωτείων τυχεῖν; τὸ δ' ἐπὶ τῇ ἡμετέρᾳ καὶ μόνῃ ἐκκλησίᾳ, καὶ δευτέρᾳ τῇ καθ' ὑμᾶς καὶ μεγάλῃ, τὸν πάπαν μνημονεύεσθαι τοῦ πατριάρχου λειτουργοῦντος, τί ἂν τῇ ὀρθῇ προσσταίη; πόσαις οἰκονομίαις οἱ πατέρες πρὸς ὅ τι γενέσθαι συμφέρον ἐχρήσαντο; καὶ αὐτὸ δὲ τὸ τὸν θεὸν γενέσθαι ἄνθρωπον καὶ σταυρὸν ὑπομεῖναι καὶ θάνατον καταδέξασθαι, ἄλλως ὄντα θεῷ ἀπρεπῆ, εἰ μὴν καὶ θεῷ συνειλημμένῳ σώματι, ἀλλ' οὖν κατ' οἰκονομίαν τὴν ἀνωτάτω γέγονε, καὶ τῶν μὴ πρεπόντων θεῷ σαρκοφόρῳ γενομένων πᾶσα ἡ οἰκουμένη σέσωσται. οὕτω χρῆμα θαυμαστὸν ἡ οἰκονομία. καί γ' ἡμεῖς εἴπερ οἰκονομικῶς τὸν ἐπηρτημένον κίνδυνον φύγοιμεν, οὐχ ὅπως εἰς ἁμαρτίαν λογισθήσεται, ἀλλὰ καὶ προσαποδέξονται οἱ γνώσεως ἄριστης ἐπήβολοι. ὑμεῖς δέ, ἀλλ' ὡς ἀκούω, καὶ ἀρχιερεῖς εἰς τοῦτο συγκατανεύσαντας ἀποστρέφεσθε, καὶ τὴν ἐκκλησίαν πεῤῥῶσθε σχίζειν, καὶ ἡμῖν, ὡς ἤκουσται, καταρᾶσθε. τὰ μὲν οὖν περὶ τούτων ἔστι καιρὸς εὐθετεῖν καὶ πληροφορεῖν καὶ ἀνὰ μέρος πληροφορεῖσθαι· οὔτε γὰρ ἡμῖν εὐπρεπὲς τοιαῦτ' ἀκούειν,

contineri, primatu, appellatione, commemoratione. quorum unumquodque, si quis recte consideret, in vanum abiturum appareat. quando enim venturus Constantinopolim papa primatus istius sui ac praesidentiae praesens sit possessionem aditurus? quem autem putarent causam hic dicentem provocaturum Romam, et tanto intervallo vasti maris, lite illuc sequenda lus ex provocatione cognoscendi asserturum Romano pontifici? memorari autem papam in nostro primario et patriarchali templo, in altero item illo vestro magno, sacris operante patriarcha, quid utique a recto exorbitans videri sapienter aestimantibus queat? an latet prudentes rerum quam obsequiosis accommodationibus consueverint patres libenter redimere publicas utilitates? exemplo utique ipsius dei, non indignum maiestate sua rati accommodare sese nobis usque ad susceptionem humanae naturae, et in eo ipso nostrorum simili assumpto corpore perpessionem crucis et mortis. qua benignissima supremae divinitatis carne indutae ad nostras miserias demissione orbi universo parata salus est. ita mirifica res accommodatio est. nobis igitur adeo non imputabitur ad culpam, si periculum impendens simili accommodatione declinaverimus, ut potius eo nomine peritis rerum et perspicacibus commendandi simus. vos vero etiam episcopos, qui tam iustis adducti causis nobiscum sentiunt, aversamini, ut audio, et ecclesiam conamini scindere: immo nobis, ut fertur, male precamini. his providendi nunc tempus est, et ante omnia explorandi ad liquidum quid vere in re sit, ut et vobis quid nos velimus, et nobis quid vos aut cogitetis aut egeritis, mutuo perspectum plenaque singillatim explicatum notitia constet. neque enim talia vel nobis audire decorum est

www.libtool.com.cn

οὔθ' ὑμῖν ἀσφαλὲς τοιαῦτα λέγειν καὶ φόβον ἐμβάλλειν πολλοῖς ὡς οὐ στησόμεθα ἡμεῖς ἐπὶ τούτοις, ἀλλὰ προσβιασόμεθα ἐφ' ᾧ καὶ ἤδη ἀλλάττειν καὶ ὁμολογεῖν ὡς ἐκεῖνοι λέγουσι. ταῦτα πληροφορεῖν ἔστι καιρός, καὶ πληροφορήσομεν. τὸ δὲ νῦν καὶ βουλῆς τῆς ἐξ ὑμῶν χρῄζομεν, καὶ λεγέτω ἕκαστος ὅ οἱ δοκοίη· μόνον μὴ τῷ οἰκείῳ στοιχείτω θελήματι αὐταρεσκῶν ἄντικρυς, Ε ἀλλ' ἐκκλησιαστικὸς ὢν ἐκκλησιαστικῶς καὶ λεγέτω. τὸ γὰρ κατεπεῖγον ἔν ἐστι, τὸ φυγεῖν κίνδυνον ἀναγκαῖον εἰ ταῦτα πράττοιμεν. ὁπόσον δὲ τοῦτο, καθ' αὑτὸν ἕκαστος ἐννοῶν οὕτω προφερέτω τὴν γνώμην, ὡς ἄνευ ἐκείνου οὔθ' ἡμῖν κινητέα ταῦτα καὶ ὑμῖν τὸ περὶ τούτων ὅλως σκοπεῖν ἀνόνητον." τούτοις καὶ τοιούτοις ἑτέροις τοῦ βασιλέως καταδημαγωγοῦντος τοὺς τῆς ἐκκλησίας προέχοντας, ἐκεῖνοι καὶ ἀπρεπὲς σφίσι καταρᾶσθαι τῷ βασιλεῖ καὶ ἄλλως κινδυνῶδες ἡγοῦντο, καὶ πάμπαν ἐξ αὐτῆς P 264 ἀπηρνοῦντο, καί γε σφᾶς πρὸς τιμωρίας ἑτοίμως ἐδίδοσαν, εἰ ἀληθῶς ἐλέγχοιντο. τὸ δὲ πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς διαφέρεσθαι μὴ εἶναι τῶν ἀπεικότων ἔλεγον· δυσταμένους γὰρ ταῖς πράξεσι τοὺς λόγους ἐναντίους ποιεῖσθαι τῶν λίαν ἀκολούθων εἶναι. πλὴν οὐ κακολογοῦντας, ὡς αὐτοί φασι, καὶ τὴν κατάνευσιν ὀνειδίζοντας σφίσι. γνώμης γὰρ ἰδίας ἕκαστον εἶναι κύριον, καὶ ὃ σή-

vel vobis securum loqui, et falsum incutere populo metum, quasi nos ulterius quam praeferimus simus in hoc pacis negotio processuri, et in animo habeamus mores etiam et ritus nostros commutare cum Latinis ac per omnia idem cum illis profiteri. haec ad liquidum, uti dixi, explorandi nunc tempus est; dabimusque operam ut de iis plane constet. in praesens consilio vestro egemus; quare dicat unusquisque quod ei videbitur. tantum ne nimis indulgeat proprio affectui, sibi unice placens, sed cum sit ecclesiasticus, ecclesiastice loquatur; quod enim nos urget, unum est, effugere periculum, inevitabile ni haec facimus. quantum autem id periculum sit, quisque apud se cogitans aestimet prudenter prius, et sic quid opus facto iudicet dicat. certe nos, absque isto periculo foret, ista non moveremus. inutile autem fuerit vestrum quempiam tota ista de re deliberandi, quasi iam integra, iudicium sumere. his aut huius sententiae verbis cum delinire sategisset imperator praecellentes in ecclesia, illi ante omnia crimen diluere curarunt quo erant insimulati maledixisse principi: id enim valde ipsis indecorum, nec minus aliunde periculosum arbitrabantur. quare id confestim infitiati sunt; et se ad quaevis subeunda paratos supplicia obtulerunt, si vere de hoc convincerentur. dissidere autem sese ab episcopis, qui contrariam amplexi sententiam essent, ultro sunt fassi: sed id non esse inconveniens dixerunt, cum valde esset consequens contrarios eorum esse sensus et sermones, quorum essent facta contraria. caeterum in hoc dissidio versatos citra maledicentiam in adversarios, quidquid ipsi falso quererentur, et citra exprobrationem ullam mutatae sententiae. iudicii enim proprii quemque arbitrum esse; et

www.libtool.com.cn

μερον οὐ δοκεῖ τινί, αὔριον ἴσως στέρξειν καὶ ἀγαπήσειν, οὐ παλίμβολόν τινα ὄντα καὶ κατὰ τὸ τυχὸν ἐκτρεπόμενον, ἀλλὰ λογισμοῖς δουλεύοντα, ἐκείνων μετακλινομένων ἐς ὅ τι καὶ δόξοι συμφέρον καὶ αὐτοὺς πράττειν. καὶ τοῦτο εἶναι τὸ μὴ παρὰ συνείδησιν, ὡς πιστεύομεν. τὸ δὲ περὶ τῶν προκειμένων ἡμᾶς ἐρωτᾶσθαι, πρῶτον μὲν ὡς οὐ μετὸν ἡμῖν τῆς περὶ τούτων σκέψεως ἐκ κανόνων, ὑπ' ἀρχιερεῖ τελοῦσι καὶ ὀφείλουσιν ἕπεσθαι, τί χρὴ καὶ λέγειν; πλὴν ἀλλ' ἕκαστος ἰδίᾳ καθ' αὑτὸν ἐρωτάσθω, καὶ ἴσως φόβος οὐδεὶς τῆς σῆς βασιλείας εἰς βουλὴν προτιθείσης τὸ προκείμενον, λέγειν τὸ παριστάμενον. τότε τοίνυν ἐρωτωμένων ὁ μὲν ἀπέλεγε καὶ τὰ τρία· μηδὲ γὰρ τούτων καταλαβεῖν ὅλως τὴν ἐκκλησίαν ἑνὶ χρησαμένην καὶ μόνῳ, χρῆναι δὲ διατηρεῖν καὶ τοῖς ὀψὲ γενησομένοις ὃ δὴ σφεῖς ἐκ τῶν προτέρων παρέλαβον. εἰ δ' ἐπισείεται κίνδυνος, αὐτοὺς μὲν μὴ χρεὼν φροντίζειν πλὴν μὴν τοῦ εὔχεσθαι, τὸν δέ γε κρατοῦντα μὴ ἀνιέναι μηδὲν τῶν εἰς μέριμναν ἡκόντων, ἐφ' ᾧ ἀκινδύνως τὸν κίνδυνον ἄλλως ἐκφύγοιμεν. ἦσαν δ' οἳ καὶ πρωτεῖον μόνον ἐδί-

B C D

12. χρησομένην P. 17. ἦσαν δ' οἳ] οἳ δ' ἦσαν P.

quod quis hodie non probaverit, cras forte praeferet atque amplectetur, non inconstantia vel fortuita levitate sese versans, sed momenta rationum sequens. credere sese illos antistites, qui sententiam mutassent, aliquid vidisse quo moverentur ad propendendum in partem alteram, fecisseque in eo ipsos quod sibi expedire iudicassent; neque censere ista in re ab ipsis contra conscientiam peccatum. quod vero imperator ipsorum de his sententiam rogaret, ad id sic responderunt, primum sibi per sacros canones non licere deliberare de talibus, qui patriarchae subessent, eiusque sequi iudicium et praeceptis obtemperare deberent. quare non habere se quod in commune dicerent. posse autem quemque privatim interrogari. sic enim metus scilicet nullus tardabit singillatim interrogatos a maiestate tua, ne, quid ipsis in mentem venerit, proferant super iis quae proponentur. fecit hoc statim imperator; et eorum quos privatim audivit, alius tria ex aequo cuncta capitula reiecit, nullum eorum accipi ab ecclesia posse contendens, quae uni supremo capiti patriarchae suo parere didicisset: oportere autem tenere et transmittere ad posteros, quod a patribus accepissent. pericula porro quae impendere dicerentur, sui privati muneris non esse alio modo praevertere quam orationibus pro eorum amolitione deo fundendis. principis vero id solum postulare officium, ut is nihil politicae bellicaeque solicitudinis omittat, quae praecavendis malis et reipublicae ab iis incolumi servandae profutura videatur. erant nonnulli qui duo priora capita, primatum et provocationem, sine magno damno relaxari posse dicerent, quippe quorum neutrum ultra nomen et speciem ad factum procederet, sed sub obtentu vano subiectionis ostentatae, non exhibitae re ipsa, integram nec ullo interruptam usu Graecis servaret iuris hactenus usurpati possessionem. longe ab his diversum vi-

δουν καὶ ἔκκλητον, ὡς αὐτῶν γε καὶ μόνων οἷόν τ' ὄντων ὑποκριθήσεσθαι καὶ σχῆμ' ἕξειν καὶ ὄνομα πλὴν τοῦ πράττεσθαι· μνημόσυνον δὲ μετεῖναι τῷ πάπᾳ δοκοῦντι διαφέρεσθαι, ἐπὶ συμ-
E βόλῳ καὶ ταῦτα πίστεως, μὴ καὶ τῶν λίαν ἀπειρημένων ᾖ. ὁ δὲ Ξιφιλῖνος μέγας οἰκονόμος ὢν τῷ τότε, τῷ γήρᾳ τε καὶ τῇ πρὸς τὸν βασιλέα συνηθείᾳ πισχεύων, καὶ προσελιπάρει σταθεὶς καί γε τῶν γονάτων τοῦ βασιλέως ἁπτόμενος, μὴ ζητῶν ἀναχαιτίζειν ἀλλότριον πόλεμον, ἴδιον καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς προσεπινοεῖν· μηδὲ γὰρ εἰρηνεύσειν πάντας, κἂν ἡμεῖς, φησίν, εἰρηνεύσαμεν.

P 265 19. Ἐν τούτοις τῆς ἡμέρας τελεσθείσης ἐκείνης, ἐπισχὼν ἐφ' ἡμέραις ὁ βασιλεύς, καὶ μαθὼν ὡς ἐν κλύδωνι τὰ τῆς ἐκκλησίας εἰσὶ καὶ εἷς τὸν ἕνα οὐ παραδέχεται ὁ δῆθεν ἀνένδοτος τὸν ὑποκλιθέντα, πρῶτον μὲν σχεδιάσας τόμον σκοπὸν τὴν πρὸς βασιλέα εὔνοιαν ἔχοντα ἐκέλευεν ὑπογράφειν, οὐκ οἶδ' ἐπὶ ποίαν χρείαν πλὴν τοῦ δόξαι σχεῖν τῶν τῆς ἐκκλησίας ὑποσημάνσεις,
B κἂν αἱ ὑποθέσεις τὸ διάφορον εἶχον. κἀκεῖνοι προθύμως ὑπέγραφον τὸ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ τοῦ Θεοῦ, "οἱ εὐλογοῦντές σε εὐ-

3. δοκοῦντι] δοκεῖν τι P. 4. ᾖ P. 8. προσεπινοεῖ?

deri abire tertium de commemoratione papae in sacro. per id enim induci ius in usum, et verba facto sancirl: tum enimvero id concedi quod tam obnixis hactenus studiis recusatum a nostris semper est, ut scilicet palam in nostram communionem admittantur ii quos constat in scripturam publicam, et eam quidem ipsam qua fidei regula traditur, nempe in symbolum, ausu intolerabili peccasse. at Xiphilinus magni tunc oeconomi officium exercens, ea fiducia quam ei auctoritas senectutis et multa cum imperatore familiaritas dabat, cum orare stans aggressus mox etiam procidit coram ad pedes, et genua principis amplexus his eum obtestabatur: "vide etiam atque etiam, domine, ne satagens nimis anxie avertere a nobis externum bellum intestino difficiliori nos implices, cum eoque pacem pariter utramque, ecclesiasticam et civilem, perdas. neque enim vel si nos in hanc pacem convenerimus, in pace illi scilicet cuneti perstabunt."

19. In his illa consumpta die, per aliquot inde consecutas nihil novi Augustus movit. tandem videns tumultum in ecclesia increbrescere factionibus commissis, dum unus alium in communionem non recipit, et qui fixus in antiquo sensu perstat, eum qui novis propositionibus assensit ut profanum aversatur, gliscenti obviam ire malo decrevit in hunc modum. ante omnia scriptum concinnavit quo solum id agere videbatur ut fidem et obsequium imperatori a subditis debitum sibi firmaret. subscribere illi iussit unumquemque, haud scio quem ad usum, nisi forte ut subscriptiones ecclesiasticorum expressisse tandem ipsum fama vulgasset, multi putarent ipsos ad omnia assensos, qui scilicet ignorarent nihil ecclesiasticum eo scripto contineri. promptos se passim ad isti subscribendum formulae ecclesiasticī praebebant, prolixe imperatori bene precantes, verbis illis dei ad Abrahamum "qui benedixerint tibi, sint ipsi benedicti:

www.libtool.com.cn

λογημένοι, καὶ οἱ καταρώμενοί σε κεκατήρανται." ἔπειτα πέμψας τοὺς ἰδίους οἰκίαν ἑκάστου κατεψηλάφα, ὅς τ' αἴτιος ὅς τε καὶ οὐκί. καὶ ἡ πρόφασις, ὡς αὐτὸν μὲν εἶναι τὸν κατασχόντα τὴν πόλιν, καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ καὶ μόνον καὶ τὰς οἰκίας εἶναι, ἀποχαρίζεσθαι δὲ ταύτας τοῖς εὐνοοῦσι, τοῖς δὲ κατά τι C ἀφηνιάζουσι καὶ τὴν χάριν ἀνατρέπειν, δίκαιον δ' εἶναι καὶ τὰ τῶν ὄπισθεν χρόνων ἀναζητεῖν τοὺς ἐνοικοῦντας ἐποίκια. ἀνεκεφαλαιοῦντο παραυτίκα κόσμιά τε παντοῖα καὶ ἔπιπλα καὶ πᾶν ὅτι τις εἶχε, καὶ τὸ μεῖζον ἐκρίνοντο καὶ εἰς καθοσίωσιν. ἡτοιμάζοντο δὲ καὶ φορτίδιες τοῦ ἐξορίζεσθαι τοὺς ἤδη κατακρίτους δοκοῦντας. οὐ μὴν δὲ καὶ μέχρις ἐλπισμῶν τὰ δεινὰ ἦσαν, ἀλλὰ καὶ πείρα τινὲς τῶν δεινῶν μετεῖχον, ὡς τοὺς μὲν εἰς Λῆμνον D τοὺς δ' ἐς Σκῦρον, ἄλλους δ' ἐς Κέω καὶ ἄλλους ἐς Νικαίας πόλιν περιορίζεσθαι, ἄλλους δ' αὖθις τῆς πόλεως τοὺς μὲν ἀκουσίως τοὺς δ' ἑκόντας ἐξορίζεσθαι, ἄλλους δὲ μέχρι Σηλυβρίας P 266 καὶ Ῥαιδεστοῦ, τινὰς δὲ καὶ ἐντὸς τοῦ κατὰ τὸν Φάρον λιμένος γνωσιμαχήσαντας ὑποκλῖναί τε καὶ ὑποστρέψαι.

20. Τούτοις προσκείσθω καὶ τὸ κατὰ τὸν ῥήτορα διήγημα, φοβερὸν ὂν ἰδεῖν φοβερὸν δὲ καὶ παθεῖν, πλὴν οὐκ ἐπὶ τούτου τοῦ καιροῦ γεγονὸς ἀλλὰ πρότερον. συνάπτομεν δὲ τοῖς

qui maledixerint tibi, maledictioni subiaceant." post haec immisit satellitium suum passim in domos scrutatum et contrectatum odiose intima, sine discrimine innocentis aut culpati. allegabat, ex quo ipse urbem ex hoste ceperit, in suum proprium ius transisse domos eius universas. harum porro usum citra pretium indulgere se fidis sibi: suspectis autem et quadam in re sibi parere abnuentibus istam nolle gratiam facere, sed et ex his iure se utentem suo pretium locationis respondens concessae habitationi tot retro annorum repetere. in summam ergo conferebatur pecunia debita pro usu aedium ab annis iam ante multis; et eius praesens solutio exigebatur, idque peracerbe pignoribus statim captis et eo nomine ablata familiari supellectile. ita corradebatur quidquid ornamenti aut pretiosae rei cives in aedibus habebant. naves etiam parabantur, quae illos, qui iam satis eius criminis comperti damnatique viderentur, in varia exilia deportarent. nec iam in minis aut sola expectatione mala haerebant, sed in praesens illorum experimentum miseri trahebantur; quorum aliqui in Lemnum, alii in Scyrum, nonnulli in Ceum, quidam denique in urbem Nicaeam relegabantur. alii passim exterminabantur urbe, vel iussi excedere nominatim vel sponte necessitatem praevertentes, quibusdam, quoad adhuc deliberarent, usque ad Selybriam et Rhaedestum exilio praefinito, nonnullis citra portum qui ad Pharum est; quorum multi malo ad assensum tracti, professique se paci acquiescere, postliminio revocati redibant domum.

20. His addatur narratio de rhetore, atrox quaedam et terribilis etiam spectantibus, multo magis patienti. quamquam haec quidem res non hoc tempore contigit, sed paulo ante. referemus autem hoc loco,

www.libtool.com.cn

δεινοῖς τὰ δεινὰ εἰς τὴν τῆς τότε βίας παράστασιν. αἲ αἲ ὅτι καὶ τοσαῦτα παθόντες τοῖς ὕστερον ἐλθοῦσι μηδὲ φανεῖσι, μὴ λίξασι, μὴ παθοῦσι, μόνον δ' ἀφανείᾳ κρυβεῖσι καὶ τοῦ μηδεμιᾶς
B ἀξιοῦσθαι φροντίδος χάριν, ἀπηνῶς ἐκρινόμεθα, εἶπω δὲ καὶ κρινόμεθα. ὑμεῖς, ὦ οὗτοι, τοὺς τῆς ἐκκλησίας; ποῦ στάντες; ἢ ποῦ βάντες ἢ τί καὶ χρήσιμον ἐνδειξάμενοι; ἀλλ' οὐχ ὑμῖν, τοῖς δὲ δεξαμένοις ἡ μέμψις, καὶ μᾶλλον ὅτι κἀκείνοις ἐπιτιθεμένοις ἐχρώμεθα. ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ τούτων ἄλις, ἡμῖν δὲ καιρὸς τὸ καινὸν διηγεῖσθαι διήγημα.

Ἡμέρα ἦν ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀνακτόροις συνάξεως, καὶ ἡ σύνα-
C ξις ἱερά, καὶ ὅσον ἐν ἱερομονάχοις καὶ ἄλλως ἱερωμένοις καὶ μοναχοῖς πάνδημος. παρῆν δὲ καὶ πατριάρχης καὶ ἅπασα σύνοδος. ἦ δὲ σκέψις περὶ τῆς κινουμένης εἰρήνης ἐκείνης. τότε γοῦν καθεσθέντων, τιμηθέντων δ' ἐπὶ καθέδρᾳ καὶ ἀμφοῖν τούτοιν ὡς συναγωνιζομένοιν τῷ βασιλεῖ, τοῦ τε ἀρχιδιακόνου Με-
D λιτηνιώτου καὶ τοῦ πρωταποστολαρίου Κυπρίου, ὁ ῥήτωρ Ὁλόβωλος ἵστατο, προσδοκῶν τὴν ἀπὸ βασιλέως ἐκχώρησιν. ὡς δ' οὐχ ὡρίζετο ἐπὶ καθέδρας καὶ αὐτὸν ἕζεσθαι, ἐξελθὼν καθῆστο. ἐπεὶ δὲ λόγων κινουμένων καὶ ὁ ῥήτωρ ἐζητεῖτο καὶ χρή-

coniungentes similia similibus, gravia gravibus, in specimen exercitae tunc violentiae. heu, heu miseros nos, quod tanta passi ab his qui posterius venerunt, quorum in hoc toto negotio nec facies visa nec audita vox est; qui quod nihil passi sunt, obscuritati suae vilitatique debuerunt, utique non tanti habiti, ut curare de ipsis aut omnino cogitare dignarentur qui haec movebant. ab his, inquam, nos iudicabamur. et quid dico iudicabamur? nunc quoque iudicamur. vos alloquor, o ecclesiastici, ubi stantes, aut quo progressi, aut quid omnino in communem utilitatem operati? sed vestra haec culpa non est. illi sunt reprehendendi qui ista acceperunt. quamquam est aliud maius quod iis succenseamus. non enim tolerasse vel approbasse contenti quod alii agebant, in partem ipsi iniuriae venerunt; ipsi in nos infesti ruerunt, ipsorum auxiliarem operam nostris oppressoribus navantium experti vim sumus. sed querelarum satis. id potius quod suscepimus agamus: nam rei novae inopinataeque referendae hoc tempus elegimus.

Dies erat ecclesiastici conventus in sacro palatio. in sacrum eum coetum collectum fuerat quantum erat tum in urbe sacerdotum et monachorum. aderat et patriarcha cum universa synodo. deliberationis argumentum erat propositum, pax ecclesiarum illa de qua instituta tractatio fuerat. considentibus iam cunctis, et dignatis honore cathedrae a praesenti Augusto duobus illis, quibus ad id negotium adiutoribus fidis utebatur, archidiacono Meliteniota et protoapostolario Cyprio, rhetor Holobolus stabat expectans ut imperator ipsum quoque iuberet assidere. sed cum id diu frustra expectasset, exiens is in proximo consedit. disputatione mox inchoata requisitus est rhetor, cuius opera praesentis profutura

www.libtool.com.cn

σιμος ἐδόκει ἡ παρουσία ἐκείνου, ἀνεζητεῖτό τε καὶ παρίστατο, P 267
οὐ μὴν δὲ ὥστε δοκεῖν ἡμένης τὰ πρὸς βασιλέα διὰ τὸ ὡς δῆθεν
τῆς ἀτιμίας ἐκείνης ὑπόγυον. ὅθεν καὶ ἐρωτώμενος οὐκ ἀπεκρί-
νετο, καὶ ἐλπιζόμενος τὰ πρὸς χάριν λέγειν, ἐκεῖνος παλινῳδίαν
οἷον πρὸς τὰ πρότερον ποιησάμενος, τὴν ἐναντίαν τῷ βασιλεῖ
δῆλος ἦν βαδίζων ὡς μὴ συνοίσοντος οὐδαμοῦ τοῦ εἰς ζήτησιν
προκειμένου. καὶ εὐθὺς αἴρεται μὲν τῷ βασιλεῖ ὁ θυμός, καὶ
βοὴ ἦν, καὶ ὡς δύσνους ἀεὶ καὶ τῷ φρονήματι ἀλλοπρόσαλλος,
καὶ ὅτι οὐ παρ' ἄλλην αἰτίαν ἀλλ' αὐτὰ τοῦτο τὸ ἀεὶ δυσνοεῖν καὶ B
τὸ ἐπὶ τῆς ῥινὸς πέπονθεν, αἰνιττομένης τῆς ποινῆς ἐντεῦθεν.
ὁ δὲ ἀκράτῳ πάθει φιλοτιμίας καὶ δόξῃ καταφρονήσεως θυμὸν
ἄκαιρον μίξας τὴν τῆς ποινῆς αἰτίαν ἐπαρρησίαζεν· ἦ δ' ἦν,
ὡς ἐκεῖνον λέγειν, ἦ πρὸς τὸν παῖδα Ἰωάννην καὶ βασιλέα εὔ-
νοια. καὶ ὁ μὲν εἶπεν, οἱ δὲ περὶ τὸν βασιλέα ὡς δῆθεν εὐνοοῦν-
τες εἰς χάριν ἄλλος ἄλλοθέν ποθεν ἐκπηδήσαντες διασπᾶν ὥρ-
μων. ἀλλ' ὁ βασιλεὺς ὡς δῆθεν φιλανθρωπευόμενος διεκώλυε, C
καιρὸν εἰς ἐκδίκησιν θεὶς, ὡς ἔδειξεν ὕστερον. ὁ μὲν οὖν ῥήτωρ
τὴν τοῦ κρατοῦντος ὀργὴν ὑποπτεύων τῇ ἐκκλησίᾳ προστρέχει,
καὶ παρ' αὐτῆς ἤλπιζε σώζεσθαι. ὁ δὲ λαβὼν ἐκεῖθεν περιορίζει

6. ἦν] ὢν P.

videbatur. ille accitus adstitit, sed implacido in principem animo, a quo se spretum omissa delatione sessionis penitus indignabatur. ergo interrogatus primo praeter opinionem siluit. urgente vero imperatore, qui eum confidebat in suam, ut antea, sententiam locuturum, ille non dissimulans poenitere se prius actorum, et contrarias imperatori partes deinceps secuturum prae se ferens, libere affirmavit negotium quod proponebatur haudquaquam fore utile videri. perculsus inopinatissimo dicto imperator excanduit, increpavitque hominem magnis clamoribus: nempe illum vociferans exprobrabat non nunc primum sibi infensum, ambiguum iamdudum et in contraria versatilem, non alia magis causa per opposita circumagi quam malevola libidine sibi obstandi, quem pessime odisset. ferre illum istius suae malignitatis stigmata in naso, illi videlicet olim abscisso in poenam aversi animi a principe. ea rhetor audiens elatus inconsulta ira, quam ambitio impotens opinione contemptus irritata ultra fas propulit, veram istius quae sibi nunc exprobraretur poenae causam est liberrime professus, clare dicens se naso multatum, quod Ioanni puero, legitimo imperatori, fidem et benevolentiam debitam praestaret. haec eum locutum, qui circa imperatorem erant, alii aliunde erumpentes, quod sic ei gratificari se putarent, quasi discerpturi petierant. verum eos imperator affectata moderationis specie prohibuit, poenam non condonans, sed in aliud tempus differens, ut postea apparuit. rhetor autem iram imperatoris veritus ad ecclesiam confugit, sacro se asylo ad salutem usurum sperans. at imperator blandis inde illum suasionibus extractum perpulit ut quasi animi gratia in monasterium Hyacinthi se conferret, commodum vi-

www.libtool.com.cn

εἰς Νίκαιαν, ὡς ἐπ' εὐμενείᾳ δῆθεν εἰς τὴν τοῦ Ἰακίνθου ἀποστέλλων μονήν. οὔπω χρόνος τετέλεσται, καὶ κινουμένων τότε τῶν ἡμετέρων, ἐπεὶ κἀκεῖνον ἦκουε τῶν δεδογμένων ἀποστατεῖν, D δεξάμενος καὶ κατηγορίας μὴ προσηκούσας ἐκείνῳ μηδ' ὁπωσοῦν, ἄλλοθεν καιρὸν νομίσας κἀκεῖνον μὲν τιμωρῆσαι ἡμᾶς δὲ δεδίξασθαι ἐκεῖνον εἶναι τὸν πρέποντα, πέμπων ὑπὸ δεσμοῖς ἄγει, καὶ πρῶτον μὲν ἀπηνῶς προστάσσει καὶ ἀπανθρώπως αἰκίζεσθαι, ἔπειτα δὲ τὸν καινὸν ἐκεῖνον θρίαμβον ἀπεργάζεται. σχοίνῳ γὰρ μακρᾷ τῶν τραχήλων κελεύσας ἐκδῆσαι ἐκείνόν τε πρῶτον καὶ τὸν Ἰασίτην Μελίαν δεύτερον καὶ ἑξῆς ἄλλον, ἕως καὶ ἐς δέκα E τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἀνδρῶν ποσωθέντος, ὕστατον δὲ καὶ τὴν ἐκείνου ἀνεψιὰν εἰς τὴν τῶν μαγειῶν δῆθεν ἔνδειξιν, τοὺς μὲν δύο τοὺς πρώτους ὡς καὶ ἐπὶ τῇ ὑποθέσει μὴ κατανεύοντας καὶ ἐγκάτοις προβάτων ἐπιφορτίζει σὺν αὐτοῖς τοῖς ἐκείνων διαχωρήμασι, τὸν ῥήτορα δὲ διαφερόντως καὶ ἥπασι προβάτων κατὰ στόμα κελεύει τύπτεσθαι συνεχέστερον, καὶ οὕτως ἀνὰ τὴν πόλιν ἅπασαν θριαμβευομένους κύκλῳ τῆς ἐκκλησίας περιαγαγεῖν, ἀτιμοῦντας ἐκεῖσε πλέον εἰς φόβου καὶ ἀπειλῆς τοῖς κληρικοῖς ἔνδειξιν.

P 268 Ἐπράττετο μὲν οὖν ταῦτα Ἐλαφηβολιῶνος ἕκτῃ μηνὸς τοῦ ἐπιόντος ἔτους, τοῦ πατριάρχου Ἀρσενίου πρότερον ἢ ταῦτα γί-

delicet diversorium; quo facto hominem humane consulendi specie relegavit Nicaeam, ubi erat id monasterium situm. nondum annus efflaverat, cum inter hasce nostras de concordia ecclesiarum motas ardentius controversias, certis comperto nuntiis imperator Holobolum a priori quod alias ostenderat ludicio pacis istius consilium probante palam iam resiluisse, perindigne id ferens aures facile praebuit calumniatoribus indignas quasdam et a tali viro alienas de Holobolo deferentibus. quare occasionem eam commodam ratus simul invisi capitis uciscendi, simul deducendi nos ab episcopo, quam de eius ut viri praestantis auctoritate doctrinaque praeclaram habebamus, adduci eum vinctum in urbem iubet. hic primum filium crudeliter immaniterque concidi flagris imperat, deinde novi huius spectaculi per civium ora pompam traducit. longum de collo trahentes funem primum Holobolus, secundo loco Iasites Melias, tum alii centum serie virorum decadem explentes, adiuncta undecima muliere, Holoboli eiusdem nepte, ostentui tracta velut maga, per universam urbem et peculiariter circa ecclesiam foede triumpho ducti sunt. et duo quidem priores, quasi videlicet obiecta sibi et satis probata crimina pertinaciter negarent, intestinis ovium ipso adhuc fimo refertis impliciti constique procedebant, addito in singularem Holoboli dehonestationem, ut per totam viam iecinoribus earumdem ovium e ventre recens extractis in facie contiuenter caederetur. quae sic acta sunt non magis ad ignominiam infelicis illius quam ad deterrendos perstantes adhuc in pacis reiectione clericos, quibus hoc exemplo luculenter ostentabatur quantum ipsis in tali proposito perstantibus impenderet mali.

Haec gesta sunt ineunte anno die sexta Octobris, patriarcha Arsenio

www.libtool.com.cn

νισθαι ἡμερῶν ἐξ κατὰ τὴν νῆσον μεταλλάξαντος, εἶτ' οὖν τριακοστῇ Γαμηλιῶνος μηνός. οἱ δὲ τοῦ κλήρου τὸν κίνδυνον σαίσιν αἰωρυόμενον βλέποντες καθικέτευον τὸν κρατοῦντα ἀνεῖναι αὐτοὺς τῆς ὀργῆς ἐφ' ᾧ ἡσύχως καθῆσθαι, μέχρι ἂν οἱ πρέσβεις ἐκ Ῥώμης ἐπαναζεύξωσιν· ἀλλ' οὐ πεῖθον πολλὰ λιπαροῦντες, ἀλλ' ἄντικρυς ἐκρίνοντο τῆς πρὸς βασιλέα καθοσιώσεως, ἣν μή γε τὰ τῆς ὑπογραφῆς τελοῖεν. ὡς δέ τινες εἰς φόβον κατέφευγον τοῦ μή τι καὶ πλέον προσβιασθῆναι, ὁ βασιλεὺς αὐτίκα προστάσσει, καὶ λόγος ἐκτίθεται χρυσοβούλλειος, πλήρης μὲν φρικωδεστάτων ἀρῶν πλήρης δὲ καὶ ὅρκων παλαμναιοτάτων, ἢ μὴν μὴ ἐκβιάσασθαι πλέον, μὴ διαπράξασθαι, μὴ παρεγχειρῆσαι μηδ' εἰς νοῦν βαλεῖν μέχρι καὶ ἐς κεραίαν μίαν καὶ ἰῶτα τοῦ συμβόλου παραγαγεῖν, μὴ πλέον τῶν τριῶν κεφαλαίων, πρωτείου καὶ ἐκκλήτου καὶ μνημοσύνου, καὶ τούτων ἐπὶ ψιλοῖς ὀνόμασι κατ' οἰκονομίαν, ζητῆσαι, εἰ δ' οὖν, ἐξώλη τε καὶ προώλη γενέσθαι καὶ τὰ φοβερώτερα ὑποσχεῖν. ταῦτα γράψας καὶ ὑπογράψας, προσέτι δὲ καὶ βούλλῃ χρυσῇ κατασφαλισάμενος, πέμπει τῇ ἐκκλησίᾳ διὰ τοῦ πρωτασηκρῆτις Νεοκαισαρειώτου Μιχαήλ. ᾧ δὴ καὶ βεβαιωθέντες ὑπογράφουσιν, ἄνευ καὶ τότε τε-

sex prius diebus quam ea fierent in insula mortuos: suprema enim illi dies fuit trigesima mensis Septembris. porro clerici tali edito specimine irae imperatoris, proprii haud vana imagine periculi territi, rogarunt imperatorem breves inducias, et ne in ipsos aut decerneret aliquid gravius aut omnino urgeret, quoad qui Romam missi fuerant inde legati redirissent. sed nihil impetrarunt, quantumvis ardenter orarent. quin eis severe denuntiatum est inexorabiliter damnandum laesae maiestatis, quicumque ipsorum non statim subscriberet capitulis concordiae quae tractabatur. quorum terror minarum cum quosdam in fugam egisset, veritos ne vi maiori cogerentur facere quod aversabantur, iussu imperatoris vulgatum statim eius diploma est, aurea munitum bulla, quo sub imprecationibus diris simis et iuramentis horrificis contestabatur haud in animo sibi esse, ac ne prima quidem cogitatione tenus venisse in mentem, adigere ulterius quemquam aut urgere inducereve ad admittendam vel unius iota minutissimique spicis adiectionem ad symbolum. contentum se omnino fore assensu cunctorum in tria duntaxat capitula primatus provocationis et commemorationis, quae et ipsa nomine solum tenus, necessaria quieti ac securitati publicae accommodatione, concedi cuperet. in haec si obtemperarent, perniciosissima sibi quaeque ac prorsus exitialia mox a se ipsis eventura certum haberent. quas minas quam exaggeratissime atque asseverantissime inculcans intentabat in illo diplomate, quod scriptum et subscriptum, et aurea praeterea munitum bulla, mittit ecclesiae per primum a secretis Neocaesariensem Michaëlem. eo plerique persuasi securique effecti subscripsere, quibusdam tamen adhuc tunc quoque id facere recusantibus; qui propterea in exilium missi, post aliquod tempus resi-

www.libtool.com.cn

νῶν, οἳ δὴ καὶ ἐξορισθέντες, μετὰ καιρὸν συγκαταθέμενοι, κατάγονται καὶ ἑνοῦνται τῇ ἐκκλησίᾳ, οὐδενὸς τῶν τοῦ κλήρου ἐλλείψαντος.

P 269 21. Ἀλλὰ ῥητέον καὶ τὰ τῶν πρέσβεων. ἐκεῖνοι γὰρ παρὰ καιρὸν πλεύσαντες (Κρονίου γὰρ ἀρχομένου μηνὸς ταῖς ναυσὶν ἐμβάντες ἀπέπλεον) πρὸς αὐτῷ τῷ Μαλέᾳ, ὃν καὶ ξυλοφάγον καλεῖν εἰώθασι, λήγοντος τοῦ μηνὸς γίνονται, καὶ τῇ ἐνισταμένῃ τότε μεγάλῃ πέμπτῃ ἑσπέρας ναυαγίῳ χρῶνται δεινῷ. αὐτίκα γὰρ ὤδινε μὲν ἡ θάλασσα, καὶ κατέβαινεν Ἑλλησποντίας λαμπρός, σὺν δὲ νεφέσι γαῖαν ὁμοῦ καὶ πόντον κάλυψε. καὶ

B νὺξ μὲν οὐκ οὐρανόθεν ὀρώρει, ἀλλ' ἦν ταῖς ἀληθείαις νὺξ ἡ σκιὰ γῆς καὶ συνήθης, πλὴν ἀσέληνός τε καὶ ἀλαμπὴς ἐξ ἀστέρων. ἡ δὲ τοῦ ἀέρος ἀκαταστασία καὶ σύγχυσις τὸ δεινὸν ἐπηύξανε τῆς θαλάσσης, καὶ δεινὸς ἐφῆπται τοῖς πλέουσι κίνδυνος. πρῶτον μὲν οὖν διέσχεν ὁ κλύδων τὰς ναῦς ἀπ' ἀλλήλων, καὶ οἱ ἐν αὐταῖς οὐκ εἶχον εἰδέναι ποῦ προΐασιν ἄρα ἑκάτεροι· ἐνέδο-

C σαν γὰρ τῷ κύματι σφοδρῶς πλημμυροῦντι ὅπου προσαράσσων ἀγρίως καὶ φέροι. ὅθεν καὶ οἱ περὶ τὸν Γερμανὸν καὶ τὸν μέγαν λογοθέτην ἀνώθουν τε πρὸς πέλαγος τὴν τριήρη καὶ ἐξουρίαζον, τῷ πελάγει πιστεύσαντες σοφώτερον ἢ κατὰ τοὺς λοιπούς. ἐκεῖ-

piscentes, assensu dato revocati sunt et ecclesiae coniuncti, nemine iam ex clero residuo, qui non consentiret in pacem ecclesiarum ad votum imperatoris.

21. Sed dicendum de legatis. illi enim alieno navigare orsi tempore, sub initium videlicet Martii nave conscensa, ad Maleam, quem vulgo lignivorum ob crebras illic navium submersiones vocant, extrema mensis eius decade pervenerunt. ibi quinta die maioris hebdomadae sub vesperam naufragium miserabile fecere. subito enim aequor intumuit, et validus ab Hellesponto ventus ingruens terram pariter et pontum aterrimis obduxit nubibus. nondum quidem prorsus condito in occasum sole commissa nox erat: verum opacabat late cuncta nox alia quaedam nihilo tetra minus quam illa naturalis, ex umbra terrei globi solita induci, eo etiam tristior, quod nullus eam lunae astrorumve temperabat e coelo splendor. violentissimi vero motus procellosi aëris conflictusque collidentium sese ventorum horribili fragore tumultum vehementer maris augebant, gravissimo inde imminente navigantibus periculo. ac primum vis tempestatis distraxit ab invicem, tamque longe abduxit triremes duas, ut neutrius harum vectores scirent quid sociis actum, quove aliam navem vis coeli salique propelleret, hoc tantum aeque utrisque sentientibus, cedere se necessario ineluctabili vi aestuantis vehementissime pelagi, nec quo impetu tanto impingerentur exploratum habentibus. in hoc incerto tamen rectores triremis qua Germanus cum collegis, et magno logotheta ferebantur, sapientius consuluerunt, trudentes in altum navim et totis accipientes velis abigentem a terra ventum, quod tali tempore plus a littore quam a lato aequore metuendum recte ducerent. in quo alios ratio fe-

www.libtool.com.cn

νοι γὰρ μικροψυχήσαντες διὰ τὸν κίνδυνον, καὶ τῇ ξηρᾷ ἐγγὺς οὔσῃ ἐλπίζοντες σωθήσεσθαι εἰ λιμένι ἐντύχοιεν, τὴν γῆν μὲν ἐφυλάσσοντο τὸν ἀπὸ ταύτης δεδιότες κίνδυνον, πλὴν δ' ἀλλ' οὐδὲ πάλιν τῷ πελάγει ἐπίστευον. ὅθεν καὶ κατὰ μικρὸν τῆς φορᾶς D
5 τῶν κυμάτων ἡττωμένου τοῦ κυβερνήτου ἀφανῶς ταῖς ἀκταῖς προσπαίουσι, καὶ οὕτως αὐτόνεῳ καταδύονται, δῶρα ἐκεῖνα βασιλικὰ καὶ τὴν τῆς ἐκκλησίας πολύτιμον ἐνδυτὴν αὐτοῖς ἀνδράσι συγκαταδύσαντες, ἑνὸς καὶ μόνου διασωθέντος, ὃς δὴ καὶ ἄγγελος ἐγεγόνει τῆς συμφορᾶς. καὶ οὕτω μὲν οἱ ἀμφὶ τοὺς ἄρχον-
10 τας ἐξαπολωλότες ἠγγέλλοντο· οἱ δὲ περὶ τοὺς τῆς ἐκκλησίας καὶ E
τὸν μέγαν λογοθέτην τὴν νύκτα πᾶσαν πρός τε κῦμα πρός τε θάλασσαν διαναυμαχοῦντες, καὶ πολλάκις ἐγγὺς ἐλθόντες τοῦ καταδῦναι, μόλις καὶ σὺν πολλῇ βίᾳ ὑπανυγαζούσης ἡμέρας πρὸς Μεθώνην γίνονται, μόγις ἀποδράντες παρ' ἐλπίδα πᾶσαν τὸν ἐφε-
15 στῶτα κίνδυνον. ἐκεῖσε δ' ἀνέσαντες ἡμέρας πλείους ἐφ' ᾧ μα- P 270
θεῖν τὰ τῆς ἄλλης τριήρεως εἴ που τοῦ κλύδωνος διαγένοιτο, ἐν εἰθήσει γίνονται τῆς πικρᾶς ἀγγελίας μετ' οὐ πολύ. οἳ δὴ καὶ μόνοι λειφθέντες, ἐπεὶ οὐκ ἦν ὑποστρέφειν; τοῖς πρόσω ἐπιβαλλόμενοι πρὸς τὴν Ῥώμην ἀπέπλεον. καὶ δι' ὀλίγων ἡμερῶν κα-
20 ταλαβόντες τὸν πάπαν τὰ τῆς πρεσβείας ἐπλήρουν, ἀσμένως ὑποδεξαμένου τοῦ πάπα τοὺς πρέσβεις, ὥστε καὶ τιμῆσαι σφᾶς

19. δ' ὀλίγον P.

fellit stulta pusillanimitate pelagus vitantes, terrae viciniam affectantes, quasi spes inde salutis ostenderetur, portu, si legere oram pergerent, facile inveniendo, quo tutus receptus foret. at quamquam interim illi quidem satis, ut sibi videbantur, ab impingendo in procurrentia littora cavebant, nave sustinenda, ne propius aequo terrae admoveretur, ad extremum tamen arte ipsorum omni conatuque victis, validissimo impulsu ruentium in littus fluctuum impacti ripae navem fregerunt, demersique cum illa perierunt omnes uno excepto, qui nuntius calamitatis enatavit, e quo casus ille tristis ut evenerit est postea cognitum. eo naufragio praeter homines mare absorpsit regia illa, de quibus diximus, dona, et in his insignem illam ac pretiosissimam endyten sive pallium altaris ecclesiae maioris. at episcopi cum magno logotheta noctem totam cum fluctu marique omni nautarum industria luctati, ac saepe in extremum demersionis admoti discrimen, aegre summa vi sub auroram Methonem tenuerunt, elapsi praeter omnem spem periculo praesentissimo. ibi quieverunt diebus aliquot, exspectantes indicium de eo quod comitibus evenisset, si quo forte tempestas similiter salvam appulisset sociam triremim. verum non multo post tristis eos eius naufragii nuntius perculit. unde intellecto sibi iam solis haud amplius collegas expectandos, nec causam esse cur re infecta reverterentur, versus Romam solverunt, et paucis diebus pervenientes ad papam legatione functi sua sunt, perhumaniter

www.libtool.com.cn

B τιάραις τε καὶ μίτραις καὶ δακτυλίοις, ὡς ἡ ἐκείνων ἔχει ἐπ' ἀρ-
χιερεῦσι συνήθεια. ἔαρ οὖν καὶ θέρος ἐκεῖσε διαγαγόντες, καὶ
τὰ εἰκότα φιλοφρονηθέντες παρὰ τοῦ πάπα, τὰ τῆς πρεσβείας
διευθετοῦσι. καὶ φθινοπώρου λήγοντος συνάμα πρέσβεσι τὴν
πόλιν καταλαμβάνουσιν. 5

C 22. Ἦν οὖν ἀπεντεῦθεν ἀρχῆσαι μὲν τὸν πατριάρχην
κατὰ τὰ συγκείμενα τέλεον, μνημονεύεσθαι δὲ τὸν πάπαν, καὶ
εἶθ' οὕτως καὶ τὸν εἰς πατριάρχην ἀνάγεσθαι μέλλοντα ψηφίζε-
σθαί τε καὶ καθιστᾶν. τὸ μὲν οὖν τὸν πατριάρχην παρακινεῖ-
σθαι ἐργώδες ἦν, ἐπεὶ οὐκ αὐτόθεν ἐκεῖνος παρῄτειτο τὴν προ- 10
στασίαν. ὡς γοῦν οὐκ ἦν παραιτεῖσθαι, μάρτυρας τῶν πρὸς
βασιλέα λόγων ἐκείνου ὡς ἦν παραστήσαντες (οἱ δ' ἦσαν οἱ περὶ
D τὸν δικαιοφύλακα Σκουταριώτην) ὡς ὑπισχνουμένου θᾶθεν τοῦ
πατριάρχου τὴν ἐκουσίαν ἐκχώρησιν εἰ εὐοδοῖτο τὸ ἔργον, ταύτην
τὴν φωνὴν ὡς παραίτησιν τελείαν, προσέτι δὲ καὶ τὸν ὅρκον ἔκρι- 15
νον οἱ ἀρχιερεῖς, τὴν μὲν ὡς ὑπόσχεσιν τὸν δὲ ὡς κωλύμην ἄντι-
E κρυς. τὸ γὰρ ἔνθεν μὲν μὴ καταδέχεσθαι τὴν πρᾶξιν ὀμνύοντα,
ἐκεῖθεν δὲ γεγονυίας ἐκχωρεῖν ὑπισχνούμενον, δηλοῦντος ἦν πάν-

illos excipiente papa, adeo ut eos honoraverit tiaris mitris et annulis, quibus insignibus episcopos ornari mos illic obtinet. vere igitur et insequenti aestate ibi exactis, omnibus cultu a papa benevolentiae indiciis, transegerunt quae in mandatis habebant. tum extremo autumno mutuos ipsis adiunctos a papa legatos Constantinopolim perduxerunt.

22. Ex hoc legatorum adventu pacem factam referentium duo consecuta sunt, vi prius conventorum, exauctoratio patriarchae, et papae in sacro commemoratio publica; quinetiam ad electionem successuri in patriarchatum palam vocati quibus in id ius est suffragii. ac quod primum quidem horum attinet, nonnullius negotii res fuit deposui e sede patriarcham, ipso dignitatem eam ultro non abdicante, nec sperari sinente abdicaturum. interrogare autem eum an paratus esset sponte cedere, et rem aleae committere non explorati responsi, haud tutum est visum. expeditius iudicatum est interpretari voluntariam eius abdicationem velut iam factam, ex iis quae pactus cum imperatore fuerat. auditi ergo testes sunt idonei, princepsque in iis Dicaeophylax Scutariotes; qui confirmarent promisisse Iosephum, si legati Romae negotium concordiae transigerent, patriarchatu se cessurum; eumdemque iuratum asseverasse se consensurum nunquam in istam pacem. his compertis congregati super hoc episcopi concordibus votis statuerunt videri hoc ipso patriarchatum a Iosepho iam nunc ultro depositum, utique conditione, ex qua ille suam liberam abdicationem suspenderat, iam clare impleta, ipsoque manifesto deinceps inhabili, propter iusiurandum quo se obstrinxerat, ad eam gerendam dignitatem. nec istam longe quaesitam interpretationem censeri posse, sed veram expressionem certae voluntatis, quae ex conditionata in absolutam eventu ipso rei per conditionem expressae transierit, praesertim cum qui fidem ad id suam etiam religione irrevocabili iuramenti

www.libtool.com.cn

τως προχωρούσης τῆς πράξεως τὴν ἰδίαν παραίτησιν· ἐπὶ τί γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν τῆς ἐκκλησίας πραγμάτων εἶναι τῆς πράξεως ἀποβάσης, ἧς χάριν καὶ ὅρκους ἐτίθει τοῦ μὴ δέξασθαι καὶ ὑποσχέσεις τοῦ ἐκχωρεῖν αὐτίκα προβάσης; διά τοι ταῦτα καὶ ἀργίαν ἐκείνου καταψηφίζονται, καί γε μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος ἐννάτῃ παύεται τὸ τούτου μνημόσυνον, καὶ πρὸς τὴν κατὰ τὸν Ἀνάπλουν Λαύραν ἐκ τῆς περιβλέπτου μεταφοιτᾷ. τοῦ δ' αὐτοῦ μηνὸς ἕκτῃ καὶ δεκάτῃ, τοῦ Χαλκηδόνος Νικολάου ἱερουργοῦντος κατὰ τὰ ἀνάκτορα, ἀναγινώσκεται μὲν διττῶς, τῶν πρέσβεων συνάμα τῷ βασιλεῖ ἐκεῖσε παρόντων, ὁ ἀπόστολος εἴτ' οὖν ἡ περικοπὴ τῆς τῶν πράξεων βίβλου (Πέτρου γὰρ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων ἦγετο ἑορτή, ἣν ἑορτάζει ἡ ἐκκλησία ἐπὶ τῇ καταθέσει τῶν θείων ἀλύσεων), ἀναγινώσκεται δὲ ὡσαύτως καὶ τὸ θεῖον εὐαγγέλιον Γραικικῶς τε ὁμοῦ καὶ Ῥωμαϊκῶς, καὶ οὕτω κατὰ τόπον οἰκεῖον καὶ ὁ πάπας παρὰ τοῦ διακόνου ἐμνημονεύετο. ὃ δ' ἦν ὁ Γρηγόριος ἄκρος ἀρχιερεὺς τῆς ἀποστολικῆς ἐκκλησίας καὶ οἰκουμενικὸς πάπας μνημονευόμενος. P 271

23. Ἐντεῦθεν τὰ τῆς ἐκκλησίας ἐνόσει, καὶ διεστέλλοντο ἀπ' ἀλλήλων ἄνθρωποι, καὶ ὁ μὲν ἐκοινώνει τῷδε τῶν θείων συνάξεων, οἱ δὲ "μὴ ἅψῃ μὴ θίγῃς" μέχρι καὶ ἐκπωμάτων αὐτῶν καὶ προσφωνημάτων ἀπακριβούμενοι. ἤρετο δὲ μεῖζον τὸ σχίσμα, καὶ ὁ χθὲς ἐπὶ τῷδε πληροφορούμενος σήμερον ἀπιστρέ- B C

obligaverit, omnem sibi ad inde resiliendum occluserit exitum, nec integrum sibi amplius reliquerit, concluso iam ecclesiarum concordia, in ea sede perstare, in qua se non perstiturum, si de ista pace convenirentur, deo palam teste pollicitus sit. his de causis concordi suffragio patrum vacare sedes Constantinopolitana iudicata est. itaque mensis Ianuarii undecima die primum sacra fieri coepta sunt sine consueta Iosephi ut patriarchae mentione; et ipse ad Lauram prope Anaplum sitam ex Periblepti monasterio migravit. eiusdem porro mensis die sexta decima, Nicolao Chalcedonensi sacris operante in palatii sacra aede, duplici lingua pronuntiata est, quam vocant, epistola: fuit ea sectio ex libro actorum: Petri enim principis Apostolorum festum eo die agebatur illud, quod consuevit ecclesia celebrare titulo depositionis sacrorum vinculorum. sacrum quoque evangelium simili differentia linguarum Graece pariter et Latine recitatum est. et sic loco proprio papae etiam per diaconum solemnis mentio est facta, et Gregorius summus pontifex Apostolicae ecclesiae ac oecumenicus papa proclamatus.

23. Hinc res ecclesiae laborabant, et disiungebantur ab invicem homines, dum alterius alter communionem admittit, alii odiosas illas divortii formulas usurpant, "cave adire, cave tangere," superstitiosam istam contaminationis ex promiscuo usu formidinem usque ad vitandum poculorum etiam contactum, usque ad compellationes allocutionesque emittendas

www.libtool.com.cn

φετο. καὶ ὥσπερ εἴ τις κακοσπλάγχνως ἔχων ἐπισυμβάντος καὶ
ἄλλου νοσήματος διπλοῦν ἔχει τὸ ἄλγος, καὶ τὸ πρότερον αὔξε-
D ται τῇ τοῦ ἐπιγενομένου προσκρούσει, ἐκεῖνα δ' αὖθις πρὸς ἄλ-
ληλα διαφέρετον ὥστε τὸ εἰς θεραπείαν τούτου καὶ συστολὴν εἰς
αὔξην θατέρου γίνεσθαι καὶ ἀπαγορεύειν τὸν κάμνοντα, τὸν αὐ-
τὸν τρόπον καὶ τότε τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ συνέβαινε. προόντος
γὰρ ἀποχρώντως τοῦ κατὰ τὸν Ἀρσένιον σχίσματος, ἐπισυμπίπτει
καὶ δεύτερον τόδε, ὥστ' εἶναι μὲν καὶ ἄμφω τὰ μέγιστα ἀρρω-
στήματα καὶ τὸ μέγα τῆς ἐκκλησίας σῶμα καὶ ἀστασίαστον οἵά
τε διαλυμαίνεσθαι, καθ' αὑτὰ δὲ καὶ λίαν ἀξύμβατα, αὐτοὺς
δ' αὖθις τοὺς ἑκατέρας μερίδος πρὸς ἀλλήλους διαφωνεῖν, καὶ
P 272 τοὺς μὲν οὕτως τοὺς δ' ἄλλως, καὶ τοὺς μὲν ἁπλῶς τοὺς δ' ἀ-
κριβέστερον διακεῖσθαι ἐπὶ τῷ σχίσματι. τίς ἂν τὰ τότε ἀξίως
θρηνήσοι, ὅπου γε καὶ πᾶν καὶ τῶν ἀπειρημένων πλημμέλημα
οὐδὲν ἐδόκει καὶ εἰς συγκρίσεως λόγον τοῦ κοινωνεῖν ἀνεκτότερον;
οὐδὲ γὰρ ὅσον καὶ πέπρακτο ἐπὶ τοῖς ἔξω διεφημίζετο, ἀλλὰ
προσετίθουν πλείω καὶ χείριστα. ἐπιδαψιλευόμενοι τοῖς κακίστοις,
B ὡς ἂν ὑπαγάγοιεν καὶ τὸν ποσῶς ἡσυχάζοντα. τό γε γὰρ τῶν

18. τε?

extendentes. augescebatque in dies schisma, ita ut qui heri non dubitasset consuetudine uti cuiuspiam, eumdem hodie aversaretur. ac veluti si cui iam male interius affecto novus aliunde insuper morbus accesserit, duplicatur misero dolor, et prius malum a superveniente languore gravitatis ac molestiae augmentum accipit, quinetiam ipsi ambo morbi pugnant inter sese in perniciem aegroti, cuius ad incommodum miseriamque redundat quod quae remedia levando forte languorum alteri utilia admoventur, eadem simul alteri vires accumulent, sic dei ecclesiae tunc contigit, cui cum iam antea abunde malorum esset ex Arseniano schismate, alterum hoc supervenit, grave utrumque per sese vulnus, sed quodvis eorum ex mutua societate importunius ac tetrius, magno ecclesiae corpore, utcumque tum ab haeresium seditionibus libero, per hos quosdam infestos invicem assultus compugnantium intra eius viscera pestium duarum varie discerpto miserequo lacerato. in quo illud etiam inopinatum cernebatur, ut qui unam in partem consensisse videbantur, rursus inter se contenderent, ea de quibus convenerant, quibusdam hoc, nonnullis alio modo interpretantibus, his caput controversiae simpliciter accipere contentis, illis subtilius enucleantibus velut arcanos eius sensus; et dum obnixe in sua quique placita incumbunt, scissuram propagantibus. quis haec pro dignitate deploraverit! ubi totum demum scelus assentiri renuentium, si quis ex vero conseret, nihil esse deprehenderetur, ac certe comparatum cum incommodis ex promiscua cum prius abscissis communione orientibus tolerabilius reperiretur. neque enim quantum intus in eo est actum, fideli famae indicio foris enotuit. addebant scilicet palam ostensis abstrusa plura, eademque pessima, liberales isti extrusores mercium pestilentissimarum, quibus scilicet addictius sibi adiungerent, quos natura vel usu

www.libtool.com.cn

λεγόντων κακοῦργον καὶ τῶν ἀκουόντων ἰδιωτικόν τε καὶ ἀγροῖκον ἐπῆγε πίστιν τοῖς λεγομένοις. σῶφρον μὲν οὖν τὸν ἀγροῖκον μὴ πολυπραγμονεῖν, ἀλλ' ἀπραγμόνως ἐᾶσθαι σώζεσθαι. ἦν δέ τις κινοίη καὶ διεγείροι πρὸς τὸ δῆθεν ἀσφαλίζεσθαι τὰ εἰς πίστιν, φεῦ τῆς κορύζης ὁπόση. ὅ τι δ' ἄν τις ἐκεῖνον καὶ πείσειε λέγων, μετριάζειν πρὸς ταῦτα ὡς μηδὲν πλέον εἰδότα μακέλλης τε καὶ σκαπάνης καὶ βιοτῆς ἀπράγμονος. τοιούτους πολλοὶ τοὺς πολλοὺς εὑρόντες (οὐδὲ γὰρ πάντων ὁ λόγος ἅπτεται) οἷς δὴ καὶ λόγος τῆς διαφορᾶς προεστήκει καὶ ἱστορίας μέλημα ἦν καὶ γραφαῖς προσεῖχον καὶ τὸ τῆς αἰτιάσεως ὁπόσον ἦν ἐγίνωσκον, καὶ οὐχ ἧττον μετρίως ἢ ἀσφαλῶς ἐχρῶντο τοῖς πράγμασι, μεῖζον ἐπολουν ἢ ὅσον ἔδει τὸ σχίσμα. ἐχρῆν γὰρ ἴσως ὁπόσον ἦν χθὲς τὸ πρὸς τοὺς Ἰταλοὺς ἐκείνοις διάφορον, τοσοῦτον καὶ πρὸς τοὺς ἰδίους ἔχειν, ὅπου γέ τινες καὶ αὐτοῖς δὴ τότε κατὰ χρείαν κοινωνοῦντες καθ' ὅ τι τις εἶπειε, τῶν ἰδίων ἀδελφῶν ὡς ἐναγεστάτων διίστατο. ἀλλὰ τὰ μὲν ἐκείνων οὕτω, καὶ ὁ λόγος παρενήνεκται τοῦ εἰκότος, τοῦ πάθους κινήσαντος. οὐδὲ γὰρ

11. ἢ] τί P.

remissiores non satis habebant utcumque acquiescere videri, quando hinc fraus artificiosa dicentium, inde audientium incaute simplex rusticeque indocta simplicitas, conspirabant in concilianda dictis fide. atqui sobriae moderationis officium fuerat temperare ab inquietando curiosis allegationibus crasso captu idiotarum; et si quid quisquam ipsorum dubii moveret, ac praetextu scilicet firmandi se in fide recta quaestionis interponeret, non ut isti, heu quam putide! faciebant, effundendae eruditionis intempestivae occasionem sumere, obruendis oblimandisque non intelligendorum ingestione rudium mentibus, sed monere ipsos ut in mediocritate isti statui accommodata se tenerent, neu ultra marram et ligonem vitamque tranquillam affectarent de his sapere. verum haud sic agebant qui multi multos tales repererunt. non enim omnes haec mea reprehendit oratio, sed solos eos qui perspectum et propositum oculis habentes discriminis articulum et controversiae tunc agitatae verum statum, quippe qui nec in historia peregrini essent, et scripturis attenderent, et quantum in se invicem dissidentes ecclesiae culparent plane cognoscerent, eo tamen quod eam in hoc negotio haud adhibuere moderationem, quae ad pacem publicam securitatemque optanda fuerat, maius longe quam oportuerat schisma fecerunt. satis enim et plusquam satis, opinor, fuerat non abhorrere nos fastidiosius a nostris qui modo conciliati Latinis sint, quam Graeci Latinique prius a se invicem abhorruissent: nunc quosdam Graecos vidimus, qui cum antea ne ipsos quidem ita essent Latinos aversati ut non aliqua saltem eos humani usus ac civilis commercii communione dignarentur, quos postea intelligerent pacem ecclesiarum amplexos, fratres licet suos abominarentur ut detestabiles. sed de his hactenus: iam enim sentio exire me fluxu sermonis ultra officii cancellos, dum efferor affectu, immemor non accusandi, sed narrandi suscepisse me provinciam. quare in

www.libtool.com.cn

ἐγκαλεῖν ἀλλ' ἱστορεῖν προεθέμεθα. ὅθεν καὶ ὁ μὲν λόγος ψιλὰ τὰ πραχθέντα τίθησιν, ἐξέσται δὲ κρίνειν τῷ βουλομένῳ.

P 273 24. Τότε τοίνυν τοῦ μὲν Ἰωσὴφ ἀργήσαντος, ὡς προλέλεκται, τῆς δ' ἐκκλησίας ζητούσης τὸν προστησόμενον, πολλοὶ ἐνεκρίνοντο τῶν δοκούντων ἀπό τε τῶν μοναχῶν καὶ τῶν ἄλλως ἱερωμένων, ἔρρεπε δὲ πλέον ἡ ψῆφος τῷ Πρίγκιπι, ἀνδρὶ εὐγενεῖ μὲν τὰ ἐς γένος, ἐκ Πριγκίπων δὲ τῶν κατὰ Πελοπόννησον κατάγοντι τὸ ἀνέκαθεν, ὁπόθεν νέος ξενιτεύσας κατ' ἀρετῆς
B λόγους καὶ πολιτείας ἀκριβεστάτης ἔν τινι τῶν κατὰ τὴν ἀνατολὴν μονῶν τοῦ Μέλανος ὄρους, ὅπου γε καὶ τὸν ἀπὸ πατριαρχῶν Γερμανὸν ἀσκεῖν ἐλέγομεν, φέρων ἑαυτὸν ἐγκλείει. ἐκεῖθεν δὲ μετὰ χρόνους τῷ βασιλεῖ προσχωρεῖ, καὶ τὴν τοῦ Παντοκράτορος μονὴν πιστευθείς, καταστὰς εἰς ἀρχιμανδρίτην, εἶτα καὶ τὰ πρὸς τοὺς ἀνατολικοὺς Τοχάρους διαπρεσβεύσας, τὴν νόθον
C Μαρίαν τοῦ βασιλέως εἰς νύμφην ἀγαγὼν ἐκεῖσε τῷ Ἀπαγᾷ, πρός τινι κελλίῳ τῆς τῶν Ὁδηγῶν μονῆς ἐπανελθὼν ἡσύχαζεν. ὕστερον δὲ κἂν τῇ τῆς Ἀντιοχείας ἐκκλησίᾳ εἰς πατριάρχην καθίσταται. τότε δὲ καθ' αὑτὸν ὄντι καὶ ἡσυχάζοντι ἡ ψῆφος ἔρρεπε τῶν λοιπῶν πλέον ἐς ὃ τῆς κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐκκλησίας προστήσεσθαι. κἂν ἐγεγόνει τοῦτο, ἦν μή γέ τινες τῶν ἀρχιερέων εὐδόκουν ἐπὶ τῷ Βέκκῳ, ἅμα μὲν χαρτοφύλακι ὄντι
D ἅμα δὲ καὶ μεγάλῳ σκευοφύλακι, καὶ κλέος ἔχοντι μέγιστον.

orbem iam nunc redeat oratio, res nude ut gestae sint proponens iudicaturis pro arbitrio lectoribus.

24. Tunc igitur, vacante, ut dictum est, per depositionem Iosephi, patriarchali sede, et ei qui succederet in sui curam ecclesia poscente, multi quidem idonei ad hoc visi designabantur, qua ex monachis, qua ex alterius instituti sacerdotibus. plurium tamen in Principem suffragia propendebant. erat is genere nobilissimus, e veteri prosapia Principum Peloponneso imperitantium; unde iuvenis profectus vitae perfectioris profitendae gratia in quoddam Orientalis tractus monasterium montis nigri, ubi et expatriarcham Germanum monasticam exercuisse vitam diximus, eo sese inclusit. inde multo post tempore ad imperatorem accedens, commisso sibi Pantocratoris monasterio archimandritae potestate praefuit, deinde legatione functus ad Orientales Tocharos, et Maria imperatoris filia notha in sponsam eo ducta coniunctaque Apagae, reversus in quadam cellula monasterii Hodegorum tranquillae vitae ac contemplationi se reddidit. insecutis temporibus vacanti pastore Antiochenae ecclesiae patriarcha est praepositus. hunc tum apud se agentem tranquilleque religioni operantem plurium, ut dixi, calculi ad Constantinopolitanae sedis regimen vocabant. pervicissentque quod volebant, nisi non parvo antistitam numero potior ad eam rem Veccus fuisset visus, qui et in officiis momenti maximi, chartophylacis supremique custodis supellectilis sacrae, fidem atque industriam nunc cum maxime probaret, et summa in existi-

www.libtool.com.cn

ἀνατεθέντων δ' ἐπὶ τῷ βασιλεῖ τῶν κατὰ τὰς ψήφους, ὁ Βέκκος ἐδέξετο ἀξιώτερος τά τε ἄλλα καὶ ὅτι λόγιος ὁ ἀνὴρ καὶ καταστέλλειν ἔχει τὸ σχίσμα τῇ ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας πολυχρονίῳ πείρᾳ καὶ λογιότητι. ὅθεν καὶ συναχθέντες οἱ ἀρχιερεῖς ἐν ταὐτῷ ἐπὶ τοῦ θείου καὶ μεγάλου τεμένους ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν καὶ πρῶτον καὶ δεύτερον ψηφίζονταί τε καὶ τρίτον. καὶ ὁ Βέκκος εἰκοστῇ μὲν καὶ ἕκτῃ Πυανεψιῶνος μηνὸς κατὰ τὴν ἑορτὴν τῶν ἁγίων E
πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ πατριάρχης προβέβληται, δευτέρᾳ δὲ Μαιμακτηριῶνος, τῇ ἐπιούσῃ κυριακῇ, ἐν ἐπισήμῳ ἡμέρᾳ τοῦ
πνεύματος, τὰ τοῦ πνεύματος δέχεται καὶ τελειοῦται ἀρχιερεύς. ὁ μέντοι γε βασιλεὺς ἐπ' ἐκείνῳ μικρὸν σχολάσας τὸν νοῦν, ὡς ἄν γε κατασταίῃ πρὸς τὴν πνευματικὴν ἐκείνην ἀρχήν, τὸ λοιπὸν P 274
κοσμικαῖς ἐδίδου φροντίσιν, εἰδὼς ἱκανὸν ἐκεῖνον ὄντα τὰ τῆς ἐκκλησίας ἰθύνειν μετ' αὐτάρκους πείρας καὶ τῆς περὶ ταῦτα
παμπόλλης συνέσεως. παρεῖχε δέ οἱ ἕτοιμον ἑαυτὸν συλλήψεσθαι ἐς ὅ τι καὶ δέοιτο, ἐλπίζων παρ' ἐκείνου καὶ αὐτὸς τὰ ὅμοια πάσχειν. ἐδίδου δέ οἱ καὶ παρρησίας χώραν ἐντυγχάνειν ὑπὲρ ἀνθρώπων τὰ πρέποντα, καί γε ἀνύτειν, ὡς οὐ παρὰ τὸ

2. ἐδέξοντο?

mation apud omnes esset. ea suffragiorum differentia cum delata ad Augustum esset et eius voluntati compromisso permissa, ille haud cunctatus Veccum praetulit cum aliis praestantem dotibus tum maxime doctrina, postremo quod is vir tam longo usu ecclesiasticarum rerum, tanta fama sapientiae auctoritateque praeditus unus utique omnium aptissimus videretur ad comprimendum schisma, negotiumque concordiae eatenus promotum fine optato coronandum. ergo rite congregati apud templum maius episcopi, praerogativam imperatoris sequentes, magno consensu studioque primis secundis tertiisque suffragiis Veccum eumdem unum patriarcham declararunt. Veccus igitur sexta et vigesima mensis Maii, festo sanctorum Nicaeensium patrum, patriarcha creatus est: secunda vero Iunii, dominica proxime secuta, illustri die spiritus sancti spiritus eiusdem per sacram ordinationem particeps factus, rite inauguratus in patriarcham est. imperator sub haec initia per tempus non longum studio et solicitudine immoratus in stabiliendo tali homini isto spirituali principatu, securam deinde mentem imperii negotiis advertit, solutis omni metu de ecclesia, utique cuius regimen ei commendatum sciret, qui et experientiae satis et prudentiae plurimum habens nullo deficeret eorum quae ad res ecclesiasticas recte salubriterque regendas possent desiderari. exhibuit autem se novo patriarchae paratum ad eum adiuvandum quacumque in re opus haberet, sperans vicissim ab illo in occasione similia. dedit eidem et fiduciae locum, quo auderet suscipere agereque secum causas hominum egentium gratia principis, non frustra se id facturum sperans: confidebat enim nihil eum nisi quod fas esset concedi petiturum. porro Veccus has interveniendi pro miseris partes toto animo capessens, partitos habebat in duo genera quos isto misericordiae officio iuvaret: prius erat ca-

www.libtool.com.cn

ἐγκαλεῖν ἀλλ' ἱστορεῖν προεθέμεθα. ὅθεν καὶ ὁ μὲν λόγος ψιλὰ τὰ πραχθέντα τιθησιν, ἐξέσται δὲ κρίνειν τῷ βουλομένῳ.

P 273 24. Τότε τοίνυν τοῦ μὲν Ἰωσὴφ ἀργήσαντος, ὡς προλέλεκται, τῆς δ' ἐκκλησίας ζητούσης τὸν προστησόμενον, πολλοὶ ἐνεκρίνοντο τῶν δοκούντων ἀπό τε τῶν μοναχῶν καὶ τῶν ἄλλως ἱερωμένων, ἔρρεπε δὲ πλέον ἡ ψῆφος τῷ Πρίγκιπι, ἀνδρὶ εὐγενεῖ μὲν τὰ ἐς γένος, ἐκ Πριγκίπων δὲ τῶν κατὰ Πελοπόννησον κατάγοντι τὸ ἀνέκαθεν, ὁπόθεν νέος ξενιτεύσας κατ' ἀρετῆς
B λόγους καὶ πολιτείας ἀκριβεστάτης ἔν τινι τῶν κατὰ τὴν ἀνατολὴν μονῶν τοῦ Μέλανος ὄρους, ὅπου γε καὶ τὸν ἀπὸ πατριαρχῶν Γερμανὸν ἀσκεῖν ἐλέγομεν, φέρων ἑαυτὸν ἐγκλείει. ἐκεῖθεν δὲ μετὰ χρόνους τῷ βασιλεῖ προσχωρεῖ, καὶ τὴν τοῦ Παντοκράτορος μονὴν πιστευθείς, καταστὰς εἰς ἀρχιμανδρίτην, εἶτα καὶ τὰ πρὸς τοὺς ἀνατολικοὺς Τοχάρους διαπρεσβεύσας, τὴν νόθον
C Μαρίαν τοῦ βασιλέως εἰς νόμιμην ἀγαγὼν ἐκεῖσε τῷ Ἀπαγᾷ, πρός τινι κελλίῳ τῆς τῶν Ὁδηγῶν μονῆς ἐπανελθὼν ἡσύχαζεν. ὕστερον δὲ κἂν τῇ τῆς Ἀντιοχείας ἐκκλησίᾳ εἰς πατριάρχην καθίσταται. τότε δὲ καθ' αὑτὸν ὄντι καὶ ἡσυχάζοντι ἡ ψῆφος ἔρρεπε τῶν λοιπῶν πλέον ἐς ὃ τῆς κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐκκλησίας προστήσεσθαι. κἂν ἐγεγόνει τοῦτο, ἦν μή γέ τινες τῶν
D ἀρχιερέων εὐδόκουν ἐπὶ τῷ Βέκκῳ, ἅμα μὲν χαρτοφύλακι ὄντι ἅμα δὲ καὶ μεγάλῳ σκευοφύλακι, καὶ κλέος ἔχοντι μέγιστον.

orbem iam nunc redeat oratio, res nude ut gestae sint proponens iudicaturis pro arbitrio lectoribus.

24. Tunc igitur, vacante, ut dictum est, per depositionem Iosephi, patriarchali sede, et ei qui succederet in sui curam ecclesia poscente, multi quidem idonei ad hoc visi designabantur, qua ex monachis, qua ex alterius instituti sacerdotibus. plurium tamen in Principem suffragia propendebant. erat is genere nobilissimus, e veteri prosapia Principum Peloponneso imperitantium; unde iuvenis profectus vitae perfectioris profitendae gratia in quoddam Orientalis tractus monasterium montis nigri, ubi et expatriarcham Germanum monasticam exercuisse vitam diximus, eo sese inclusit. inde multo post tempore ad imperatorem accedens, commisso sibi Pantocratoris monasterio archimandritae potestate praefuit. deinde legatione functus ad Orientales Tocharos, et Maria imperatoris filia notha in sponsam eo ducta coniunctaque Apagae, reversus in quadam cellula monasterii Hodegorum tranquillae vitae ac contemplationi se reddidit. insecutis temporibus vacanti pastore Antiochenae ecclesiae patriarcha est praepositus. hunc tum apud se agentem tranquilleque religioni operantem plurium, ut dixi, calculi ad Constantinopolitanae sedis regimen vocabant. pervicissentque quod volebant, nisi non parvo antistitum numero potior ad eam rem Veccus fuisset visus, qui et in officiis momenti maximi, chartophylacis supremique custodis supellectilis sacrae, fidem atque industriam nunc cum maxime probaret, et summa in existi-

www.libtool.com.cn

ἀνατεθέντων δ' ἐπὶ τῷ βασιλεῖ τῶν κατὰ τὰς ψήφους, ὁ Βέκκος ἐδέδεκτο ἀξιώτερος τά τε ἄλλα καὶ ὅτι λόγιος ὁ ἀνὴρ καὶ καταστέλλειν ἔχει τὸ σχίσμα τῇ ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας πολυχρονίῳ πείρᾳ καὶ λογιότητι. ὅθεν καὶ συναχθέντες οἱ ἀρχιερεῖς ἐν ταὐτῷ ἐπὶ τοῦ θείου καὶ μεγάλου τεμένους ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν καὶ πρῶτον καὶ δεύτερον ψηφίζονταί τε καὶ τρίτον. καὶ ὁ Βέκκος εἰκοστῇ μὲν καὶ ἕκτῃ Πυανεψιῶνος μηνὸς κατὰ τὴν ἑορτὴν τῶν ἁγίων E πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ πατριάρχης προβέβληται, δευτέρᾳ δὲ Μαιμακτηριῶνος, τῇ ἐπιούσῃ κυριακῇ, ἐν ἐπισήμῳ ἡμέρᾳ τοῦ πνεύματος, τὰ τοῦ πνεύματος δέχεται καὶ τελειοῦται ἀρχιερεύς. ὁ μέντοι γε βασιλεὺς ἐπ' ἐκείνῳ μικρὸν σχολάσας τὸν νοῦν, ὡς ἄν γε κατασταίῃ πρὸς τὴν πνευματικὴν ἐκείνην ἀρχήν, τὸ λοιπὸν P 274 κοσμικαῖς ἐδίδου φροντίσιν, εἰδὼς ἱκανὸν ἐκεῖνον ὄντα τὰ τῆς ἐκκλησίας ἰθύνειν μετ' αὐτάρκους πείρας καὶ τῆς περὶ ταῦτα παμπόλλης συνέσεως. παρεῖχε δέ οἱ ἕτοιμον ἑαυτὸν συλλήψεσθαι ἐς ὅ τι καὶ δέοιτο, ἐλπίζων παρ' ἐκείνου καὶ αὐτὸς τὰ ὅμοια πάσχειν. ἐδίδου δέ οἱ καὶ παρρησίας χώραν ἐντυγχάνειν ὑπὲρ ἀνθρώπων τὰ πρέποντα, καί γε ἀνύτειν, ὡς οὐ παρὰ τὸ

2. ἐδέδοκτο?

matione apud omnes esset. ea suffragiorum differentia cum delata ad Augustum esset et eius voluntati compromisso permissa, ille haud cunctatus Veccum praetulit cum aliis praestantem dotibus tum maxime doctrina, postremo quod is vir tam longo usu ecclesiasticarum rerum, tanta fama sapientiae auctoritateque praeditus unus utique omnium aptissimus videretur ad comprimendum schisma, negotiumque concordiae eatenus promotum fine optato coronandum. ergo rite congregati apud templum maius episcopi, praerogativam imperatoris sequentes, magno consensu studioque primis secundis tertiisque suffragiis Veccum eumdem unum patriarcham declararunt. Veccus igitur sexta et vigesima mensis Maii, festo sanctorum Nicaeensium patrum, patriarcha creatus est: secunda vero Iunii, dominica proxime secuta, illustri die spiritus sancti spiritus eiusdem per sacram ordinationem particeps factus, rite inauguratus in patriarcham est. imperator sub haec initia per tempus non longum studio et solicitudine immoratus in stabiliendo tali homini isto spirituali principatu, securam deinde mentem imperii negotiis advertit, solutus omni metu de ecclesia, utique cuius regimen ei commendatum sciret, qui et experientiae satis et prudentiae plurimum habens nullo deficeret eorum quae ad res ecclesiasticas recte salubriterque regendas possent desiderari. exhibuit autem se novo patriarchae paratum ad eum adiuvandum quacumque in re opus haberet, sperans vicissim ab illo in occasione similia. dedit eidem et fiduciae locum, quo auderet suscipere agereque secum causas hominum egentium gratia principis, non frustra se id facturum sperans: confidebat enim nihil eum nisi quod fas esset concedi petiturum. porro Veccus has interveniendi pro miseris partes toto animo capessens, partitos habebat in duo genera quos isto misericordiae officio iuvaret: prius erat ca-

www.libtool.com.cn

δέον ἐντευξόμενον. διένεμε γὰρ ἑαυτὸν δίχα τοῖς τε δεομένοις ἐξ
B ἐλέους εὖ πάσχειν τοῖς τε φερομένοις καί τι πρὸς ἀποφυγὴν τῶν
ἐγκλημάτων δικαίωμα. καὶ τοῖς μὲν τὰς ἐφ' ἑαυτοῦ προσωπο-
ποιῶν λιτάς τε ῥυσσάς τε παραβλῶπάς τ' ὀφθαλμώ, ἐθήρα τὸν
ἐκ τοῦ βασιλέως ἔλεον, ὁμολογῶν μὲν αὐτὸς ὑπὲρ ἐκείνου τὸ
πταῖσμα, δεόμενος δὲ ἀφεθῆναι τοῦ προστιμωμένου τῷ πταί-
σματι· τῶν δὲ καὶ θαρραλεώτερον ὑπερμαχῶν τῷ κρατοῦντι ὡς
ἀδικουμένων ἐζήτει τὴν λύσιν. οὐ γὰρ ἑρμηνέως ἔχρηζεν ἐς ὅ τι
C μάθοι τὰ τοῦ δεομένου πῶς ἂν ἔχοιεν, ἀλλ' αὐτὸς ἀκούων, μό-
νον ἀξιῶν ἀληθεύειν τὸν λέγοντα ὡς ἀνυσθησομένων τῶν λόγων,
τῷ βασιλεῖ αὐτὸς διακρίνων τὰς ἀναδοχὰς ἐποιεῖτο κατὰ τὰς κρί-
σεις. εἵποντο δὲ καὶ οἱ πρὸς τὸν κρατοῦντα λόγοι κατὰ τὰς ἀνα-
δοχάς. προῳκονόμει γὰρ πρὸς τὸ χρήσιμον καὶ τὰς περὶ ἑκάστου
ἀναφοράς, ὡς τὴν μὲν προτάττεσθαι τὴν δ' ὑποτάττεσθαι, καὶ
τὴν μὲν πρωτολογησομένην τὴν δ' ὑστερήσασαν, ὥστε καὶ πολ-
D λάκις μετεγγράφεσθαι τὸ τῆς ἀναφορᾶς γραμμάτιον συμβεβήκει,
ὡς δευτέρου ἢ καὶ τρίτου ἢ καὶ ὑστάτου τεθησομένου τοῦ παρα-
ξυσμὸν ἐκ τῶν εἰκότων κινῆσαι βασιλέως ὑφορωμένου, πρῶτον
δέ γε τοῦ ἢ ῥᾳδίως ἀνυσθησομένου ἢ καὶ εἰς χαριεντισμόν τινα

19. ἢ καὶ] εἰ καὶ P.

rentium necessariis, quorum esset egestati largitione consulendum, alterum delatis criminibus periclitantium, quibus vel ad depulsionem obiectorum falso patroni efficacis opera vel ad delicti convicti veniam impetrandam auctoritas deprecatoris optaretur. ac horum quidem eo studio causas amplectebatur, ut officiosas illas hominum generi noxae medicatrices Litas, quas Homerus claudas rugosas distortis oculis inducit, ipso corporis habitu agens repraesentaret, tali captans specie miserationem principis susceptis suis necessariam, confitens quidem ipse eorum nomine peccatum, remitti autem poenitentibus poenam rogans. pro alio miserorum genere culpa vacantium interveniebat confidentius, obnixe contendens et principem urgens, ut penuria laborantibus opem iure quodam ipsorum debitam ne indulgere cunctaretur, velocissimus ad intelligendas necessitates indigentium, et eis exponendi eas fusius seu laborem seu verecundiam lucrifaciens, perspicacitate benigni animi auditu statim primo cuncta comprehendentis, sine mora operave diligentioris interpretis. abundabatque patroni caritas ad omnem falsi suspicionem abolendam plenamque conciliandam clientulis fidem, dum suas angustias narrabant. occurrebat quinetiam diffidentiae supplicum, et impetrabilia petere ipsos asserens ultro addebat timide agentibus animos audendi, suggerebatque ad persuadendum aptas, pro genere ac statu causae, postulati evincendi rationes; easdemque digerebat accommodato ad finem optatum ordine, perite diiudicans quae illarum proponi prior, quae subiici alteri, quae postremo subiungi loco deberet. unde contingebat saepe refingi rescribique libellum supplicem, etiam iam oblatum principi, usque interdum ad principis eius-

www.libtool.com.cn

δόξοντος. ἐπ' αὐτῷ γὰρ καὶ τῶν πολλῶν ἐθάρσουν αἱ τόλμαι
ὡς μέχρι βασιλέως ἀναχθησόμεναι, καὶ ἔνδοξος ἦν ὁ τολμῶν αὐ-
τίκα περὶ τῶν σφετέρων δικαίων λέγειν, ὡς ἀληθῆ δόξαν λέγειν
δι' ἐκείνου πρὸς τὸν κρατοῦντα. οὕτως ἦν πρὸς τὰς ἀναδοχὰς E
5 τῶν ἀνθρώπων ὁ ἀνὴρ δοκιμώτατος, ὥστε καὶ προλαβεῖν οὐ χεῖ-
ρόν τινα τῶν αὐτοῦ εἰς δεῖγμ' ἀκριβοῦς παρρησίας καὶ τῆς περὶ
τὸ δίκαιον ἀντιλήψεως. θέρους ἦν ἀκμή, καὶ ὁ κρατῶν περὶ
τὸ τῆς μεσημβρίας σταθερώτατον, μετὰ τὸν μετ' ἄριστον ὕπνον,
κατὰ τὰ ὠάτου μέσα καθήμενος ἐναιθρίαζε. συνεδριάζων δ' ἦν
10 ἐκείνῳ καὶ πατριάρχης ἐγγόθεν ἐκ τῆς χώρας ἔχων, τηνίκα καὶ
βασιλεὺς ἐξ ὕπνου ἀνέγροιτο, ἐκ τοῦ ῥᾴστου παραγίνεσθαι.
ἐνετύγχανε τοίνυν, καὶ ἡ ἐντυχία ἀξίωσις ὑπὲρ ἀνθρώπου ἦν ὃν P 275
ἠδικῆσθαι μὲν ὁ ἱερεὺς διεγίνωσκεν, οὐ καλῶς δ' ἔχων ὁ βασι-
λεὺς περὶ ἐκεῖνον οὐ κατένευε σώζεσθαι. καὶ ἡ ἔνστασις ἀμφο-
15 τέρωθεν ἱκανὴ ἦν θορυβῆσαι καὶ τὸν ἀκούοντα. τοῖς δ' οὐκ
ἔλαττον ἔτι, ἀλλὰ τῷ μὲν ὡς ὑπὲρ δικαίου λέγοντι ὁ ζῆλος ἀνέζει
καὶ παρρησιαστικώτερον ἔπληττε, βασιλεῖ δὲ τὸ ἐπὶ τῷ διαπρε-

10. ἡνίκα?

dem offensionem; cui et stomachum et suspiciones nonnunquam movebat, quod iterum et tertio interpolatus una de re ipsi libellus inculcaretur, ut iam qui primam propositionem acceperat placidus vultuque benigno spem fecerat, ad toties replicatas instantias corrugaret frontem, metuens ne suae iam facilitati illuderetur, praesertim increbrescente confidentia multorum, qui freti conciliatore admissionis et eodem supplicationis suffragatore patriarcha, audientiis sine fine captandis producendisque aures imperatoris obtundebant et videlicet irritabilis natura fortunaque hominis fatigabant patientiam, eo ipso gratiam ad populum patriarchae cumulante, quod eum, ut consuleret miseris, videret ne favoris quidem apud principem proprii cavere dispendium. tam effusum efficaxque in novo patriarcha eminebat sublevandorum inopum studium. cuius hic singulare aliquod exemplum haud inutile fuerit referre, unde specimen prudens lector capiat liberae fiduciae viri istius fortisque in iustitia propugnanda constantiae. aestas erat summa, et imperator altissimo stante sub medium diem sole recens a pomeridiano somno in medio coenaculo frigus captabat. obsidebat autem fores audientiam expectans patriarcha e vicino ad hoc profectus et ibi considens, ut ad primam ab experrecto imperatore paratus admissionem staret. admissus tandem causam agere coepit hominis, ut ei compertum erat, iniuste damnati. caeterum odio quodam in hunc hominem praeoccupatus imperator, salutem miseri quam petebat patriarcha non annuit. hinc praesule ad instantius deprecandum incumbente, principe vero in negandi proposito perstante, certamen ortum est utrimque sic accensum ut audientes conturbarentur, cum finem patriarcha urgendi, Augustus renuendi non faceret. ad extremum conscius patriarcha se pro iustitia pugnare, in zelum exarsit, et liberioribus imperatorem pupugit verbis. ille odium quo flagrabat in reum, in nimis vehementem,

www.libtool.com.cn

σβευομένῳ ἔχθος πρὸς τὴν κατὰ τοῦ πρεσβεύοντος βαρύτητα τρέ-
B ψαντι συνέβαινε παροξύνεσθαι. καὶ ὁ μὲν ἐδέετο, ὁ δ' ἀνέ-
νευεν. ὁ μὲν καὶ δραστικώτερον ἠντιβόλει, ὁ δ' ἠγρίαινε. τέ-
λος ἀλλ' ἀδικεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον ἔλεγεν, ὁ δ' οὐκ ἐφρόντιζεν.
ὡς δὲ καὶ δῆλος ἦν πράξων παραβολώτερον, ἢν μή γ' ἀκούοι,
ὁ δ' ἀλλ' οὐκ ἐδίδου τὸ παράπαν τὴν λύσιν, κἂν ὅ τι καὶ πρά-
ξοι. καὶ εὐθὺς ζῆλος εἰσέδυ τὸν ἱερέα, καὶ "τί δὲ" φησί,
"καὶ ἀπὸ τίνων ἀρχιερεῖς εἶναι ἄξιον ἢ μαγείρους καὶ στράτωρας,
οὓς ὑποκλίνειν ἀνάγκη κἂν ὅ τι θέλοιτε;" ταῦτά τε εἰπεῖν καὶ
C ἀθρόον τὸ τῆς πατριαρχίας σύμβολον ῥῖψαι τὴν βακτηρίαν, τὴν
δ' ἐπιροιζῆσαι πρὸ ποδῶν τῷ βασιλεῖ πεσοῦσαν, τὸν δ' ἅμ' ἀ-
ναστάντα, ᾗ ποδῶν εἶχεν, ἔξω χωρεῖν. καὶ τὸν μὲν βασιλέα ἐν
αἰσχύνῃ ποιοῦντα τὸ πρᾶγμα ἐνεὸν ἀνίστασθαι, ἐκεῖνον δέ, πολ-
λῶν ἐπεχόντων καί γε τῶν ἐκ βασιλέως συχνῶν πεμπομένων καὶ
ὑποστρέψαι παρακαλούντων ὡς εἰς λύπην τῷ βασιλεῖ γενησομέ-
D νης τῆς ἐκχωρήσεως, τὸν δὲ μηδ' ὅλως ἀκοῦσαι, ἀλλὰ πεζῇ διελ-
θεῖν καὶ τὴν μονὴν τῆς χώρας καταλαβεῖν, ἔργῳ δείξαντα τὴν
τοῦ ζήλου φύσιν ὁποία, καὶ ὡς οὐ λαμβάνει πρόσωπον ἂν κατὰ
θεὸν γίνηται. ἄλλοτε δὴ πάλιν (προτρέχει γὰρ καὶ τοῦτο ῥη-
θῆναι) ὑπὲρ ἀνθρώπου δέησις ἦν δοκοῦντος ἔχειν τὸ δίκαιον

2. *συνέφαινε* P.

ut putabat, eius patronum vertens, asperius et ipse responsavit. processerat paene in iurgium lis, poscente hoc, abnuente illo, efficacius hoc deprecante, contra illo excandescente. tandem contestante praesule iniuriam homini fieri, principe nihil id se curare ostendente, praesule se adhuc fortius acturum, ni audiretur, prae se ferente, principe contra ostentante, quidquid faceret aut diceret, nihil impetraturum, ne tum quidem patriarcha victus abscessit aut susceptum suum deserere sustinuit, sed aestu elatus effervescentis intus zeli: "quid igitur?" inquit, "an censes aequum episcopos apud vos nihilo pluris esse quam coquos aut stratores, quibus omnia vobis obsequi et ad nutum servire necesse est?" simul haec dicens pastoralem baculum, patriarchalis insigne dignitatis, ante imperatoris pedes abiicit: ipse impetu exurgens velocissimo passu se foras eiicit. id videns imperator et ad ignominiam pertinere suam reputans, solicitus assurgit, multis digredientem tenere patriarcham conantibus, et aliis super alios ab imperatore missis eius nomine rogantibus ut rediret ad vocantem Augustum et discessum hunc eius molestissime ferentem. ille ad omnia surdus cursum tenuit, quoad in vicinum, ubi diversabatur, monasterium pedes pervenit, re ipsa ostendens quae indoles zeli sit, quamque ille, cum deum habet auctorem, reverentia quantaevis etiam praesentis personae non retardetur. alias rursus (nam et huc impetu semel digrediendi capto prono lapsu procurrat oratio) alias, inquam, rursus orabat patriarcha pro homine, cui iustum censebat ab imperatore id indulgeri quo egebat, sed replicata saepius nihil proficiebat oratio; et

www.libook.com.cn

ἐφ' οἷς καὶ βασιλέως δέεται. ἀλλὰ πολλάκις εἰπὼν οὐκ ἠκούσθη, καὶ ὑπερήμερος ἐφαίνετο ἡ βοήθεια. δράττεται τοίνυν ὁ πρεσβεύων καιροῦ, καὶ ὁ καιρὸς ἑορτὴ ἦν τοῦ ἐν μάρτυσι περιφανοῦς E
Γεωργίου καὶ σύναξις ἀνδρῶν οὐκ ὀλίγων ἀνὰ τὴν τῶν Μαγγάνων
μονήν. καὶ ὁ μὲν ἱερεὺς τὴν ἀναίμακτον ἐτέλει θυσίαν, ὁ δὲ βασιλεὺς ἱστάμενος ἐτελεῖτο. ἐπεὶ δ' ἐτελεύτα ἡ τῶν δώρων ἀναφορὰ καὶ ἔδει τὸν βασιλέα νιψάμενον προεισελθεῖν ἐφ' ᾧ τε μετασχεῖν ἀντιδώρου καὶ εὐλογίαν παρὰ τοῦ λειτουργήσαντος δέξασθαι, ἀνοίγνυνται τὰ πρόσθεν τῶν ἀδύτων θύρια, ἐμφανίζεται
ὁ τὴν εὐχὴν τελέσων τῷ βασιλεῖ, πρόσεισι βασιλεύς, ἐκτείνει τὰς χεῖρας τοῦ θείου ἄρτου ληψόμενος, ἐπέχει τὴν δεξιὰν ὁ ἱερεὺς τὸ τοῦ ἱεροῦ ἄρτου κλάσμα κατέχουσαν. καὶ οὕτω τῶν μὲν χειρῶν P 276
ἐκτεταμένων τῷ βασιλεῖ, τῆς δὲ δεξιᾶς τῷ ἱερεῖ ἀτρεμούσης, ἡ γλῶσσα φέρει τὴν ἱκεσίαν καὶ τῷ λυπουμένῳ ζητεῖ τὴν λύσιν. εἰ-
δὲς ἂν τότε γενναῖον παράστημα ψυχῆς, τοῦ μὲν ἱκετεύοντος δοῦναι τὴν λύσιν, καὶ τοῦ μὲν εἰς καιρὸν ἀναρτῶντος ὡς μὴ ὄντος ἐκείνου καιροῦ λύσεως, τοῦ δὲ καὶ μᾶλλον ὡς ὄντος ἐξανακράζοντος ἅμα μὲν ἁγιασμοῦ ἐκ θεοῦ ἅμα δὲ καὶ συμπαθείας πρὸς B

15. ante ἱκετεύοντος haec fere exciderunt: ζητοῦντος τὸ κλάσμα, τοῦ δὲ.

iam longa adeoque infinita videbatur saepe frustra rogati auxilii mora. arripit igitur occasionem intercessor, quam a religione fore putavit efficacem. festum agebatur perillustris inter martyras Georgii, et conventus erat non modicae multitudinis apud aedem sacram monasterii Manganorum, incruentam ibi sacrificium offerente patriarcha. imperator sacris adstabat. ubi vero perfecta oblatione donorum tempus adfuit quo ex more lotus imperator accedere debebat ad perceptionem panis benedicti, quem antidorum vocant, et eulogiam a celebrante accipere, recluduntur anteriores adytorum fores, et prodit qui bene precaturus imperatori iuxta morem erat. praesto est Augustus, et manus porrigit sacrum sumpturus panem. cohibet dexteram sacerdos, qua fragmentum sacri panis tenebat. et sic extensis imperatoris palmis, manu vero patriarchae rigide suspensa, lingua eius toties antea reiectam supplicationem iteravit, et homini aegre habenti, ut ab imperatore quod optabat, contingeret precata est. videres hic utrinque obnixam in proposito constantiam duorum invicti rigoris animorum. nihil enim de sententia dimotus imperator fragmentum petebat, patriarcha vicissim veniam orabat pauperi. atque imperatori excusanti non esse id aptum veniae isti concedendae tempus, et differri negotium poscenti, patriarcha contra reponebat optime coniungi cum perceptione gratiae ex deo indulgentiam in hominem veniae; tum asseverabat nunquam se tributurum sacrum panem, nisi quod petebatur largiretur imperator. finem certamen non habebat, quoad tandem intentiori supplicatione institit Augustus ut sibi panis daretur, non tam ad usum fructumve, ut aiebat, proprium quam ad offensionem spectantis populi vitandam, apud quem existimationis iacturam subiret, si vacuus et sacri

www.dbbyzantinistik.at

ἄνθρωπον. τέλος ἀντιβολεῖ βασιλεὺς τὸ κλάσμα λαμβάνειν, οὐ κατὰ χρείαν μᾶλλον, ὡς ἔδειξεν, ἢ εἴγε κενὸς ἀποστρέψει τὸν λαὸν αἰσχυνόμενος. ὡς δ' οὐκ ἐδίδου, εἰς κρῖμα λέγων λαμβάνειν, εἰ μὴ λύει τῷ διακενῆς λυπουμένῳ τὴν λύπην, μεταβαλεῖν τε τὸν βασιλέα τὸ ἱλαρὸν εἰς ὀργήν, καὶ μηδὲν προσθέντα τοῦ
C "ἀνέορτα" εἰπεῖν "ἑορτάσαμεν" χωρῆσαι πρὸς τὸ παλάτιον.

P 277 25. Ἐπὶ τούτοις ὁ βασιλεὺς αἰδεσθεὶς τὸν ἄνδρα, ὠρέγετο μὲν ἔκποθεν αἰτίαν σχεδιασθῆναι τοῦ ὅπως ταπεινωθείη τὸ τοῦ ἀνδρὸς ἀκατάπληκτον, τῷ δέ γε τέως τοῖς περὶ αὐτὸν ἀπολογούμενος ὅπως πολλάκις ἀντιβαίνει καὶ οὐ πείθεται μεσιτεύοντος, τὴν συνεχῆ προσεδρείαν ᾐτιᾶτο τῆς ἀπειθείας, καὶ ὡς συνεχῶς ἐνοχλούμενος ταὐτόν τι πάσχει τοῖς ἀψικόροις πολλῶν παρα-
B τιθεμένων βρωμάτων· ὀργίζεσθαι γὰρ ἐκείνους, ἢν μή τις ἀποσκευάζηται τὰ τεθέντα, καὶ αὐτὸν πολλῶν καθ' ἑκάστην ἐπαντλουμένων τῶν ὑποθέσεων, καὶ ταῦτ' οὐκ ἐκ μηνυμάτων ἀλλ' αὐτοπροσώπως, ὁπότε καὶ ἡ ἀντιλογία καιρὸν ἔχει πρὸς ἕκαστον, διὰ τὸ ἄξιλωμα ἀγανακτεῖν καὶ δυσκολαίνειν πρὸς τὴν κατάνευσιν,
C πολλῶν ἐπεισρεόντων ἄλλοθεν ἄλλων καὶ μεθελκόντων ἑκάστου πρὸς ἑαυτὸ τὸν νοῦν τὸν βασίλειον. καὶ τὸν μαθεῖν καὶ ζητῆσαι

19. τὸν μαθ.] τὸ μαθ. P.

expers ferculi ab ara reverteretur. verum ex adverso patriarcha magis timendam cavendamque studiosius indicans dei offensionem, "acciperes in iudicium, Auguste," inquit, "hunc sacrum cibum, quoad certum fixumque tibi erit homini iniuste vexato solatium negare." tunc vero caperata fronte imperator, et priori placiditate vultus in manifesta irae indicia mutata, cum surgens dixisset "ergo festum infestum egimus," nullo praeterea verbo addito in palatium recessit.

25. His experimentis veritus imperator tam acrem in urgendo virum, cupiebat alicunde aliquam expediri rationem commodam intrepidae eius et inflexibilis retundendae vehementiae. de qua cum apud suos familiares sese purgans ageret, accusare contumacis pertinaciae solebat irrevocabilem illam patriarchae perseverantiam in usque et usque instando ad impetrandum id quod iterum, et saepius petitum, idoneis causis negatum fuisset. addebat fatigatum se molestis hisce obtrusionibus petitionum frequenter reiectarum, idem pati quod nauseantes solent ingestis cibis magna copia, quibus iram commovet importunitas reponere non desistentium fastiditam cramben. multa quotidie sibi negotia eius generis ingeri assiduitate insatiabili, neque id per literas aut nuntios, sed coram ab ipso adstante per seque agente patriarcha; unde fieret ut quoties quod concedi non expediret peteretur, grave sibi et permolestum esset renuere propter verecundiam viri tantae auctoritatis praesentia incussam. id per se incommodum intolerabilius reddi concursu et gravitate principalium curarum et occupationum, undecunque ingruentium ac videlicet necessario attentione varia mentem principis in diversa trahentium. his ut modum adhiberet, constituit certam praescribendam patriarchae congres-

www.libtool.com.cn

καιρὸν ἐντυχίας ἴδιον, μιᾶς ἡμέρας εἰς τοῦτο τῶν ἑπτὰ ἐκλεγείσης. καὶ ἐκλεγῆναι τὴν τρίτην, ὡς εἶναι μόνην ταύτην τῆς ἑβδομάδος ἁπάσης καιρὸν ἐντυχίας ὑπὲρ ἀνθρώπων τοῦ πατριάρχου πρὸς βασιλέα, ταχθῆναί τε καὶ γραμματικὸν ἴδιον τὸν Ξιφιλῖνον Μιχαὴλ ἐφ' ᾧ τὰς λύσεις τῶν ἀναφορῶν ἀναδεχόμενον γράφειν. οὕτως ἦν ἡ τρίτη ἀφωρισμένη θεῷ ἐλέους καὶ παρακλήσεως. ὡς ἂν δὲ μὴ ἀφαιροῖτο ἡ ἡμέρα τοῦ προνομίου, ἀσχοληθέντος ἐπ' ἄλλοις κατ' ἀνάγκην τοῦ ἄνακτος, τόπος ἀναπαύσεως τοῖς περὶ τὸν πατριάρχην ἡ τῆς χώρας ἐτάχθη μονή, εἰς ἣν καὶ ὑποστρέφων ἐνίοτε, ἤν τι πρωΐαθεν μὴ ἀνύσειεν ἐξ ἀναγκαίας ἀσχολίας ἐπεισπεσούσης τῷ βασιλεῖ, ἡ δείλη ὀψία μέχρι καὶ ἐς ὀψὲ τῶν νυκτῶν ἀνεπλήρου τὸ ἐλλειφθέν. καὶ πολλῶν καλῶν ἐκ τῆς περὶ ταῦτα τοῦ πατριάρχου σπουδῆς ἀπώναντο ἄνθρωποι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον, ἃ δὴ καὶ καθ' εἱρμὸν προσλαβὼν ὁ λόγος ὑπέμνησεν. D E

26. Ὁ μέντοι γε βασιλεὺς πρέσβεις εὐτρεπίσας ἀποστέλλει πρὸς πάπαν, ἅμα μὲν δηλώσοντας τὸν τῆς πράξεως ἐπιτελεσμόν, ἅμα δὲ καὶ τὰ κατὰ τὸν Κάρουλον μαθησείοντας, εἰ καθυφῆκε τῆς ὁρμῆς ἐκείνης καὶ πρὸς τὸ ταπεινότερον ὑπεκλίθη. P 278

9. τοῖς] τῆς P.

sibus diem, unam e septem orbem hebdomadarium conflantibus, extra quam ab audiendo patriarcha, patrocinio reorum aut egentium fungente, vacatio principi certa constaret. idonea ad id visa feria tertia patriarchae admissioni tales causas acturi adsignata propria est; ordinatusque notarius in id officii proprius Xiphilinus Michaël, qui et causas tali audientia relatas et responsa imperatoris ad singulas in commentarium referret. sic deo et solatiis afflictorum consecrata dies hebdomadis tertia est. ne vero interverti talis in id temporis usuram, superveniente forte principi alio necessario negotio, unquam contingeret, diversorium in eam diem patriarchae provisum est in monasterio viciniae; in quod is subinde recedens, si qua inevitabili avocatione imperatoris averteretur attentio, immineret e propinquo in occasionem resumendae opportune tractationis, ita ut quod mane perfici non potuisset absolveretur vesperi, excurrente nonnunquam in aliquot commissae iam noctis horas et antistitis diligentia et patientia imperatoris. non facile dixerim quam multa commoda ex hoc tam assiduo benevoloque patriarchae studio in homines solatio egentes redundare contigerit. sed de his hactenus, quae variis transacta temporibus unam in seriem, ordinis et memoriae compendio, oratio nostra complexa est.

26. Caeterum imperator expeditos instructosque legatos mittit ad papam, simul significaturos perpetratum iam negotium et executioni conventa mandata, simul clam sciscitaturos quid rerum moliretur Carolus, et ecquid adhuc demisisset animum, fero illo quo in Graecos antea inci-

www.libtool.com.cn

οἱ δὲ παραγενόμενοι τὰ μὲν τῆς εἰρήνης δηλώσαντες ἀπεδέχθησαν, καταλαμβάνουσι δ' ἐκεῖσε τὸν Κάρουλον θυμοῦ πνέοντα
B καὶ λιπαρῶς τῷ πάπᾳ προσκείμενον καὶ προσλιπαροῦντα ἐφεῖναι τούτῳ τὴν ἐπὶ τὴν πόλιν ἐπέλευσιν. ἐώρων οὖν ἐκεῖνον ὁσημέραι τῶν ποδῶν τοῦ πάπα προκυλινδούμενον, καὶ ἐς τοσοῦτον ταῖς μανίαις συνισχημένον ὥστε καὶ τὸ ἀνὰ χεῖρας σκῆπτρον, ὃ σύνηθες κρατεῖν τοῖς τῶν Ἰταλῶν μεγιστᾶσιν, ὀδοῦσιν ἐκ μανίας κα-
C ταφαγεῖν, ἐπειδὴ λιτανεύων καὶ τὴν πρὸς ἀπαρτισμὸν ἔξοδον προβαλλόμενος καὶ προτείνων τὰ αὐτοῦ δίκαια οὐδ' ὅλως τὸν πάπαν ἔπειθεν ἀπολύειν, ἀλλ' ἦν παρὰ κωφῷ λέγων. ἀντεπῆγε γὰρ καὶ ὁ πάπας τὰ ὑπὲρ τῶν Γραικῶν δίκαια, ὡς ἐκείνων οὖσα ἡ μεγαλόπολις ἐκείνοις πάλιν καὶ προσεγένετο, καὶ ὅτι νόμος ἀνθρώποις ταῦτα, καὶ δῶρα πολέμου καὶ πόλεις καὶ χρήματα, τὸ δὲ μεῖζον τῆς ἐκκλησίας υἱοὶ καὶ Χριστιανοί. Χριστιανοῖς δὲ
D κατὰ Χριστιανῶν ἐφεῖναι, μὴ καὶ εἰς παροργισμὸν τοῦ θείου πράττοιμεν.

27. Οὕτως ἀναχαιτιζομένου τοῦ Καρούλου, ὁ βασιλεὺς τῶν ἐξ ἐκείνου φροντίδων ἀπολυθεὶς ἐπεβάλλετο τοῖς ἐγγὺς κρατερώτερον. καὶ Ἰκάριον προσχωρήσαντα δέχεται, ἄνδρα πολλὴν μὲν τὴν ἐς μάχας πεῖραν ἔχοντα, τατάρχοντα δὲ καὶ νήσου με-
P 279 γίστης, ἣν Ἀνεμοπύλας ἔθος τοῖς ἐκεῖ λέγειν, συμβάματι δὲ τύ-

tabatur impetu remisso: legati appulsi nuntiarunt consummatam pacem, et excepti perbenevole sunt. invenerunt autem ibi Carolum minas spirantem, et omni contentione precum incumbentem ad exorandum papam ut sibi permitteret expeditionem in urbem Constantinopolim. videbant igitur quotidie advolventem se papae pedibus, et eo subinde furoris inquietissimi prorumpentem, ut quod manibus more Italicorum principum gestabat sceptrum, commorderet rabiose admotis dentibus, indignans sibi negari, quam instantissime petebat, facultatem exequendi quod constituerat, paratum scilicet exercitum adversus imperatorem educendi; iuribus ad id frustra commemoratis suis, haud persuaso ut id bellum approbaret et surdo ad preces omnes tales persistente papa. qui vicissim allegabat Carolo Graecorum iura, placide admonens possessam ab illis dudum Constantinopolim, iterum ad antiquos dominos fortuna revolutam. eas esse rerum humanarum vices: et urbes et opes demum caeteras praemia esse belli. eique legi acquiescendum, praesertim cum Graeci quoque ecclesiae filii Christianique essent: "neque," aiebat, "possumus Christianos cum Christianis committere, ne iram in nos dei provocemus."

27. Sic represso impetu Caroli, imperator ista cura levatus eo animosius incubuit in res suas quam optime constituendas ex praesenti usu, quando ad se confugientem benigne Icarium excipit, virum multa praeliorum experientia militarem scientiam adeptum. princeps is fuerat insulae maximae, quam qui illic degunt Anemopylas, hoc est ventorum por-

www.libtool.com.cn

χης ἐκεῖθεν φυγόντα. τὴν γοῦν νῆσον προσκυροῖ βασιλεῖ, καὶ αὐτὸς τοῖς τοῦ βασιλέως οἰκείοις ἐγγράφεται. βασιλεὺς δ' ἀποβαλὼν μὲν πρὸ ὀλίγου σεβαστοκράτορα, ἀποβαλὼν δὲ καὶ δεσπότην, τοὺς αὐταδέλφους, ἔτι δὲ πρὸ τούτων καὶ ἄλλον σεβαστοκράτορα καὶ Καίσαρα καὶ πρωτοβεστιάριον καὶ μέγαν δούκαν καὶ ἁπλῶς τοὺς ἐν τοῖς μεγίστοις ἀξιώμασιν, ἄλλους ἀνάγκην εἶχεν ἱστάναι. καὶ δὴ τοῦτον μὲν τὸν Ἰκάριον καὶ ἔτι ἐν ἰδιώταις εἶχε, καὶ ἅμα δυνάμεσι πεζικαῖς ἐμβιβάσας ναυσὶν ἐκεῖνον ἐπ' Εὐρίπου πέμπει τῷ μεγάλῳ κυρίῳ Ἰωάννῃ συμμίξοντα. καὶ δὴ ἐπεὶ στρατὸς τῶν νεῶν ἀπέβαινε περί που τοὺς Σωρειούς, ὁ Ἰωάννης πυθόμενος τὴν ἐκείνων ἀπόβασιν, καί γ' ὡς εἶχε ποδαλγὸς ὢν τῆς πρὸς ἐκείνους οὐκ ἀπέσχετο μάχης, ἀλλ' αὐτόθεν συνταξάμενος καὶ τὸ Λατινικὸν εὐτρεπίσας εὐθὺ τῶν ἀκουσθέντων ἦϊε. καὶ μάχην κρατερὰν συμμίξας ἀκοντισθεὶς πίπτει· τὸ γὰρ τῶν ποδῶν ἄλγημα οὐ παρεῖχε στερρῶς ἀντιβαίνειν ταῖς ἐφ' ἑκάτερα τῆς ἐφεστρίδος κλίμαξιν, ἀλλ' ἅμ' ἠκοντίζετο καὶ παρευθὺς ἔπιπτε καὶ ἡλίσκετο. καὶ σὺν αὐτῷ ἄλλοι τε πολλοὶ συμποδίζονται, καὶ δὴ καὶ ὁ τοῦ Ἰκαρίου αὐτάδελφος. ἐν τούτῳ δὲ καὶ στρατὸς ἀπὸ ξηρᾶς εἰσβάλλει, οὓς ἦγεν ὁ μέγας στρατοπεδάρχης Συναδηνὸς Ἰωάννης καὶ ὁ μέγας κονοσταῦλος ὁ Καβαλλάριος Μιχαήλ.

B

C

14. ἀκοντιασθεὶς P.

tas, vocare consueverunt. inde autem casu et conversione quadam sortis ad imperatorem fugere compulsus ins in eam insulam suum ei cessit, ipse in domesticorum Augusti censum adscriptus. imperator autem amisso paulo ante sebastocratore, amisso item despota fratribus suis, et ante hos morte pariter sublatis alio sebastocratore, praeterea Caesare, tum protovestiario ac magno duce, et ut verbo complectar uno, plerisque illorum qui dignitatum maximarum titulos gerebant, cum deberet sufficere alios in eorum loca, hunc quidem Icarium adhuc in privatorum ordine tenuit: caeterum eumdem cum pedestribus copiis impositum navibus in Euripum mittit, cum magno domino Ioanne dimicaturum. expositis hisce in terram copiis et usque circa Soreos progressis, audito earum excensu Ioannes, etsi aeger podagra, praelium non detrectavit, sed subito instructam Latinorum aciem eo recta ducens ubi versari hostes audierat, acri commissa pugna telo ictus concidit. pedum enim dolor haud passus eum librare se firmiter in equo et scalis equestribus utrinque pendentibus robuste insistere, vim ademit sustinendi se post ictum, effecitque ut primo statim teli quo percussus est impulsu sella excussus corruerit captusque subito fuerit, et cum eo alii multi casu eodem implicati, quippe necessaria subveniendi duci laboranti cura a fuga maturanda prohibiti, comprehensi pariter in custodiam sint dati. in his fuit ipsius Icarii frater. interim et exercitus a terra irrupit, quem ductabat magnus stratopedarcha Synadenus Ioannes et magnus conostaulus Caballarius Michaël. hi cum

www.libtool.com.cn

καὶ δὴ ὁρμήσαντες ἐπὶ Φάρσαλα φρούριον, ὃ Φθίαν ὃ παλαιὸς
D ἔχει λόγος, ἐφ' ᾧ σιταρκοῖεν τοὺς ἐν τῷ φρουρίῳ, προσπίπτουσι
τῷ ἐκ νοθείας Ἰωάννῃ, ὃς δὴ καὶ σφίσι συρράξας πόλεμον γεν-
ναῖον καὶ ἀνδρικὸν αἱρεῖ μὲν καὶ τὸν Συναδηνὸν καὶ μέγαν στρα-
τοπεδάρχην, τὸν μέντοι γε μέγαν κονοσταῦλον ὃ ὑπ' ἐκείνῳ λαὸς
Ἰταλὸς διώκων κατιλαβεῖν οὐκ ἴσχυσεν, ἀλλ' ὅλαις ἡνίαις ἐκεῖ-
νος ἐνδοὺς εἰς φυγὴν ἤλαυνε, καὶ τοὺς μὲν διώκοντας πολὺ προ-
θέων ἐξήλυξε, τὸ δέ γε μοιρίδιον ἀλύξαι οὐκ ἦν ἐκείνῳ, κἂν
E πάντ' ἔπραττεν. ἀτακτότερον γὰρ ἐλαύνων τὸν ἵππον, τοὶς
ὄπισθεν οἰόμενος φθάνειν καὶ πρὸς ἐκείνοις μόνοις ἔχων τὸν νοῦν
ὅπως ἐκφύγοι, προσπταίει δένδρῳ μεθ' ὅλης τῆς τοῦ ἵππου φο-
ρᾶς, καὶ κατὰ στῆθος συνθλᾶται. μόλις δέ τινες τὸν ἵππον
στήσαντες (οὐ γὰρ ἦν ἐκείνῳ μέλον τοῦ ἵππου, ἀλλά γε τῆς
πληγῆς τε καὶ τοῦ θανάτου) ἡμιθνῆτα καταβιβάζουσι, καὶ ὡς
εἶχον πρὸς Θεσσαλονίκην ἀπαγαγόντες ἐκεῖ θάπτουσι τελευτή-
P 280 σαντα. τοῖς δὲ περὶ τὸν Ἰωάννην ἀνέδην ἦν κτείνειν τὸν προστυ-
χόντα καὶ πολέμου γέρα σκυλεύειν. ἔγνωσαν δὲ καὶ τότε Ῥω-
μαῖοι λειφθέντες μάχῃ τοῦ Ἰωάννου· οὐ γὰρ ἐξ ἐμφανοῦς ὥρμα
παραταξάμενος, ἀλλ' ἐκ λόχου προσβαλών, οἷος ἐκεῖνος τὰ τοι-
αῦτα, κατέπληξε θεαθείς, καὶ λαὸν ἔκκριτον καὶ ἐπιεικῶς μα-

4. μὲν] δὲ P.

Pharsala tenderent (arx ea est, cui nomen antiquum Phthia fuit) animo commeatum importandi praesidio, incidunt in Ioannem nothum, qui statim eos acri praelio adortus non minus fortiter quam feliciter rem gessit, captis cum aliis plurimis, tum ipso Synadeno magno stratopedarcha. magnum conostaulum Itali milites Ioannis diu persecuti assequi nequivere. ille quippe totis habenis effusus in fugam longum insequentibus praeceperat spatium, ut iam periculo defunctus videretur. sed fatalem horum ne ista quidem contentione conatuque summo frustrari aut differre infelix potuit: dum enim incautius equum impellit securus anteriorum, a tergo solum ingruere periculum existimans eoque solicite respectans, in obviam arborem toto equi currentis impetu impactus dirupto pectore concidit, equo libero abeunte: neque enim equiti, diro casu et letali vulnere afflicto, vacabat de equo cogitare. hunc tamen aegre aliqui morati, semineccm ei Synadenum impositum Thessalonicam cum deportassent, mox ibi mortuum sepelierunt. Ioannes interim cum suis multa impune facta nostrorum caede, spolia plurima pretiosamque praedam victoriae praemium tulerunt. hoc altero iam eventu Romanos tristis experientia docuit quis et quantus bello esset Ioannes hic nothus, vir omnium callidissimus ad insidias struendas, tum ubi ex iis in plures cum paucis erumperet, imperterriti dux animi roborisque perrupturi quidvis oppositum. ergo is nunc quoque non palam occurrens ex adverso, sed ex latibulis improvise irruens, inopinatissima illa specie copias alioqui bonas et satis exercita-

www.libtool.com.cn

χῶν ἔμπειρον τῷ παρ' ἐλπίδα πταίσματι ἀνδρικῶς καταγωνιβά-
μενος δόξαν εὐκλείας ἀποφέρεται τῆς μεγίστης. τὸ δέ γε ναυτι-
κὸν καὶ ὅσον ἐν αὐταῖς ναυσὶν ἦν ἀζήμιοι διατηρηθέντες, ἢ μᾶλ- B
λον καὶ γέρα μάχης ἐπενεγκάμενοι τοὺς περὶ τὸν μέγαν κύριον
Ἰωάννην, εὐθύμῳ καρδίᾳ πρὸς τὸν κρατοῦντα γίνονται. καὶ οἱ
μὲν ἀμφὶ τὸν μέγαν κύριον ὑπὸ δεσμοῖς φρουρᾷ δίδονται, τιμᾶ-
ται δὲ ὁ Ἰκάριος ἀντίποινα τῶν ἀγώνων τῷ τοῦ μεγάλου κονο-
σταύλου ἀξιώματι. ὁ μέντοι γε τῶν Θηβῶν λαὸς τὸν ἀδελφὸν
Ἰωάννου Γουλιέλμον μέγαν κύριον ἀντικαθιστᾶσιν. ἐκεῖνον C
δ' ἀγήλας ὁ βασιλεὺς καὶ δοκιμάσας λαμβάνειν γαμβρὸν ὑφ' ὅρ-
κους ἀσφαλέσιν ἀπέλυε. μετέωροι δ' ἦσαν οἱ γάμοι καθ' ὑπο-
σχέσεις καὶ μόνας. ἀλλ' ἐκεῖνος ἅμ' ἐπιβὰς τῆς πατρίδος, νόσῳ
περιπεσὼν τελευτᾷ. διαδέχεται δὲ ὁ ἀδελφὸς ἐκείνου Γουλιέλ-
μος, ὃν καὶ γαμβρὸν Ἰωάννου ὁ λόγος παρίστα, ὁλοτελῶς τὴν
τοῦ τεθνηκότος κυριότητα. καὶ ἦν πρὸς Ῥωμαίους ἀντιφερόμε- D
νος, εἰ καὶ κατ' ἔτος ὁ στόλος ἐκεῖσε προσβάλλων ἐκάκου τἀκεί-
νου καὶ οὐδὲν εἶα ἀνύειν, περιζωσαμένου τὴν τοῦ μεγάλου δου-
κὸς ἀξίαν τοῦ Ἰκαρίου καὶ τὸν στόλον ἄγοντος.

28. Τοῦ Ἰωσὴφ δὲ καθημένου ἐν τῇ κατὰ τὸν Ἀνάπλουν E
μονῇ, νόσος ἐπεισπίπτει τῷ Ἰωάννῃ πατριαρχοῦντι δεινή· ἦν
δ' αὐτὸς ὁ Βέκκος ὁ καὶ πρότερον χαρτοφύλαξ. καὶ δὴ πολλὰ

tas primo perculit, mox impressione vehementi disiecit stravitque, gloriam suo nomini maximam tali facinore adeptus. at navalis exercitus universus incolumis, quippe incruenta victoria potitus, insuper spoliis dives, Ioannem cum suis bello captum ducens, gaudio et gratulatione ingenti ad imperatorem rediit. at Ioannes quidem cum sociis vincti custodiae traduntur: Icario vero merces operae bello feliciter navatae repraesentata est magni conostauli attributa dignitate. sub haec populus Thebarum fratrem Ioannis Gulielmum magnum dominum pro eo constituit. verum Ioannem ipsum imperator honorifice tractatum, propria ei filia in coniugem promissa, post firmatum iureiurando foedus liberum dimisit, nutante adhuc coniugii spe, quippe non ultra pacta, et sponsalia progressi. caeterum destinatus sponsus simul patriam attigit, morbo correptus obiit, successorem principatûs in solidum universi relinquens Gulielmum fratrem, quem superius diximus Ioannis nothi filiam duxisse, quique ideo soceri partibus addictus infensus Romanis mansit: quare classis in eius terram quotannis invecta eam vastabat, damnis afficiens ingentibus; nec Gulielmo spatium prospere quidquam agendi ac ne respirandi quidem dabat hostis ei oppositus impiger Icarius, magni iam ducis potestate classem ductans.

28. Diversante porro, ut dictum est, Iosepho in monasterio ad Anaplum sito, morbo corripitur gravi Ioannes patriarcha, Veccus nimirum, idem qui chartophylax prius fuerat. per eum languorem cum multa

www.libtool.com.cn

παθῶν καὶ ῥαΐσας, τοῖς ἰατροῖς δόξαν ἐν σχολῆς τόπῳ μετατεθέντα τὸν ἀῤῥωστοῦντα κατ' ἰδίαν θεραπεύεσθαι, μὴ καὶ ἡ ἀσχολία τριβὴν ἐμποιῇ τῇ νόσῳ, ἐπεὶ καὶ ῥαΐσας πρὸς τῷ καὶ
P 281 πόμα καθαρτικὸν προσφέρεσθαι ἦν, ὁ τῆς Λαύρας πρὸς ταῦτα τόπος ἐκρίνετο χρήσιμος. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς διὰ ταῦτα μεταθεῖναι τὸν Ἰωσὴφ ἐβούλετο, ὡς οὐκ εὐπρεπὲς ἄλλως ὂν ἐν μιᾷ μονῇ διατρίβειν τόν τε ἀργὸν ἐκ πατριαρχίας καὶ τὸν ἤδη πατριαρχεύοντα. ἀλλ' ὁ Ἰωάννης ἅμα μὲν εἰδὼς τὸ τοῦ Ἰωσὴφ ἱλαρόν, καὶ ὡς αὐτοῦ σχεδὸν ψηφισαμένου ἐκεῖνος τὰ πηδάλια τῆς ἐκκλησίας ἐλάμβανε (καὶ γὰρ τὴν ἀπ' ἐκείνου βουλὴν θέλων ὁ κρατῶν
B λαμβάνειν περὶ προσώπου διεπυνθάνετο, κἀκεῖνος τοῦτον παρὰ τοὺς πολλοὺς ἐξελέγετο ὡς ἄλλως λόγιον καὶ ἐπὶ τοῖς πράγμασι τρίβωνα), ἅμα μὲν οὖν διὰ ταῦτα, ἅμα δὲ καὶ τῷ τῆς σφετέρας γνώμης πιστεύων εἰρηνικῷ, διεκώλυσε μὲν τὸν Ἰωσὴφ μεταθεσθαι, οὕτω δ' ὄντος ἐκεῖσε καὶ αὐτὸς τῇ μονῇ ἐνδημεῖ, καὶ ἦν τὸ ἀπὸ τοῦδε καὶ προσαποστέλλων πρὸς Ἰωσήφ, καὶ τὰς ἀπ' ἐκείνου ἀποκρίσεις φιλοφρόνως καὶ μετὰ προσηνείας πάσης δεχόμενος. ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ ἐκεῖνος εἰρηνικός τε καὶ ἱλαρός, καὶ τοσοῦτον τῇ τῆς ἐκκλησίας πράξει ἀπήχθετο ὥστε μηδ' αἰσχύνη-
C

1. μεταθέντα P.

vel a malo ipso vel a remediis passus meliuscule iam habere videretur. medicis visum transferri aegrum oportere in seductum a turba negotiorum locum, ubi curari per otium posset, nulla interpellante molestia quotidianarum occupationum. decreverant autem in ista ei quiete propinare purgantia quaedam pharmaca, morbi videlicet reliquias et noxios humores eius causas funditus exhaustura. secessus porro ad eam rem aptissimus Laura putabatur eadem illa ubi degebat qui patriarcha fuerat Iosephus, quem ideo imperator alibi collocare statuerat, haud consentaneum existimans eodem hospitari domicilio decessorem successoremque patriarchatus. verum Ioannes simul compertam habens comem hilaremque Iosephi indolem, simul conscius ipso tantum non clare palamque suffragante sese nuper ad ecclesiae fuisse gubernacula promotum (etenim Iosephi sententiam de successore volens imperator explorare, consuluerat eum de persona quam ei muneri aptam iudicaret; et Iosephus Veccum prae multis ad id elegerat ut et alioqui disertum ac doctum, praeterea negotiorum administratione tritum, denique praeter caetera, quod eius tranquillo et studioso pacis ingenio confideret) haec, inquam, Ioannes reputans obstitit quo minus inde Iosephus amoveretur. illo igitur ibidem permanente, eodem et ipse divertit, missitans subinde officiosas ad eum salutationes, et mutuas ab ipso comitatis humanissimae significationes recipiens. erat enim Iosephus adeo pacificae placidaeque naturae, ut eo quod hactenus ecclesia egerat ad pacem oblatam disturbandam offenderetur, nec veritus fuisset fateri saepius se, nisi praeoccupatus iuramenti a se palam editi religione fuisset, ad omnia fuisse assensurum: nec enim

www.libtool.com.cn

σθαι πολλάκις ὁμολογεῖν τὸν ὅρκον γενέσθαι κωλύμην τοῦ καὶ αὐτὸν ἐν τούτοις εἶναι, ἐπεὶ πλέον οὐκ ἦν γενέσθαι τῶν πραχθέντων, ὡς ὑπελάμβανεν. ἐν τούτοις διάγων ὁ Ἰωάννης πολλὰ μὲν γραμμάτια εἰς χεῖρας εἶχε λαμβάνων, ἃ δὴ καὶ οἱ σχιζόμενοι ἐξετίθουν, δεικνύντες τὴν πρᾶξιν ὡς σφαλερὰν καὶ θεοῦ πόρρῳ βάλλουσαν, ἅμα δὲ καὶ τοὺς Ἰταλοὺς ἐνόχους αἱρέσεσιν οὐ συνεσκιασμέναις ἄλλως καὶ ἀμφιβόλοις ἀλλ' ἐμφανέσι τε καὶ λαμπραῖς. εἶχον δὲ καὶ ἀπὸ γραφῶν ὡς δῆθεν τὰς ὑποδείξεις, ἃς καὶ κατεστρώννυον συνεχέστερον, κἄν πού τι καὶ ἁγίοις ἐρρήθη θελητικόν, εἴποι τις, καὶ τὸ κατὰ σφᾶς παριστὰν ἰδίως, ὡς περὶ εἰρήνης οἷον ὡς εἰρηνευτέον μὲν ὅπου μὴ θεὸν ζημιούμεθα, καὶ πολεμητέον αὖθις ὅπου ζημιοῦσθαι θεὸν κινδυνεύομεν, ταῦτ' ἐκεῖνοι πρὸς τὸ καθολικώτερον μεταφέροντες, καὶ ἄλλα πλεῖστα τοιαῦτα παρενείροντες ταῖς σφῶν συγγραφαῖς, παρίστων τὴν πρᾶξιν ὡς σφαλεράν. ἦν δὲ τὸ ἑπόμενον ἐξ ἀνάγκης γράφειν κἀκεῖνον καὶ ἀπολογεῖσθαι ἐφ' ἑκάστῳ τῶν λεγομένων. ἀλλ' εἰδὼς αἰρόμενα σκάνδαλα ὡς λόγων λόγοις μαχομένων, ἐξ ὧν οὐκ ἔστι διαδιδράσκειν ἢ οὖσαν ἢ δοκοῦσαν κατηγορίαν ἐπὶ παρα-

iam suspicabatur quod antea timuerat, rem ulterius processuram quam quo esset hactenus promota. eo igitur hospitio Ioannes utens, multos in manus sumpsit legitque libellos ab iis compositos qui perseverabant in schismate; quorum erat scopus ostendere suspectum hoc totum pacis negotium esse, longeque a deo ac vera religione nos abducens; praeterea Italos haereseon teneri reos, earumque non occultarum aut ullo modo dubiarum, sed evidentium et meridiana claritate compertarum. talium assertorum documenta se habere scilicet aiebant manifesta planeque convincentia testimonia scriptorum authenticorum, quae et ambitiose contexentes proferebant. ac si quod sanctorum assertum in contrarium opponeretur, primum excipiebant arbitrarium, ut quis dixerit, id esse, hoc est pro sola voluntate paci studentium ad concordiae oblatae comprobationem accommodari. deinde concedebant faciendam sane pacem, sed tunc tantum, quando non exigeretur consensus in id quo deum offendi constaret: neque enim dei iactura bene tranquillitatem emi; satiusque multo esse decertare, ubi ne a deo veraque religione excidamus praesens periculum sit. talia illi in maxime catholicam conformantes speciem scribebant disserebantque, multa in eam sententiam accuratis lucubrationibus plausibiliter congerentes, quibus appareret anceps istud totum ac periculi plenum videri debere negotium. ea ille legens, necessitatem subire videbatur manifestam scriptis ista contrariis refellendi respondendique singillatim ad singula. sed idem providens ex isto aientium et negantium conflictu scriptorum eruptura scandala, raris lectoribus ea luce animi vigentibus, ut blandientem utrinque in commissis invicem argumentis altercantium verisimilitudinis speciem sano iudicio discernerent, nec facile scriptori quamvis cauto fore eam in tali tractando argumento moderationem tenere, ut satis sese subtraheret plerorumque reprehensionibus,

www.dibrary.net

βάσει τῶν μειζόνων τὸν γράφοντα, ἔμενεν ἠρεμῶν. καί γε τῷ Ξιφιλίνῳ, ἀνδρὶ γεραρῷ καὶ μεγάλῳ οἰκονόμῳ τῆς ἐκκλησίας
P 282 ὄντι, καθυπισχνεῖτο μὴ ἂν καὶ γράψαι ποτὲ εἰς ἀντίρρησιν δῆθεν, "μὴ δόξωμεν" φησὶ "τοῖς κειμένοις παρεγχειροῦντες κἂν ὅ τι λέγοιμεν. ἐκείνοις μὲν δοκοῦσι νεωτερισμῷ τινὶ ἐπὶ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ὁμόσε χωρεῖν καὶ ἀνέχειν πειρᾶσθαι, κἂν εἴ τι φαῖεν, κἂν φανερῶς καὶ τοῖς κειμένοις προσκρούοιεν δόγμασιν, αὐτάρκης ἀποφυγὴ τὸ ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας δῆθεν ἵστασθαι, καὶ τὴν τῆς ἐργολαβίας πεῖραν ῥᾷον ἐκκλίνοιεν ἄν. ἡμῖν δέ, κἂν τὰ
B φανότατα λέγοιμεν, ἀγαπητὸν εἰ μὴ προσεχοίμεθα μόνον, ἀλλὰ μὴ καὶ περὶ τροπῆς τῶν κειμένων φεύγοιμεν." ταῦτ' ἔλεγεν ἐκεῖνος τότε, τὰς τῶν σχιζομένων λαμβάνων ἀνὰ χεῖρας γραφάς, αἷς πολὺ τὸ σαθρὸν ἐχούσαις ἐπὶ πολὺ οἷς ἔλεγον ἐβούλετο μὲν ἀντιλέγειν, ἐπείχετο δέ, κἂν τέλος τὴν πεῖραν οὐ διέδρα, ὅθεν δὴ καὶ πολλοῖς περιπεπτώκει τοῖς χαλεποῖς. τότε δ' ἐφ' ἡμέρας
C τῇ Λαύρᾳ προσκαρτερήσας καὶ καθαρῶς ὑγιάνας εἰς Κωνσταντινούπολιν ἐπανέστρεφε, τῷ Ἰωσὴφ μεθ' ἱλαρότητος συνταξάμενος.

verum ei aut apparens praevaricationis in rebus maximis crimen impacturis, sustinebat se a scribendo quietusque perstabat. quin et Xiphilino viro gravi, magno tunc oeconomo ecclesiae, confirmavit se haudquaquam commentariis eius generis elucubrandis operam unquam daturum; ne videamur, inquiebat, semel constituta rursus in dubium vocare, quae quae semel fixa tenere decrevimus, eo ipso in concertationis aleam de novo inciamus, quod cum iis qui contraria palam sentiunt quosque pro novatoribus in rebus ecclesiasticis habemus, ultro descendamus in certamen, audire cognoscereque sustinentes quid illi pro se allegent. cum enim manifestum sit eos semel statuta rataque habita conari convellere dogmata, unum nobis idemque sufficiens adversus instantias eorum omnes, in contrario palamque pro nobis stante ecclesiae consensu, patet effugium, quo abunde securis, nullo fine miscendarum litium ac iurgiorum, licet nobis compendium facere disceptatione declinanda, qua utcumque pro nostra parte clarissima argumenta proferamus, vix sperare possumus assecuturos nos ut quae allegaverimus attente cognoscantur; multo autem verisimilius timere possumus ne nobis imputetur refictio revocatioque in dubium semel omni firmitate constitutorum dogmatum; quod odiosius, et nobis fugiendum vel maxime crimen est. ea tunc ille dicebat, quoties in manus sumeret haerentium adhuc schismati commentarios auctorum; quos tamen cum deinde legeret, animadvertens multam eorum labem fraudemque, impetum interdum capiebat refutandi splendide quae mendaciter affirmabantur, et fucatis ratiocinationibus detrahendi larvam. sed tenebatur, ne id faceret, ea quam dixi ratione; qua tamen excussus ad extremum est, venire coactus ad experimentum scripto disputandi adversus contra sentientes; unde in multas et graves contigit eum angustias incidere. tunc autem sat multis diebus diversatus apud Lauram, et iam plene restitutus valetudini, Constantinopolim revertit, salutato in digressu humanissime Iosepho.

www.libtool.com.cn

29. Οὐκ ἦν δέ τινας ἡρεμεῖν ἐντεῦθεν, ὥστε καὶ τὸν D
Ἰωσὴφ ἐκεῖσε καθήμενον ἀναπαύεσθαι, ἀλλ' ὁσημέραι προσφοι-
τῶντες ἠνώχλουν τὸν ἄνδρα καὶ συχναῖς περιέβαλλον ἀσχολίαις,
τὸν αὐτοῦ ζῆλον (καὶ γὰρ κατ' ὀλίγον κατέψυκτο τῇ τῶν τρόπων
ἁπλότητι) ἀναζωπυροῦντες οἷον καὶ πρὸς τὸν θερμότερον διεγεί- P 283
ροντες. ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ ἐπὶ τοσοῦτον ἵλαρὸς καὶ μέτριος, ὥστε
καὶ εἴπερ χρεία γεγόνει τινὰς τῶν τῇ ἐκκλησίᾳ κοινωνούντων προσ-
φοιτᾶν ἐκείνῳ, οἱ δ' ἤθελον εὐλογεῖσθαι, μόνον ἦν ἐκείνους
προσπίπτειν καὶ τὴν εὐλογίαν ἐπιζητεῖν, καὶ αὐτὸν εὐθέως κοι-
νωνεῖν ἐκείνοις τῶν χαρισμάτων τοῦ πνεύματος· ὃ καὶ τοῖς περὶ
ἐκεῖνον καὶ λοιποῖς ἄλλοις οὐκ οἰστὸν ἦν. διὰ τοῦτο καὶ ὁσημέ-
ραι προσφοιτῶντες ἀνεθάρρυνον πλέον πρὸς τὸ τελέως σχίζεσθαι.
τοῦτ' ἀκουσθὲν τῷ κρατοῦντι, ὃ δὲ πληροφορίαν τὴν εἰς ἐκεῖνον B
ἐκείνην ἀφείς, καὶ τὸ ἐπὶ πολλοῖς συγκεχωρηκὸς ἐκ προθέσεως
οὐ πάνυ μετρίας, ὡς οὐ δίκαια πάσχων κατεμέμφετο, εἰ αὐτὸς
μὲν συνήδεται οἱ ταῖς ἀναπαύσεσιν ὡς εἰκὸς προσαποδεχόμενος,
ἐκεῖνος δ' ἀνδράσι προσφέρεται εὐμενῶς καὶ οἰκείως πάνυ πολὺ
τὸ πρὸς αὐτὸν διεστηκὸς ἔχουσιν, ὥστε καὶ τὸ σῶμα κατατέμνειν
τῆς ἐκκλησίας. χρῆναι δ' ἐκείνους αὐτῷ, καὶ μὴ αὐτὸν σφίσιν
ἕπεσθαι, ἐχθροῖς ἀριδήλως οὖσι καὶ ἐπὶ τοῖς μεγίστοις διαφερο-

29. De reliquo haud poterant quidam vel ipsi quiescere vel quiescere sinere fruentem isto secessu Iosephum, sed quotidianis hominem turbabant congressibus, multum ei negotii facessentes, dum eius languescentem, ut querebantur, nimia morum simplicitate zelum excitare ac quasi subiectis facibus accendere tentabant. erat autem is tam remissae ac comis naturae vir, ut si cui eorum qui cum ecclesia communicabant causa incidisset adeundi eius, et qui accedebat, vellet benedictionis ipsius particeps fieri, non opus alio haberet quam procidere et benedictionem petere: statim enim quemcumque ad communionem admissum prolixe impertiebat gratia sancti spiritus; quod et iis qui circa ipsum erant et reliquis aliis videbatur intolerabile. quare ipsum quotidie adeuntes etiam atque etiam urgebant, ut plane se ac palam abscinderet ab omni consuetudine partem contrariam sectantium. id vero sibi nuntiatum imperator gravius accepit quam pro caetera sua in eum hactenus demonstrata benevolentia et fide, culpans in eo quod nimis se facilem praeberet studiis factiosorum; in quo eius cum prudentiam constantiamque requirebat, tum praeterea querebatur iniuste ab eo secum agi, qui ei tam liberam tranquillamque, quod ea ipsum gaudere arbitraretur, quietem ac securitatem daret: ipse autem non dubitaret nec cessaret in intimam etiam familiaritatem admittere homines, a quibus longe alia sentientibus et in contrariam toto nisu factionem incumbentibus corpus ecclesiae laceraretur, cum potius oportuisset ipsum pro auctoritate sua dare operam ut illi sese ipsi accommodarent acquiescendo publice decretis et tranquille vivendo, non autem committere ut exemplo eorum turbulentisque consiliis abripi ipsum et par-

www.libtool.com.cn

C μένοις. προύπεμπε τοίνυν τοὺς ἀπεροῦντας μὴ δέχεσθαι σφᾶς, ἢν μέλοι οἱ τοῦ καθ' ἡσυχίαν καθῆσθαι. Ἰωσὴφ δ' ἀπεκρίνατο, ἢν αὐτόν τε περιορίζειν θέλοι καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτόν, οὕτω καὶ ἀναγκαίως τοὺς προσιόντας μὴ δέχεσθαι, πρότερον δ' οὐ καλῶς ἔχειν κατηγορεῖσθαι, ἢν τινας προσιόντας καὶ δέχοιτο· ἀνάγκην γὰρ εἶναι προσφοιτᾶν σφίσι καὶ τῶν ἀγνώτων, μὴ ὅτι γε τῶν γνωρίμων συχνοὺς εἰς παράκλησιν. ἢ γοῦν περιορίζειν, εἰ θέ-
D λοι, ἢ ἄνετον ἀφέντα ἀκαταιτίατον μὴ μέμφεσθαι. ταῦτα μὲν Ἰωσὴφ ἀπεκρίνατο, οὐ τῷ πλέον εἰς κακουχίαν τῶν παρόντων ἐθέλειν, ἀλλὰ πιστεύων τῇ διαθέσει, ἅμα κιρνὰς τοῖς λόγοις καὶ τῆς βαρύτητος οὐκ ὀλίγον, εἰ τῆς τιμῆς ἐξοστρακίσας ποιεῖν ἐθέλει καὶ τῆς ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων παρακλήσεως ἔρημον. ὁ δὲ βασιλεὺς οἷον ἐκ τῶν λόγων λαβὼν τό οἱ συνοῖσον, καὶ ὅτι κατῆρξεν ὁ πεισόμενος λέγων οὗ αὐτὸς βουλόμενος ἴσως ποιεῖν κατὰ τὴν
E πρὸς ἐκεῖνον δυσωπίαν ἀπέσχετο, εὐπρόσωπον οἷον ἐντεῦθεν τὸν περιορισμὸν ἐκείνου θέμενος ὡς ἐκείνου πρώτως μνησθέντος,

tes palam sequi hostium manifestorum, in rebus maximis ab ecclesia reque publica irrevocabiliter dissidentium, appareret. misit ergo ad Iosephum imperator certos homines, qui suo nomine vetarent ne talium deinceps hominum convictum congressumque admitteret, si quietis, qua gauderet, certam sibi vellet constare possessionem. respondit Iosephus unam rei quam iuberet exequendae rationem esse, si se ac eos qui secum essent in exilium amandaret imperator: relegatis enim facultatem defore istos quorum familiaritate interdiceretur alloquendi. quamdiu vero eo loco degeret, haud se iure culpari quod adeuntes ad se aliquos non excluderet: nam nisi humano solatio carere omni in isto secessu vellet, necesse sibi esse officia non aspernari ultro ad se ventitantium etiam ignotorum, multo autem magis admittere notissimos sibi olim et familiares plurimos. aut igitur exilio me mulctet imperator, aut libere me frui sinat hoc quod indulget otio; nec colloquiis, sine quibus vita hic quidem vitalis non sit, criminis quo carent notam appingat. haec fuit ad missos ab imperatore oratio Iosephi, non illius quidem eiici volentis, aut a suburbani secessus, quo libenter utebatur, quiete divelli, sed magnopere fidentis olim in se perspecto affectu imperatoris; quem nunquam eo venturum sperans ut tam carum sibi caput amandare sustineret, de industria in ea quam fecit exilii mentione verbis est usus acerbitatis non parum sono ipso praeferentibus, cum sic exaggerans diceret "exterminet sane nos, postquam honore deiecit; et si omni humano privatos solatio vult, in feram aliquam eiiciat solitudinem," tali scilicet commemoratione confidens commotarum se aliquam in animo principis sibi devinctissimi aut misericordiam aut verecundiam sui. at longe opinione falsus est sua: quippe imperator, cuius in animo tener ille vetus ac filialis in Iosephum amor refrixerat non parum, hoc illius responso plausibilem nec sibi negligendam offerri excusationem apud vulgus credidit sententiae durioris, magnam invidiae partem detractum iri recte ratus decreto in Iosephum exilio, si, quod egit, studiose divulgaret id ultro sibi conscivisse popposcisseque ipsum; se in eo tantum voluntati eius apertis verbis indicatae

www.libtool.com.cn

πέμψας ἐξάγει τε τῆς Λαύρας, κἀν τῇ Χηλῇ (φρούριον δ' αὖτη ἐπινησίδιον πρὸς τοῖς ἄκροις τῆς Εὐξείνου θαλάσσης) περιορίζει, εὐχερεῖ μὲν ἐνεαρίζειν, δυσχερεῖ δὲ πάμπαν διαχειμάζειν, ὡς κατὰ στόμ' ἀπαντῶντος τῇ νήσῳ βορέου καὶ τὴν πικρίαν ἐκπνέοντος τῆς ψυχρότητος. τινὰς δὲ καὶ τῶν μοναχῶν, οἳ δὴ κἀκείνῳ προσέκειντο, ἄλλον μὲν ἀλλαχοῦ ἐξορίζει καὶ νήσοις τοῖς P 284
κατ' Αἰγαῖον περιορίζει, τὸν δέ γε μοναχὸν Ἰασίτην Ἰὼβ ἐν Καβαλᾳ (φρούριον δ' αὖτη πρὸς τῷ Σαγγάρει κείμενον ποταμῷ) ὑπ' ἀσφαλείαις πέμψας περιορίζει.

30. Τότε μὲν οὖν καὶ ὁ βασιλεὺς ἐκστρατεύειν ἐπ' Ὀρε- B
στιάδος παρασκευαζόμενος, τοὺς Γενουΐτας παρακινουμένους ἐξ ἀναιδείας ταπεινοῦν ἐβούλετο. πρότερον μὲν γὰρ πολλῷ προεῖχον σφῶν Βενετικοὶ καὶ τὸ κατὰ σφᾶς συνέδριον πλούτῳ τε καὶ ὅρμασι καὶ παρασκευαῖς ἁπάσαις, ἅτε καὶ τῇ θαλάσσῃ προσχρωμένους πλέον ἐκείνων, καὶ μακραῖς ναυσὶ τὰ πελάγη διαπεραιουμένους, καὶ προσκτᾶσθαι πλείονα κέρδη συνέβαινεν ὧν C
οἱ Γενουΐται προσεκτῶντο πραγματειῶν μετακομίσεσι καὶ κινήσεσιν. ἐξ ὅτου δὲ τοῦ Εὐξείνου πελάγους ἐγκρατεῖς ἐγένοντο Γενουῖται βασιλέως διδόντος καὶ ἐν ἐλευθερίᾳ πάσῃ καὶ ἀτελείᾳ, καὶ κατετόλμων αὐτοῦ καὶ μέσου χειμῶνος ἐν συστελλομέναις κατὰ μῆκος ναυσὶν, ἃς ἐκεῖνοι ταρίτας λέγουσι, πλέοντες, μὴ μόνον

9. ἀσφαλείας P. 14. ἅτε] τούτους γὰρ ἅτε? an οὕς γε?

annuisse. ergo illum educit Laura, et deportari curat Chelam. arx ea est insularis in extremo Euxino mari, habitatio iucunda verno tempore, hieme aspera nec fere tolerabilis, quippe illam Septentrioni obversam insulam saevo totis faucibus Borea perflante et frigus inhalante rigidissimum. quosdam vero monachorum, qui ei adhaerebant, alium alio exulatum misit, varie in Aegaei relegans insulas. at monachum Iasiten Iobum Chabaeam, quae arx est ad Sangarem amnem sita, fida ibi custodia tenendum misit.

30. Circa hoc tempus imperator expeditionem in Orestiadem adornans, Genuensium sese insolenter efferentium fastum deprimere constituit. his antea quidem Veneti haud dubie praecelluerant opibus caeteroque splendore, ita ut horum proceres, unde concilium publicum et gentis senatus constat, divitiis armis et reliquo apparatu omnis generis Genuensibus longe copiosiores apparerent. causa erat differentiae, quod Veneti plus mari uterentur, et navibus longis assidue ultro citroque commeantes quaestuosissimis commerciis vim pecuniae congererent, haud paulo maiorem quam quantam lucrari contingeret Genuensibus intra fines angustiores et quasi timidius negotiantibus. ex quo autem Euxini potentes maris, concedente imperatore, fuere Genuenses cum plena libertate atque immunitate portoriorum et vectigalium quorumvis, tanta et attentione et assiduitate in rem incubuere, ut ne media quidem hieme dubi-

www.libtool.com.cn

D Ῥωμαίοις ἀπέκλεισαν τὰς κατὰ θάλασσαν κελεύθους καὶ πραγματείας, ἀλλὰ καὶ τῶν Βενετικῶν πλούτῳ τε καὶ παρασκευαῖς ὑπερέσχον. διὰ τοῦτο ξυνέβαινε σφίσι καὶ καταλαζονεύεσθαι μὴ μόνον τῶν τοῦ γένους ἐκείνων ἀλλὰ καὶ Ῥωμαίων αὐτῶν. προσπεφιλοτίμηται μὲν οὖν βασιλεὺς ἰδίως καί τινι εὐγενεῖ Γενονίτῃ, Μανουὴλ λεγομένῳ τοῦ Ζαχαρίου, τὰ τῆς κατ' ἀνατο-
P 285 λὴν Φωκαίας ὀρεινά, μέταλλον στύψεως ἔχοντα, ἐφ' ὧν δὴ κατοικήσας σύναμα τῷ ἰδίῳ λαῷ εἰργάζετο. καὶ πολλὰ τῆς ἐργασίας ἀπονάμενος καὶ πλέον ἤθελεν ἔχειν ἐκ τῆς τοῦ κρατοῦντος πρὸς ἐκεῖνον εὐμενείας καὶ διαθέσεως. ἠξίου γοῦν μὴ ἀνεῖσθαι Γενονίταις ἐκ τῶν ἄνω μερῶν διὰ θαλάσσης Εὐξείνου κατάγειν στυπτηρίας μέταλλον, ἐπεὶ πολλῇ τινὶ χρῶνται ταύτῃ τὰ ἐξ ἐρίων ὑφάσματα μιαίνοντες χρώμασι διαφόροις, ὡς ὁρᾶν ἔξεστι. καὶ ὁ βασιλεὺς κατανεύων ἐπέταττεν. οἱ μὲν οὖν ἐν τῇ πόλει
B Γενουῖται, ἅμα μὲν αἰδούμενοι τὴν βασιλικὴν πρόσταξιν, ἅμα δὲ καὶ ὡς τὴν πόλιν τὴν ἐσχάτην ἀπόβασιν ἔχοντες, ἔμενον ἐπὶ τρόπου τοῦ τὰ ἐπεσταλμένα πληροῦν. ἄλλοι δέ τινες ἐκ Γενούας

6. τῷ ?

tarent Pontum transfretare, utentes ad id non penitus rotundis sed contractae longitudinis navibus, quas ipsi Taritas vocant. hac illi strenuitate ac diligentia non modo Romanis maritimae negotiationis vias omnes intercluserе, fructumque ac lucrum ad se traxere navalis universi commercii: verum etiam id consecuti sunt, ut numero pecuniae, et quod inde plerumque consequitur, cultu ac luxu ornatus varii pompaque domestica speciosae pretiosaeque supellectilis Venetos iam ipsos post se relinquerent. hinc more ingenii humani contigit ipsis efferre sese arrogantius et insolescere, non aliis modo Latinis prae se spernendis, sed Romanis etiam in Oriente dominantibus. attribuerat autem liberali privilegio imperator cuidam Genuensi nobili, cui Manuēli nomen erat, Zachariae filio, Phocaeae montana quae Orientem spectant, quibus insunt alumisis fodinae. ibi ille habitans cum sibi subiecta operarum multitudine indefesse laborabat eruenda distrahendaque ista merce; ac cum inde plurimum congessisset lucri, gustu, ut fit, quaestus in amplius ditescendi sitim accensus votis se huius fore compotem speravit, si benignitate imperatoris, quem sibi faventem erat expertus, ulterius uti pergeret. cum igitur exposuisset prono ad illi gratificandum Augusto accommodatissimum ad sui compendii rationes fore, si negaret deinceps aliis Genuensibus facultatem importandi alumen e superioribus per Pontum Euxinum partibus, inde siquidem vim inferre magnam illi consueverant istius mercis vendibilis in primis, quoniam plurimus, prout hodieque cernitur, eius usus est in pannis e lana texta colore vario fucandis, impetravit quod voluit; et edicto Augusti rite signato interdictum ea negotiatione Genuensibus est. isti decreto, ubi enotuit, ea quidem Genuensium pars, quae domicilium Constantinopoli habebat et sede fortunarum iam illic constituta non alium alibi uspiam receptum se habere sentiebat, refragari auctoritati principis, in cuius ditione viveret, non ausa, talis deinceps invectione mercimonii

www.libtool.com.cn

παρ' οὐδὲν τὴν πρόσταξιν θέμενοι, ναυπηγησάμενοι μεῖζω φορτίδα στρογγύλην τῶν βαρυφορτηγουσῶν ἐξέπλεον τῆς σφετέρας, καὶ δὴ τῷ Θρᾳκικῷ προσοκείλαντες Βοσπόρῳ διέπλεον τὰ στενὰ τοῦ Πόντου, ἀφροντίστως ἔχοντες καὶ βασιλέως καὶ τοῦ κατὰ σφᾶς συνήθους· μηδὲ γὰρ εἶναι τὸν προσίσχοντα τοῖς ἐνταυθοῖ C ἐκ Γενούας, πρὶν ἂν πρὸς ταῖς Βλαχέρναις γενόμενον βασιλέα τε εὐφημεῖν τὰ εἰκότα καὶ προσκυνεῖν, ἑτέρωθι τρέπεσθαι. τότε τοίνυν ἐκεῖνοι καὶ αὐτῶν συνθεσιῶν τῶν κατὰ σφᾶς ἀμελήσαντες, οὐρίῳ χρησάμενοι τῷ ἐκ νότου πνεύματι ἀνήγοντο ἀφροντίστως, καὶ τὸ στόμα διεκβάντες τοῦ Πόντου πρὸς τοῖς βορείοις τῆς θαλάσσης λιμέσιν ἐνώρμουν. κἀκεῖνοι μὲν τὰ πολλὰ ἐπὶ χρόνον πειρατεύοντες διετέλουν. ὕστερον καὶ φορταγωγοῦσαν ληϊσάμενοι D ναῦν, οὐκ ὀλίγον μέρος τοῦ φόρτου καὶ στυπτηρίαν ἔχουσαν, ἐν ταύτῃ τὰ πάντα νηησάμενοι κατ' ἀσφάλειαν θαρροῦντες κατέπλεον. βασιλεὺς δὲ πυθόμενος τὴν διάβασιν ἐν δεινῷ τὴν καταφρόνησιν ἐποιεῖτο, καὶ ἐπὶ λογισμῶν ἔστρεφε πῶς ἂν ἐγγένοιτο ἐν χερσὶ τοὺς καταφρονήσαντας περισχεῖν. ἀλλ' οὐδ' ἐκείνοις ἠγνόητο τὸ παράπαν ἡ τοῦ βασιλέως θέλησις. ἀμέλει τοι καὶ διὰ φροντίδος ἐποιοῦντο τῆς οὐ τυχούσης τὸν πλοῦν εὐοδῆσαι E σφίσι καὶ αὐτοὺς διαδρᾶναι τὸν κίνδυνον, ὃν ἐπυνθάνοντο ἐπηρ-

abstinuit obnoxie, mandatis imperatoris obtemperans. verum alii quidam ex ea gente domicilia Genuae habentes, praescripto imperatoris nihili habito, fabricati navem ingentem rotundae formae onerariam, e proprio solventes portu et in Thracium evecti Bosporum per Ponti fauces in Euxinum penetrarunt, nulla cura aut ratione habita vel imperatoris vel antiquae consuetudinis ipsorum, qua soliti eatenus fuerant, ubi primum comparebant in his partibus, adire recta palatium Blachernarum, nec quidquam antea rerum genere aut quoquam divertere, quam ibi suum obsequium imperatori professi solemni acclamatione ac veneratione fuissent. tunc igitur iis illi omnibus contemptis, ac cunctis officii modestiaeque rationibus susque deque habitis, austro inflante vela valido secure trajecerunt per angustias Bospori, et in Septentrionales Ponti portus invecti non sua solum illic per otium negotia tractarunt, sed praedis agendis et piratica toto ibi mari facienda non parum temporis triverunt. tandem in onerariam incurrentes magnam et pretiosis gravem mercibus, quarum pars erat non exigua pondus ingens aluminis, ea expugnata praedaque universa in suam navem condita retro proram in patriam verterunt, transituri denuo securissime praeter urbem ac portum Constantinopolis, sine ullo cuiusquam metu, per summum Romanae potentiae contemptum. eius audaciae superbiaeque certior factus imperator indignissime, ut par erat, iniuriam tulit; decrevitque non committere ut se impune tantum ausos gloriari Genuensibus liceret. disquirebat autem modum quo istos sub manum ac potestatem suam redigere contemptores posset. at neque his ignotum erat votum studiumque imperatoris. itaque curam ac diligentiam non vulgarem adhibebant in expediendo cursu explicandoque sese ab

www.libtool.com.cn

τῆσθαι τούτοις παρὰ βασιλέως. ὡς γοῦν ἐκεῖθεν πλέουσι τὰ τῆς ἀνατολῆς κατεφαίνοντο ὄρη καὶ ἦν μὲν αὐτοῖς ποτὲ ἐξ οὐρίων πλέειν, ποτὲ δὲ καὶ λεχρίους πρὸς τὸν ἐμπίπτοντα ἄνεμον, ὅπως ἂν σφίσι ῥέποι τὸ πνεῦμα, ἐν ἄλλοις μὲν αὔταρκες ἦν τὸ τοιοῦτον καὶ σφίσι ἀποχρώντως εἶχε πρὸς εὔπλοιαν, τῇ Φάρῳ δὲ προσίσχουσιν ἓν καὶ μόνον ἐδοκιμάζετο πνεῦμα χρησιμεῦσον τὸ
P 286 τοῦ βορρᾶ, πλὴν οὐκ ἀνειμένον καὶ κατερραθυμημένως ἄον ὡς καὶ εἰς νηνεμίαν ἀμφιβάλλεσθαι τὸ τοῦ ἀέρος κατάστημα ἐκ τοῦ τὰ λαίφη καὶ μόνον ψαίρειν, ἀλλ' ὃν ἄρα καὶ Ταναΐτην ὀνομάσειέ τις τῶν ναυτικῶν· τούτῳ γὰρ καὶ μόνῳ εἶχον ἰσχυρίζεσθαι, ἀπηλπικότες τῶν ἄλλων, πρὸς τὸν ἀπὸ τοῦ βασιλέως λόχον ταῖς πορείαις αὐτῶν ἐφιζάνοντα. καί γ' ἐφ' ἡμέραις προσδοκῶσιν ἀσμένοις σφίσιν ἐπέστη καὶ λαμπρὸς ἔπνει, καὶ ἐξ οὐρίων τὸ πνεῦμα ἵστατο τῇ νηΐ. ᾧ δὴ θαρρήσαντες τὰς τόλμας ἐθάρρυ-
B νον τὰς ἰδίας, καὶ τοὺς φώσσωνας αὐτίκα διαπετάσαντες ὅλους κατὰ ῥοῦν ἐφέροντο, πίσυνοι μὲν καὶ τῇ τοῦ πνεύματος σφοδρότητι, οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τὰ πλευρὰ τῆς νηὸς βόαις αὔαις ἐξήρτυον καὶ ὅπλοις κατεκοσμοῦντο, ὡς ἀποχρώντως ἀνθεξούσης μὲν πρὸς πῦρ καὶ πᾶν τὸ βαλλόμενον τῆς νεώς, πολεμησόντων δὲ καὶ αὐτῶν εἴ τινες ἐκ βασιλέως ἐπίθοιντο. τὰ μὲν οὖν περὶ τούτων ὁ βασιλεὺς πυθόμενος ἀποστέλλων προσέταττε τοῖς κατὰ

insidiis Romanarum navium, quarum rectoribus sciebant ab imperatore mandatum ut observare ipsos in transitu ac omni ratione comprehendere conarentur. ut igitur ipsis e Ponto patriam versus cursum tenentibus montes Orientis apparuerunt, facile usi sunt, ope artis nauticae, vento, qualiscumque tunc spirabat, non plane adversus, illum nunc recta oppansis velis nunc obliquatis capientes, prout opus erat ad flectenda promontoria; ad quod sufficiebat aura modica. ergo sic progressi continenter sunt ad Pharum usque, ubi subductis rationibus instituti cursus et periculorum impendentium, statuerunt deinceps non quemcumque sibi a Septentrione ventum satis fore. qui enim tunc flabat lenis erat, molliter solum stringens, non pleno impetu impellens vela, ut malaciae propior coeli status videretur. egere se autem ad eluctandos quos providebant occursuros obices vehementi Borea; qualis est ille quem Tanaitem nautae vocant. huic, inquam, confidere uni se statuerunt posse; qui nisi contingeret, plane desperabant insidias se Romanarum posse navium effugere. ecce autem postquam aliquot ibi dies substitere, commodum ille ipse optatus ventus spirare ab arcto vehemens coepit; nec cunctati videlicet illi sunt totos illi libentissime pandere linteorum sinus, audacterque invecti spe optima ferebantur, evolaturos sese rati vi aurae tam prosperae trans quamlibet infestos insidiantium conatus. navis latera quinetiam siccis boum coriis munierunt, ut ab igne forte iniecto aut alia quavis ab hostibus eiaculata peste tuta forent. arma ipsi expedierunt, vim repellere parati quaecumque ab imperatoriis inferretur. his imperator cum-

www.libtool.com.cn

περαίαν Γενουήταις πέμπειν τοὺς κωλύσοντας, οἳ καὶ συχνοὺς C
πέμποντες τοὺς ἀπεροῦντας μὴ πλεῖν προσωτέρω οὐκ εἶχον πεί-
θειν. οἱ δ' ἀπεστύγουν μὲν πρὸς τὴν ἔνστασιν, ὅμως τὸ ἐφ'
ἑαυτῶν προορώμενοι μόνον εἴς τε τὸ πρὸς βασιλέως εὔνουν καὶ εἰς
τὴν πρὸς τὸ γένος ἐπιστροφήν, ἠφίουν τὸ πᾶν ἐπ' ἐκείνῳ. ὁ μέν-
τοι γε βασιλεὺς ἐσχάτην περιφρόνησιν ἡγησάμενος, καί γ' εἰς
ἀτιμίας μεῖζονος λόγον, εἰ καθυφεικότος ἐκπλεύσειαν, ἐπαγείρει
μὲν τὰς κατὰ τὴν πόλιν εὑρεθείσας ὁλκάδας, περισυνάγει δὲ καὶ
καθώς τις ἐπακτὴρ κύνας τὸ ἀνὰ τὴν πόλιν Γασμουλικόν, ἐφι- D
στᾷ δὲ τούτοις τὸν βεστιάριον Ἀλέξιον τὸν Ἀλυάτην. κἀκεῖνος
ἅμα τοῖς περὶ αὐτὸν τὸν Βόσπορον ὡς εἶχε διαπεραιωθεὶς δεινὰ
ἐποίει προστάσσων· καὶ εἰ μὴ τούτους καταγωνίσονται, ἴσον
ἐτίθει καὶ τῷ τῆς ἀρχῆς στέρεσθαι. συνταξάμενοι τοιγαροῦν οἱ
ἐπὶ τῶν νηῶν, οἱ δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ παραταξάμενοι, τὴν
φορτηγὸν κατιοῦσαν ἐδέχοντο. καὶ οἱ μὲν προσπίπτοντες καί γε
κύκλῳ περιπτυσσόμενοι μαχητῶν ἔργον ἐπλήρουν, ἀλλ' οὐκ ἦνυον E
τὸ παράπαν· ἥ τε γὰρ ἐξ οὐρίας ὁρμὴ καὶ τὸ ὑπερανεστηκὸς τῆς
νηὸς ἐκείνοις ἐς ὅτι μάλιστα ἐβοήθει, καὶ μάταιος τοῖς ἀνθιστα-
μένοις ἦν ἡ σπουδή. καὶ οἱ μὲν ἐπεῖχον ὁρμῶντες ἐφέξειν, οἱ

10. βεστιαρίον P.

pertis imperavit Genuensibus Peraeae degentibus mittere qui sisterent hos populares suos, et iis suaderent non sic insalutato imperatore praeterire. fecerunt id illi studiose: sed nihil profecerunt, perstantibus aliis in proposito et monita convicio repellentibus. quare illi, ne sibi fraudi esset aliena contumacia, retulerunt imperatori se quod suarum erat partium sedulo egisse, dolere autem quod hi sui cives sibi morigeri non fuerint: coërceret eos ipse pro sua potentia, nec peccantium culpam imputaret insontibus, aut gentis universae proprium esse duceret paucorum crimen. his imperator auditis summae sibi fore ignominiae reputans tam proterve se contemni sibique illudi sinere, immittit in eos repente quantum expeditarum in navalibus et portubus repertum est navium. hae omnes universis e Gasmulica navali militia, qui tum Constantinopoli fuerunt, plenae, canum instar irritatorum coortae in transeuntes Genuenses sunt undique, vehementissime instantes. impositus ad hoc dux ipsis fuerat vestiarius Alexius Alyattes, qui cum suis confestim traiecto Bosporo nihil sibi reliqui ad omnem contentionem faciebat, mandans atque instigans, sicque in animum inducens, si non expugnaret tali loco temerarios piratas, nihilo sibi minus id fore dedecus quam si praefectura ignominiose privaretur. ordinati ergo hinc quidem in foris navium, hinc e terra in littore milites, pro se quique eiaculando impetebant onerariam. sed cum nihil minus quam quantum ab optimis expectari militibus poterat tali tempore facerent, frustra erant tamen, utique adversus onerariam extantibus alte, iisque munitis, lateribus protectam, et valido a puppi impulsam vento, sicque prorsum irrevocabili ruentem cursu, strepitus

δ' ἐπὶ τῆς νηὸς κατημέλουν ὡς μηδὲν ἀνυσόντων· συχνῶν γὰρ
διϊστευόντων τοὺς φώσσοναξ καὶ πολυοπεὺς ποιούντων τὸ στερρὸν
ἐνίκα τοῦ πνεύματος, καὶ προσεχώρει μεῖζον ἢ ὥστ' ἐπισχεθῆναι
P 287 τοῖς κάτωθεν ἐμποδίζουσι, καὶ κατ' ὀλίγον διολισθαίνουσα διε-
φύγγανε τοὺς ἐπιτιθεμένους κύκλῳ, πολλοὺς πρὸς ὀλίγους ὄντας.
ὁ δὲ βασιλεὺς ἔξω που καθήμενος ἔσφυζε τὰς ὁρμὰς ἐνορῶν τὰς
ἀποφυγάς, καὶ συχνοὺς ἔπεμπεν, ἄλλους ἐπεθάρρυνεν, ἄλλους
κελεύων καὶ προσαπειλούμενος. αἱ σπουδαὶ δ' ἦσαν ἀνόητοι,
καὶ τῶν σπευδόντων τὰς χεῖρας τῷ οὐρίῳ τοῦ πνεύματος ἡ ναῦς
ἀπεδίδρασκεν. ὡς γοῦν ἐκεῖνοι μὲν ἐν ἀπόροις ἦσαν, ὁ βασι-
λεὺς δ' ἐν ἀθυμίᾳ δεινῇ, χλεύην τὸ πρᾶγμα οἰόμενος καὶ ἄντι-
B κρυς γέλωτα, εἰσάγει τις τῶν ἀμφ' αὐτὸν βουλὴν δοκοῦσαν συν-
οίσειν. ἦ δ' ἦν χρησαμένους παρὰ Καταλάνων τῇ σφῶν νηΐ,
μεγίστῃ τῶν ἄλλων οὔσῃ, ἐπιβῆναι τοὺς αὐτάρκεις πολεμάρχους,
καὶ οὕτως ἐπεμβαλόντας τοὺς ἐκείνης φώσσωνας τῷ προσαράσ-
σοντι πνεύματι ὡς πρώτως μετέχοντας τοὺς τέως ὠργυιωμένους
ἐπιτειχίσαι, ὥστε καὶ ἀπνοεῖν, καὶ οὕτω τῆς ὁρμῆς καθυφεῖσαν
ἐπ' ἐκείνην ὁρμᾶν τοὺς ἐπὶ θατέρας ὄντας. τοῦτο γοῦν βουλευ-
C σθὲν ἅμα τῷ λόγῳ τὸ ἔργον ἠνύετο, καὶ δὴ τὴν ταχίστην ἐμβάν-
τες ἐκ πρύμνης γίνονται τῆς καταγομένης· ἔτυχε γὰρ καὶ ἡ ναῦς
ἐγγύς, καὶ εὐχερὴς ἦν μετενεχθῆναι πρὸς τὰ προηγούμενα.

6. τῆς ἀποφυγῆς? 7. ἐπιθαρρύνων?

vani circum tumultuantium egregie securam. ridebant igitur eius vectores conatus hostium inanes; et cum distenta vento carbasa crebris undecunque sagittis perforarentur, iis utcunque pertusis pedem nihilo secius facere pergebant, abundante vi aurae propitiae; qua longius ante a tergo sequentes efferebantur, quam ut esset periculum ne a quoquam eorum prope adiri, nedum capi aut teneri possent. quae vero naves a lateribus incurrerent, eas utpote humiliores et minores ludibunde repellebat ingens mole et plenis velis oneraria pervolans. cernebat haec imperator ex edito longe intuens, alios missitans super alios, adhortans, iubens, minans. sed et ipsius iubentis et parentium cunctorum aeque inania effectuque cassa studia erant, evolante inter manus navi beneficio venti prosperi. cum ergo milites quidem quo se verterent ignari, imperator autem sui contemptu ludibrioque tanto in iram irritatus maximam, varie sed inutiliter aestuarent, fuit qui Augusto consilium e re nata seu improbabile suggereret. id erat ut in quandam, quae magna et praevalida forte illic stabat, Catelanorum navem commodato a dominis acceptam, inductis repente quot ea posset capere militibus, iuberet illam continuo expansis eidem vento totis velis in puppim fugientis invehi, et sic infracta vi aurae viaque Boreae obstructa, velocitatem imminuere reatis cursumque retardare. dictum in opus confertur. momento se admovet a

www.libtool.com.cn

κἀκείνης πνεούσης πρόσθεν αἱ τῆς δευτέρας πνοαὶ ἐμπαίουσι τῇ προτέρᾳ, καὶ τὸ πολὺ φύσημα τῶν φωσσώνων τῆς πολεμίας εἰς ὀλίγον περιστὰν αὐτίκα ἀκίνητον τὴν ναῦν ἐνειργάζετο. ἐμπιπτουσῶν τοιγαροῦν ἀμφοῖν ἐκ θατέρας ἐκθοροῦντες εἰς ἐκείνην, καὶ τῶν κάτωθεν προσβοηθουσῶν, μείσταις προθυμίαις ἔβαλον. D καὶ οὕτως ἐπ' αὐτοῖς ἄλλοι καὶ ἐπ' ἐκείνοις ἕτεροι ἐπεμβαίνοντες, τοῦ βασιλέως παραθαρρύνοντος ἔξωθεν, κρατερᾷ μάχῃ ἐπὶ πολὺ τῆς θαλάσσης προελθοῦσαν αἱροῦσι τὴν ναῦν. καὶ ταύτην μὲν πρὸς τῷ βασιλικῷ νεωρίῳ ἱστᾶσι κατάξαντες, αὐτοὺς δὲ ταῖς ἀξίαις δίκαις ὑποβαλόντες ἐτιμώρουν. πολλοῖς δ' ἐκείνων καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξώρυττον τοῖς προστυχοῦσι πασσάλοις, ἀντίποινα τῆς πρὸς τὸν βασιλέα κατυφρονήσεως. παρεοικὸς τούτῳ E ξυμπίπτει καὶ ἄλλο τι, καὶ τοῖς Γενουΐταις προστρίβεται ἔγκλημα. τινὸς γὰρ ἐκείνων ὑπερηφανευσαμένου προσελῶντι, καὶ εἰπόντος ὡς ἡ πόλις καὶ πάλιν ἔσται τοῖς ἡμετέροις, ζηλώσας ἐκεῖνος βάλλει κατὰ κόρρης καὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἀχρεῖοι τῷ Λατίνῳ, καὶ εὐθὺς τῷ πλήξαντι ὁ διὰ μαχαίρας ἐσχεδιάζετο θάνατος. τοῦτο μαθὼν βασιλεὺς δεινὰ ἐποίει, καὶ τὸν ἴδιον προσερέτην οὐκ ἀνίει ζητῶν. ὡς δ' οὐκ ἐδίδουν (οὐδὲ γὰρ ἦν) εὐθὺς θυμὸς P 288 αἴρεται κατ' ἐκείνων, καὶ τῷ Μουζάλωνι Μανουὴλ αὐτίκα

3. παριστὰν P. *ibid.* εἰργάζετο. συμπιπτουσῶν? 13. ἄλλο τε P.

tergo inumbrans et ventum intercipiens oneraria, latitudine vaste patentium alarum obicem opponens vento propellenti Genuensem navem; quae sic destituta constitit, otiumque admotis hostibus dedit in eam insiliendi. adiuvabat id agentes e Catelano paris altitudinis navigio varius et vehemens undique conatus humiliorum undique navium omni ex parte adorientium. nec obsisti diutius potuit. alii super alios irrumpentes perruperunt tandem aditum; et post longam atrocemque pugnam, adhortante suos e loco conspicuo praesente imperatore, capta tandem oneraria in urbis navale deducta est, vectores autem eius meritis subiecti poenis. multis enim eorum effossi sunt oculi sudibus forte repertis sub miserorum palpebras infixis, debito, ut exprobrabant, supplicio, despectui habere non veritis Augustam maiestatem. contigit et quiddam alias huic non absimile, unde gravis in eosdem Genuenses et invidia publica et indignatio principis exarsit. cum enim quidam ipsorum iactabunde Proselonti dixisset "iterum a nostris urbs obtinebitur," indignans ille infregit colaphum tam valide Latino ut oculi ei usum ademerit, non impune: nam statim percussor gladio confossus interiit. quadam eius rei fama sparsa commotus imperator hanc certo factum explorandi rationem init. suum reddi sibi remigem a Genuensibus poscit, graviter id urgens, et ni faciant minans. ut autem illi non reddebant (nec sane poterant eum repraesentare qui nusquam iam esset), pro convictis hoc ipso patratae caedis eos habens, nec ferendum id facinus ratus, Manuëli Muzaloni subito imperat,

www.libtool.com.cn

προστάσσει τὸ γένος ἐξαναστατοῦν ἅπαν μηδὲν μελλήσαντα. συνῆκτο τοίνυν ἐν ἀκαρεῖ τὸ στρατιωτικόν, ὅσον ἦν ἐν τῇ πόλει καὶ ὅσον ἔξωθεν προσεγένετο. καὶ ἅμα φοβεροὶ μὲν ἰδεῖν φοβερώτεροι δ' ἐπιθέσθαι τὰς ἁπάντων οἰκίας κυκλοῦσι, καὶ πρὸς τῷ ἐγχειρεῖν ἦσαν, τὴν ἀπὸ τοῦ βασιλέως ἀναμένοντες κέλευσιν. οἱ δὲ τῷ φοβερῷ ἐκπλαγέντες, καὶ καθ' ὅσον οἷον τε συστείλαντες τὸ ἔμφυτον τοῦ θυμοῦ, ἀπηνεοῦντο πρὸς τὰ πραττόμενα, καὶ τῆς κατὰ σφᾶς ἰσχύος ἀμείνους τῇ ὑποκλίσει καὶ τῷ ταπεινῷ σχήματι κατεφάνησαν, καὶ δὴ πρὸς ἱκεσίας ἐτράποντο, καὶ προσελιπάρουν τῶν ἰδίων τραχήλων ἐκδήσαντες ἑαυτοὺς ἐς ὅ τι καὶ βούλεται ὁ κρατῶν χρήσασθαι, ὁμολογοῦντες ἥττους εἶναι τῆς βασιλικῆς ἐξουσίας, καὶ ὅ τι προστάσσοι εὐπειθεῖν ὑπισχνούμενοι, μηδ' ἀναφυγὴν εἶναι σφίσι πλὴν τὴν ἀπὸ τοῦ βασιλέως συμπάθειαν. οὕτω ταπεινωθέντες τῷ φόβῳ πλῆθος ἄθρουν πρὸς τὸ κελευόμενον ἐνεδίδουν, καὶ πολλῷ χρυσίῳ προστιμηθέντες τὴν βασιλικὴν ὀργὴν μόλις καταμαλάττουσι, πολλῷ τῆς σφῶν κορύζης ἐκείνην ἀνυσιμωτέραν γνωρίσαντες. καὶ ταῦτα μὲν ἐν τούτοις.

15. προτιμηθέντες P.

exterminet sine mora genus universum Genuensium. illo momento, quantum erat in urbe, quantum in suburbana vicinia militum, cogit. adstabat acies visu ipso terribilis, minis et procinctu saeviendi formidolosior multo, iis utique quibus praesens pernicies intentabatur. circumeunt extemplo cunctorum domos, ferventes impetu proximo diri adoriendi negotii, ad quod nutum modo imperatoris expectabant. fregit haec species quantumvis audaces alias animos, et tumentes licet intus innatae, offensione nova irritatae ferociae compressit spiritus. cum enim sedatiori mente reputarent quam in praecipiti res eorum salusque penderet, facile viderunt non esse id tempus experiendarum virium, quas male comparato certamine succubituras, si cum imperatoris potentia committerentur, haud esset dubium. ira ergo propria in potestate habita, ad alienam, unde metuerent, exarmandam efficacissimum delinimentum adhibuere supplicis demissionis, siquidem humili provoluti habitu ad pedes principis, et funibus in suas ipsi cervices iniectis apparentes, misericordiam implorabant, obnoxios se ferentes, paratosque ad quidvis subeundum quod decerneret Augustus, cuius potestate se inferiores agnoscerent et maiestati obsequuturos ad nutum sancte pollicerentur. unum sibi tutum in clementia eius a clade imminente videre perfugium: in id se confugere, ac ne ille excludantur etiam atque etiam orare. sic metu in modestiam subacta conferta illa plebs pertinacium remisit prius ostensam, prompte quod mandabatur exequens. indictum enim multae nomine magnum auri pondus exolverunt, lucro non parvo imputantes vel sic placare atque a propriis capitibus quantovis fortunarum damno avertere potuisse imperatoris iram, eam iam tandem agnoscentes efficaciorem ad vindicandum scelus quam esset ipsorum ad audendum perpetrandumque proiecta temeritas. et haec quidem sic se habuere.

www.libtool.com.cn

Z.

Βασιλεῖ δὲ καὶ αὖθις φροντίδων ἦρξε τὰ κατὰ τὸν Ἅιμον κινού- P 292
μενα. αἱ γὰρ συνθεσίαι τοῦ Κωνσταντίνου καὶ ἐπὶ τῷ κήδει
σπονδαὶ συνεχέοντο ἤδη, τῆς Μαρίας κινούσης τὸν ἄνδρα πρὸς
ἔχθραν ἐφ' οἷς καὶ παιδοποιησαμένων τὸν Μιχαὴλ ἐν ἀναβολαῖς
τὰ περὶ τὴν Μεσέμβρειαν ἦσαν, καὶ δῆλος ἦν βασιλεὺς ἐκείνοις
πλαττόμενος ἀφορμὰς τοῦ μὴ διδόναι ἃ καὶ καθάπαξ διδόναι οὐκ
ἦν βουλομένῳ ἐκείνῳ. ἀνερρίπιζε δὲ τὸ μῖσος καὶ ἡ πρὸς βασι- B
λέως τῆς μητρὸς ἐκείνης Εὐλογίας παρόρασις. τὸ δ' αἴτιον
ἡ περὶ τῶν γεγονότων τῇ ἐκκλησίᾳ διαφορά, ὡς εἰς ἐχθρὰν λογι-
ζεσθαι τῷ κρατοῦντι μὴ ὅπως αὐτὴν σχιζομένην τῆς πρὸς τὴν
ἐκκλησίαν κοινωνίας, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς τῶν σχιζομένων περι-
ποιοῦσαν καὶ περιθάλπουσαν. ταῦθ' ἡ Μαρία πυνθανομένη
τῶν ὁσημέραι παρ' αὐτὴν φοιτώντων (ἦσαν γὰρ καὶ τῶν μοναχῶν
οὐκ ὀλίγοι τὴν εἰς ἐκείνην στέρξαντες ἱκετείαν) δεινὰ ἐμελέτα κατὰ C
τοῦ θείου, στυγοῦσα μὲν καὶ τὴν πρᾶξιν, ὡς πρὸς τοὺς ἱκετεύον-
τας ἔλεγεν, ἐν δεινῷ δὲ ποιουμένη καὶ τὴν τῆς μητρὸς πρὸς βα-

VI.

Caeterum imperatori novarum initium curarum attulerunt res apud Haemum iterum turbatae. nam conventiones Constantini et illa foedera, nuptiali utcunque necessitudine firmata, iam confundebantur, Maria virum in hostile adversus Romanos odium movente eo efficacius, quo pluris ea esse apud ipsum coeperat edito ei filio, qui Michaël est dictus, cessante interim imperialium promissorum fide. nam cum pactis sponsalibus recepisset imperator Mesembream Constantino se cessurum, nondum eam tradiderat; et satis apparebat deliberatum esse ipsi nullo unquam fine comminisci praetextus non dandi quod amitteret invitissimus. subiecit iam per se ardenti offensioni flammam nova iniuria neglectae spretaeque ab imperatore Eulogiae, quae mater erat uxoris Constantini. causa inter eos dissidii fuit Eulogiae declarata propensio in eas quae minus imperatori probabantur factionum ecclesiasticarum partes, quam ille odio sororis in se cuidam imputabat. sane matronae huius in ea re ita eminebat studium, ut non contenta se ipsam a communione consentientium fratri Augusto segregare, plerosque etiam auctores participesque schismatis conciliare demerendo sibi fovereque patrocinio palam affectaret. haec Maria quotidianis audiens nuntiis (cursitabant enim inter matrem filiamque nundinandis in causam schismatis muliebribus suffragiis intenti monachi non pauci) gravia in avunculum machinari orsa est, invita ipsa quidem et abhorrens ab impio in speciem facto, ut dicere solebat implorantibus eius opem quos dixi monachis, tamen excusans, sinere inultam se non posse

www.libtool.com.cn

σιλέως ἀπέχθειαν. ὅθεν καὶ πρὸς ἴσα δεικνῦσα τὸ ἔχθος πειρᾶται πράττειν καὶ μεῖζον ἢ κατὰ γυναῖκα· τὸν γὰρ Ἰωσὴφ σὺν ἄλλοις, ὃν δὴ καὶ Καθαρὸν ὠνόμαζον, πέμπει πρὸς Παλαιστίνην ἅμα μὲν τῷ τῆς Αἰλίας πατριάρχῃ τὰ πραχθέντα διασαφήσοντα, ἅμα δὲ καὶ τὸν συνίτιὰν κατὰ βασιλέως ὡς ἐνὸν ἐκείνῳ παρακινήσοντα, ὥσθ' ἅμα ἐκεῖνον μὲν ἔνθεν Βουλγάρους δ' ἐντεῦθεν συνελθόντας τὴν χώραν τοῦ βασιλέως κακοῦν· εἶναι γὰρ καὶ τῷ θείῳ ἀπηχθημένον τὸν βασιλέα ὡς παραβάντα τὴν πρὸς ἐκεῖνον θρησκείαν, οὐδὲν δ' ἄλλο εἶναι τὸ κινοῦν θεὸν ἐπ' ἀνθρώπους ἢ τὸ παραβῆναι σφᾶς τὴν πρὸς ἐκεῖνον νομιζομένην δόξαν ἀρχῆθεν. τῷ μὲν οὖν πατριάρχῃ οἱ παρὰ τῆς Μαρίας πεμφθέντες πιστὰ λέγειν ἐδόκουν, καὶ παρ' ἄλλων μαθόντι τὰ γεγονότα· ὅθεν καὶ παρὰ μόνον τὸ μεγεθύνειν προστιθέντας τὸ πρᾶγμα ἀληθινοὺς πρέσβεις εἶχε, καὶ οὐκ ἐπολυπραγμόνει τὸν πέμψαντα, ἐπίστευε δὲ τοὺς περὶ τὸν Ἀλεξανδρείας Ἀθανάσιον καί γε τὸν Ἀντιοχείας Εὐθύμιον ἐκεῖνο πράττειν ὃ καὶ μόνος P 293 ἠξιοῦτο ποιεῖν. τῷ δέ γε συνιτὰν παρ' ἐλπισμὸν ἦν πάντα ἡ ἐκείνων πρεσβεία ὡς μηδέ ποτ' ἄλλοτε γενομένη τοῖς πρὸ αὐτοῦ τῆς Αἰγύπτου ἄρχουσι· προσέτι δὲ καὶ τὸ ἔθνος τῶν Βουλγάρων μὴ περιφανὲς ὂν ὥστε καὶ εἰς ἀρχὴν ἀνάγεσθαι, ἐν ὑπονοίαις τὴν

aversionem a matre sua quam prae se ferebat imperator; cui proinde parem odii mensuram rependere aggressa, plus nocere conata est quam verisimiliter potuerat a muliere timeri, siquidem Iosephum quendam cognomento Catharum cum aliis in Palaestinam misit, partim ut Aeliae patriarchae manifestarent quae acta fuerant, partim et huius opera, collaborantes eodem et ipsi pro virili, Sultanem illic dominantem in imperatorem concitarent; quo illo inde, Bulgaris ex parte alia irrumpentibus, imperatori subiectae provinciae ancipiti utrinque malo vexarentur. nam exosum esse utique deo imperatorem ob ea quae contra ritus patrios in religione immutasset: una re autem maxime moveri et concitari deum adversus homines, si eos videat olim sancita ecclesiasticae doctrinae dogmata legitimumque usum sacrorum corrumpere intrusa novitate non vereri. ac patriarchae quidem missi a Maria facile persuaserunt quae narrarunt, utpote ipsi iam ab aliis audita; itaque cum hi novi cognitarum antea rerum nuntii nihil nisi exaggerarent indignitatem fama iam celebrium actorum, pro veris eos et sincere agentibus legatis habuit, nihil curiose indagans circa mentem eius a quo mittebantur, aut inquirendum suspiciose ducens de toto istius legationis consilio, ecquid arcani quidpiam artificii et politicarum privatarumve rationum specioso zeli pro religione obtentu celaret. itaque tanto studio in negotium incubuit, ut vel si contingeret Alexandrinum Athanasium et Antiochenum Euthymium imperatori assentiri, profiteretur solum se non dubitaturum obsistere. Sultanem quod attinet, inexpectatissima haec ei accidit legatio, quippe qualem nullam unquam fando esset auditum decessores suos Aegypti principes accepisse. offendebat etiam obscuritas Bulgaricae gentis parum hactenus celebris,

www.libtool.com.cn

πρεσβείαν ἐποίει, καὶ σιγηλῶς ἀπέπεμπε. τὸ μέντοι γε δοκοῦν τῷ τῆς Αἰλίας πατριαρχεύοντι Γρηγορίῳ καὶ λίαν ἀληθινὸν ἦν. ὁ γὰρ Ἀντιοχείας καὶ προεπεδήμησε τῇ Κωνσταντίνου, ὀργισθεὶς B τῶν τοῦ ῥηγὸς Ἀρμενίας χειρῶν. ἐκεῖνος γὰρ ἔχθος τῷ πατριάρχῃ τηρῶν καὶ θέλων ἐκποδὼν ποιῆσαι, ἐπεὶ ἀνὰ χεῖρας εἶχε τὸν ἄνδρα, ἐκδίδωσι τοῖς ἀπάξουσιν ἢ δὴ καὶ ἀπολῦναι ἐκ τοῦ παραχρῆμα ξυμβαίη. καὶ οἱ λαβόντες ἀμφιάλῳ κατεπίστευον πέτρᾳ, ἐρήμῳ οὔσῃ καὶ ἀπανθρώπῳ τὰ εἰς παράκλησιν. ἀλλ' ἐκεῖνος ὀργισθείς, ὡς ἔλεγε, ταῖς τοῦ θαυματουργοῦ Νικολάου ἐπιστα- C σίαις, βασιλεῖ προστρέχει καταχθεὶς εἰς πόλιν. ὁ δέ γε Ἀλεξανδρείας, καὶ αὐτὸς ὕστερος τῶν πραχθέντων γεγονώς, ἀναλύειν μὲν οὐκ εἶχε τὸ γεγονός, ὅμως δ' εἰρήνευεν, ἐμποδὼν ἔχων τὴν ξενιτείαν τοῦ ταῦτα ζητεῖν. οὐ γὰρ προσκέκλητο ἐπὶ τούτῳ, ἀλλ' αὐτὸς κατὰ παραμυθίαν ὧν ἔπασχεν λυπηρῶν ἐν τοῖς ἀθέοις διάγων ὡς ἐπὶ λιμένα τὸν βασιλέα κατέφευγε, καὶ ἐπιτετελεσμέ- νοις ἐπιστὰς ἔκρινε δεῖν ἡσυχάζειν, τοῦ μὲν συμπρᾶξαι παντελῶς ἀπέχων, τὸ δ' ἀνακινεῖν καθεστῶτα ἡγούμενος ἄκαιρον. D

2. Ἡ μέντοι γε Μαρία Μιχαὴλ τὸν παῖδα καὶ παρὰ τὴν P 294 ἡλικίαν στέψασα βασιλικῶς ἔτρεφε καὶ ἀνῆγε, τὴν εὐφημίαν μετὰ

6. ἀπολέσθαι? 9. τοῦ deerat.

nec multum posse iudicatae; quare ab ipso tota res pro suspecta contempta est, legatique silentio dimissi. caeterum Aeliae patriarcham sua minime fefellit opinio Gregorium, in iis quae de aliis duobus patriarchis autumaverat. nam Antiochenus quidem iam tum Constantinopolim advenerat, liberatus e manibus regis Armeniae. hic enim rex ei patriarchae infensus, et amovere de medio ipsum cupiens, forte incidentem in suas manus tradiderat certis hominibus abducendum eo ubi perire illum brevi necesse esset. et illi acceptum rupi desertae mari circumfluae commiserant ad certum exitium, omni quippe humani subsidii commerciique destitutae facultate. verum ille liberatus inde, ut aiebat, coelesti auxilio thaumaturgi Nicolai, ad imperatorem confugit, Constantinopolim se conferens. Alexandrinus autem, post ista quae de religione nuper sancita quidam improbabant evectus in thronum, retexere prius acta non curavit; quare quietus permanebat, eo securius quod propter locorum ubi degebat longinquitatem a Constantinopoli minime aspergendum sese confideret qualicumque invidia rerum illic transactarum, praesertim ad quarum ipse consilia vocatus non fuisset. accedebat quod multis, ubi erat, inter barbaros verae religionis hostes vivens, adversis conflictatus, obstruere sibi quem unum habebat ad confugium paratum portum gratiae imperatoris e re sua non putabat. itaque obnoxium se illi a quo solatium expectaret praebuit, nihil succensens ab eo constitutis, sed quietem amplectens, abstinens tamen diserta comprobatione iam actorum, verum iis quomodocumque semel statutis intempestivum nunc quidem existimans a se controversiam moveri.

2. Interim Maria Michaëlem filium aetate immatura coronari curavit, regieque inde alebat educabatque, in acclamationibus publicis locum

www.libtool.com.cn

πατέρας τῷ παιδὶ παρέχουσα. ὑπόπτως δὲ τῷ Σφεντισθλάβῳ καὶ λίαν ἔχουσα, δεσπότῃ γε ὄντι, ὑποποιεῖται δὲ δολίως ἐκεῖνον· τὰ γὰρ τοῦ Κωνσταντίνου ἀσθενῶς ἔχοντος ἐποίει τοιαῦτα κατασκευάζειν περὶ τῷ παιδὶ δειλιῶσαν. πέμψασα γοῦν, ὅρκοις
B μὴ ἐπιβουλεῦσαί οἱ, πείθει παραγενέσθαι τὸν Σφεντίσθλαβον παρ' αὐτήν. ὁ δὲ τοῖς ὅρκοις θαρρήσας εἰς Τέρνοβον ἦκε, καὶ ἤδη παρηβηκότα υἱοποιεῖσθαι ἠξίου. καὶ δὴ ἐπ' ἐκκλησίας περιφανῶς τῇ Μαρίᾳ ἐκεῖνος υἱοπεποίητο· μετὰ γὰρ τὰς τοῦ ἱερέως ἐντεύξεις καὶ τὰ ἐπ' αὐταῖς φῶτα, διασχοῦσα τὸν ἐπενδύτην ἄμφω Μιχαὴλ καὶ Σφεντίσθλαβον παρ' ἑκάτερα τῶν αὐτῆς ἀγκα-
C λῶν ἐτίθει, καὶ συνθεσιῶν γενομένων ἀπελύετο ἐπ' οἴκου υἱὸς κεκλημένος τῆς τῶν Βουλγάρων δεσποίνης μετὰ Μιχαὴλ ὁ Σφεντίσθλαβος. οὔπω πολὺς χρόνος τὴν υἱοποιαν παρεμέτρει, καὶ δολιευσαμένη κτείνει ἡ δῆθεν μήτηρ τὸν υἱοποιεῖσθαι πιστεύσαντα. ἀλλ' ἡ Δίκη οὐχ ὥσπερ ἔθος αὐτῇ τὰ πολλὰ κατημέλει,
D ἀλλ' ἀνιστᾷ τὸν ἐκζητήσοντα τὸ αἷμα τοῦ ἀδίκως πεφονευμένου. καὶ ὁ λόγος ἄνωθεν βούλεται μετελθεῖν τὰ τῆς διηγήσεως.

E 3. [3]Ἦν ἀγρότης ἐκεῖσε μισθοῦ βόσκων χοίρους, Κορδόκουβας κεκλημένος· τὸ δ' ὄνομα ἡ Ἑλλήνων γλῶσσα εἰς λάχανον

ei post parentes tribuens. sed his illam intentam conturbabat a Sphentisthlabo molesta suspicio, ius utique non inverisimile ad Bulgariae principatum habenti, nec contemnenda ad id tuendum potentia subnixo, quippe qui despota iam esset; quare optimum putavit dolis illum aggredi, praetextu fraudis indidem sumpto unde causa ipsi pro puero timendi maior erat, e morbo videlicet regis et viri sui Constantini sine spe decumbentis. mittit ergo certos homines ad Sphentisthlabum, qui postquam iuramentis ei quam religiosissimis sinceras in ipsum Mariae benevolentiae fidem plenissimam fecissent, quam blandissime rogarent venire ad ipsam ne gravaretur. persuasus ille ac fretus religione iurisiurandi, Ternobum se confert. nec ibi aspernatus senex annosus est ridiculam a tanto iuniori femina oblatam adoptionem, quae fratrem illum, et quidem minorem, faceret pueruli lactentis. res palam in ecclesia celebrata sic est. post adhibitos a sacerdote solemnes in talibus occursus benedictiones et ritus caeteros, magno allucente funalium numero, Maria regium diducens pallium ambos hinc atque inde ulnis admovit, Michaëlem pusionem ac senem Sphentisthlabum; e quibus hic in hunc modum foedere sancito, domum retulit novum titulum filii dominae Bulgarorum a Michaële puero secundi. non multum ab hac adoptione tempus processerat, cum circumventum insidiis, eo facilius quod a sibi cavendo fiducia eum novae contractae necessitudinis averterat, egregia mater adoptatum occidit. at divina iustitia non qua solet in plerisque patientia sceleris huius poenam distulit. statim excitavit qui sanguinem impie caesi requireret. cuius eventus narratio paulo altius repetenda est.

3. Erat in iis partibus rusticus quidam mercede porcos pascens, Cordocubas appellatus, cui voci cum quaedam inesset usu popularis illic

www.libtool.com.cn

ἐκλαμβάνει, καὶ Λαχανᾶς ἐντεῦθεν φημίζεται. οὗτος τῶν
χοίρων ἐπιμελῶς ἔχων ἑαυτοῦ κατημέλει, οὔτ' ἐπὶ τροφαῖς
οὔτ' ἐπ' ἐνδύμασιν ἀσχολούμενος, μόνῳ δ' ἄρτῳ ἀποζῶν καὶ P 295
ἀγρίοις λαχάνοις ἀπερίττως εἶχε καὶ ἀφελῶς, καὶ πρὸς τοὺς ἑταί-
ρους καὶ αὐτοὺς κατ' ἐκεῖνον ὄντας οἷς διεξῄει πολλάκις, δῆλος
ἦν μεγάλα περὶ ἑαυτοῦ φανταζόμενος. οἱ δὲ οὐχ ἧττον κατεγέ-
λων ἢ μὴν ἐπίστευον. ἐντεῦθεν ἐκεῖνος τοιαύταις οὐκ οἶδ' ὁπό-
θεν ἐλπίσι μετεωρίσας τὸν νοῦν ἑαυτῷ προσεῖχε, καὶ εὐχὰς ἀπε-
δίδου θεῷ ὡς ἔχων ἔτυχε· ποῦ γὰρ ἐκείνῳ μετὸν καὶ θείων λο-
γίων κἂν ἐπὶ νοῦν, ἐν τοῖς ἀγροῖς ἴσα καὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ βοσκο-
μένοις χοίροις τὸ παράπαν ἐκδεδιῃτημένῳ καὶ ἀφελῶς ἔχοντι; B
σύννους οὖν τὰ πολλὰ διάγων, καὶ οὐδὲν προύργου τιθέμενος
τῆς πρὸς ἀρχήν τινα καταστάσεως, πολλάκις τὰ αὐτὰ διεξῄει
τοῖς ἀγρόταις ἐκείνοις καὶ συφορβοῖς, ἁγίων τινὰς ἐντυχίας λέ-
γων καὶ παρακινήσεις τὰς παρ' ἐκείνων εἰς ὃ κινηθῆναι καὶ ἔθνους
ἄρξαι. ταῦτα πολλάκις διεξιὼν ἐπιστεύετο. καὶ ἤδη ἄλλως
προσεῖχον αὐτῷ ἢ ὡς ἐδόκει· τὴν γὰρ προθεσμίαν ἐγγὺς ἐδήλου C
τοῦ κινηθῆναι. μιᾶς οὖν τὸ τῆς ὁρμῆς σύνθημα λέγων λαβεῖν,

10. ἴσα] ὅσα P.

linguae oleris notio, Graeci qui olus lachanum vocant, istum, ubi coepit innotescere, hominem Lachanae vocabulo celebraverunt. hic ita solicite suibus sibi commendatis attendebat ut sese negligeret, non curans quid vestiret aut quo vesceretur, naturali simplicissime defungens victu, solo pane et herbis agrestibus contentus. familiaribus utebatur indolis et educationis similis homunculis; quibus plerumque magna de se quaedam olim futura quasi vaticinans iactabat, saepe illis irridentibus, nonnunquam etiam non plane detrectantibus credere. his ille nescio unde spebus inflatus, gravitatem affectare coepit insolitam, componereque se in speciem sanctimoniae, colligens subinde animum, et deum invocans quibus uti poterat precibus homo funditus omnis institutionis rudis, quippe in agris semper versatus pascendis intentus porcis. apparebat igitur fere cogitabundus, verbis saepe significans voluere se animo nescio quam machinationem novi constituendi principatus, quem quasi ad scopum acta et meditamenta cuncta sua dirigeret. habebatque de talibus ad suos illos sodales rusticos et subulcos serios saepe sermones, memorans mira etiam visa et quasdam apparitiones sanctorum, a quibus impelli se aiebat ad iugum excutiendum et sibi usurpandum gentis imperium. eiusmodi tam saepe disseruit, ut quantumvis incredibilium fidem faceret. iamque alio ei plerique studio quam prius attendebant, maxime cum ediceret fatale tempus decretae sibi divinitus potentiae imminere, moxque se erupturum in eius arripiendae conatum, quem prospero successu fortunandum sciret. ad haec arrectis aliquandiu subito diem pronuntiavit, qua die proditurus esset e latebris et maturo iam praeclaro coepto felix auctore deo auspicium daturus. nemo dubitavit aut renuit. conclamarunt omnes duceret quo vellet; se alacriter in cunctis obsecuturos. nec facta dictis abfuere.

www.libtool.com.cn

αὐτὸν ἐκείνους ἐφέλκεται πρὸς τὴν ἑαυτοῦ θεραπείαν, κἀκείνῳ ἕπονται ὡς μέγα τι ἐλπίζοντες πράξειν. ἀπέρχονται γοῦν εἰς χώραν, καὶ τὸ τοῦ συφορβοῦ κηρύττουσιν ὄνομα, ὡς θεόθεν ἥκέ οἱ τοῦ ἄρξαι σύνθημα. καὶ ἅμα λέγοντες ἔπειθον, καὶ προσεπετίθεντο πλείους ἑκάστης. κἀκεῖνος πρὸς τὸ εὐσταλέστερον μετεβάλλετο, ἀμπεχόνην τ' ἐνεδιδύσκετο καὶ σπάθην περιεζώννυτο ἵππου τ' ἐπέβαινε, καὶ ἐθάρρει πρὸς ἔργα μείζω ἢ κατ' αὐτόν. τοῦ γοῦν Κωνσταντίνου ἀσθενῶς τοῦ σώματος ἔχοντος (τὸ γὰρ σκέλος κατεαγὸς ἔχων ἀκίνητος ἦν, κἄν που καὶ ἀπελθεῖν ἔδει, ἐφ' ἁμάξης ἐφέρετο φόρτος κενὸς) πολλοὶ κατωλιγώρουν, καὶ μᾶλλον οἱ πρόσοικοι Τόχαροι, ἐκδρομὰς ἑκάστης ποιοῦντες καὶ Μυσῶν ὄντως λείαν τὰ Μυσῶν τιθέντες. φάλαγγι γοῦν Τυχάρων προσκρούσας ὁ Λαχανᾶς ἐμπίπτει σφίσι μεθ' ὧν ἐπεφέρετο, καὶ κατὰ κράτος νικᾷ, καὶ αὖθις ἄλλῃ, καὶ οὕτω πρὸς τὸ μεγαλειότερον ἐπ' οὐ πολλαῖς ἡμέραις καθίστατο. χῶραι τοίνυν προσετίθεντό οἱ, καὶ ἐπ' αὐτῷ πολὺν τὸν τοῦ εὖ πράξειν ἐλπισμὸν ἀραρότως εἶχον. καὶ ὁ Λαχανᾶς πολὺς ἦν φημιζόμενος πανταχοῦ· οὐδὲ γὰρ ἡμέρα ἐφίστατο καθ' ἣν οὐ πλείους τῶν προτέρων εἶχε καὶ ἠνδραγάθει προσβάλλων. τοῦτο ἐθορύβησε μὲν καὶ τὸν Κωνσταντῖνον τὰ πλεῖστα, ἀγγελθὲν δὲ παρὰ

18. οὐ] οἱ P.

addunt addicuntque ipsi se frequentes, magnis elati spebus. cursant per regionem proclamantes subulcum a deo missum, et ad manum iam conflatam ingentem certatim undique accurrentium aggregant numerum. crescebat in dies multitudo, et novus dux ad consentaneum assumptae dignitati se fingens habitum, abiectis centonibus honestiorem induit vestem; enseque succinctus, equo inscenso, ad opera maiora quam eius hactenus fortuna caperet, palam se accinctum ostentare ausus est. valetudine tum, ut dictum est, Constantinus infirma utebatur: nam crure dudum fracto facultatem incessus amiserat, et si quopiam esset necesse proficisci, curru pondus iners trahebatur. ea res contemptum illi conciliavit plurimorum. in his Tochari finitimi, fera gens et assueta rapto vivere, nihil a claudo principe timentes liberrimis in Mysiam excursionibus agebant ferebantque passim cuncta, et veteri celebratas proverbio praedas Mysorum impune frequentabant. in horum unam manum incurrens cum suis Lachanas eam internecione delet. alia die deprehensam similiter cohortem istorum alteram ut priorem interficit. hinc paucis diebus celebre fit eius nomen, et videlicet non parvis et populi et regionum accessionibus opes eius augescunt, cunctis pro se quoque spem in eo summam emendandi publica incommoda collocantibus. famae interim ambitioso praeconio Lachanas ubique buccinabatur. nec dies praeteribat qua non et eius numero cresceret exercitus, et qua non ipse aliqua se insigni de hoste victoria commendaret. conturbarunt haec non parum subinde nuntiata Constantinum. ipsum quoque, ubi fides tandem non

www.libtool.com.cn

δόξαν καὶ αὐτὸν θορυβεῖ βασιλέα· τὸ γὰρ οὕτως ἐπελθὸν παρ' ἀξίαν οὐκ ἂν ἐπελθεῖν εἰ μὴ ἐπὶ μεγίστοις τισὶν ᾤοντο. ὁ μὲν P 296
οὖν Κωνσταντῖνος μόνον παράξας τὰ κατὰ τὸν ζυγὸν μετήνεγκε
τὸν νοῦν πρὸς τὸ ἀπροσδοκήτως φανὲν καὶ ὡς οὐκ ἂν μὴ ὅτι
γ' οὗτος, ἀλλ' οὐδ' ἄλλος τις ᾠήθη ποτέ. ὁ δὲ βασιλεὺς τοῦτο
μὲν καὶ τάχει καταστῆσαι θέλων, τοῦτο δὲ καὶ πρὸς τὰ ἀκου-
σθέντα διαταραχθείς, προλαβεῖν ἠπείγετο καὶ τὰς ἄκρας κατο-
χυροῦν. καὶ δὴ ἐξελθὼν τῆς Κωνσταντίνου ἐπ' Ὀρεστιάδος
ἤλαυνεν ὅλῳ ῥυτῆρι. χειμῶνος δ' ἐξελθὼν καὶ πάγοις ἐπιὼν B
πάσχει τι καὶ τῶν ἀνηκέστων· συμποδίζεται γὰρ ὁ ἵππος ἐπὶ πά-
γων βαίνων τῷ βασιλεῖ, καὶ συμπεσὼν ἐκείνῳ ὁ ἐποχούμενος
πτῶμα δεινὸν χεῖράς τε καὶ πρόσωπον δρύπτεται, οὕτω χαλεπῶς
ὡς μηδ' ἀρκέσαι τὸν τῆς ἐκστρατείας ὅλον χρόνον ἀπαλεῖψαι τὰ
τραύματα, ἀλλ' ἔτι λείψανα τῶν πληγῶν ἐμμένειν ἐπανελθόντι C
τῷ βασιλεῖ. ἅμα γοῦν ἐπέβη ὁ κρατῶν τῆς Ἀδριανοῦ, καὶ ἅμα
ἡ σφαγὴ τοῦ Κωνσταντίνου ἀγγέλλεται. ὡς γὰρ αὐξάνετο καθ'
ἡμέραν ὁ Λαχανᾶς καὶ πολλοὶ προσεχώρουν ἐκείνῳ κατολιγω-
ροῦντες τοῦ σφῶν βασιλέως, ἐκποδὼν δ' ἦν ἤδη καὶ ὁ Σφεν-
τίσθλαβος τῶν δόλων ἀπονάμενος τῆς Μαρίας, οἱ δέ γε προσῳ-

5. γ'] δ' P.

creditis primo indiciis famae constantia facta est, ipsum, inquam, quoque inopinatissima novitas vehementer commovit imperatorem. hunc sua suspectare prudentia cogebat, ne subesset his quidpiam incomperti mali: quomodo enim homo tam vilis tam secure prodiret, nisi productus fiducia opum non apparentium, et multo maiorum quam quae cernerentur, sibi conscius virium? caeterum in communi admiratione amborum Constantinus solus, quem periculi vis propinquior ureret, trepidis raptim habitis toto iugo delectibus, admovendam strenue putavit manum remedio mali longe ultra quam quisquam imaginari potuisset inopinatissime nascentis crescentisque. porro imperator nondum ille quidem expedivit consilium bellandi: tamen sibi proficiscendum versus istum limitem constituit, partim ut ex propinquo cognosceret certius et, si quid ibi labaret, confirmaret; partim ut qui ab illa parte patebant in Romanam ditionem aditus, per quos ne Lachanas irrueret audita de illo timere cogebant, praesidiis et munitionibus idoneis praeoccuparet. hoc animo dum citatis equis versus Orestiadem contendit per concretos rigida hieme gelu campos properans, contigit et pati eum et periclitari gravissime. nam equus quo vehebatur lapsans in glacie, cum sessorem effudit, tum supra ipsum tota mole concidens tantum non oppressit, vulneratum in manibus et vultu adeo non leviter, ut vix totius eius diuturnae expeditionis spatio persanari plagae potuerint, aut effici quin luculentae cicatrices reducem ipsum in urbem adhuc deformarent. caeterum tunc illi eo itinere Adrianopolim advenienti occurrit certus de caede Constantini nuntius. cum enim adolesceret in dies potentia Lachanae, et Bulgari passim a rege suo ipsis spreto ad subulcum deficerent, nec qui potuisset obsistere Sphentisthlabus

www.libtool.com.cn

κεκμηκότες τῷ Κωνσταντίνῳ ἐξ ἀνθρώπων ἦσαν ταῖς τῆς Μαρίας κακεντρεχείαις κατειργασμένοι, ὅσοι δὲ καὶ περιῆσαν, οἱ μὲν παρ' ἐκείνων ἐπὶ δυσνοίαις ὑπωπτεύοντο οἱ δὲ καὶ ταῖς ἀληθείαις ἐδυσνόουν, μόνος ἢ μετ' ὀλίγων ἐγκαταλειφθεὶς Κωνσταντῖνος ὁρμῇ μετελθεῖν τὸν ἤδη καὶ αὐτοῦ κατολιγωροῦντα. καὶ δὴ συν-5 ταξάμενος τὰς δυνάμεις ἐφέρετο μὲν ἐφ' ἁμάξης. οἱ δὲ οἷς ἐκεῖνος ἐπίστευε τὰς ὑπὲρ ἐκείνου ὁρμὰς κατεκλῶντο. ὁ δὲ Λαχανᾶς ὁμόσε χωρήσας ἐκείνῳ, ἅμα φανεὶς ἐπεισπίπτει καὶ κατὰ κράτος αἱρεῖ, κἀκεῖνον μηδὲν κατὰ πόλεμον πράξαντα βασιλείας ἄξιον δίκην ἱερείου κατασφάττει. τινὰς δὲ τῶν ἐκείνου καταγω-10 νισάμενος τοῖς λοιποῖς ὡς σφετέροις ἐχρᾶτο. καὶ ἤδη βεβαίως ἐπισχὼν τὴν χώραν καὶ πόλεων ἥπτετο, καί γ' αὐτὰς αἱρῶν οὐκ ἀνίει ὡς ἄρχων καὶ βασιλεὺς φημιζόμενος. ἀλλὰ τὰ μὲν κατ' ἐκεῖνον οὕτω, καὶ οὕτως ὁσημέραι πλέον ἐμεγαλύνετο καὶ εὐο-δούμενος ἐπεδίδου. 15

P 297 4. Ὁ δὲ βασιλεὺς τῷ μὲν παρὰ δόξαν συμβάντι ὡς εἰκὸς ἐπαλγήσας, τὰ δὲ καθ' αὑτὸν ὡς ἐνῆν κατασφαλιζόμενος, ὅσον ἀσφαλῶς εἶχεν ἐκ Κωνσταντίνου πεσόντος, ἐπαύξειν ἤθελε ταῖς πρὸς τὸν Λαχανᾶν ἀγχιστείαις. καὶ πέμψας μὲν ἐπεπείρᾶτο τοῦ βαρβάρου, ἐφ' ᾧ καὶ γνῶναι εἰ ἱκανῶς ἔχοι καὶ πρὸς τὸ πρόσω 20

superesset, insidiosis Mariae delinimentis miser lucratus exitium, procerum vero gentis qui maxime Constantino studuerant, partim sceleratis Mariae molitionibus interfecti fuissent, qui vero adhuc vivebant partim falso suspectarentur quasi rebellibus favercnt, partim revera regnantibus offensi penderent in praevalescentem factionem, Constantinus ferme solus in medio relictus acri necessitate compulsus est tentare cum paucis opum antiquarum reliquiis aleam belli et se Lachanae iam ipsum contemnenti obiicere. instructam ergo contra inferens aciem ipse in curru vectus, et fidi ei pauci, reprimere impetus impune hactenus grassantium sunt adorti. at Lachanas contra se venientibus occurrens, simul vidit, simul admovit, simul vaesano irruens impetu caedit exercitum et plene vincit; ac regem ipsum, qui nihil eo praelio fama dignum ac tanti nominis fastigio egisset, miserae instar victimae victor obtruncat, reliquos suis adiungit. et iam apertae plene regionis potens, ad urbes sibi subiiciendas convertit animum, solito successu: nunc enim hanc, nunc illam capiebat; nec quieturus videbatur, quoad rex totius haud dubie Bulgariae ubique acclamaretur. sic se res Lachanae habebant, quotidianis proficientes successibus, et ad summam brevi, ut apparebat, potentiam perventurae.

4. Imperator vero indoluit quidem, ut par erat, inopinato casu: caeterum securitati rerum suarum quam fieri optime poterat studens consulere, conandum existimavit id quod ex Bulgari ditione olim usurpaverat, cuius possessionem firmatam sibi videbat Constantini morte, sibi certius asserere, quinetiam augere, conciliando ac iungendo sibi per affinitatem Lachana. misit igitur qui tentarent animum barbari, et eadem

www.libtool.com.cn

χωρεῖν, οὕτως ἀρξάμενος μὲν ἀπεριττως, τὰ μέγιστα δ' εὐτυχηκὼς ἐκ τοῦ ῥᾳστα. καί γε καὶ γαμβρὸν ἐπὶ θυγατρὶ διενοεῖτο B
ποιεῖν, εἰ σφίσι δόξειεν ἐνικανωμένος καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν τῶν
Βουλγάρων ἀρχήν. ὅμως δ' ἐνορῶν καὶ τὸ τῆς τύχης ἄστατον,
ὡς ἅμα μὲν χαρίζεσθαι καὶ τὰ μέγιστα ἅμα δὲ καὶ τὰ ἀρχαῖα
προσαφαιρεῖσθαι κλίνουσαν τὰ ζυγά, ἀρετῇ δὲ καὶ τὸ προσγενόμενον οἰκεῖον καὶ τὸ ἀπογενόμενον οὐκ ἀνέλπιστον, ὑπώπτευε
τὰ πολλὰ τὴν τύχην, μὴ δοῦσα μεγάλα ἐξαίφνης τὸ πᾶν ταχέως C
ἀφέληται, καὶ ἀρετῆς μὴ οὔσης μηδὲ βραχὺ καὶ τὸ παρ' ἐκείνης
διδόμενον ἀμαυρῶτο, ὡς μὴ φθάνειν ἐπιτυγχάνοντα θαυμάζεσθαι καὶ ἐλεεῖσθαι ἀποτυγχάνοντα. διὰ τοῦτο καὶ ταῦτα στρέφων ἐπὶ λογισμῶν, βουλὴν συνέλεγε τοὺς ἀμφ' αὐτὸν συγκαλῶν.
ἔβλεπε γὰρ τὴν τῶν Βουλγάρων ἀρχὴν τοῦ προστατήσοντος χρῄζουσαν ἐξ ἀνάγκης, παρετίθει δὲ καὶ τῷ Λαχανᾷ τὸν ἐκ τοῦ
Μυτζῆ Ἰωάννην, καὶ τῷ μὲν τύχην καὶ θράσος καὶ τὸ ἐπὶ τῶν D
πραγμάτων εἶναι εἰς πρόσβασιν τῆς ἀρχῆς συντελέσοντα ἐγίνωσκε,

15. τὸ deerat.

opera dissimulanter explorarent vires opesque eius, ecquid tantae, ac caetera eius omnia tali loco essent, ut expectari iure posset eum qui tam tenuia initia portentosae felicitatis multiplicatis hactenus successibus cumulaverat, pari deinceps quoque profectuum tenore ad culmen fortunae summum perventurum. quodsi horum relatu cognovisset non esse illum inidoneum regno Bulgariae, nec imparem eius nominis sustinendae utcumque maiestati, haudquaquam abhorrebat a cogitatione generum sibi illum asciscendi propria ipsi collocanda filia. tamen reputans attentius cum inconstantiam fortunae simul maxima indulgentis, simul subita inclinatione lancis etiam antiqua eripientis, tum virtutis tanto praestabiliorem conditionem ac naturam, cui et quae insunt bona vere propria inamissibiliter possidentur, et quae desunt verisimiliter sperantur, vereri magnopere coepit ne cuncta haec sortis beneficia cita eiusdem, mature poenitere donorum solitae, mutatione auferrentur; et vel si perseverarent, tamen quod virtutis ne modicum quidem subesset, eadem brevi mora obscurata obsolesceret, seroque intelligeretur non fuisse properandum in nimium mirando consecutum ista, aut eo qui talibus careret misero putando. quare perpensis istis alio vertens animum, convocavit viros prudentes quos habebat secum, iisque exponens videre se necessario providendum principem Bulgariae, duos proposuit qui ei praefici posse viderentur, Lachanam et Mytzae filium Ioannem; et illi quidem fortunam suffragari, inesse animum audendi, magnisque nec improsperis coeptis munitum abunde ipsi videri posse iter ad summam isthic potentiam. Ioanni tamen ut non desperandum videatur posse ad optatum succedere conatum istuc aspirandi, facere genus ipsius et caetera in ipso sita bona praesidiaque, quibus haud dubie attolleretur ad spem non imprudentem in eo praevalendi, si tentaret. addidit in hunc magis sese propendere, meliusque collocandam in hoc promovendo arbitrari operam. idem plerisque placuit, magnoque assensu probatum imperatoris consilium est asciscendi

www.libtool.com.cn

Ἰωάννην δὲ τὸ γένος καὶ τὴν ἀφ' αὐτοῦ σύναρσιν κατοχυροῦν εἰς ἀρχὴν οἷά τ' ὄντα καὶ μᾶλλον διέκρινε. καὶ πολλοῖς γε ἤρεσκεν ἡ βουλή, τὸν τοῦ Μυτζῆ υἱὸν εἰς γαμβρὸν γενέσθαι τῷ βασιλεῖ, καὶ οὕτως ἐπὶ τῇ πρόσθεν βασιλείᾳ καταστάντα συνεγερθῆναι καὶ
P 298 ἀπ' αὐτοῦ βασιλέως, ἅμα μὲν διὰ τὸ πρὸς τῷ Μυτζῆ δίκαιον καὶ τὸ ἀπὸ τῶν πατέρων αὐτοῦ πρὸς σφᾶς ἱλαρόν, ἅμα δὲ καὶ διὰ τὴν τοῦ βασιλέως πρὸς αὐτὸν κηδεμονίαν, ὅσα καὶ πενθεροῦ πρὸς γαμβρόν. εἰκὸς δὲ καὶ τὸν Λαχανᾶν ἐκ τύχης ἐξαίφνης φυσηθέντα, ὑποχαλάσαντα τὰς ὁρμὰς φανεισῶν Ῥωμαϊκῶν
B ἐκείσε δυνάμεων ἢ πρὸς δουλείαν ὑποπέσειν ἢ μὴν καί που κρυβῆναι φεύγοντα, μὴ ἔχοντα ὅπῃ ἄρα καὶ ἰσχυρίσαιτο. Μαρίαν δὲ καὶ παῖδα ταύτης ῥᾷον τοὺς Τερνοβίτας προδοῦναι· τὰ γὰρ πρὸς αὐτοὺς ἐκείνης κακὰ οὐ τοσοῦτον μικρὰ ὥστε καὶ λήθῃ διδόναι.

C 5. Ταῦθ' ὁ βασιλεὺς βουλευσάμενος, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ πατριάρχου βουλὴν πέμψας ἐν ἀπορρήτοις ἐζήτει. καὶ ὃς τὰ πολλὰ πρὸς τὸν Μυτζῆν ἔρρεπε, καὶ γράφων τὴν ἐπὶ τῇ βουλῇ ῥοπὴν ἐδίδου. τοῦτο καὶ Πρίγκιψ ὁ ἱερομόναχος Θεοδόσιος, ἀξιωθεὶς καὶ οὗτος πρὸς συμβουλὴν τὴν περὶ τούτων, ἔγραφεν,

Ioannem in generum, et ius ei genere ac hereditaria ratione competens ad istum principatum imperii viribus fulciendi. nec videri dubitandum quin eo magis inclinarent Bulgari, ac facile praeferrent barbaro subulco iuvenem nobilissimum, tum patris eius Mytzae respectu cui regnum Bulgariae debitum fuisse meminissent, tum memoria mitis in ipsos laetique imperii maiorum eius caeterorum, tum denique metu palam ei foederati tamque arto et insolubili pietatis domesticae vinculo irrevocabiliter adstricti imperatoris, quanta inter socerum et generum intercedit necessitudo; ex quo certi essent totis eum imperii viribus adiuvandum; quod videntem Lachanam erat verisimile remissurum statim multum de audacia, et compresso tumore quo aspirantis fortunae aura levem hactenus hominem inflasset, furere tam licenter desiturum, atque ubi Romanas acies in suo sibi solo videret oppositas, aut in servitutem relapsurum pristinam, aut fuga matura, damnatis praevalendi spebus, latebras alicubi captaturum. Mariam porro filiumque eius facile prodendos a Ternobitis, in quorum essent uterque potestate, verisimile ex eo esse, quod tantae ac tam recentes extarent mulieris eius in ipsos iniuriae, ut earum ipsos iam plane oblitos credibile non esset.

5. Haec cum a concilio dicta essent, imperator patriarchae super ea re sententiam exquirendam putavit, arcanis per viros idoneos missis literis. ille in Mytzam sponte dudum sua propensus; celeri rescripto id consilium prolixe commendavit, et videlicet praerogativa tantae auctoritatis ultimum in eam partem pendenti deliberationi momentum addidit. eodem concors accessit iudicium hieromonachi Theodosii cognomento Principis: nam ad hunc quoque imperator consilium postulans scripserat, ut-

www.libtool.com.cn

ἤδη εἰς ψῆφον ὢν πατριαρχείου· ὁ γὰρ Εὐθύμιος ἐτεθνήκει τῆς Θεουπόλεως. τὸ δ' ὅπως οὐ χεῖρον εἰπεῖν. κεχήρωτο μὲν οἶν D τὸ πατριαρχεῖον, καὶ πολλοὶ τῶν τῆς ἀνατολῆς ἐπισκόπων παρῆσαν, οἱ μὲν ἐκεῖθεν ἰόντες, οἱ δὲ καὶ ἐνταῦθα ταῖς ἐκείνου προ-
5τροπαῖς γενόμενοι· ἤρεσκε γὰρ ἐπὶ τούτοις καὶ ἡ τοῦ Ἀναζάρβου Θεοδωρήτου βουλή, εἰς νόσον ἤδη κλιθέντος τοῦ πατριάρχου, τοὺς ἱκανοὺς ἐκ προτροπῆς ἐκείνου γίνεσθαι, ἐφ' ᾧ τὸν μετ' ἐκεῖνον προσκληθησόμενον ἀνεπιλήπτως ὡς ἱκανῶς ψηφίζοιντο. ὡς γοῦν ἐζητεῖτο ὁ χρησιμεύσων, καὶ οὐδεὶς τοῦ Πρίγκιπος ἀπε- P 299
10γίνωσκεν, ἦν οὖν εὐθὺς καὶ ψηφίζεσθαι καὶ προσκαλεῖσθαί τὸν ἄνδρα. ἀλλ' ὁ βασιλεὺς σοφόν τι συνορῶν ἐπὶ τούτοις ὑπώπτευε τὴν χλεύην, καὶ τὸν κρεμάμενον ἐκ τῆς ὑποψίας κατάγελων μήπως ὀφλήσῃ προυνόει. τὸν γὰρ Πρίγκιπα μὴ δι' ὅλου τῇ ἐκκλησίᾳ ἐνούμενον διὰ τὰ συμβάντα οὐδ' ὅλως ἠγνόει, τὸ δὲ συνυ-
15ποκλίνεσθαι κατὰ τιμὴν ὑπερτάτην προτεινομένην ᾤετο μέν, οὐκ εἰχε δ' ἀραρότως πιστεύειν. εἰ γοῦν ψηφισθεὶς ἀπερεῖ, εἶναι B μὲν ἐκείνῳ τὴν ὅτι καὶ ἀξιούμενος οὐχ ὑπήκουσεν αὐτάρκη τιμήν,

pote iusto suffragiorum numero designatum patriarcham in locum Theopolitani Euthymii iam mortui. quo de toto negotio non abs re fuerit distinctius hic aliquid ponere. viduata pastore patriarchali Antiochiae sede aderant multi Orientalium antistitum, quidam ea causa e suis ecclesiis Constantinopolim profecti, nonnulli iam antea a degente illic Euthymio vocati: huic enim ex morbo quo decessit decumbenti persuaserat ei assistens Theodoritus episcopus Anazarbi, e sui patriarchatus praesulibus idoneum ad sese iam nunc evocare numerum, qui videlicet, si quid ei deinde contigisset humanitus, eius successorem iustis possent suffragiis eligere. inter hos Euthymio iam mortuo de substituendo ei viro loco isto digno disceptantes satis constabat cunctorum iudicio concordi neminem Principi videri praeferendum. nec ulla per quemquam ipsorum mora erat quin protinus perferretur decretum evectionis eius in dignitatem istam, isque in eam rite vocatus inauguraretur, nisi paulisper supersederi deliberationemque suspendi iussisset imperator. verebatur is, pro ea qua solebat intimum rerum occurrentium profunde perspicere prudentia, ne sibi obrepi illudique in hoc negotio sineret, meritoque sapientibus risum deberet, si hominem circa eam quae tunc flagraret in ecclesia controversiam a se diversa sentientem, contra se ac quam putaret meliorem causam, tanta repente armari auctoritate permitteret. caeterum quia eundem illum Principem ita videbat non dissimulasse inclinationem propriam in factionem schismate avulsam, ut tamen non tam in eo fixus irrevocabilisque videretur quin sperari posset transitio eius in partes eorum qui supremi eius honoris voluntaria delatione nihil non ab eo meruissent, necessarium esse credidit huius spei pignus antecapere nec rem tantam nimis periculosae aleae committere. quid si enim aliter ille iam proclamatus et inauguratus patriarcha quam speratum erat saperet; et dignitatis summae, quam a stulte confidentibus accepisset, toto pondere incumberet in depressionem ipsorum eorumdem qui sic ipsum inexplorato

www.libtool.com.cn

τοὺς δέ γε καλέσαντας ἐξ ἀνάγκης ἀποφέρεσθαι τὸ ἧττον, ὅτι καὶ ἀξιοῦντες οὐ προσεδέχθησαν. γράφει γοῦν καὶ ταῦτα ἐν ἀπορρήτοις τῷ πατριάρχῃ, πειρᾶν πρότερον, εἰθ' οὕτω καὶ ἐφιέναι ψηφίζεσθαι. ἡ δὲ πεῖρα ἦν διὰ τοῦ συγγράφοντος τάδε· οὗτος γὰρ συνήθειαν ἔχων εἰς ἐκεῖνον τὴν μεγίστην καὶ ἐπὶ τῇ πείρᾳ ταύτῃ τῶν ἄλλων προυκρίνετο. τότε γοῦν κατὰ τὰ ἐν ἀπορρήτοις ἐπεσταλμένα μὲν πρὸς βασιλέα τῷ πατριάρχῃ ἐπεσταλμένα δὲ παρὰ πατριάρχου τῷ συγγραφεῖ, φοιτῶν ἐκείνῳ συγχνάκις καὶ τὰ περὶ τοῦ πατριαρχείου προτεινόμενος, εἰδὼς μὴ εἰδότι τὸν νοῦν ἐθηρώμην καὶ τὴν γνώμην ἐνεχύραζον, καί γ' ἐπληροφόρουν πληροφορούμενος ὡς κληθεὶς ὑπακούσειε καὶ τὴν εἰς τὸ πατριαρχεῖον κλῆσιν προσήσεται. γέγονε ταῦτα, καὶ ὡς ὑποψηφίῳ ἐντεῦθεν προσφερόμενος ὁ κρατῶν τὰ φιλικά τε ἐπέστελλε καί γε τῶν ἀναγκαίων κατὰ βουλὴν κοινωνὸν ἐποίει. τότε τοίνυν τὰς αὐτῶν δεξάμενος σύμβουλάς, καὶ πρό γε τούτων τὴν τῆς δεσποίνης, ἔργῳ τὰ τῆς βουλῆς ἐπλήρου, καὶ πέμψας ἄγει τε εἰς ἑαυτὸν τὸν Ἰωάννην ἐκ τῶν κατὰ Σκάμανδρον Τρωϊκῶν (ἐκεῖ γὰρ καὶ τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο, αὐτάρκως τῶν εἰς πρόνοιαν ἐχων) καὶ μετασχηματίσας γαμβρὸν ἐκάλει καὶ βασιλέα Βουλγάρων.

promovissent? his de causis scripsit imperator arcano patriarchae videri e re fore, si priusquam destinatae electionis monachi Principis in patriarcham indicium emanaret, experimentum caperet eius animi, et sic tantum perferri faventia ipsi suffragia permitteret, si qualia vellent et ad ecclesiae pacem expediret, facturum eum certo constitisset. hoc porro experimentum per scriptorem huius historiae captum est: is enim ex longo familiarissimus Principi ad ista exploratione fideliter feliciterque fungendum idoneus prae cunctis est iudicatus. huic ergo patriarcha iuxta sententiam arcanae imperatoris epistolae arcana scripto ipse quoque mandata cum misisset, ille pro amicitia saepius adiens Principem monachum, ei subinde, quasi ficta sermonis causa conditione, mentionem patriarchatus, ignaro quid de se cogitaretur, sciens ipse ita intulit, ut certo expiscaretur penitissimum eius sensum animi; qui cum talis esset qualem imperator et patriarcha Constantinopolitanus optabant, et utrique persuasus prius ego persuasissem illum, si patriarcha declararetur, secuturum non invitum quo ab Augusto et urbis patriarcha consentientibus vocaretur, itum a patribus nullo iam obstante in suffragia est, et conspirantibus legitimo numero calculis rite est electio perlata. his ita gestis imperator Theodosio uti iam electo et designato patriarchae honorem habens, et amice scribere et communicare deliberationem de rebus magni ad rempublicam momenti, in qua versabatur, eiusque super iis consilium exquirere bonum factu censuit. horum tunc porro responsis per omnia congruentibus acceptis, et ipsius in primis, quam item consuluerat, Augustae, consilium in rem contulit. accersitum enim e Scamandro et Troicis regionibus Ioannem, ubi ille prius morabatur, abundante ipsi e suis ibi praediis ad victum cultumque splendidum proventu, mutato habitu

μετετίθει δὲ καὶ τοῦτον εἰς τὸ τοῦ πάππου Ἀσὰν ἀνὰ πᾶσαν τὴν περὶ αὐτὸν πληθὺν θριαμβεύων τοὔνομα, καὶ δίκας προστιθεὶς E τὰς ἀξίας τοῖς γε μὴ οὕτως λέγουσι κατά τινα μεμνημένοις χρείαν. καὶ τῶν Βουλγάρων τοὺς μὲν προσχωρεῖν ἑτοίμους ἐκάλει ὡς αὐτίκα εὐεργετήσων, τοὺς δέ τι καὶ προνοοῦντας τοῦ ἀσφαλοῦς πέμπων δώροις μὲν ἤγαλλεν, ἀνερρώννυε δὲ ταῖς ἐλπίσιν ὡς εὖ πράξοντας εἰ τὸν Ἰωάννην δέξοιντο βασιλέα ἀποστάντες Μαρίας. ταῦτα μὲν οὖν ἐκ τῆς Ἀδριανοῦ ᾠκονόμει, καί τινας αὐτίκα πρὸς P 300 μόνην τὴν φήμην προσχωροῦντας εὖ ἔθρα, καὶ κατεθημαγώγει Βουλγάρους ταῖς ὑποσχέσεσιν.

6. Ἐπανελθόντι δ' ἐς πόλιν ἠγγέλλετο καὶ ἡ τοῦ Μιχαὴλ B ἐκ τῶν δυσικῶν ὅσον οὐκ ἤδη ἄφιξις. ὁ δ' ἦν ὁ τοῦ Μιχαὴλ δισπότου υἱὸς ὕστατος, Δημήτριος μὲν τὸ κατ' ἀρχὰς λεγόμενος, θανόντος δὲ τοῦ πατρὸς τοὔνομα κατὰ μνήμην ἐκείνου ἀνταλλαξάμενος. ᾧ δὴ καὶ μοῖρα τῶν τοῦ πατρὸς χωρῶν προσκεχληρωμένη οὐκ ἀποχρῶσα τῷ μεγέθει τῆς κατ' αὐτὸν ἀξίας, ἧς παρὰ τοῦ κρατοῦντος ἐτύγχανεν ἤδη γαμβρὸς ὑπεσχημένος γενέσθαι, οἰδαμῶς ἐδόκει. τῷ τοι κἀκείνην ἀφεὶς βασιλεῖ προσε- C χώρει, πιστεύων γράμμασιν ὅρκοις κατησφαλισμένοις. ἦσαν μὲν οὖν τῷ βασιλεῖ ἑτατέρων τῶν θυγατέρων Εἰρήνης ἅμα καὶ Ἄννης (ἡ γὰρ Εὐδοκία μικρὰ ἦν καὶ ἔτι) αἱ πρὸς τοὺς νυμφίους

generum simul suum, simul regem Bulgarorum appellavit; cognomentum quoque ipsi addidit ab avo Asane, et universo suo comitatui, novo isto illum celebrans nomine, magnifice ostentavit, poenis etiam decretis in eos qui, quocumque incidente usu mentionem eius deinceps faciendi, aliter quam Asanem et regem Bulgariae vocarent. Bulgaros quoque quotquot in praesens parati ad accedendum sunt reperti, spe beneficiorum statim a se percipiendorum evocavit: ad alios qui adhuc deliberarent, idoneos qui allicerent misit, donis eos iam nunc deliniens, in posterum autem spebus corroborans quasi consecuturos cuncta quae cuperent ad vitae florentem statum, si deficientes a Maria Ioannem regem accepissent. haec ex Adrianopoli providit; et quosdam ad primam talium famam statim concurrentes beneficiis affecit, caeterosque Bulgaros magnis pollicitationibus trahere in partes populariter sategit.

6, Reverso post haec in urbem imperatori nuntiatus est appulsus mox futurus adventantis Constantinopolim ex Occiduo tractu Michaëlis. erat hic Michaëlis despotae filius natu minimus, Demetrius a principio vocatus, sed patris postea mortui nomen ad eius memoriam omisso proprio usurpaverat; cui cum quae iure contigerat hereditario paternae ditionis pars sufficere non videretur magnitudini sustinendae novae quam tum primum inibat dignitatis generi imperatoris (sic enim esse et appellari iam coeperat Augusti filia ipsi a patre desponsa), ea relicta se ad imperatorem transtulit, confisus literis eius iureiurando firmatis. erant igitur Augusto ambarum filiarum Irenes et Annae (nam Eudocia parvula

www.libnod.com.ua

συναρμόσεις ἐμπρόθεσμοι· ἀλλ' οἱ τῆς Εἰρήνης γάμοι τῷ ἤδη
βασιλεῖ φημιζομένῳ Βουλγάρων Ἀσὰν ἐτελοῦντο περιφανέστερον.
D συμβόλοις γὰρ ἐχρῆτο βασιλικοῖς, ἔξ ἐρίων μὲν κατ' ἐφεστρίδας,
τοῖς δ' ἄλλοις τοῖς αὐτοῖς βασιλεῖ· καὶ συνθεσίαι ἦσαν, εἰ μὲν
εὐδοξοῖντο ἐπιβαίνειν Τερνόβου συνάμα καὶ ταῖς τοῦ βασιλέως
P 301 δυνάμεσιν, εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ καὶ αὖθις εἰς δεσπότας τῆς Ῥωμαΐ-
δος σεμνύνεσθαι. τοῖς μὲν οὖν τετελεσμένοι ἦσαν οἱ γάμοι, καὶ
βουλαὶ προυτίθεντο συνεχεῖς ὅπως ἂν καὶ τὰ πρόσω κατ' εἰμάρειαν προχωροῖεν· τοῖς δὲ τοῦ Μιχαὴλ γάμοις καὶ τῆς δευτέρας
τῶν βασιλέως θυγατέρων Ἄννης προσίστατό τι τῶν τῆς ἐκκλησίας
κανόνων, οὓς δὴ Σισίνιος πάλαι θεὶς ἀφορισμοῖς ἐκράτυνεν ἀσφα-
B λέσιν. ἡ μὲν οὖν τοῦ δεσπότου Νικηφόρου Ἄννα τῆς τοῦ βασιλέως θυγατρὸς Ἄννης αὐτανεψία ἦν, Νικηφόρος δὲ καὶ Μιχαὴλ
αὐτάδελφοι πάντως. περισταμένου γοῦν τοῦ κατ' αὐτοὺς συνοικεσίου εἰς ἕκτον βαθμὸν τὸν ἔνθεν μὲν ἐκ τεσσάρων ἐκεῖθεν δ'
ἐκ δύο συγκείμενον, ἔδει συνόδου περὶ τούτων σκεψομένης καὶ
τῆς παρ' αὐτῆς λύσεως. ἐπεὶ δ' ἐσκέπτοντο, καὶ τὰ τῶν βασι-
C λέων συναλλάγματα ὡς εἰς εἰρήνην γινόμενα ἐδόκουν πλείω τὴν
ἄνεσιν ἔχειν ἢ δὴ τὰ τῶν ἄλλων, ἀντισηκοῦσθαι τὸ ὡς δῆθεν

adhuc erat) decretae iam et in procinctu expedito nuptiae. caeterum Irenes cum declarato iam palam rege Bulgarorum Asane illustriori celebritate matrimonium peragebatur, rex siquidem gener insignibus utebatur regiis, quoad colorem quidem solum in phaleris et stratis equestribus, quae ex lana tantum erant, in caeteris autem iisdem plane cum ipso Augusto. conventionum nuptialium haec erant capita, expeditione in Ternobum communi iunctis Asani copiis imperatoris, conari civitatem illam et cum ea Bulgariae regnum novo Augusti genero acquirere: sin fortuna coepto non responderet, eidem in aula imperatoria despotae honorem auctoritatemque conferri. in haec pacta peractis nuptiis, continuae iam consultationes erant qua optima et facillima ratione possent destinata circa regnum Bulgariae ad votum confici. Michaëlis cum altera filiarum imperatoris Anna connubio nonnihil obstabat ecclesiastici impedimenti ex canonibus quondam a Sisinio peritis et excommunicationis ad firmitatem omnem comminatione munitis. etenim Nicephori despotae uxor Anna filiae imperatoris Annae consobrina erat, quippe nata ex sorore imperatoris eiusdem: Nicephorus autem et Michaël germani omnino fratres. intercedebant ergo inter ambos designatos coniuges sex gradus affinitatis, ex una quidem parte quatuor, duo ex altera; et opus erat synodo ad rite de isto impedimento cognoscendum, illudque relaxandum, si expedire iudicaretur. sed ubi patribus consultantibus visum, propter bonum pacis quae inde firmanda speraretur, causam esse iustam faciendae regiis sponsis gratiae obstaculi canonici, quo eorum coniunctio vetabatur, magno consensu itum est in sententiam permittendarum nuptiarum, ex quibus quod nasciturum apparebat publicae quietis commodum, abunde praeponderaret indecentiae, si qua inesset ex canonicis praescriptis in connubio

www.libtool.com.cn

παρὰ κανόνας γενόμενον τῷ πρὸς τοὺς δεομένους ἐλέει κοινῶς ἐδόκει. καὶ τόνδε τὸν τρόπον τοῦ προσισταμένου λυθέντος ἐτάττετο μὲν εἰς δεσπότας ὁ Μιχαήλ, τῇ Ἄννῃ δὲ βασιλίδι οὔσῃ γε συνεζεύγνυτο. καὶ ἦν ἐντεῦθεν ὁ μὲν Μιχαὴλ βασιλεῦσι δοῦλος ἐν ὅρκοις, ὁ δ' Ἰωάννης ἔνσπονδος δι' ὅλου, εἰ βασιλεύσοι Βουλγάρων, Ῥωμαίοις ἐν ὅρκοις, εἰ δ' οὔν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὅρκοις πιστῶς δουλεύσων τοῖς βασιλεῦσιν, ὑπὸ τούτοις δεσπότης τατόμενος. D

7. Ἐβούλετο δὲ βασιλεὺς προλαμβάνειν Μαρίαν, μὴ καὶ E φθάσῃ τὰ καθ' αὑτὴν εὖ θεμένη ἁλιώσῃ τε τὴν βασιλέως βουλήν, καὶ κατέσπευδε συχνοὺς ἐπ' ἐκείνην πέμπων, οὐ τόσον τάκεῖ καταστρέψοντας ὅσον ἡμέρως μεταχειριουμένους ἐφ' ᾧ παραδοῖεν Μαρίαν καὶ τοὺς τοῦ βασιλέως δέχοιντο παῖδας. ἡ μέντοι γε Μαρία ἐν ἀφύκτοις ἔγνω γενομένη καὶ δυοῖν μέσον ἐναπειλημμένη κακοῖν· ἔνθεν μὲν γὰρ τὸ φανὲν ἐκ νέου κακὸν ὁ P 302 Λαχανᾶς προσκείμενος ἠρήμου τὴν χώραν καὶ προσεκτᾶτο τὰ πέριξ προσβάλλων μόνον, ἐκεῖθεν δ' αἱ δυνάμεις τοῦ βασιλέως ἐπιοῦσαι πλείους δῆλαι ἦσαν τὸ μὲν ταπεινὸν καὶ ὅσον ἐκτὸς ζημιοῦντες, τὸ δὲ ἐντὸς καὶ περιφανὲς ἐκ παντὸς τρόπου ὑποποιούμενοι. ὅθεν καὶ περὶ ἑαυτῇ τε καὶ τῷ παιδὶ τετρεμαινούσῃ δειναὶ

personarum tali prius invicem necessitudine innexarum. quare suffraglis cunctorum indultum principibus quod petebant est, et titulo despotae Michaël honoratus Annae reginae, quippe imperatoris filiae, rite matrimonio iunctus est. inde Michaël idem sacramento Augustis in clientelam obligavit fidem. Ioannes autem Asan iuratus promisit se foedus cum Romanis societatis servaturum, si Bulgarici sibi regni secura possessio contingeret. sin id non succederet, clientelari nexu subditum permansurum Augustis, gradu sub ipsis inferiori despotae, cuius titulo dignitatis, si regni Bulgarici spes non succederent, insigniendus esset.

7. Studebat autem imperator ante omnia capere Mariam, ne illa spatium liberum sibi consulendi nacta res suas bene constitueret obicemque impenetrabilem opponeret consiliis et spebus imperatoris. ergo is festinabat alios subinde atque alios contra ipsam mittere, non tam hostiliter illic grassaturos aut vastaturos regionem, quam blande pellecturos Bulgaros ut Mariam dederent et generum filiamque imperatoris in regnum loco eius acciperent. haec Maria intelligens redactas in artum res suas sentiebat, duobus in se unam hinc atque inde ingruentibus malis. hinc enim nuper exorta pestis Lachanas victricibus instans copiis regionem desolabat, quocumque intenderat cuncta statim adventu primo capiens, et sic plerorumque circa Ternobum locorum iam dominus effectus. ex altera vero parte copiae ab imperatore plures supervenientes increscebant, quarum ducibus id apparebat esse propositum, ut extra urbem quidquid infirmum et expositum iniuriae iacebat depraedarentur agentes ferentesque intra ipsam porro civitatem praecipuos quosque procerum promissis ad de-

www.libtool.com.cn

φροντίδες ἐτάραττον τὴν ψυχήν, καὶ πρὸς ἀμφότερα μέρη μὴ σθένουσα ἵστασθαι θάτερον ἐξημεροῦν ἔγνω, πλὴν ὅσον καὶ τὰν-
B την ἀπόνασθαι τῶν καθ' ἡμέρωσιν πραχθέντων τὰ μείζω. τὸ μὲν οὖν πρὸς βασιλέα κλίνειν τῶν εἰκότων μὲν ἔκρινε, καὶ ἄλλως εὐπρεπὲς ἑαυτῇ σωζούσῃ μὲν τὰ τῆς σωφροσύνης καὶ τὰ πρὸς τὸν ἀποιχόμενον δίκαια (δίκαια δὲ πάντως μὴ συνοικεῖν τῷ σφαγεῖ), ζητούσῃ δὲ παρ' ἐκείνου σώζεσθαι παρ' οὗ δὴ καὶ τὴν τιμὴν ἐκτήσατο. διὰ ταῦτα γοῦν τὸ πρὸς βασιλέα πέμπειν καὶ ἱκετεύειν τῶν δικαίων ἔκρινεν. ὅσον δὲ τὸ καθ' αὑτὴν συνοῖσον καθ' ὃ
C ἦν βουλομένη, καὶ λίαν ἀπᾴδον ἐγίνωσκεν· αὐτῇ μὲν γὰρ τὴν τιμὴν κατοχυροῦν αὐτῇ τε καὶ παιδὶ Μιχαὴλ διὰ σπουδῆς εἶναι, βασιλέα δὲ μηδ' ἂν ἐν ὕπνοις θελῆσαι ἀφέντα τοὺς παῖδας, οὓς δὴ καὶ ἤρξατο καθιστᾶν, ἐκείνοις περιποιεῖν τὴν ἀρχήν. οὕτω μὲν οὖν τῶν ἀπὸ βασιλέως καὶ μᾶλλον ἱκανῶς ἀπεγίνωσκε, τὸ δὲ πρὸς τὸν βάρβαρον πέμπειν καὶ ἀξιοῦν σπενδομένην καθ' αὑτὴν διατελεῖν τοῦ ἔθνους ἄρχουσαν, οὔτ' ἔχειν λόγον τὴν ἀξίωσιν
D ἔκρινε· τὸν γὰρ ἀρχῆς ταύτης ἀντιποιούμενον σπένδεσθαι πρὸς τὴν κατέχουσαν ταύτην ἀδύνατον. καὶ τὰ ἀπὸ βασιλέως συν-

fectionem delinirent. quare illi pro se ac filio solicite trepidae curae acres animum turbabant. ac cum ambobus simul hostibus obsistere nequiret, placare si posset alterum decrevit. in quo festinandum iudicabat, ne sibi, dum haec parat, ab altero interim duorum vehementer utriusque instantium irreparabiliter oppressae serum deinde talia moliendi consilium et conatus irritus evaderet. in hac illi deliberatione dubium non erat quin ipsam officium et pudor ad imperatorem potius traheret. quo enim decentius, quo honestius quam ad avunculum neptis, ad amicum viri defuncti vidua confugeret? potius utique (cum alterum vitari non posset) quam interfectori mariti se dederet, et cum summa iniuria defuncti coniugis torum eius prostitueret subsessori a recenti adhuc illius caede cruore mananti. prius igitur, ut par fuit, eo propendit, ut ab illo salutem quaereret a quo dignitatem acceperat, et ad imperatorem, per quem se meminerat in regnum Bulgariae provectam, legatos supplices mittere rectum et conveniens putavit. sed aequitati honestatique acris adversaria in contrarium incumbens obluctabatur utilitas, alio avertens deditam apebus avaris et quaestuosis rationibus defixam mentem mulieris mordicus sua tenentis, et nihil non agere ac pacisci certae pro statu ac regno sibi filioque asserendis. ab hoc autem proposito perquam abhorrens consilium erat confugiendi ad imperatorem, cuius menti nullam, ne per somnium quidem, obversaturam unquam cogitationem apparebat regni Bulgarici Mariae Michaëlique puero servandi, quippe quod regnum iam spe avara propriis prensare addicereque filiis coeperat, in id irrevocabiliter incumbens, ut genero illud filiaeque subiiceret. quare id quidem miserae perfugium praeclusit desperatio inde impetrandi quod emptum quovis pretio volebat. inde autem repulsa quo se verteret? nam a Lachana per legatos poscere ut secum tanquam Bulgariae regina iis conditionibus pacisci

www.libtool.com.cn

νοοῦσαν φροντίζειν ἐποίει· μηδὲ γὰρ ἠρεμεῖν βασιλέα ἅπαξ ὑπὲρ παίδων περὶ τῆς ἀρχῆς ἀρξάμενον διαφέρεσθαι. ἔγνω τοίνυν παιδεῖν μὲν τὰ τοῦ ἀποιχομένου δίκαια, παιδεῖν δὲ καὶ ἀνθρώπων νέμεσιν, εἰ τοιαύτη τις οὖσα τοιούτῳ ἑαύτην ἐκδοίη, πρὸς μόνον δὲ τὸ δοκοῦν συνοῖσον αὐτῇ τε καὶ παιδὶ συνιδεῖν. τὸ δ' E
ἦν, ὡς ἐδόκει, ὅλην ἑαυτὴν ἐπιῤῥῖψαι τῷ συφορβῷ, καὶ ὑπατοῖξαι θύρας αὐτῷ βασιλείας καὶ πόλεως, αὐτῷ τε συνεῖναι καὶ συνοικεῖν ὡς βασιλεῖ δέσποινα. ταῦτα διανοησαμένη αὐτίκα πέμπει (οὐδὲ γὰρ ἠρεμεῖν εἴων αἱ τοῦ βασιλέως ἀποστολαί) τοὺς διασαφήσοντας τῷ βαρβάρῳ τὰ τῆς βουλῆς τε καὶ ἀξιώσεως. καὶ ὃς ἀκούσας πρῶτον μὲν καθυπερηφανεύετο δῆθεν καὶ τοῖς ἀπεσταλμένοις ἀπεσεμνύνετο, διαθρυπτόμενος οἷον, εἰ ἀρχὴν ὅσον οὔπω κτησομένην αὐτῷ σπάθῃ καὶ δυνάμει κρείττονι ἐκείνη P 303
φθάνοι χαρίζεσθαι. ὅμως καὶ τὰ τοῦ λέχους προσίετο, πονηρῶς ἄγαν καὶ βαθέως, οὐχ ὡς τις ἂν εἴποι γαλόγυνις καὶ τῆς γυναικωνίτιδος ἐραστής· τὸ γὰρ μαλάττειν τὰ ἤθη τῶν δεξομένων καὶ λίαν ὡς καταφρονησόντων αὐτίκα διεφυλάττετο, ἄλλως δὲ

vellet, quae integram illi et Michaëli puero certamque relinquerent possessionem principatus, petitio erat tam a spe omni consecutionis procul remota, ut nec proponi dignam Maria ipsa iudicaret: quando enim aut quibus in id illectus pactis fretus numero, ferox successibus barbarus, regnum quod palam affectaret, cuius partem iam teneret, proprium in solidum iis cederet quibus id summa contentione tum cum maxime extorquere conabatur? unum ergo restabat, turpe quidem et probrosum, sed nihil non pro regno pacisci paratae necessarium, vale honori ac famae dicto, spretis iuribus regiae viduitatis, maculata nobilitate imperatorii sanguinis, prostituere se subulco, vilique ac cruento latrone simul in civitatem simul in torum admittendo pudoris et existimationis quantovis damno ambitioni litare. tanti ergo arbitrata, ut regina ipsa, ut mater designati Bulgarorum regis dici pergeret, Lachanae uxor esse vocarique, cupide ac raptim (nam ab imperatore metus cunctari non sinebat) mittit ad barbarum qui suas illi nuptias cum dotali offerrent regno. ad ea ille primum aspernabundo similis talis interpretes foederis superciliose repellebat, cavillans ridicule offerri quod maiori ex parte iam teneret, gratiaeque imputari reginae quaesitum iam sibi armis victoriisque principatum. tamen no durus nimis ferusque videretur, nuptias talis foeminae admisit, astute id ipsum tamen, quasi alienae indulgendo voluntati, non propriae obsequendo libidini, annuens in quo erat profundior eius quaedam quam ab homine sic nato sperares prudentia. vitandam enim recte putavit contemptum ipsi parituram apud suos opinionem uxorii et in voluptates ex bellica ferocia emolliri facilis viri. quin et humanitatis famam aucupans moveri prae se tulit miseratione fundendi civilis, si qua coeperat tenderet, sanguinis. ad extremum ea verborum vultusque gravitate qua non accipere ipsum quidquam gratiae sed beneficii loco tribuere se significaret, quae offerebantur accepit. scribuntur mox con-

www.libtool.com.cn

κατ' εἰρήνην καὶ τοῦ μὴ χέεσθαι ἐμφυλίοις πολέμοις αἵματα κατεδέχετο, ὡς χάριν διδούς, οὐ λαμβάνων. ὅρκων οὖν γενομένων καὶ συνθηκῶν ἐξ ἑκατέρων ὑπανοίγνυσί τε αὐτῷ τὰς πύλας,
B καὶ ἐντὸς διξαμένη τελεῖ ἑαυτῇ σὺν ἐκείνῳ τοὺς γάμους, καὶ τὰς ταινιώσεις τῆς βασιλείας καὶ αὖθις συνάμα δέχονται, καί γε παρασκευάζει τῷ βασιλεῖ ἀντίπαλον, ὡς ᾤετο, ἱκανόν. τοῦτο συμβάν τε καὶ ἀκουσθὲν τὸν βασιλέα αὐτάρκως καὶ ὡς ἐνῆν διετάραξεν, ὑπεκρίνετό τε κἀκεῖνος μὴ ἀθυμεῖν σφαλλόμενος τῶν ἐλπίδων, ἀλλὰ στυγεῖν τῷ παρ' ἀξίαν ἐκείνης πταίσματι, ὥστε καὶ τὸ γένος καταισχῦναι καὶ τὴν ἀρχὴν προσαπολλύναι τῷ μηδενὸς ἀξίῳ κατεγχειρίσασαν· μηδὲ γὰρ ἀνθέξειν ὅλως καὶ ὑποσχεῖν ἐκεῖνον ἐπιβρίσασαν ἐκ Τοχάρων δύναμιν,
C ἣν εἰκὸς ἐπεισπίπτειν, ἅμα μὲν ὡς ἐχθρὸν προφανῆ, ἅμα δὲ καὶ παρὰ τῶν οἰκείων καταφρονούμενον. ταῦτα λέγων οὐκ ἀνίει καὶ αὖθις πέμπων τε δυνάμεις ἀγωνιουμένας καὶ τὰ πρὸς καταβολὴν Μαρίας κατασκευαζόμενος. ὁ τοίνυν Λαχανᾶς πρὸς τὰς τῆς γυναικὸς θρύψεις καὶ ἀπήχθετο καὶ βαρβαρικῶς ἤθελε διαζῆν, τοὺς ἀμφ' αὐτὸν καὶ λίαν ὑποποιούμενος· ἔγνω γὰρ ἀμφοτέρωθεν ἐξαρτυο-

ventiones, pacta iureiurando utrinque dato muniuntur. nec Maria moram fecit aperiendarum Lachanae portarum Ternobi, seque ipsi nuptiis iungendi. coronationis inde novorum coniugum ceremonia splendide celebratur, acclamata denuo regina Bulgariae Maria novo titulo uxoris Lachanae regis. sic illa se comparasse gravem adversarium imperatori avunculo putabat. quo non parvam ei revera nec parum molestam adiecit curam. quamquam ille quidem audita repente rei fama, dissimulatione se solita involvens, diligenter cavit ne causam doloris, quo intime urebatur, veriorem praecipuamque proderet, quod nimirum excidisse se votis et interversas sibi spes proxime iam ad exitum perductas cerneret. ostentavit autem plausibiliores alias de facto isto dolendi rationes, infamiam videlicet quam illa infelix istis esset flagitiis promerita maximam, generi ac familiae probrum foedissimum inurens. simul autem cum honore dignitatem ac nomen regium perditum ivisset; quo ipso mox privanda, sensura esset inutiliter se peccasse, dum id scelus spe tuto regnandi conciverit. nam regnum quod homini nulla re nisi mala digno turpissime tradidisset, ipsi mox extorquendum a Tocharis, quorum potentiae irruptionem in Bulgariam parantium nihil posset Lachanas opponere quod par resistendo foret. Tocharos autem, ut movere quamprimum in Lachanam non omitterent, duae causae incitabant: etenim quod eos prior ille lacessivisset eorum copias caedens, ulciscendi hostem apertum necessitate ad eam expeditionem impellebantur; et rei ad id audendum facilitate incitabantur, quod Lachanam esse scirent hominem nihili, exosum et spretum etiam suis Bulgaris. talia passim apud familiares imperator disserens, non cessabat interim alias super alias in Bulgariam copias mittere, eamque admovere machinam ad deiiciendam eo regno Mariam. at Lachanas cito pertaesus regii luxus et deliciarum uxoris, iis cum stomacho reiectis, immundam illautamque barbarici ritus, cui dudum insueverat, vitae ferinae

www.libtool.com.cn

μένους πολέμους καὶ τὰς βλακείας μηδὲν οἵας τε οὔσας κατευνά- D
ζειν τοὺς ἐκ τῶν πολέμων κινδύνους, ὥστε καὶ πολλάκις πρὸς
ἐκείνην διαφιλονεικοῦντα ἐντείνειν πληγάς. αὐτὸς δὲ κρείττω
πάσης ἀσχολίας τὰ κύκλῳ συνανιστάμενα κρίνων ὑπεποιεῖτο τε
τοὺς ἄρχοντας τῶν Βουλγάρων, καὶ πρὸς πολέμους ἡτοιμάζετο
τοὺς κατ' ἄμφω. οὐδὲ γὰρ ἦν οὔτε Τοχάροις διὰ τὰ πραχθέντα
σπένδεσθαι οὔτε τοὺς τοῦ βασιλέως ὅπωσοῦν ἀναρτᾶν. διὰ τοῦτο
καθ' ὅσον ἴσχυεν ἀντιπαρετάττετο, τὸ μὲν ἑκὼν τὸ δ' ἄκων. E
ἀρχὴν γὰρ λαβὼν ἦν οὐκ ἤλπιζεν, ἔσπευδε μὴ μόνον ἔχειν ἀλλὰ
καὶ συνιστᾶν. ἐπιτιθεμένων δ' ἄλλως καὶ τῶν ἔξωθεν ὁσημέραι
ἄκων κατηναγκάζετο μάχεσθαι· ἤδει γὰρ καὶ βάρβαρος ὢν
πολιμήσοντα ἐξ ἀνάγκης τὸν μὴ θέλοντα πολεμεῖν. διὰ ταῦτα
γοῦν τὰ κατ' ἐκείνου εὐώδει παραβολώτερον συμπλεκόμενα. οὔτε
γὰρ οἱ ἀνθιστάμενοι ἴσχυον ὁρμαῖς ἀτακτούσαις ἀντισχεῖν, καὶ P 304

rationem usurpabat, hoc ipsum videlicet aestimans utile demerendis sibi familiarium suorum affectibus et studiis, quorum alendae augendaeque in sese benevolentiae cuncta quae ad id conferre viderentur sedulo adhibebat. satis enim intelligebat quantum indigeret eorum opera, utique cum sibi duplici ex parte diversa et magna imminere bella cerneret. qua ipsa ex causa muliebrem victus cultusque mollitiem exercitam oblatamque ab uxore contumaciter adeo reprobabat, noxiam criminans et enervandae tunc maxime necessariae bellicae virtuti accommodatam, ut eo nomine Mariam non solum plerumque increparet verbis, sed verberibus etiam ac plagis miseram contunderet, intentus interea sane, prout res poscebat, solicite cunctis per circuitum parandis ad excipiendos ingruentium utrinque impetus hostium. quam ad rem arte qua poterat maxima delinire ac conciliare sibi satagebat primores principesque Bulgarorum, ut eorum ad bellum, quod utrinque atrox expectabat, fida strenuaque uti opera posset. non enim ei supererat spes salutis aliunde ulla quam ex vi aperta, cum esset manifestum neque cum Tocharis, quos implacabiliter irritatos magnis a se acceptis cladibus sciret, neque cum imperatore, quem domesticae rationes ad irrevocabiliter urgendam generi filiaeque in Bulgariae regnum evectionem compellebant, tractationem iniri ullam aut vel tentari conventiones foederis posse. quocirca quantum valebat maxime ad fortiter resistendum se parabat, vellet nollet eo illum adigente necessitate tuendi regni; quod cum capessere ausus esset, non modo tenere illud sed etiam sibi firmare atque asserere contendebat. cum autem assidue modo hac modo illac hostes irrumperent, Lachanas raptim ad omnia occurrens praeliari ferme quotidie cogebatur. id ipsumque alacriter agebat, quippe quantumvis homo barbarus, satis indicii habebat ad intelligendum quod est verissimum, pugnaturum enim cum non volet, qui non pugnat cum potest. ac propter istam impigram audaciam ad quaevis ultro pericula occurrendi favebat ei plerumque fortuna belli, vehementibus, licet inordinatis, ruenti incursibus; quos saepe ineluctabiles experti milites nostri, parum iam fidebant disciplinae atque ordini quem observare in acie didicerant, ac passim horrebant cum eo congredi, praesertim quod exempla crudelitatis, quae homo ferus et immanis in bello captis edere solebat, late vulgata refrigerarent impetus missorum contra eum militum nostro-

www.libtool.com.cn

τὸ διεντονοῦν κατώρρωδει τὴν ἀπέντευξιν ὡς μὴ καλῶς χρησομένου τοῦ περιγεγονότος. τὸ γὰρ εἰς χεῖρας γενέσθαι τῷ Λαχανᾷ ἴσα καὶ θάνατος ἦν ἀπηνείας ἕνεκα τῆς ἰσχάτης· βάρβαρα γὰρ ἤθη τὰ ἐκ τύχης ἐλεεινὰ μαλάσσειν οὐκ οἶδεν. ὅθεν καὶ πολλάκις ταῖς τόλμαις περιγενόμενοι παραυτίκα τῷ τῶν δεινῶν ἐλπισμῷ, εἰ ἄλλως, συστελλόμενοι ἀπηντεύκτουν. πολλαῖς μὲν οὖν ταῖς
B ἀμφὶ τὸν Ἀσὰν δυνάμεσι περιεστοιχίζετο· πλὴν οἱ ἐκεῖθεν ἐνίοτε καὶ ἄκοντες ἁλισκόμενοι ἐν καλοῖς ἦσαν διὰ τὸ προσπίπτειν αὐτίκα, ὡς ὅθεν τυράννου μὲν ἀπαλλαγέντες, βασιλεῖ δὲ προσγενόμενοι. τοῖς δ' ἐντεῦθεν ἀπαγομένοις ἐκεῖ οὐκ ἦν ὑπονοηθῆναι τὸ σῶζον, ἀλλ' ὡς ἐχθροὶ ἐκολάζοντο.

P 305 8. Ἐτρίβοντο μὲν οὖν ἐντεῦθεν τὰ πράγματα, ἄλλην δ' ἀπαλλαγὴν τῶν κακῶν οὐκ ἦν ἐλπίζεσθαι εἰ μὴ τοῦ βαρβάρου ἀπαλλαγήν. ἧς καὶ ταχέως ἐξελθόντος ἐπιστάσης (τὸ γὰρ παλίμβολον τῆς τύχης ὅσον οὔπω οὐκ ἦν ἐκφυγεῖν ἐκεῖνον, καὶ μᾶλλον φυσηθέντα τὸ πᾶν ἐκ τύχης, ὅθεν καὶ Τοχάρων ἡττημένος ἠγγέλλετο) ταῖς ἐκεῖθεν φήμαις ἐμπίπτει Τερνοβίταις καὶ-
B ρὸς ὡρμημένοις πάλαι κατὰ Μαρίας, καὶ ἅμα παιδὶ προδιδόναι

13. εἰ μὴν] ἢ τὴν?

rum, inde morte peius horrentium manus cum tali hoste conserere, quem nulla calamitatum humanarum misericordia molliret ad sublevandam indulgentia vel minima eorum sortem, quos in eius potestatem Mars varius infelici casu redegisset. huic certe causae imputabatur, quod maiori saepe commissi potentia Lachanam non vincerent, quia nimirum totis suis viribus non uterentur, et horrore captivitatis nimio constricti retardarentur a connitendo quantum possent. in hoc tum nodo haerebat bellum, cito alioqui finiendum. nam et plurimae et florentissimae undecumque conclusum Lachanam Asanis copiae tenebant; nec tamen debellabatur, metu perculsis Romanis militibus ob nimium diversam conditionem utriusque captivorum. nempe qui a nostris bello capiebantur, felices duplicitur erant, tum quod saevitiae diri tyranni, cui servierant, subtracti essent, tum quod in lenem atque humanam transissent potestatem clementis principis: e contrario qui a Lachanae militibus abducebantur, certum habebant nullam superesse salutis spem; quippe statim, ut hostes, inexorabili feritate trucidabantur.

8. Extracti per has moras in longius aequo tempus belli Bulgarici non aliunde a prudentioribus exitus expectabatur quam a clade Lachanae; qualem illi brevi superventuram aliquam verisimilis spes esset, quod is frequentissime periculosissimeque dimicaret, nec semper superaturus appareret propter solitam inconstantiam sortis, praesertim cum inflatus successibus multa temere inconsulteque susciperet. id non falso provisum haud multo post constitit, fama vera vulgata victi a Tocharis praelio Lachanae. quo nuntio exciti Ternobitae ad captandam diuturnum optatam occasionem excutiendae cervicibus foedae tyrannidis Mariaeque ulciscendae, in quam antiquis odiis flagrabant, dedere ipsam decreverunt una

www.libtool.com.cn

ταύτην ἔγνωσαν τοῖς τοῦ βασιλέως, τὸν Ἀσὰν δὲ δεσπότην ἐδέχοντο καὶ ὅτι καὶ ἐκ παλαιοῦ προσῆκέ οἱ τὰ Βουλγάρων πράγματα. ἡ μὲν οὖν Μαρία ἔμφορτος οὖσα τῷ ἀπὸ τοῦ βαρβάρου κυήματι, ἅμα παιδὶ Μιχαὴλ πρὸς βασιλέα (ἐπεδήμει γὰρ τῇ Ἀδριανοῦ τὸ δεύτερον) ἤγετο, καὶ φυλακαῖς ταῖς προσηκούσαις ἐδίδοτο· Ἀσὰν δὲ καὶ σὺν Εἰρήνῃ, οὐχ ἅμα, ἀλλὰ μετὰ τὸν Ἀσὰν ἐκείνη, βασιλέως πρὸς πόλιν ἐλθόντος ἀνέδην ἐπέβαινον Τερνόβου καὶ βασιλεῖς ἐφημίζοντο. ἦν δ' ἐν τοῖς μάλιστα τῶν προυχόντων καὶ Τερτερῆς, ᾧ δὴ καὶ μεγάλως τὸ Βουλγαρικὸν προσεῖχε καὶ παρ' ἐκείνοις ἐμεγαλίζετο. τοῦτον ἐβούλετο μὲν βασιλεὺς τῷ Ἀσὰν κατὰ γένος συνείρειν καὶ τιμᾶν ἀξιώμασι· τὸ γὰρ ὑφέρπον ἀπ' ἐκείνου πρὸς βασιλείαν πολὺ ἦν, ἐπεὶ καὶ στρατηγῶν δῆλος ἦν τοῦ μείζονος ἐφιέμενος. ἐμποδὼν δ' ἦν τοῖς βουλευομένοις ἡ σύζυγος· τὸ γὰρ ταύτην ἔχοντα τιμᾶσθαι μηδὲν τῷ Ἀσὰν κατὰ γένος συνάπτοντα λαμβάνοντος μᾶλλον ἦν πρὸς τὴν τῶν ὑπονοουμένων ἄναψιν πλεῖστον ὅσον ἐμπύρευμα. διὰ τοῦτο καὶ δεσπότην προτείνει ποιεῖν, εἰ τῆς γυναικὸς ἀποστὰς τῇ τοῦ Ἀσὰν αὐταδέλφῃ εἰς γάμον συνάπτοιτο. γέγονε ταῦτα, καὶ ἡ μὲν τοῦ Τερτερῆ σύζυγος ἀχθεῖσα πρὸς βασιλέα τῇ κατὰ Νίκαιαν ἐδίδοτο φυλακῇ σὺν υἱῷ Ὀσφεντισθλάβῳ, ἡ δὲ τοῦ

cum filio ducibus exercitus imperatoris, Asanemque in dominum recipere, cui ius vetus competebat ex genere ad successionem in regnum Bulgarorum. Maria igitur uterum gerens ex barbaro Lachana, simul cum Michaële puero, deducta ad imperatorem Adrianopolim est (in eam enim urbem imperator secundo advenerat), ubi custodiae convenienti commissa est. Asan vero non tunc simul cum Irene (illa enim post Asanem eo venit imperatore iam Constantinopolim reverso) magna celebritate invecti sunt Ternobum et reges acclamati. erat porro inter proceres dignitate in Bulgaria praestantes quidam Terteres, maximae apud eam gentem existimationis et gratiae vir, summisque ab iis efferri et honoribus et laudibus solitus. hunc imperator voluit Asani affinitatis necessitudine iungere et dignitatibus honorare, praeversurum se ratus hoc pacto periculum insidiarum imminens novo regi ab homine quem potens factio suorum clam ad regnum promovebat, et ipsum bellicae peritiae fama inclytum, quique ita militares gessisset praefecturas, ut plus quidpiam privato fastigio spectare a penitius intuentibus esset animadversus. caeterum huic imperatoris studio incommode obstabat uxor quam tum habebat Terteres; cui si in eo primo coniugio perstanti honores et beneficia imperator congereret, nihil Asanem iuvaret, sed potius eius periculum augeret potentia eius aemuli novis opum accessionibus corroboranda, et quasi accumulando novo fomite, quo facilius exardesceret incendium formidatum. igitur proponendum Terteri curavit imperator se despotam eum creaturum, si repudiata, quam haberet, coniuge vellet in novam sponsam accipere sororem Asanis. facta haec sunt, cito assentiente Tertere, cuius coniux prior cum filio, Osphentisthlabo dicto, ad imperatorem

www.libtool.com.cn

Ἀσὰν αὐταδέλφῃ τῷ Τερτερῇ συνηρμόζετο καὶ τῷ τῆς δεσποτείας
P 306 ἀξιώματι ἐσεμνύνοντο. (9) εἶχεν οὖν ἐντεῦθεν τῷ δοκεῖν τὰ
μεγάλα πρὸς συνεργίαν ὁ Ἀσάν, καὶ χρόνος ὀλίγος αὐτῷ παρεμ-
τρει τὴν τῶν Βουλγάρων ἀρχήν. ἐπεὶ δὲ ταχέως παρακεκίνητο
(πρὸς γὰρ ἀπιστίαν τὸ Βουλγαρικὸν ἕτοιμον, καὶ αὔραις ἔστι
πιστεύειν ἀνέμων μᾶλλον ἢ σφῶν εὐνοίαις), καὶ τὰ τῆς ἀποστα-
σίας δῆλοι ἦσαν ἐκ πολλῶν ὠδίνοντες, ἀνεζωπύρει δὲ τούτοις
B τὰς γνώμας καὶ Τερτερῆς κρυφηδὸν βασιλειῶν ἤδη, καὶ τἆλλα
φανερὸς ὢν εἰς τὴν ὑποψίαν μόνῳ τῷ πρὸς τὸν Ἀσὰν κήδει συνε-
καλύπτετο, ὡς μὴ προδώσων ὅθεν ᾧ κατὰ γένος συνήπτετο,
συνιδὼν τὴν παρακίνησιν ὁ Ἀσάν, καὶ δείσας μὴ προλαβόντες
ἐκρήξοιεν τὸ δεινὸν καὶ οὐ φευκτὰ ἔσοιτό οἱ τὰ τοῦ κινδύνου, τὴν
φυγὴν εὐσχημόνως ποιεῖσθαι προυνόει καὶ μετὰ κέρδους. ὃ δὴ
καὶ ἐνεχώρει κερδαίνειν· τὰ γὰρ τῆς βασιλείας τῶν Βουλγάρων
C πράγματα, ἃ δὴ καὶ κάλλιστ' εἶχον ἐκ Ῥωμαίων λαβόντες ἡττη-
μένων τὸ πάλαι στρατηγοῦντος τοῦ βασιλέως Ἰσαακίου, καὶ
γ' ἐνέκειντο τεθησαυρισμένα κατ' αὐχημα μᾶλλον ἢ κατὰ χρείαν,
ταῦτα δὴ καὶ ὅσον ἦν ἄλλο φόρτος εὐκόμιστος, ἐν ἀφανεῖ περι-

12. ἐκρήξειεν P.

ducta huius iussu custodiae mandata apud Nicaeam est. Asanis vero germana Terteri nupsit, et novi sponsi titulo despotarum cohonestati sunt. (9) haec Terteris affinitas magnam Asani facultatem obtinendi secure quod capessere coeperat regni attulisse videbatur. sed videbatur tantum: nam eventu mox ipso apparuit non diuturnam eum eius principatus Bulgarorum possessionem adiisse. nutare illa cito coepit mobilissimae levitate gentis: Bulgari enim adeo ad perfidiam faciles habentur, ut aurae atque incertissimis flatibus venterum quam horum benevolentiae confidere sit tutius. ac defectionem quidem ab Asane machinari eos ex multis apparebat: excitabat autem ipsorum in id studia Terteres arcanis molitionibus regnum affectans. extabant quidem indicia non vana quae talis hunc ambitionis suspectum merito facerent: sed ea ne animadverteretur inumbrabat affinitas eius cum Asane. quis enim facile crederet suo ipsum insidiari generi, et prodere ac evertere velle hominem cuius haberet in matrimonio sororem? tandem tamen erupit res in notitiam minime ian dubiam Asanis. quare ille veritus ne opprimeretur improviso quodam assultu nec salvus periculum evaderet, praeoccupare fugam statuit, honestum praetextum obtendens consilio, ut rebatur, necessario; quod etiam quaestuosum facere studuit praeda adiecta: occasionem enim eius rei commodam sibi nactus videbatur habens in potestate thesaurum regium Bulgariae, in quo supellex speciosissima et pretiosissima servabatur ex Romanis olim parta, quando ducente Isaacio Augusto male ii cum Bulgaris pugnaverunt, amissis impedimentis, in quibus fuerunt ipsa insignia imperii; quae ex illo tempore condita Ternobi custodiebantur ad ostentationem potius quam ad usum afium. haec et alia quaecunque elata facilia reperta tum sunt in regiis apothecis Bulgarorum, clam compilata ac-

www.libtool.com.cn

σχόντες σάκκοις καὶ τῆς πόλεως ἐκβαλόντες νυκτός, αὐτοὶ τοὺς εἰς ἄνεσιν καὶ τρυφὴν τῶν ἔξω που τῆς πόλεως ἐξιόντας σχηματισάμενοι ἀνὰ κράτος εὐθὺ τῆς μεγαλοπόλεως ἔφευγον. καὶ πρῶτον εἰς Μεσέμβρειαν ὑπὸ βασιλικῷ κόμπῳ καὶ τρυφῇ φθάσαντες, D ὡς μὴ φωραθεῖεν φεύγοντες, οὕτω θαλάσσῃ χρῶνται καὶ πλῷ πρὸς τὴν πόλιν. καὶ δὴ καταχθέντας τῇ κατὰ τὸν Ἀνάπλουν τοῦ ἀρχιστρατήγου μονῇ ἐφ' ἡμέραις ὁ κρατῶν οὐκ ἐδέχετο, ἐν ὀργῇ παντοίᾳ τὴν ἀποφυγὴν ποιούμενος, καὶ τὸ πᾶν δειλίᾳ καὶ κακανδρίᾳ ἐκείνων κρίνων, πολλῶν πόνων καὶ ἐξόδων ἀπώλειαν ἐν βραχεῖ. ὡς δ' οὐκ ἦν τὸ γεγονὸς ἀναλύεσθαι, ἐκείνοις μὲν ἐκχωρεῖται τὴν πόλιν εἰσελθόντας τῷ βασιλεῖ ἐμφανίζεσθαι, ὃ δέ γε P 307 Τερτερῆς ἐρήμης βασιλείας, θελόντων καὶ τῶν Βουλγάρων, ἐπιλαμβάνεται. καὶ ἐν ὀλίγῳ ἅμ' ἠκούετο βασιλείας ἐπιβαίνων, καὶ ἅμα ταινιούμενος κατὰ βασιλέας ἐγκρατὴς τῶν Βουλχάρων ἦν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον, τὰ δ' ἐντεῦθεν ἐσαῦθις ἐροῦμεν.

10. Ἤδη δὲ χρόνων παρῳχηκότων τεττάρων Ἰωάννῃ τὰ B τῆς πατριαρχείας διαφέροντι, κατὰ μῆνα Ληναιῶνα τῆς ἑβδόμης ἰνδικτιῶνος δειναὶ κατηγορίαι τούτῳ παρά τινων τοῦ κλήρου συρράπτονται, ψευδεῖς μὲν καὶ διακενῆς τὸ παράπαν, οὐ μὴν δὲ καὶ δυσχερεῖς τῷ κρατοῦντι δέχεσθαι. ἦν γὰρ ἐκείνῳ διὰ

cisque indita exportari noctu Asan ex urbe Ternobo curavit; ipseque mox cum uxore ac comitatu quasi animi gratia ruris amoenitate fruiturus, egressus indidem summa celeritate Constantinopolim versus iter arripuit. ac Mesembream quidem usque regia pompa luxuque speciem securitatis ostentarunt; quae simulatio necessaria erat ne fuga deprehensa sisterentur. caeterum ibi nave conscensa mari Byzantium feruntur. exceptos illic primo exscensu Sancti Archangeli Michaëlis monasterio prope portum sito imperator aliquot diebus admissione exclusit, iratus ipsis vehementer ob fugam quam iudicabat intempestivam; totumque id consilium vanae ignavaeque formidini adscribebat, qua fructus laborum expeditionumque multarum uno momento inconsultae levitatis iacturam irreparabilem querebatur factam. denique tamen, cum quod factum quomodocumque fuerat infectum fieri nequiret, permisit iis ingressis civitatem sibi se sistere. interim Terteres vacuum Asanis fuga regni thronum, magna Bulgarorum voluntate, palam occupavit, unoque nuntio auditus est et occupasse regnum et solemni ritu coronatus sicque in plena et certa constitutus possessione Bulgarici principatus. haec tunc in hunc modum se habuerunt. quae secuta sunt, in tempore reddemus.

10. Iam autem evolutis annis quatuor ex quo Ioannes patriarchatus honore praecellebat, mense Februario septimae indictionis, graves in eum accusationes a quibusdam e clero conflantur, mendaces illae quidem ac plane inanes, non tamen eiusmodi quas aegre imperator admitteret. studebat enim ille vel maxime sancisci modum hebetandi aciem nimii, quo

www.libtool.com.cn

σπουδῆς πλείστης ὑποχαλᾶν τὸν τόνον τοῦ ζήλου τῷ πατριάρχῃ,
C καὶ μᾶλλον τά οἱ πραχθέντα ἐξ ὑπογύου ἔχοντα, περὶ ὧν ἀνωτέρω ἐρρέθη. ταῦτα γὰρ καὶ ἄλλ' ἄττα πλεῖστα ἐπισυμβαίνοντα ἀνῆπτε μὲν τὴν βασιλέως ὀργήν, οὐ μὴν δ' εἶχεν ὅπως τῆς ὁρμῆς ἐπίσχῃ τὸν ἄνδρα καὶ ἄλλως ὁρμητίαν ὄντα καὶ θερμουργόν, πλὴν οὐ τὰ καθ' αὑτὸν (τούτων γὰρ καὶ ἀπεριμερίμνως εἶχεν) ἀλλὰ τὰ καθ' ἑτέρους συνοίσοντα. ζητοῦντι γοῦν τρόπον καθ' ὃν ὑποκλίνῃ τὸν λέοντα, χρήσιμ' ἦσαν τὰ κατηγορημένα, ἄλλως οὐκ ἀληθῆ δοκοῦντα οὐδ' εὐπαράδεκτα. ῥοπῆς γὰρ εἰς πορνείαν
D κἂν Πηλεὺς ὤφλεν ἂν ἡ ἐκείνος, ἱεροσυλίας δὲ ἐγκλημ' ἂν ἀπηνέγκατο καὶ ὁ ἐπ' ἀνθρώποις ἀδωρότατος Ἀριστείδης μᾶλλον ἢ ἐκείνῳ δικαίως προσήπτετο. τὸ δὲ εἰς βασιλέα ὡς καταρῷτο, αὐτόθεν τὴν συκοφαντίαν προῖσχετο ἀκουόμενον. ἐκεῖνος γὰρ πάλαι πρεσβεύων εἰς βασιλέα ὑπέρ τινος τῶν χρῃζόντων ἐλέους πολλάκις μὲν κατὰ πεῖραν προύτεινε τά οἱ δοκοῦντα συνοίσειν, τοσαυτάκις δὲ προσβάλλων οὐκ ἤνυτε τὸ παράπαν. τριῶν οἶν
P 308 ὁ μὲν ἐδέετο συνεχέστερον, ὁ δὲ προσέκειτο καρτερώτερον, βασιλεὺς δὲ τρίτος ὑπερετίθετό τε καὶ ἀνεβάλλετο. καὶ ὁ μὲν ἐδέετο προσαναφέρειν καὶ πάλιν, ὁ δὲ πείρᾳ γνοὺς οὐκ ἀνύσων

dudum offendebatur, zeli patriarchae. pupugerant autem eum et exasperaverant non parum illa quae nuper ausus in ipsum agere ac coram loqui libere atque ardenter patriarcha fuerat, prout superius memoravimus. ea, inquam, et alia plurima eius generis quae subinde occurrerant, bilem haud dubie moverant non patientissimo principi; cui tamen ad manum non erat fraenum aliud ullum quo impetum eius cohiberet, viri natura vehementis, et cum ad aggrediendum ardua facilis, tum in urgendo coepta irrevocabilis ardoris. verum haec in quorum promotionem sic studio prodibat, haud erant cum privatis eius rationibus aut quaestu proprio implicita. talium enim etiam supra vulgarem modum negligens erat. exardescebat autem in iis accurandis quae ad aliorum utilitates spectarent. quaerenti ergo Augusto modum huius quasi cuiusdam leonis exarmandi, utiles hae sese criminationes offerebant, quamlibet alioqui destitutae veri specie, nec dignae quarum haberetur ratio. nam impudicitiae verisimilius insimularetur Peleus quam ille: direptarum vero sacrarum rerum plausibilius crimen appingeretur Aristidi, cuius erat in ultro etiam oblatis repudiandis donis abstinentia vulgo notissima. male denique precatum Augusto Veccum qui dicebat, statim calumniae convincebatur ipsa simplici narratione facti, unde occasionem criminandi delator sumpserat. id tale fuit. aliquando pro more suo Veccus adierat imperatorem cum supplice cui erat imploraturus misericordiam Augusti. saepe in conspectum producto illius, frustra semper ei propitiare principem studuit, toties ab eo cum stomacho reiectis quae pro suscepto allegabat. tres igitur longo tempore suas quisque partes strenue agere perseverarunt, reus demisse supplicandi, patriarcha patrocinandi ardenter urgendo, denique imperator, procrastinandi ac differendae sine fine gratiae. quadam vice instabat vehementius apud Veccum cliens, ut pro se iterum imperatorem

www.libtool.com.cn

(ἤδει γὰρ καὶ παροργίσων, εἰ αὖθις λέγοι), τὸ καθ' ἑαυτὸν οἷον πρὸς τὸν ἱκέτην ἀπολογούμενος ὡς οὐ καταρραθυμήσας τῷ βασιλεῖ προτείνειν τὰ τούτου δίκαια, θεὸν παρεισῆγε τῆς σπουδῆς μάρτυρα καὶ "θεὸς ὁρᾷ τὰ περὶ ὧν προβάλλῃ" ἔλεγεν. ὁ δ' ἐκεῖσε παρὼν συκοφαντήσας τὸν λόγον συμπλάττει τὸ ψεῦδος, ὡς θεὸν δῆθεν κατὰ βασιλέως ἐκκαλουμένου τοῦ ἱερέως εἰς τὴν τῶν ἀδικουμένων ἐκδίκησιν. τούτοις ὥσπερεί τισιν ἰσχυροῖς κατασείσταις ὑποχαλᾶν τὸν πύργον τῆς ἐκείνου ψυχῆς ᾤοντο. ἦν δ' ὁ τὰς ὁρμὰς σφίσιν ὑπανάπτων ὁ τῆς Ἐφέσου Ἰσαάκ, εἰς πατέρα τεταγμένος τῷ βασιλεῖ, οὐδεμίαν δ' ἔχων αἰτίαν ἀπεχθείας τῷ πατριάρχῃ παρόσον τὸ τὰ δοκοῦντα ξυμπράττειν αἱρεῖσθαι τῷ βασιλεῖ, ἢ γοῦν τοῦτο μόνον ἢ καὶ δεύτερον τὸ τὰ κατ' ἀνατολὴν πατριαρχικὰ ὑφ' αὑτῷ θέλειν ποιεῖσθαι, μηδὲν ἀξιῶν πλέον ἔχειν τὸν πατριάρχην εἰς ἐνορίαν ἢ κατὰ μόνην Κωνσταντινούπολιν περιοριζόμενα, τὰ δ' ἔξω ταύτης ὑπὸ τοὺς ἐπισκόπους γίνεσθαι, ὧν δήπου καὶ αἱ ἐνορίαι εἰσί. ταῦτ' ἐσπευδε καὶ κατώρθου οὐκ ἄλλῳ τῳ μηχανήματι ἢ τῷ διστᾶν βασιλέως τὸν ἱερέα· ὃ δὴ καὶ ἐποίει τοὺς κατηγοροῦντας δεχόμενος καί γε

rogaret. ille autem experientia iam gnarus negationi dilationem obtendi, necnon intelligens, si denuo de hoc compellaret imperatorem, in iram se illum concitaturum, ut saltem clienti se purgaret forte suspectaturo ex eventu remissius egisse patronum, deum testem adhibuit sinceri sui ea in causa studii, alta voce contestans deum utique, quem nil lateat, videre qua fide quoque affectu eo patrocinio fungeretur. ex hac dei mentione calumniae ansam qui praesens forte tunc adfuit delator sumens, multo deinde posterius in malignam istam accusationem processit, criminans scilicet patriarcham, dum supplicis causam ageret, diras Augusto imprecatum in ultionem negatae supplici gratiae. his quasi quibusdam machinis aut validissimis arietibus concussuros et deiecturos sese turrim illam invicti animi calumniatores nequissimi putabant. incitabat autem eos accendens ad rem urgendam Ephesi antistes Isaac, quo spirituali patre atque arbitro conscientiae tunc Augustus utebatur, non quod ullam ipse quidem proprie haberet odii causam adversus patriarcham, sed ut gratificaretur imperatori, et in eam quam ille hac arte procuratum ibat retusionem confidentiae Vecci, ne deinceps tam libere agere secum auderet, efficacem pro virili conferret operam. quamquam non aliena solum causa, sed proprii etiam respectu quaestus in hoc motum suspicabantur quidam, opinati studuisse per hoc ipsum rapta opportune occasione ex periculo Vecci, suo iuri subiungere loca iurisdictioni patriarchae reservata in cunctis per Orientem dioecesibus, ita ut ea tantum sacra loca quae intra unam urbem Constantinopolim sita essent, ordinariae potestati patriarchae subiecta remanerent; quae extra urbem essent, eorum auctoritati subiacerent praesulum qui dioeceses ubi erant illa posita episcopali auctoritate gubernarent. id ille olim meditatus tunc perfecit, non alia efficaciori adhibita machina quam imperatoris a patriarcha vel procurando vel promovendo dissidio. quod fecit huius accusatores adiuvans,

www.libtool.com.cn

P 309 κατὰ τὸ δυνατὸν ὑποθάλπων. (11) προβαίνει γὰρ νεαρὰ βασίλειος ἄλλ' ἄττα πλεῖστα διοριζομένη καὶ τάττουσα, καὶ τὸ τὰ ὁπουδηποτοῦν πατριαρχικά, ὅσα ἐν χώραις καὶ μοναῖς, ὑπὸ τοὺς ἐπισκόπους ὦν αἱ ἐνορίαι τελεῖν. ἔγκλημα γὰρ ἐφαίνετο καὶ παρὰ κανόνας τὸ ἐκ παλαιοῦ γινόμενον, ὑπερόριον κεκτῆσθαι τὸν Κωνσταντινουπόλεως δίκαιον, μηδὲ τοῦτ' εἰδότος τοῦ λέγοντος, ὡς
B κολούει τῷ πατριάρχῃ τὸ οἰκουμενικόν, ἐντὸς αὐτὸν περιορίζων τῆς Κωνσταντίνου, μηδ' ἐνορίαν ὅσα καὶ τοῦ τυχόντος ἐπισκόπου προσνέμων. ἀλλ' ὁ Ἰσαὰκ τότε τὸν καιρὸν τῆς ἀπεχθείας ἁρπάσας ὡς ἕρμαιον, περιεποίει τοῖς ἐπισκόποις αὐτοῦ, ταὐτὸν δὲ καὶ ἑαυτῷ λέγειν, τὰ τῆς Κωνσταντινουπόλεως δίκαια. τὸν μέντοιγε πατριάρχην οὐκ ἀνίει παρ' ὅλους δύο μῆνας ὁ βασιλεὺς ποτὲ μὲν εἰς κρίσεις ἐγκαθιστῶν, ποτὲ δὲ καὶ ὑπὲρ ἐκείνου ἱστά-
C μενος καὶ τῶν ἐγκλημάτων ἀπολύων ὡς συκοφαντούντων τῶν κατηγόρων ἄντικρυς. ἦν δὲ διττὰ στρέφων, τοῖς μὲν κατηγόροις κατὰ πρόσωπον ἐγκαλεῖν ἐφιεὶς καὶ δῆθεν ἐλέγχειν, ἐκεῖνον δ' αὖθις τὸ μέρος καταψῶν τε καὶ περιποιούμενος τῷ γ' ἐπικρίνειν ὡς

et tota sua fovens potentia. (11) prodiit enim imperatoria Novella, qua cum alia decernebantur quaedam, tum illud in primis, ut quae ubicunque vel cuiusquemodi loca vel monasteria patriarchae uni subiecta eatenus censebantur, ea deinceps episcopis, quorum illae propriae dioeceses essent, iure ordinario subiacerent. addebatur decreti ratio, per abusum videri et contra sacrorum canonum auctoritatem attentatum id quod ex longo hactenus tempore factitatum fuerat, ut nempe patriarchae Constantinopolitano ultra fines dioecesis propriae ius competeret. quod qui dicebat, non intelligebat eripere se patriarchae titulum oecumenici, quippe quem circumcluderet urbe Constantinopoli, nec saltem ei concederet dioecesim quanta et qualis cuivis etiam vulgari tribuitur episcopo. verum id tum quidem nihil pensi habens Isaac, et in lucri parte numerans oblatam occasionem gratificandi quomodocumque amicis suis episcopis, quos multos offendebant istae in propriis dioecesibus exceptiones locorum subtractorum ordinariae ipsorum potestati ac patriarchae auctoritati subiectorum, et passim contendebant non plus iuris Constantinopolitano in alienas dioeceses quam cuique ipsorum in Constantinopolitanam esse. caeterum patriarcham imperator ex suo voto his calumniis egregie exercitum per duos totos menses habuit, nunc sententiis eum iudicum permittens, nunc ei visus suffragari criminibusque ipsum solvere, mentiri accusatores et nihil nisi meras afferre calumnias asserens. sustinebat autem in hac quasi scena personam duplicem, hinc quidem palam accusatoribus permittens criminari patriarcham et ei dicam in os coram impingere, inde rursus eundem seorsum conventum deliniens, condolere illi simulans quasi per calumniam iniustissime vexato. in quo quam male cohaererent dictis facta palam erat. si enim tam erat illi perspecta, quam videri volebat, innocentia delati, cur delatores tam licenter obstrepere tanto tempore sinebat, quos latebat neminem ne hiscere quidem ausuros, si eis vel semel declarasset imperator sibi displicere quod illi agerent? sed hoc

www.libtool.com.cn

πικρῶς συκοφαντοῖεν οἱ λέγοντες, καὶ εἰ ἤθελεν οὗτος λέγειν, οὐκ ἂν συκοφαντίας ἠνοίγοντο στόματα. ἦν δ' ἐμφανὴς ἐντεῦθεν προσονειδίζων τῷ πατριάρχῃ τὸ πρὸς ἐκεῖνον φίλερι· ἔριν D γὰρ τὸν ζῆλον, καὶ τὸ ὑπὲρ τῶν ἀδικουμένων λέγειν ἐνοχλεῖν ἔκρινεν.

12. Οὐ χεῖρον δὲ καὶ τὸ ἐν ἀρχῇ τῶν κατηγορημάτων P 310 συμβάν, ὡς χάριεν, ἱστορῆσαι, καὶ δεῖξαι ὁπόσα πονηρία προσλαβοῦσα καιρὸν ἀνύει. σύνηθες μὲν οὖν ἦν περιφανῶς τελεῖσθαι τῇ ἐκκλησίᾳ τὴν τῆς ὑπαπαντῆς ἑορτήν, ἅτε κατ' ἐκείνην τυχόντος παρ' Ἰωσὴφ τοῦ κρατοῦντος τῆς συγχωρήσεως· ἦν δὲ καὶ ἐφθῷ σίτῳ συνάμα καρποῖς ὀπωρῶν ποικιλλομένας τὰς τῶν ἐκπωμάτων πλατείας εἰς εὐλογίαν προτίθεσθαι, ὧν ὡς ἀπαρχή τις B ἡ κρείττων τῷ βασιλεῖ προσήγετο ἐπιδόρπιος. ἐπεὶ δ' εἰκὸς τὰς χαλκᾶς ἐκείνας πλατείας ὑποδοχὰς πλείστας οὔσας ἔξωθεν ἐρανίζεσθαι, σὺν ταῖς ἄλλαις ἦν μία δοκοῦσα καὶ πρωτεύειν τῷ κάλλει καὶ ἀξία τῷ βασιλεῖ προσάγεσθαι, ἣ δὴ καὶ γράμμασιν Αἰγυπτίοις ὡς ποικίλμασί τισιν ἐνεσκεύαστο· εἴθισται γάρ, ὡς ἐλέγετο, Αἰγυπτίοις ἀντ' ἄλλων τινῶν ποικιλμάτων ἔν τε πέπλοις C καὶ φωταγωγοῖς καὶ σκεύεσι παντοίοις τοῖς γράμμασι χρῆσθαι.

omnes videbant ab astuto principe ita fieri, ut per se patriarcha intelligeret luere se poenam contentiosae pertinaciae qua iurgari cum principe non esset veritus. iurgium enim ille ac contentiosam pugnacitatem appellabat religiosum zelum patrocinandi circumventis calumnia vel alia quavis iniuria oppressis.

12. Non abs re fuerit et quod initio huius accusationis accidit ioculare ac dictu lepidum referre, ut ex hoc specimine lector aestimet quantum sibi licere malignitas velit et quid non occasione arrepta perficiat. ad consuetum ubique ac semper celebrem apparatum ritumque augustum anniversario cultu honorandae solemnitatis Hypapantes aliquid hoc tempore ceremoniae exquisitioris adhiberi erat solitum, in gratiam atque honorem imperatoris, quod is, ut dictum est, tali die communioni ecclesiae restitutus et anathemate solutus a Iosepho fuisset. in his autem quae ex abundanti addebantur ad passim usitatos eius religionis ritus, illud erat ut in lancibus encaustico opere variegatis, pictura fructus fere autumnales exprimente, frumentum tostum patriarchae ad aram facientis benedictione sanctificandum offerretur, tum harum lancium eximia una, primitiarum ritu quodam, epulanti Augusto mensis secundis inferretur. quoniam vero aenearum istiusmodi lancium ad hos usus corrogari ab externis plurimas necesse erat, inter illas quae hoc anno commodatae a variis fuerant, una forte speciosior visa caeteris, et eo digna prae cunctis quae imperatori sisteretur, seposita ad hoc ipsum est. huic porro, praeter caeteram inducti eleganter tectorii speciem, Aegyptii quoque inscripti characteres inerant. consuetum quippe, ut aiunt, Aegyptiis est in velis candelabris vasisque reliquis insigniendis istam e literis ipsorum speciose illitis ornamenti rationem affectare. forte autem evenit, ut quae hanc imperatori destinatam lancem elementa Aegyptia pingebant, execrabilis

www.libtool.com.cn

ἔτυχον δὲ τὰ γράμματα τοῦ καταράτου Μαχούμετ, ταὐτὸν δ' εἰπεῖν καὶ Μωάμεθ, ὄνομα φέρειν εἰς ἔπαινον. τοῦτο κύκλῳ τῇ πλατείᾳ ἐγγεγραμμένον τοὺς κατηγοροῦντας οὐκ ἔλαθε. καὶ δὴ ἔξω κειμένης ἔτι πρὶν ἂν εἰσαχθείη τῷ βασιλεῖ, οὗτοι πέμψαντες
D ἀναγγέλλουσιν ὡς οὐκ εἰσιτά γε τὰ τῆς πλατείας εἰς βασιλέα φε- 5
ρούσης τὸ ἐξάγιστον ὄνομα, καὶ ὡς ὁ πατριάρχης ἐπίτηδες ἐνσκευάσαιτο ἐκείνην πεμφθῆναι τῷ βασιλεῖ, ἧπερ μὴ μόνον οὐκ εὐλογίας μετὸν διὰ τὸ τῆς γραφῆς μυσαρόν, ἀλλὰ καὶ μύσους τὰ μέγιστα προσετρίβετο. ταῦτα πυθόμενος ὁ βασιλεύς, πείρᾳ θέλων γνωρίσαι τὰ ἀγγελθέντα, ἐξ αὐτῆς πέμπει τὸν τοῦ κοιτῶνος 10
παρακοιμώμενον τὸν Βασιλικὸν Βασίλειον ξυνετὸν ὄντι γραμμά-
E των Ἀγαρηνῶν, καὶ ὃς ἀνεγίνωσκέ τε καὶ τὸ ἀληθὲς προσεμαρτύρει τοῖς ἀπαγγείλασιν. ἡ μὲν οὖν πλατεῖα οὐκ εἰσήγετο διὰ τὴν συνείδησιν, τὴν ἀποστολικὴν παραίνεσιν τοῦ βασιλέως τηρήσαντος· τὸ δὲ τῇ ἑξῆς ὡς ἔγκλημα καὶ τοῦτο προυτίθετο μέ- 15
γιστον.

P 311 13. Ὡς τοίνυν τὰ κατὰ τὸν πατριάρχην ἐπὶ μησὶ δυοῖν ἐτρίβετο καὶ οὐδὲν ἠνύετο, μόνον δ' ὕθλος καὶ λοιδορία καὶ πᾶν ὅ τι κάκιστον ἦν (καὶ τί γάρ, ὅπου καὶ κλίμακα κατὰ φιάλης ἐνσκευασθεῖσαν τῷ πατριάρχῃ κατά τινα ἄνεσιν δένδρων ἐκεῖσε 20

15. τὸ] τῷ?

Machumetis, seu, quod idem est, Moamethis, honorifice nomen exprimerent. non latuit accusatores circum orbem huius patinae abominandum id vocabulum inscriptum. cum ea igitur adhuc in templo seposita, quemadmodum est dictum, ut ad imperatorem deferretur, staret, misso hi certe homine ei nuntiant lancem ipsi offerendam studiose delectam a patriarcha, quae detestabilis esset nominis adscriptione profanata, ut videlicet perperata Augusto ex eius sacri apophoreti participatione gratia macula ipsi infandi piaculi contagione velut quadam execratae superstitionis allineretur. haec audiens imperator, quo ad liquidum exploraret an ita haberent, curriculo mittit Augusti cubiculi praefectum Basilium, peritum Saracenicarum literarum, qui ubi legisset, rem vere fuisse nuntiatam imperatori retulit. prandenti ergo mox Augusto cum esset de more lanx allata, non admissa ab eo est, quasi religioso metu consciscendae noxae, et cura obsequendi Apostolico mandato iubenti eum qui cognoverit cibum ipsi appositum oblatum prius idolo fuisse, abstinere illius esu propter conscientiam. postridie porro ad crimina patriarchae afflicta novum istad tamquam omnium maximum invidiosissime adiunctum est.

13. Cum igitur duobus, ut dixi, mensibus agitata haec patriarchae accusatio fuisset, nec quidquam proficeretur, sed ludibrium, contumelia, et quidquid dici pessimum potest, in re tota versaretur (quid enim pro bono et aequo facturos speres, qui etiam scalae formam peregrinis literis, ludo quodam pictoris inter anaglypha implexarum arborum amoenae va-

www.libtool.com.cn

καταφυτευθέντων παντοίων, ὕλην εἶχον καὶ ταύτην τῆς κατ' ἐκείνου σωκοφαντίας, παρ' ἣν αἰτίαν καὶ μόνον ἀκούσας κατὰ B
πᾶν ἐκέλευε καί γ' ἀφανίζειν τέλεον;) ὡς γοῦν οὐδὲν ἄλλο ἢ λοιδορία ἠνύετο, σκοπὸς δ' ἦν ἐκεῖνον ἀπειρηκότα πρὸς τὰς ἐπιφορὰς τῶν ὕβρεων παραιτεῖσθαι τὸν θρόνον, μηνὸς Κρονίου, μεσούσης νηστείας, λίβελλον γράφειν τῷ συγγραφεῖ παραιτήσεως ἐπιτάττει, καί γ' ἐπιδοὺς βασιλεῖ προσποιουμένῳ μὴ δέχεσθαι ἀπηλλάττετο, καὶ φέρων τῇ τῆς Παναχράντου μονῇ ἑαυτὸν δίδωσιν. ἦν οὖν ἡ ἐκκλησία ποιμένος κεχηρωμένη, μήτ' ἐκείνου C
παρόντος, καὶ ἄλλον ἀντεισάγεσθαι οὐκ ἦν ὅλως τῷ βασιλεῖ θελητόν· ἐν τῷ μεταξὺ γὰρ πέμπων καὶ αὐτὸν δὴ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν βασιλέα Ἀνδρόνικον ἐπειρᾶτο μαλάττειν.

14. Ἐν τοσούτῳ δὲ καὶ πρέσβεις ἐκ Ῥώμης παρὰ τοῦ D
πάπα ἐφίστανται ἔξω που πόλεως τῆς Ἀδριανοῦ ἐπανήκοντι βασιλεῖ. καὶ ὃς θέλων συσκιάζειν σφίσι τὰ κατὰ τὸν πατριάρχην, ἐκείνοις μὲν αἰτίας πλαττόμενος ὡς ἀπειρηκὼς ἔλεγε πρὸς τοὺς πόνους ὁ πατριάρχης, καὶ ἀνεθῆναι θέλων ἐπὶ πολύ, ἐκχωρεῖ πρὸς καιρὸν τοῦ πατριαρχείου, καί γε μέλλειν ἐντυχεῖν σφᾶς P 312
ἐκείνῳ παρά τισι τῶν κατὰ τὴν πόλιν μονῶν· ἐκεῖνον δὲ πέμψας

rietatis per phialam conscribillatae, in atrocem calumniam traxerint quasi piaculi nefandi, cuius ad solam mentionem conclamandum exterminium esset ultimum ei quicumque insimularetur tam horrendi videlicet sacrilegii), cum, inquam, iudicium id nihil nisi petulans convicium et ignominiosa traductio patriarchae nominis et existimationis esset, facileque appareret unum illud spectare auctores fautoresve tumultuosae huius criminationis, ut qui ea licentissime incomitiabatur, ferendae impar istiusmodi vexationi atque infamiae sedem honoremque detrectaret, id Ioannes intelligens, mense Martio circa medium quadragenarii ieiunii, me huius historiae scriptorem iussit libellum abdicationis suae conscribere; quem cum imperatori obtulisset, illo simulante se non accipere, continuo recedens in Panachrantae monasterium se abdidit. erat ergo ecclesia pastore viduata, hoc quidem non comparente, et alium in eius locum subrogare nolente omnino imperatore. nam inter alios quos ad patriarcham ex isto recessu revocandum et ut publico ac suo muneri se redderet orandum per id tempus allegavit, ipsum etiam filium proprium et imperii collegam Andronicum conferre se ad illum et conari exorare iussit.

14. Dum haec geruntur, legati Roma a papa missi occurrunt imperatori revertenti Adrianopolim et illam civitatem nondum ingresso. his ille in primis studuit quae circa patriarcham nuper evenerant in speciem quam minimum invidiosam fucare, ac quod dissimulari nequibat factum, inumbrare comminiscendis causis, cum diceret praegravatum patriarcham laboribus functionis istius, quo ab iis respiraret otiosius seseque reficeret, e patriarchali ad tempus excessisse palatio, futurum tamen ipsis praesto cum eo congressuris apud quaedam urbis monasteria. ipsum autem Veccum per certos a se missos rogavit, deponeret pusillanimitatem omnem;

ἠξίου ἀποθέσθαι μὲν τὰ τῆς μικροψυχίας ὡς ὄντος καιροῦ μᾶλλον ἢ βουλήσεως, ἀπελθεῖν δὲ πρὸς τὴν μονὴν τῶν Μαγγάνων, κἀκεῖ τοῖς πρέσβεσιν ἐντυχεῖν παραγεγονόσι, μηδὲν τῶν προτέρων σημήναντα. οὕτως ἔλεγε, καὶ ἅμ' ἐκείνοις τὴν πόλιν εἰσήρχετο. πρὶν δ' ἐντυχεῖν ἐκείνους συνόδῳ καὶ πατριάρχῃ, ὃ βα-
B σιλεὺς γνοὺς τὸ τῆς πρεσβείας κεφάλαιον — τὸ δ' ἦν μὴ λόγοις εἶναι τὴν τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνην καὶ μόνοις, ἀλλ' ἔργῳ δεικνύντων τῷ καὶ σφᾶς κατ' ἐκείνους τὴν πίστιν ὁμολογεῖν, καὶ οὕτω πληροφορεῖν τὴν ἕνωσιν. παρωτρύνοντο γὰρ κἂν τοῦτο καὶ παρὰ τῶν ἡμετέρων, ὡς ἔλεγον, σχιζομένων, οἳ δὴ καὶ πολλοῖς τῶν ἐν ἐκείνοις φρερίων μιγνύντες χλεύην ἔλεγον τὴν εἰρήνην εἶναι,
C καὶ δεῖν δοκιμάζειν εἰ καὶ αὐτοὶ τὸ σύμβολον οὕτω λέγοιεν, ὁλομένων ἐντεῦθεν εἰς μερίμνας ἄγειν τὸν βασιλέα, ὡς δυοῖν ἐξ ἀνάγκης γενέσθαι θάτερον, ἢ μὴ καθυποκλιθέντος τὴν εἰρήνην συγχέεσθαι, ἢ καί τι τῶν κειμένων παραβάντα μειζόνως ἁμαρτεῖν, καὶ σφᾶς ἰσχυρίζεσθαι φεύγειν ἔτι δικαίως τὴν ἕνωσιν ὡς ἄντικρυς παραβάντων. γνοὺς ταῦτα τοίνυν ὁ βασιλεύς, καὶ εἰ-

9. κἂν] εἰς? 12. δεῖ P.

quae acta essent imputaret tempori potius quam voluntati suae; conferre se ne gravaretur in monasterium Manganorum congressurus cum legatis illuc occursuris, quibus orabat ne significaret quidquam eorum quae nuper contigissent. sic praemunito patriarcha ingressus urbem est cum legatis imperator; et quorsum ea legatio spectaret intelligens, dedit operam ne illi cum synodo cumque patriarcha prius agerent, quam ipse quae ad rem putabat opportuna praevertisset. quod praecipuum in mandatis legati habebant hoc erat, serio denuntiare Graecis pacem ecclesiarum non meris verbis contineri, sed factis. probare ipsos et praestare rebus ipsis oportere quae dictis ostentassent, se nimirum in unius eiusdemque confessione fidei convenire cum Latinis. sic eos demum persuasuros pacem inter ecclesias concordiamque vere coalitam. atque in hoc, ut continuo fieret, vehementer insistere iussi erant, argumento necessitatis ducto e schismate quod aiebant inter nostros esse, aliis alios aversantibus, pro scilicet admitterent aut reiicerent pacem de qua conventum videbatur, et revera quidam etiam nostrorum, Freriis sese multis iis admiscentibus assensi, paria cum his et ipsi loquebantur, affirmantes pacem quae vehi firmata iactaretur, nihil hactenus nisi ludibrium videri. unde tanto iam speciosius legati contenderent veniendum ad explorationem, et certum experimentum capiendum fidei ac sententiae Graecorum. eius porro pignus idoneum fore, si et ipsi symbolum sicut Latini pronuntiarent. his illi postulandis in artum se coacturos imperatorem arbitrabantur, utique necessario ex his secuturo duorum altero, aut ut eo non annuente quod petebant pax rescinderetur, aut ut eodem transgressionis conventorum palam convicto, ac per hoc criminis maioris manifeste reo, plausibilior iam ipsis causa suppeteret constanter abnuendi communionem cum eo velut adhaerente transgressoribus pactorum manifestis. talia versare animo legatos cum praesensisset imperator, et inde intelligeret Graecos, qui ea-

www.libtool.com.cn

ὡς ἐξαπιναίως ἀκούσαντας θορυβηθησομένους καὶ τοὺς τέως εἰρήνην ἄγοντας, πέμψας μετακαλεῖται καὶ ἀρχιερεῖς καὶ κλῆρον D
ἅπαντα, καὶ σφᾶς κατ' ἰδίαν λαβὼν (κοσμικοῖς γὰρ ἀπείρητο μὴ παρεῖναι) (15) "τὰ μὲν τῶν παρόντων" εἶπεν, "ὅπως P 313
καὶ κατεπράχθη καὶ μεθ' ὅσης τῆς δυσχερείας ἠνύσθη, οἶδατε πάντως, ἐπεὶ οὐδ' ἐμοὶ τόσον ἀναλγήτως ἔχοντι τάδ' ἐφῆπται. οἶδα γὰρ καὶ πατριάρχην ἐντεῦθεν παριδών, τὸν Ἰωσὴφ λέγω, ὧν δὴ ἴσα καὶ τὸν γεννησάμενον ἕστεργον, μᾶλλον δὲ καὶ ἔτι πλέον, ἐπεὶ ἐκεῖνος μὲν τῆς εἰς σφᾶς προόδου, οὗτος δὲ τῆς εἰς τὸ κρεῖττον ἐπανελεύσεως αἴτιος γέγονεν. οἶδα καὶ πολλοὺς βια- B
σάμενος καὶ τοὺς φίλους σκανδαλίσας, πρὸς δὲ καὶ τοὺς ἡμετέρους λυπήσας. καὶ μαρτυρήσουσιν οἱ ἐν φυλακαῖς προσγενεῖς, οἷς παρ' οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸ πρὸς Ἰταλοὺς πραγματευθὲν καὶ μόνον ἥ τε πρὸς ἡμᾶς ὀλιγωρία ξυνέβη καὶ ἡ ἀφ' ἡμῶν αὖθις ὀργὴ σφίσιν. εἶχον μὲν οὖν ἐπὶ λογισμῶν ἀνύσαι τὸ πᾶν ἐντεῦθεν, ὡς μηδὲν πλέον ζητησόντων τῶν Ἰταλῶν· οὕτω γὰρ καὶ πρὸς ὑμᾶς ἐποιούμην τὰς συνθεσίας, καὶ ὁ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ χρυσοβούλ- C
λειος λόγος τοῖς λόγοις που μαρτυρήσει. ἐπεὶ δὲ τῶν ἡμετέρων τινές, ὡς πέπυσμαι, καὶ μᾶλλον οἷς ἀνδάνει τὸ σχίζεσθαι, οὐκ οἶδ' ὅ τι παθόντες, εἰ μή τις πεῖράν θ' ἡμῶν ταῦτ' εἴποι καὶ

tenus actis utcumque iam acquiescebant, eiusmodi audita oratione legatorum statim tumultuaturos, missis quoquoversum certis hominibus ad se convocavit episcopos et clerum universum, illisque seorsum adhibitis (nam saeculares adesse vetuit) in haec verba locutus est. (15) "quae in statu praesenti ecclesiae cernuntur, quemadmodum acta sint et quanta cum difficultate perfecta, scitis omnino; neque mihi adeo hebes ad molesta sensus est, ut tam cito memoria evolaverint ea quorum eventus acri meo dolore redemptus est. recolo enim me ne tenerrimis quidem affectibus, ut ea conficerem, pepercisse. unum, ut scitis, habui cui nihil minus pietatis et amoris quam genitori tribuerem: immo aliquanto plus ei me debere rebar, quoniam cum pater in hanc me lucem eduxerint, hic mihi exorti sacramentorum religionis usuram et communionem ecclesiae restituit, quod beneficium arbitror maius. Iosephum tamen carissimum mihi caput hac causa despicere sustinui. multis praeterea vim feci, securus offensionis amicorum. e vestro quoque corpore non paucos haud leviter vexavi. testes sint qui e nostris quoque propinquis in custodiis squallent; quibus ista cum Italis conventio causa fuit unica et obsistendi nostrae voluntati et irae vicissim nostrae subeundae. sic autem cum illa gererem putabam, constiturum intra hos terminos negotium, nec plus ad eius perfectionem Italos quaesituros. ita enim promisi dudum vobis, et extat in ecclesia nostrae huius persuasionis illustre documentum, diploma in hanc sententiam disertum cum appositione bullae aureae. quoniam vero nostrorum quidam, quibus nimirum discidium cordi est, nescio qua moti causa (nisi quis dixerit ad probationem haec nostram et angorum cumu-

www.libtool.com.cn

μεριμνῶν ἐπανάστασιν, φρερλοις ἐντυχόντες κατά που τὴν περαίαν χλεύην τὴν εἰρήνην εἶπον καὶ ἀπάτην εἶναι, καὶ προυβίβασαν ζητεῖν σφᾶς τὸ πλέον κατά τινα δοκιμήν, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ τῆς ἐπιστάσης πρεσβείας κεφάλαιον, βούλομαι προλαβὼν μικρὰ πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν καὶ πληροφορῆσαι, ὡς ἂν μὴ ἐξαπιναίως ἀκούσαντες ταραχθείητε, μηδέ τι πάλιν ἡμῶν τὸ πρὸς σφᾶς κυβερνητικὸν ἰδόντες ὑποψίαις ταῖς οὐ καλαῖς περὶ ἡμῶν βληθείητε. ἐγὼ γάρ, κἂν συνίστωρ εἴη θεός, ὑπὲρ τοῦ μή τι παραλυθῆναι τῶν ἡμετέρων μέχρι καὶ αὐτῆς κεραίας ἢ μὴν ἰῶτα, αὐτὸς ἐγὼ καθυπισχνοῦμαι αὐτὸ τὸ θεῖον σύμβολον τῶν πατέρων ἐνθεῖναι σημαίᾳ, καὶ πολεμῆσαι μὴ ὅτι γε Ἰταλοῖς ἀλλὰ καὶ παντὶ ἔθνει ὑπὲρ τούτων ἀμφισβητοῦντι. καὶ αὕτη μέν ἐστιν ἡ πληροφορία, ἣν δίδωμι πρὸς ὑμᾶς· ἄλλως δὲ κυβερνῆσαι καὶ μετ' εἰρήνης ἀποπέμψαι τοὺς πρέσβεις οὔτ' ἐμοὶ νέμεσις πόντως οὔθ' ὑμῖν ἀδικία τὸ σύνολον. ἀξιῶ οὖν καὶ προσπτύσσεσθαι σφᾶς φιλικῶς καὶ ἀσπάζεσθαι εὐμενῶς, μήπως καὶ τὴν θήραν, ἣ δή φασιν, ἀνασοβήσωμεν, καὶ μᾶλλον πάπα γεγονότος νέου, καὶ οὐ κατὰ τὸν Γρηγόριον ὄντος εὐμενοῦς οὕτω τοῖς ἡμετέροις πράγμασι. τὸ δ' ἐντεῦθεν ἐμοὶ μελήσει, μηδὲ διωρίαν λαβόντι βου-

2. τὴν deerat.

lum contingere) cum Frariis apud Peraeam congressi dixerunt nihil nisi ludibrium et fraudem hanc pacem esse, et hoc imprudenti dicto Latinis occasionem praebuerunt exquirendi plus aliquid, ut experimento satis certo constet serio ac vere rem peractam, unde haec, quam audituri mox sumus, legatio nata est, cuius scopum praecipuum esse comperi hoc quod modo dixi a nobis exigere, volo paucis praeoccupare ac praemunire vos, ne ubi quae illi loquentur audietis, subito conturbemini, neve in vestros animos suspicioni de nobis sinistrae ulli pateat aditus, utique postquam clare perspexeritis quam sincera quamque constanti ratione in tota huius cum Latinis gubernatione negotii versemur. ego enim sancte polliceor, et ut conscium habeo deum, ita testem invoco eundem irrevocabilis propositi: profiteor, inquam, et verissime promitto rigorem inflexibilem usque ad exclusionem vel iotae vel apicis unius. confirmoque me neutiquam passurum addi symbolo patrum vel minimam notulam; et si opus sit, ea causa bellum suscepturum, non solum cum Italis sed cum quavis omnino gente ad id nos adigere volente. de hoc certi estote, in quod do vobis fidem plenissimam. cum eo tamen deprecor ne placide rem administrare ac pacifice dimittere legatos vel mihi ad reprehensionem imputetur, aut ad damnum ullum vestrum iniuriamve pertinere omnino censeatur. volo igitur et amplecti eos amice et salutare benevole, ne forte, quod dicitur, feris intempestive terrendis venationis fructum perdamus. quae magis nunc necessaria est cautio, cum papa novus sit, isque haud pari ac Gregorius favore in res nostras instinctus. meae de caetero curae fuerit ita illis respondendo satisfacere, ut a fixa in statuto iam con-

www.libtool.com.cn

λῆς, τῆς πρὸς αὐτοὺς ἀποκρίσεως." ταῦτα τοῦ βασιλέως εἰ-
πόντος ὁ μὲν πατριάρχης ἐφίσταται τῇ τῶν Μαγγάνων μονῇ, B
καὶ οὕτω τὰ καθ' αὑτὸν διασκευάζεται ὡς μηδὲ τῶν εἰς αὐτὸν
πραχθέντων γνῶσίν τινα παρασχεῖν σφίσι· τῶν δ' ἀρχιερέων τε
καὶ τῶν ἐκκρίτων τοῦ κλήρου ἀμφ' αὐτὸν συναχθέντων παραγί-
νονται καὶ οἱ πρέσβεις. καὶ τὰ τῆς πρεσβείας κινοῦντες, δῆλοι
ἦσαν ἐκεῖνα προτείνοντες ἃ δὴ φθάσας ὁ βασιλεὺς προεδήλου· C
παρ' ἣν αἰτίαν καὶ προενηχηθέντες εὐμενῶς ἤκουον, ἃ δὴ μὴ
προμαθόντες καὶ λίαν δυσχερῶς ἂν ἠνωτίζοντο.

16. Ταῦτ' ἄρα καὶ βασιλεὺς ὡς οὐ χλεύην εἶναι τὴν εἰ- D
ρήνην πληροφορῶν, τὸν Ἐφέσου Ἰσαὰκ σὺν πρέσβεσιν ἀποστεί-
λας καθειργμένους ἐδείκνυ προσγενεῖς ἐν ταῖς φυλακαῖς. οἱ δ' ἦ-
σαν ὁ πρωτοστράτωρ Παλαιολόγος Ἀνδρόνικος, ὁ πιγκέρνης
Ῥαοὺλ Μανουήλ, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἰσαάκιος, καὶ τέταρτος ὁ
τοῦ πρωτοστράτορος αὐτανέψιος Παλαιολόγος Ἰωάννης· οἳ δὴ
καὶ τέτραχα κοσμηθέντες, εἴποι τις ποιητής, βαρείαις ἁλύσεσι E
φυλακῆς τετραγώνου γωνίαν ἐπεῖχεν ἕκαστος. τότε καὶ ὁ πιγ-
κέρνης Ῥαοὺλ ἰδὼν τὸν Ἐφέσου, καὶ οἷον ὑπερπαθήσας εἰ αὐτὸς
μὲν ἐν ἀνέσει ζῇ, ἐκεῖνοι δὲ προσταλαιπωροῦνται τῇ φυλακῇ,
ὑπὲρ ὧν ἐκεῖνον μᾶλλον ἢ αὐτοὺς ἐδει μάχεσθαι, συνάγει τε λε-

16. τραχακοσμηθέντες P.

silio constantia ne minimum quidem deflectamus." talia locuto imperatore, patriarcha quidem in Manganorum monasterium se contulit, et ita se gessit ut nulla eorum quae in eum acta fuerant notitia per eum ad legatos emanaret. congregatis porro ibi ad eum episcopis ac primoribus cleri adfuerunt et legati, et videlicet palam et libere illa ipsa protulerunt quae postulaturos ipsos iam imperator praemonuerat. in quo eius providentiae fructus is constitit, ut tantae offensionis verba placide ac sine tumultu audierint, irritabiles alioqui homines, quos, nisi prudenti fuissent admonitione praeparati, certo certius est in acre iurgium prima illa mentione prorupturos.

16. Excogitavit et aliud imperator perefficax futurum ad persuadendum legatis non esse ludibrium pacem iam factam. misit videlicet Ephesi episcopum Isaacum cum legatis in custodias publicas, iubens ipsis illic ostendi cognatos ipsos ac necessarios suos ibi detentos, quod paci non consensissent. hi erant protostrator Palaeologus Andronicus, pincerna Raūl Manuēl, frater huius Isaacius, et quartus protostratoris ex fratre nepos Palaeologus Ioannes; qui sane in aspero ornatu, ut poēta quispiam diceret, quadrati unius carceris singulos singuli angulos tenebant, gravibus vincti catenis. tunc pincerna Raūl Ephesinum videns, et scilicet indignans eum quidem libere in remissione ac deliciis vivere, se autem cum sociis conflictari tetri carceris aerumnis ecclesiasticam ob causam, pro qua ipsum nimirum, utpote antistitem, certare ac dura subire fuerat aequius, collegit clam in manum e pendentium, quibus ligabatur, tractu

www.libtool.com.cn

λῃθότως τὴν ἄλυσιν ἣν ἐφόρει, προάγων ὅσον ἦν ἐγγυτέρω, καὶ σφάκελλον ποιήσας τὸ πτύγμα κατ' ἐκείνου ῥίπτει ὡς πλήξων, κἂν ἀπετύγχανεν εἰς ἑαυτὸν τοῦ τραχήλου τὴν ἄλυσιν ἕλκοντος.

P 315 17. Ἀλλ' ὁ βασιλεὺς ἐς πίστιν ἐντεῦθεν τοῦ ἀληθῆ πράττειν τοῖς πρέσβεσιν ἀφοσιωσάμενος, προύργου παντὸς τίθεται τὸ καὶ αὖθις τὸν πατριάρχην ἀναγαγεῖν. οὔτε γὰρ ἐν παραδοχῇ τὰ τῆς παραιτήσεως τοῖς ἀρχιερεῦσι, κἂν ὁ βασιλεὺς ἐδέχετο ταύτην· ἀλλ' οὖν οὐ προῐσχετο ὅλως αὕτη τῶν ἱερῶν πραγμάτων ἀνάξιον, μόνον δὲ θόρυβον παρά των καὶ ταραχὴν ἄλογον, καὶ ὅτι πληχθέντων ἐπὶ τούτοις τὰς συνειδήσεις τινῶν οὐκ

B ἔκρινε δεῖν προσμένειν, μή πως, φησί, τισὶ παρὰ συνείδησιν ᾖ τὸ προσέρχεσθαι. τοῦτο δὲ τί ἂν παραιτήσεως ἔχοι; εἰ μὴ καὶ μᾶλλον ἐλέγχου τοῖς τὴν κακίαν οἵοις τ' οὖσι κωλύειν. ὅθεν καὶ κοινῇ σκέψει ἀξιοῦσιν ἀρχῆθεν τὸν ἄνδρα τὴν προστασίαν δέχεσθαι. ὁ δ' οὐχ ὑπήκουε, ζητῶν τὴν ἐπὶ τοῖς συκοφάνταις ἐκδίκησιν. τὸ δ' ἦν καὶ ἓν τῶν ἀδυνάτων τῷ βασιλεῖ, προϊσχο-

catenarum volumen grave, et observato tempore quo episcopus tam prope ad ipsum accesserat ut contiguus intra iactum videretur, ferreum in eum intorsit fascem, ferire studens; etsi aberravit ille quidem, catenis, ipse collum retrahente unde pendebant, ad ipsum intacto antistite redeuntibus.

17. Caeterum imperator hoc quasi primo officio defunctus demonstrandi legatis serio rem a se actam, qui non dubitasset tantae dignitatis viros ea de causa tetro carceri addicere, operae pretium se praeterea facturum existimavit, si patriarcham liberae suae potestatis functioni restitueret. rem eam sui arbitrii putabat esse, quippe non alia corrogatione suffragiorum aut repetitione electionis egentem. haud enim vere vacasse unquam Constantinopolitanam sedem Vecci abdicatione, quam utcunque imperatori significatam et oblatam episcopi nec admisissent nec probassent. sed neque is ipse libellus recusationis sedis, quem imperatori a Ioanne datum diximus, iis erat formatus verbis, quae veras canonicasque legitimae depositionis causas exprimerent. etenim haud in eo quidquam allegabatur quo appareret Ioannem ut indignum eo loco et administrationi ecclesiae ineptum aut imparem inde submoveri. causabatur ibi tantum ipse Veccus tumultuari contra se quosdam, a quibus etsi pateretur iniustam vexationem ipse innoxius, tamen vereri sese offensionem infirmorum, qui forte vulgatis in se calumniis moti ad dubitandum ecquid citra noxam et piaculi contagionem possent tam diffamati hominis uti consuetudine, oblatis deinde occasionibus cum eo agendi aestuarent animo, et forte contra officii praescriptum ex errore natum operarentur. ea de causa ducere satius renuntiare dignitati, et eo loco cedere ubi se nonnisi cum aliquo scandalo aut saltem periculo teneras pusillorum conscientias laedendi haerere non posse iudicaret. in his autem quae vola quodque vestigium abdicationis appareret? ubi potius tacita querela sugillarentur illi qui cum potuissent improborum malitiae obsistere, auxiliari circumventae innocentiae omisissent. his cum ab imperatore tum a synodo consideratis, communi omnibus consensu visum est restituendum Ioannem in intermissum exercitium nunquam abrogatae ablataeve potesta-

www.libtool.com.cn

μένῳ συνηθειαν ἄλογον τῶν κρατούντων, καθ' ἣν τὴν μὲν συκοφαντίαν ἰᾶσθαι καὶ τὸν συκοφαντούμενον ῥύεσθαι τοῦ κινδύνου, συκοφάντην δὲ μηδ' ὁπωσοῦν τιμωρεῖσθαι, κἂν συκοφαντοίη τὰ ἔσχατα, τέτακται· μηδὲ γὰρ εἶναι τὸ ἀληθὲς τῷ βασιλεῖ μανθάνειν, ὅπου τῷ μὴ ἀποδείξοντι κίνδυνον ἐφῆφθαι ξυμβαίνοι. ταῦτ' ἄρα καὶ μὴ ἀνύων, καὶ μᾶλλον ἀφιέναι τὸ πταῖσμα παρακαλούμενος, μίμησιν φέροντα τοῦ Χριστοῦ, τὴν πρόκλησιν δέχεται, καὶ ἕκτῃ Ποσειδεῶνος ὑπὸ λαμπρᾷ τῇ δορυφορίᾳ συγκλητικῶν τε ἅμα καὶ ἐκκλησιαστικῶν, τῆς αὐτῆς ἰνδικτιῶνος, ἀνάγεται. τότε συμπλασάμενοι γράμμα τῆς πρὸς τὸν πάπαν ἀπολογίας (Οὐρβανὸς δὲ τότε ἦν) πολλαῖς μὲν ὑπογραφαῖς μήτ' ὄντων ἐπισκόπων μήτ' ἐπισκοπῶν οὐσῶν, μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ χειρὶ τοῦ γραφέως, ὡς δῆθεν πολλῶν ἱερῶν ἀνδρῶν καὶ μεγάλων κατησφαλίζοντο, εἰ μὲν καὶ πατριάρχῃ δοκοῦν, οὐκ οἶδα, τέως δέ γε καὶ λίαν τῷ βασιλεῖ, φέρειν πίστεις προνοουμένῳ ἐπὶ τῇ τῶν ἐκκλησιῶν συμβάσει παρὰ δοκούντων πολλῶν καὶ κατ' ἐ-

tis. ad quod cum idem consequenter vocaretur, renuebat obsequi, postulans prius affici poenis meritis, qui se calumniose criminando traduxissent. verum id posse impetrari ab imperatore sperandum non erat: causabatur enim ille se id facere nequire. tenebat videlicet mordicus inveteratum in aulis morem delationes cuiusquemodi inter principatus instrumenta censendi, et sic calumniae medendi, cum regnantibus expedit aut libet, ut eximatur quidem periculo male culpatus insons, impune autem omnino ferat iniquus accusator quantumvis falsae atque impudentis criminationis scelus. cui flagitioso abusui hanc solent causam obtendere, quod omnis spes ac facultas principi eriperetur cognoscendi quidquam de machinationibus occultis, quae contra ipsum aut rempublicam iniri contingeret, si gravi periculo deterrerentur ab audenda denuntiatione qualescumque delatores. ergo imperator certus convictos licet calumniatores non ulcisci, egit ipse cum Vecco, rogans etiam atque etiam, condonaret iis noxam exemplo Christi. nec ille ad extremum abnuit; et assensus iam studiis cunctorum die sexta mensis Augusti eiusdem indictionis, splendido deductus comitatu senatorum et ecclesiae procerum, in palatium patriarchae iterum solemni ritu invectus est. hinc iam data est opera concinnando scripto quo papae (is tunc erat Urbanus) super mandatis per legatos renuntiatis satisfieret. hunc libellum studuerunt ambitiosa subscriptionum pompa commendare; in quo multos pro episcopis obtrusere qui nec ordinati unquam fuerant in istum gradum, nec a quibus denominabantur loca, episcopatus titulum aliunde habuerant quam a librarii, qui scriptum hoc formavit, manu; quae etiam varia peritia chirographos effingendi de suo addidit nomina plerorumque illic subscriptorum tamquam ab ipsis videlicet posita, eum quoque in numerum congerens multos e sacris hominibus fama illustres, ut tanto certius persuaderetur quod obtabant. haec an conscio patriarcha sic acta sint, haud equidem habeo compertum. imperatoris aemulationem in hoc quandam video, ambitiose conati exaequare eum Latinis res ecclesiae Graecorum. cum enim in in-

www.libtool.com.cn

κείνους ἐπισκόπων. καὶ γὰρ σφίσιν οὕτω τὰ τῶν ἐπισκόπων ἐπι-
P 316 πύκνωτο ὡς καὶ εἰς ἑκατοστύας ἀριθμεῖσθαι πλείστας τὴν παρ' ἐ-
κείνοις σύνοδον. ταῦτ' ἄρα καὶ τὰ ἡμέτερα ἐξισάζειν θέλων ἐκεί-
νοις ταῦτ' ἔπραττε. πολλαῖς δ' ἑτέραις γραφαῖς τῶν ἡμετέρων
πατέρων, ταῖς ἐκ τοῦ υἱοῦ δηλαδὴ προχεῖσθαι χορηγεῖσθαι δί-
δοσθαι ἐκλάμπειν ἐκφαίνεσθαι, καὶ ταῖς ὁμοίαις, τὴν τοῦ ἐκπο-
ρεύεσθαι λέξιν ἐπείλυον, δηλοῦντες καὶ τοῦτο, ὡς καὶ μὴ τοὺς
πειθομένους εἰρηνεύειν ταῖς ἀξίαις δίκαις καθυποβάλλοιμεν. τὸ
B δ' ἄρ' ἦν ὄνειρος, καὶ ἐπὶ ψεύδεσιν ἐγκληθέντες ἀπολογούμενοι
οὐ διαλύειν ἀλλὰ συνιστᾶν τὸ ἔγκλημα τοῖς εἰδόσι διεγινώσκοντο.
ἔμελλε δὲ καὶ τοῦτο τοῖς ταλαιπώροις τῆς ἐκκλησίας ἐσύστερον
πρόσκομμ' εἶναι, ἐγκαλουμένοις ὡς ἐξεκηρύχθησαν οἱ ὀρθόδοξοι,
καὶ αἱ πρὸς τὸν πάπαν γραφαί, φασί, μάρτυροι σοφώτατοι. τὸ
δ', ὡς ἐμὲ γοῦν εἰδέναι, ἄλλως εἶχεν, εἰ καὶ πρὸς τὸν πάπαν
κατά τινα θωπείαν οὕτως ἐγράφετο. ὅτι δὲ κἀκείνοις μάταια
C ἦσαν τὰ τῆς θωπείας, Μελέτιός τε καὶ Ἰγνάτιος ἔδειξαν,
P 317 (18) σχιζόμενοι μὲν τῆς ἐκκλησίας περιφανῶς, δίκην δὲ πρὸς

strumentis allatis Roma sancitae illic cum Graecis concordiae densissima subscribentium iis episcoporum nomina vidisset (crebri enim adeo in illis partibus episcopatus sunt, ut eorum synodi plurimis saepe centuriis episcoporum constent), imperator vel ad fidem tanto pleniorem faciendam, vel, ut dixi, ad ostentationem quasi cuiusdam in hoc quoque aequalitatis Orientalis ecclesiae cum Occidua, istam tum adhibuit multiplicationem speciosam nostratium praesulum. illud etiam in eodem scripto curatum est, ut in expressione dogmatis de Spiritus Sancti processione numero ingenti congererentur variae undecumque corrasae patrum nostrorum locutiones, aientium S. Spiritum ex filio profundi, praeberi, dari, explendescere, micare aut ostendi, similesque, quibus accumulandis id clam agebant, ut quasi obruerent procedendi usitatum Latinis verbum, et cum id aliorum istorum obtentu tegeretur, tacite abrogarent, eius asserteribus ista prolatorum a nostris in speciem aequipollentium specie aversis a requirendo quidquam ulterius a nobis. addebatur in scripto ad extremum, "si qui huic pacis conventioni non obtemperabunt, eos dignis poenis afficiendos decernimus." quae vana erant cuncta, nec ultra inanem quasi somnii speciem solida, eo quidem affectata, ut obiectum mendacii ac transacti non bona fide hulus negotii crimen diluerent, sed revera, si quis introspiceret penitus et rem ad liquidum pernosceret, talia quae istius eiusdem criminis reos peragerent eos ipsos qui illud tanta cura depellebant. caeterum haec in futurum quondam criminationum argumentum et vexationis occasionem miseris ecclesiasticis cessura erant, olim accusandis quasi orthodoxis anathema dixissent; cuius rei velut testes certissimi hae tunc ad papam scriptae literae allegandae erant. quamquam illae meo quidem iudicio non eo revera scriptae sensu sunt, quem vel in speciem praeferebant vel persuasum tunc Latini habuerunt, fucatae siquidem per assentationem ad papam fuerant in speciem illic placiturum. nec vicissim non ipsi Latini assentati nobis in hoc negotio quaedam sunt, prout in Meletii et Ignatii causa apparuit. (18) hi quod

www.libtool.com.cn

βασιλέως ὑποσχόντες ἀπαχθῆναι πρὸς πάπαν ὡς τὰ καὶ τὰ πεισόμενοι. καὶ παρεδίδοντο πρέσβεσι καὶ ἀπήγοντο. τῷ δὲ τοσοῦτον κολάζειν ἐμέλησεν, ὥστε καὶ ἐποικτίζεσθαι εἰ ἐκκλησιῶν μεγάλων εἰρήνη ἐμποδὼν ἵσταντο. καὶ μεθ' ἱλαρότητος πάσης τῷ βασιλεῖ ἀντεπέμποντο, ἀξιοῦντος τοῦ πάπα καὶ βασιλέα ἀνθρώποις δοκοῦσι τοῦ ἀσφαλοῦς ἀντέχεσθαι κατ' εὐλάβειαν ἱλαρῶς καὶ αὐτὸν προσφέρεσθαι. ἦν οὖν ὁμοίως καὶ τὰ τῶν γραμμάτων ἐκείνων ϑωπευτικά, ἄλλως προβάσης ὡς πολλοὺς εἰδέναι τῆς ἐκκηρύξεως. ἐπειδὴ γάρ τινες τῶν περιττῶν καὶ εὐκόλων, οἷς οὐδ' ἦν τὸ παράπαν εἰδέναι τὰ τῆς ἐκκλησίας τῶν Ἰταλῶν, οὔτε μὴν καὶ ἀξιοῦσι ξυνιέναι, ὡς πάλαι ποτὲ ἦσαν ἐν πρώτοις ἡνωμένοι τῶν ἄλλων πλέον, κἂν τι συμπεσὸν παρέλυσε τὸν δεσμόν, ὅμως δὲ πάλιν ἀπαράθρυυστα μένουσιν ἡμῖν τε κἀκείνοις τὰ τοῦ χριστιανισμοῦ μυστήρια, ὡς μηδὲν παρεγχειρεῖν τολμᾶν τινὰς ἐπί τε τελεσμῷ βαπτίσματος καὶ ἱερωσύνῃ καὶ γάμῳ καὶ μοναχικῇ καταστάσει καὶ τοῖς λοιποῖς οἷς ἄρα καὶ ἡ καθολικὴ καὶ μία ἐκκλησία τοὺς αὐτῆς ἐπιτελεῖ τροφίμους, ἀλλ' ὥσπερ ἂν ἐκ δρυὸς ἢ ἀπὸ πέτρης ἀρχῆθεν ἦσαν, μηδὲν τῶν τοῖς Χριστιανοῖς

B

C

plane ac palam se abscissos ab ecclesia ferebant, damnati ab imperatore ac dediti papae sunt, gravibus ab eo videlicet multandi poenis; ad idque revertentibus Romam traditi legatis, eo demum perducti. verum tantum abfuit ut eis pontifex ullum supplicium decerneret, ut ultro miseratus ipsos sit, quod invidiosa suspicione gravarentur, quasi obstare vellent ne inter magnas ecclesias pax stabiliretur. itaque cum omni significatione benevolentiae remissi ad imperatorem, etiam commendatitias a papa ei reddiderunt, quibus ille rogabatur ut homines sine causa suspectos, et qui viderentur rectam et securam religionis viam insistere, blande ipse quoque ac humaniter exciperet apud seque haberet. ut haec porro assentatorie agebantur et scribebantur ex parte Latinorum, sic erant et illae, quas dixi, a nostris ad papam datae literae non expertes adulatorii fuci, profitentes videlicet nec ullum iam agnosci qui Latinos aut iis adhaerentes pro excommunicatis haberet, et si quis in posterum id audere detegeretur, haud impune laturum, cum tamen multis notum esset non deesse qui ita sentirent et palam anathema dicerent amplectentibus pacem. erant hi supervacanee morosi quidam et delicatis superstitiosi fastidiis, qui cum et funditus ignorarent et discere non curarent res ecclesiae Latinorum, ut videlicet cum iis olim in dogmatibus mysteriisque praecipuis vel omnium intime coniuncti Graecis fuissent, etsi nescio quid deinde incidens illud antiquae concordiae vinculum paulisper relaxasse visum esset, tamen etiam postea inviolata permanserit utrinque consensio in fide ac usu capitalium Christianismi sacramentorum, ita ut neutrubi quidquam temere attentatum publico consilio fuerit circa ritum baptismatis, sacerdotium, matrimonium, monasticum statum, et reliqua mysteria quibus una et catholica ecclesia suos alumnos initiare consuevit. cum, inquam, hi non magis horum quidquam quae in Christianorum iam olim

www.libtool.com.cn

D ἀνηκόντων εἰδότες καὶ διὰ ταῦτα ἐκείνους ἐκτόπως ἀποστριφόμενοι, καὶ τὰ παρὰ τοῖς ἡμετέροις ἐβδελύσσοντο ἅγια καὶ κρημνοῖς καὶ ποταμοῖς καὶ ὄρεσιν ἐδίδουν ὡς μηδὲν ὄντα τίμια, κἀντεῦθεν ἐκώλυον τὰ τῆς πίστεως, ἀναλαμβάνει ζῆλον ὁ βασιλεύς, καὶ πάντας ἐπισκόπους προσκαλεῖται καὶ μοναχούς, ἔστι δ' οὓς καί τινας τῶν σχιζομένων, πλὴν ἐπ' ἀσφαλείᾳ περιφανεῖς, ὧν
E εἷς ἦν καὶ ὁ ἐν φρυγανοῖς Ἀκάκιος καὶ ὁ μαθητὴς αὐτοῦ Γερμανὸς καὶ λοιποὶ πλεῖστοι, καὶ μέσον αὐτῶν ἵσταται, καὶ καθικετεύει ἐκ τῶν ἰχνηλάτου παραβολικῶν, τοῦ μὴ προλαβεῖν τοὺς ἐπιτιθεμένους ἀργούντων, ὡς καὶ πολλοὺς μνημονεύειν, κατὰ τὸ πρόσφορον προοιμιασάμενος, μὴ παριδεῖν κινδυνεύουσαν τὴν θρησκείαν, μηδὲ σχήματι εὐσεβείας προδιδόμενα τὰ τίμια παρ' οὐδὲν τίθεσθαι, ἀλλ' ἀμύνειν παντὶ τρόπῳ τοῖς τῆς ἐκ-
P 318 κλησίας θεσμοῖς. εἶναι γὰρ μεγάλην ἀνίαν, ἣν διά τι παρεισφρῆσαν κατ' οἰκονομίαν τῶν μὴ συνήθων, ἀνάγκης παραπεσούσης, αὐτοὶ τῆς ἐκκλησίας ἀποστατοῦντες οὐχ ὅπως τὸ μὴ δοκοῦν φυλάττοιντο σφίσι καθ' αὑτούς, ἀλλὰ καὶ νόμους ἐκκλησίας παραλύειν τολμῶεν, ὧν τοῖς τολμήμασιν ἓν μόνον κακὸν λείπει, τὸ

republica versabantur notum haberent, quam si quercei stipites aut lapideae moles essent, ea ipsa ignorantia in superciliosum elati contemptum cum Latinos ipsos impotentissime aversabantur, tum nostra ipsorum sacra post sancitam pacem, quasi admissione consortioque Latinorum profanata pollutaque, non verebantur execrari, devovere diris, et (quae erant blasphemae ipsorum voces) praecipitiis ac fluviis praeruptorumque tesquis inviis montium abiicienda abolendaque, tanquam nullum iam priscae religionis decus servantia, dicere. haec cum in gravem ac perniciosam Christianae fidei grassari perturbationem imperator cerneret, zelo pro indignitate rei assumpto, omnes ad se cum episcopos tum monachos convocat, et in his quosdam in parte schismaticorum illustres, data ipsis ad hoc securitate. horum unus erat Acacius Phryganorum, alter eius discipulus Germanus, cumque his alii quoque plurimi. istorum in consessu cunctorum medius imperator oravit ex Ichnelatae Parabolicis, cuius libri et loci ad hoc tempus opportuni plerosque ipsorum recordari confidebat, ne potius mallent ruere imitatione praefestinantium impatienter in negotiis, quam adhibere cunctatricem cessationem dantium spatium percoquendae maturitati coeptorum lente proficientium in successus seros. sic sermonem ingressus, obsecravit cunctos qui aderant, ne religionem despicerent periclitantem, neve otiosi absque auxiliandi cura videre sustinerent, dum specie pietatis sanctissima quaeque proderentur. cui enim recte erga ecclesiam affecto non gravem moerorem afferat certorum hominum temeraria protervia, qui non ferentes induci quidpiam in usum praeter solitum, quamquam ea et summae rei nihil nocens, necessariis incidentibus causis per prudentem accommodationem facta innovatio fuerit, erumpunt in feros motus, rebellantes in ecclesiam; et neque istum furorem ferre saltem tacitum ac conceptum animo citra hominum conscientiam tegere volentes, palam ecclesiae leges effringere non dubitant, quorum audaciae unus

www.libtool.com.cn

μὴ χριστιανίζειν ὁμολογεῖν. ὥστε παρόντος τούτου ἰσχὺν τοὺς ἀναχαιτίσοντας ἔχειν τῷ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας δεσμῷ, ἐφ' ᾧ ἢ καὶ B αὐτοὶ δέει ληφθέντες ἀπόσχοιντο τοῦ κατὰ τῶν ἰδίων σπλάγχνων τὸ ξίφος ὠθεῖν, ἢ μὴν ἀπονάρκαν εἴη οἷς μέλλουσι πείθειν πράτ- 5 τειν ἀνόσια. ταῦτ' ἦν τότε τὰ τῷ βασιλεῖ προβαλλόμενα, μὴ ἀνθρώπους ἐκκηρύττειν ἀσφαλιζομένους, οὔμενουν, ἀλλὰ κακίαν ἀναστέλλειν παρὰ τὸ εἰκὸς προβαίνουσαν, ἐπεὶ πολλοί γε τῶν τὴν εἰρήνην ἐκείνην δυσχεραινόντων παρῆσαν ἐκεῖ καὶ συγκατεψηφί- C ζοντο τὴν κατάραν τοῖς τὰ τίμια καθυβρίζουσι. μαρτύριον τῶν 10 λεγομένων τὸ πολλῶν καὶ μεγάλων ὄντων καὶ συμπληρούντων ἐκεῖ σύλλογον μηδένα διστάσαι, μὴ ἀντειπεῖν, μὴ ἀποσκιρτῆσαι, μήτε μὴν ἐνδείξασθαί τινα ῥοπὴν ὑπολογισμοῦ. ἐχρῆν δὲ πάντως, εἰ οὕτως ἀνέδην Χριστιανοὶ ἐκκηρύττοιντο. ἀλλ' ἦν ταῖς ἀληθείαις πρόβλημα εὐλαβείας τὸ πραχθὲν ἐκεῖνο τοῦ μὴ πάντα τολμᾶσθαι 15 ἐκ τοῦ πρώτως παραστάντος τισίν, ἀλλὰ καὶ τὴν κατάραν εἰς D

modo illud deest, ut se Christianos non esse fateantur. quod cum negare nec audeant nec possint, isto ipso vinculo ecclesiasticae coniunctionis, quo se teneri adhuc agnoscunt, intelligere debemus vim nobis atque auctoritatem conferri plenam eos pro potestate coërcendi, ut vel ipsi metu repressi desinant in propriae matris ecclesiae viscera ensem velut quendam factiosae scissionis adigere; aut si fuerit ipsorum immedicabilis furor, saltem alii retardentur a pravis horum suasionibus sequendis et imitanda temeritate ausorum impiorum. talis quaedam tunc fuit imperatoris oratio, fucans inumbransque artificioso obtentu verum statum controversiae, nec de ipso dogmate praescribens quidquam, sed in genere damnari homines aut pro excommunicatis a quoquam privatim haberi vetans; quo non excludebatur tacita exceptio subintellectae conditionis, si nempe illi orthodoxe sentirent; unde ista generalis praescriptio reprimendae in ausa nefaria prorumpentis licentiae caput ipsum mali veramque causam tumultuum non tangebat. argumentum huius rei manifestum est, quod cum in eo coetu multi essent qui aegre ferrent sanctam pacem eamque improbarent, nemo tamen eorum recusavit suffragio comprobare proprio istam universalem definitionem, qua diris in genere devoverentur qui sancta violare contumeliose attentarent, non exprimendo distinctius quinam illi tandem forent. nullus, inquam, palam infensorum paci, quales et plurimi et magnae auctoritatis ac potentiae viri praesentes isto in conventu cernebantur, ad eius damnationis propositionem restitit restitive; ne dubitavit quidem vel minimum, aut ullum reclamandi vel quidpiam in contrarium excipiendi vel primum impetum significavit. obstitissent autem sine dubio acriter vehementerque reclamassent, si istam universis editam Christianos quoscumque damnandi et tamquam pravi reos dogmatis aversandi prohibitionem in se quisque ipsos intelligerent latam. ergo revera obtentus hic merus fuit et superficiaria provisio, pro tempore, quantum opus erat ad speciem, retardatura fervidiores quosque, ne quidvis licentius auderent et ad primum prolatam improbatae ipsis rei mentionem efferati vociferarentur et iurgia miscerent. hos autem in silentio ac patientia continuit illa videlicet secreta fiducia, qua est eorum sibi quisque tacite blanditus, diris ista sanctione generatim intortis nullum devoveri

www.libtool.com.cn

ὑπολογισμὸν εἶναι πάντως τοῖς εὐλαβῶς μετιοῦσι τὰ τίμια. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον.

P 319 19. Τοῦ δ' αὐτοῦ ἔτους, ἐπεὶ οὐκ ἦν τὸν Λαχανᾶν ἠρεμεῖν ἀφαιρεθέντα καὶ Τερνόβου καὶ συνοικούσης, λαὸν συναθροίσας τὸν ἱκανὸν τοῖς Τερνοβίταις περιεκάθητο. καὶ ἔτι μὲν τοῦ Ἀσὰν ἐντὸς ὄντος, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ Τζασιμπαξὶν πρωτοστράτορα, ὃν καὶ βασιλεὺς ἐτίμα τῷ αὐτῷ ὀφφικίῳ Ἀσὰν ἐννοοῦντα τὸ πρότερον, τὰς τῶν Ῥωμαίων δυνάμεις ἔδρα τὰ χεί-
B ριστα. καὶ γὰρ πρῶτον μὲν περὶ δέκα χιλιάδας οὔσας καὶ συμμαχούσας ἔξωθεν τοῖς ἐντός, ὧς ὁ πρωτοβεστιαρίτης Μουρῖνος ἦγεν ἐπὶ τῷ Διαβαινᾷ στρατοπεδευσάμενος, Λαχανᾶς πολλοῖς μὲν μετ' ὀλίγων προσβάλλει, καὶ ἑπτακαιδεκάτῃ μηνὸς Ἀνθεστηριῶνος συρράξας πόλεμον σφίσι κατὰ κράτος νικᾷ, καὶ πολὺν φόνον ἐργάζεται, οὓς μὲν κατὰ πόλεμον οὓς δὲ καὶ αὐτὸς κατασχών, ἀπηνῶς ὕστερον κατασφάξας. αὖθις δὲ μετ' ὀλίγον Πο-
C σειδεῶνος πεντεκαιδεκάτῃ τοῖς ἀμφὶ τὸν Ἀπρηνὸν πρωτοβεστιαρίτην ἐπεισπεσὼν κατὰ τὸν ἔξω ζυγόν, ὡσεὶ πέντε χιλιάδας μαχίμων ἄγοντα, τοὺς μὲν εἰς τέλος κατηγωνίσατο, τὸν δ' ἔργον δεικνύει μαχαίρας. καὶ πολλὰ τότε λυσσομαχῶν κατειργάζετο. ὕστερον δὲ ἀποχωρήσαντος τοῦ Ἀσάν, τοῦ Τερτερῆ δὲ τὴν βασιλείαν λαβόντος, ἔγνω Νογᾷ προσχωρεῖν, καί οἱ ἀμύνειν καθικετεύει. οὐ μὴν δὲ καὶ βασιλεὺς ἐτέρωθεν κατημέλει, ἀλλὰ καὶ

qui recte sentiret et sancta religiose tractaret, quales cum se putarent esse, nihil hic decerni quod ipsis privatim obesset pro certo statuentes, secure acquiescebant. sed de his hactenus.

19. Eodem porro anno Lachanas, quem sperandum non erat erepta ipsi urbe regia Ternobo et uxore regina quieturum, contracto satis magno exercitu Ternobitas circumsedit, cum iis adhuc intra eam urbem haerente Asane, ipse habens secum Tzasimpaxim protostratoris officio sibi servientem, quem prius imperator, tunc Asani benevolum, titulo simili honoraverat. per eam obsidionem magnis a Lachana cladibus attriti Romani sunt. primum enim circiter decem millia nostrorum militum in obsessorum auxilium venientia duce protovestiarite Murino, cum loco Diabaena dicto se admovissent, ubi castra Lachanas habebat, hoc cum paucis erumpente die septima decima mensis Iulii fusi victique sunt, cum strage ingenti partim praelio caesorum, partim captorum a Lachana et ab eodem crudeliter postea interfectorum. rursus paulo post, die quintadecima mensis Augusti, idem Lachanas circa iugum exterius in Aprenum protovestiariten irruens, quinque circiter bellatorum fortium millia dectantem, hos quidem plane debellavit, illum gladio confecit. similia idem exempla multa tunc edidit rabiosi ardoris in pugnando. aliquanto post haec, egresso iam Asane Ternobo et Tertere illic regnante, decrevit Lachanas confugere ad Nogam et eius opem implorare. aliunde imperator haud negligens res Bulgaricas, Asanem ad Nogam eundem mittit cum

www.libtool.com.cn

αὐτὸς πρὸς Νογᾶν τὸν Ἀσὰν πέμπει συνάμα καὶ δώροις πλείστοις, D
ἀξιῶν μὴ παριδεῖν τὸν ἐκ γένους Βουλγάρων ἄρχοντα, ἀλλὰ
προσεπιμύνειν ἀδελφῷ ὄντι καὶ τῶν καθ' αὐτὸν δικαίων χρῄ-
ζοντι. ὁ μέντοι γε Νογᾶς δέχεται μὲν καὶ Λαχανᾶν ἐλθόντα
πρότερον, δέχεται δὲ καὶ Ἀσὰν εἰμενῶς. πλὴν δῶρα μὲν δέκτο
καὶ ἀμφοτέρων, πόνον δ' ἀμέγαρτον ὄφελλε. κατέχων γὰρ
ἐκείνους ἐπὶ πολύ, καί γε περιφέρων μεθ' ἑαυτοῦ (ἦ γὰρ πρε-
σβεία μία ἦν ἀμφοτέροις κατὰ τοῦ Τερτερῆ, εἰ καὶ καθ' ἑαυτοὺς
ἠμφισβήτουν πρὸς ἀλλήλους τῆς βασιλείας καὶ πλεῖστον ὅσον P 320
διενηνεγμένοι ἦσαν) οὐδὲν ἐκεῖνος ἐποίει, ἀλλ' ἔτριβε χρόνον,
ποτὲ μὲν τούτῳ ποτὲ δὲ θατέρῳ προσυπισχνούμενος. ἐδούλευον
δ' ἐκεῖνοι καὶ ἄκοντες ταῖς ῥοπαῖς. τέλος καθίζει συμπόσιον,
καὶ ὁ πότος ἐς πολὺ προέβαινε πίνουσιν. ὡς δὲ μέθυος ἦσαν
πλήρεις καὶ ὁ λογισμὸς ἐκείνοις παρήγετο, εὐθὺς ὁ Νογᾶς οἷον
ἐξ ὕπνου θορὼν καὶ τῶν ἀμφισβητήσεων ἐκείνων ὧς ἦν τότε B
μνησάμενος (καὶ γὰρ τὸν μὲν Ἀσὰν παρ' ἑαυτῷ εἶχε καθήμενον,
Λαχανᾶν δὲ καὶ τὸν αὐτοῦ πρωτοστράτορα Τζασίμπαξιν κατω-
τέρω, πλὴν ἐφ' ἑκάτερα) προστάσσει τοῖς αὐτοῦ ἀπεριμερίμνως

donis plurimis, maiorem in modum rogans ne auxilio destitutum sineret legitimum et iure generis hereditario nitentem Bulgarorum regem, ipsi Nogae quasi fraterna necessitudine devinctum, quod uxores Asanis et Nogae sorores essent; quare hominem tam intima sibi affinitate iunctum ope ipsius egentem iuvare ne gravaretur in recuperando iniuste ablato principatu. Nogas iam antea venientem Lachanam humaniter exceperat; Asanem quoque posterius appulsum benigne admisit. caeterum ille accepit quidem utriusque munera, aerumna vero aeque ambos immensa cumulavit, detinens simul utrumque perdiu et secum quocumque circumducens, unus utriusque legationis scopus erat impetrare auxilia contra Terterem communem hostem amborum, a se invicem non levius quam ab ipso Tertere dissidentium. cum ergo illi pro se quisque assidue contendentes iuris ad regnum Bulgaricum sui firmamenta proferrent disceptantes et quasi sub iudice causam perorantes propriam, ille sic audiebat ut sententiam expediret nunquam, infinita eos mora suspenderet, utrique se tamen per vices venditans, et modo huic modo alteri promittens, miseris quantumlibet invitis adulantibus, eoque magis se obnoxios praebentibus ad nutus eius omnes, quo ille alterna ostentatione favoris aut taedii sperandi timendique miscebat causas artificioso intextu. et communium votorum accendebat cupidis pretium. hunc tandem exitum res habuit post suspensionem diuturnam. sedebat ad mensam aliquando cum hospite utroque Nogas. celebratur hilaritate magna convivium. pocula eousque frequentantur ut ebrii iam cuncti vix mente constarent. tunc subito quasi e somno expergiscens Nogas, et ancipites illas frustrationes, quibus se usum hactenus meminerat, decidere aliquando volens in favorem Asanis forte tunc sibi ad latus assidentis (inferius autem, sed invicem adversi hinc Lachanas, inde protostrator huius Tzasimpaxis consederant) imperat

www.libtool.com.cn

οὕτως, ὥσπερ μηδὲν πράττειν μέλλων, κατασχεῖν τὸν Λαχανᾶν ὡς εἶχεν ἐκεῖνος καθήμενος. καὶ τὸν μὲν εἰπεῖν "οὗτος ἐχθρός ἐστι τοῦ πατρός μου βασιλέως, καὶ ζῆν ὅλως οὐκ ἄξιος ἀλλὰ
C τέμνεσθαι," ἐκείνους δ' ἐξαπιναίως κατασχόντας τὰς χεῖρας ἑκατέρωθεν μάχαιραν ἐμβαλεῖν τῷ φάρυγγι καὶ φονεύειν ἐκεῖσε πεσόντα. εἶτ' αὖθις καὶ τὸν Τζασιμπαξιν θεασάμενον προστάξαι μὲν κατ' ἐκείνου τὰ χείριστα, καὶ δὴ κἀκεῖνον εὐθὺς κτεῖναι τὸν ὑπηρέτην, ἐμβαλόντα τῷ αὐχένι κοπίδα. τότε καὶ ὁ Ἀσὰν βλέπων πρὸς τὴν θέαν ὅλως ἀποπέπηκτο, καὶ περὶ ἑαυτῷ φόβον
D εἶχε τὸν μέγιστον, κἂν τὰ ὅμοια κἀκεῖνος τότε πεπόνθει, εἰ μή γε ἡ Εὐφροσύνη περιποιησαμένη ἀπέπεμπε μετ' ὀλίγον. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον.

E 20. Ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ πάλιν τὰ κατὰ τὴν ἀνατολὴν νοσοῦντα μαθών, ἐξ ὅτου περ ὁ δεσπότης Ἰωάννης ἐξ ἀνθρώπων γεγονὼς ἐκεχειρίαν παρεῖχεν ἐς τοσοῦτον Πέρσαις ὥστε καὶ ἰσχύειν Ῥωμαίοις ἐπιτίθεσθαι καὶ κακοῦν (τὰ γὰρ κατὰ Μαίανδρον καὶ Καρίαν καὶ Ἀντιόχειαν ἤδη καὶ τετελευτήκει, τὰ δὲ τούτων καὶ
P 321 ἔτι ἐνδοτέρω δεινῶς ἐξησθένει καὶ τοῦ ἰατρεύσοντος ἔχρῃζον, καὶ ἡλίσκοντο μὲν τὰ κατὰ Κάϋστρον καὶ Πριήνην, ἡλίσκοντο δ' ἤδη καὶ τὰ κατὰ Μίλητον, καὶ Μαγεδὼν καὶ τὰ πρόσχωρα κατὰ πολλὴν τοῦ κωλύσοντος ἐρημίαν ἐξηφανίζοντο), δεῖν ἔγνω τὸν υἱὸν αὐτοῦ καὶ βασιλέα Ἀνδρόνικον συνάμα καὶ ταῖς κατ' ἀνατολὴν

suis tranquille ac quasi nihil acturus, corripiant secure recumbentem, ut erat, Lachanam; idque dum illi agunt, dicit "hic hostis est imperatoris patris mei, et plane indignus qui vivere sinatur;" quae illi audientes correptis infelicis utrinque manibus cultrum in iugulum demittant, et mox ibidem cadentem enecant. iteratur mox ferum imperium in Tzasimpaxim ex adverso spectantem, qui impacta in eius cervicem manu satellitis securi trucidatur. tragico spectaculo perculsus Asan sibi vehementissime timuit, non sine causa: nam paria et ipse passus esset, ni tunc Euphrosynes interventu ac studio servatus, paulo post incolumis dimissus esset. atque haec quidem se in hunc modum habuere.

20. At imperator, comperto laborare res Orientales, ex quo sublato ex humanis Ioanne despota fiduciam tantam Persae sumpserant, ut non modo non dubitarent ultro Romanos invadere, sed passim fines eorum incursando vastarent. regiones circa Maeandrum et Cariam et Antiochiam iam plane perierant: sed et his adhuc interiora graviter debilitata iacebant, medici sospitatoris ope vehementer egentia. diripiebantur vicina Caystro et Prienae loca, ferebantur etiam et agebantur quotidianis incursantium praedis Milesius ager et Magedon, quaeque his affinia, in summa destitutione praesidii omnis iniuriis hostium exposita. cum haec, inquam, Augustus reputaret, faciendum sibi statuit ut filium suum et in imperio collegam Andronicum eo mitteret cum copiis quantas per Orien-

www.libtool.com.cn

δυνάμεσι πέμπειν. καὶ δὴ παραγεγονὼς ἅμα δεσποίνῃ τάχει καθίστα, ἔχων ἀμφ' αὐτὸν σὺν πολλοῖς ἄλλοις μεγιστᾶσι τόν τε μέγαν δομέστικον Μιχαὴλ τὸν Ταρχανειώτην, ὃν δὴ καὶ Παλαιολόγον ἔγραφον μητρωνυμικῶς καὶ ἐς πρωτοβεστιαρίου ἀνῆγον B τιμὴν ἐσύστερον, καὶ τὸν παρακοιμώμενον τῆς μεγάλης σφενδόνης Νοστόγγον, καὶ σὺν αὐτοῖς ὅτι πλείστους τὰ τῶν δουλειῶν διευθύνοντας. ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀνδρόνικος τὸ παρὰ Μαίανδρον διερχόμενος εἶδε καὶ πόλιν μεγίστην τὰς Τράλλεις, καὶ δὴ ἑάλω τε ταῖς τοῦ τόπου χάρισι, καί οἱ λογισμὸς ἐπῆλθε ἀνεγείρειν πε- C σοῦσαν καὶ τοὺς ἐξῳκηκότας ἐκεῖθεν σὺν ἄλλοις πλείστοις οἰκίζειν, καὶ καταστάσῃ παρέχειν τὸ ἐξ αὐτοῦ ὄνομα, ὡς μὴ Τράλλεις ἐντεῦθεν ἀλλ' Ἀνδρονικόπολιν εἴτ' οὖν Παλαιολογόπολιν ὀνομάζεσθαι. σπουδὴν γοῦν τὴν μεγίστην περὶ ἐκείνην εἰσῆγε, καὶ τὸν μέγαν δομέστικον ἐπιστήσας ἀνοικοδομεῖν ἐκέλευε τὴν τα- χίστην. ὡς γοῦν ἔργου ἥπτοντο καὶ προύκοπτον ἀνοικοδομοῦντες, τὴν εἰς τὸ πονεῖν προθυμίαν καὶ μᾶλλον ἐπηύξει χρησμὸς εὑρεθεὶς ἐκεῖσε ἐγγεγραμμένος μαρμάρῳ ὡς δῆθεν ἀναστήσοντός D τινος ταύτην πεσοῦσαν καὶ πρὸς τὸ κρεῖττον ἢ πρότερον ἐπανάξοντος. ὃς δὴ καὶ παρεμφερὴς ἐῴκει πρός τε τὰ πραττόμενα καὶ

9. τοῦ decrat.

tales provincias erant. is igitur eo cum Augusta profectus lapsas ibi res constituit, habens circa se cum multis aliis procerum magnum domesticum Michaëlem Tarchaniotam, quem in Palaeologam transcriptum gentem a matre denominabant et in protovestiarii dignitatem postea evexerunt. aderat praeterea custos magni sigilli Nostongus, et cum ipsis quamplurimi aulae ministeriis fungentes. porro imperator Andronicus regiones ad Maeandrum lustrans vidit civitatem olim maximam, tunc eversam Tralles, et loci opportunitate grataque amoenitate captus cogitationem suscepit eius restaurandae frequentandaeque reducendis postliminio qui reperiri uspiam possent dudum exterminatis huius civibus, et aliis undecunque ad iustum urbis magnae complendum numerum addendis. decrevit autem sic restitutae civitati nomen a se novum indere, ut non Tralles deinceps sed Andronicopolis aut Palaeologopolis vocaretur. studio igitur quam maximo in id incubuit, praeposito isti operi magno domestico, qui impigre fabricam adorsus moliri tecta ac mures coepit. commodum autem, mole iam aedificii crescente, alacritatem perducendi ad colophonem coepti miram iniecit forte inventum inter rudera oraculum, insculptum marmori, literis quibus significabatur extiturum quemdam qui urbem eam prostratam iterum attolleret et in meliorem quam prius fortunae ac felicitatis statum excitaret. iis autem signis adumbrabatur iste novus instaurator Trallium eversarum, quae commode in Andronicum cadere viderentur, ut non putaretur dubium quin haec ipsa quae tunc gerebantur verus eventus istius essent vaticinii, adeoque qui aderat princeps, ille plane ipse foret cuius

www.libtool.com.cn

τὸν ἀναστήσοντα κατὰ πάντα, ὥστ' αὐτὸν λογίζεσθαι βασιλέα καθ' ὃν εὖ πράξειν ἐχρησμολογεῖτο τὴν πόλιν. καὶ διὰ ταῦτα πολὺς ἦν Ἀνδρόνικος βασιλεὺς ἐπισπεύδων τὴν τῆς πόλεως ἐξανάστασιν· εἱμαρμένους καὶ γὰρ χρόνους ἐδίδου τῷ ἀναστήσοντι
E ὁ χρησμός. καὶ ἀνοικοδόμουν μηδὲν μέλλοντες. χλεύη δ' ἄρ' ἦσαν καὶ ὄνειρος τὰ γραφόμενα· εἵμαρτο γὰρ κἀντεῦθεν καὶ μυριοστύας ὅλας ὀλέσθαι τῶν ἐκεῖ κατοικησόντων, ὡς ὁ λόγος ἤδη δηλώσει. ὡς γὰρ ἀνίσταντο μὲν τὰ τείχη καὶ πόλις τῶν μεγίστων τὸ ἐρείπιον ἦν παρὰ γαληνὰ ῥέοντα Μαίανδρον, ἔδει δὲ καὶ τοὺς κατοικήσοντας πανταχόθεν συλλέγεσθαι, ὡς ἂν μὴ μόνον τείχεσιν ἀλλὰ καὶ ἀνδράσιν ἐν περιφανέσι τῶν πόλεων ἀριθμῶτο, ὡς ὑπὲρ τριάκοντα μὲν καὶ ἓξ χιλιάδας τὸν τῶν ἐποίκων ἀριθμεῖσθαι λαόν, μεγάλα δ' ἐλπίζειν σφᾶς σχήσειν τῷ οἰκισμῷ.
P 322 ἠγνόουν δὲ ἄρα μὴ ἔχοντες τὸ ἀναγκαιότατον. οὔτε γὰρ ὑδάτων εἶχον ὑποδοχάς, ὡς κατὰ καιρὸν ὑδρευσόμενοι καταφερομένων ὄμβρων, εἴτε καὶ τοῦ ποταμοῦ ἀνιμωμένου· τό τε κατορύξαντας εὑρεῖν ὕδωρ ὑπόγαιον τῶν ἀδυνάτων ἐφαίνετο. αἴτιον

11. ἐν] ἐν ταῖς? 16. ἀνιμωμένους P.

melioribus auspiciis reponendam in florentiorem quam unquam antea fortunam propheticae istae literae spondebant. hinc scilicet animatus Andronicus multus erat in opere urgendo, illectus maxime spe longissimi vitae ac regni spatii, quod Trallium instauratori post eas restitutas divinitus ibi promitti videbatur. summa ergo festinatione accuratum opus est, et tantae urbis aedificatio brevi perfecta. at ludibrium et somnium ea fuit inscriptio: id enim vere demum in fatis erat, prout eventa demonstrarunt, multa mortalium millia, qui recens isthic domicilia fixissent, male peritura, prout contigisse mox docebimus. ut enim erecta per circuitum moenia fuerunt, e parietinis rediviva urbs extitit maxima, ripae insistens praeterfluentis placide Maeandri. eam porro ne structaris conspicua solis in claritatem novo conditori destinatam non efflueresceret, frequentari nimirum oportuit convocatis magno numero colonis. summo id studio curatum, eo successu ut brevi recens inductorum illuc civium sex et triginta millibus capitum multitudo censeretur. hi omnes optimis alacres spebus, quippe auspiciis faustissima spondentibus, novae habitationis encaenia celebrabant, ignari se re maxime necessaria carere. non enim cisternas paraverant, aut manu effossa circumque structo et solide inducto tectorio munita conceptacula aquarum vel excipiendarum e coelo, cum plueret, vel e fluvio comportandarum in usus domesticos et temperum annonam dubiorum. huius rei praevertendae causa erat, si advertissent, necessaria, natura soli illius venarum expers subtus manentis aquae, ita ut puteus Trallibus viva scaturigine perennis ex iis esset rebus quae sperari non possent, quasque qui conaretur operam perderet. causa, opinor, est paulo profundius subsidentis soli ariditas exsucca, nec par soliditas liquori continendo prae solubilitate cinereae simili, cum tamen superficiem versus ad aliquam altitudinem exudet passim humus madore lutoso. id oritur ex prope stagnantis humore fluminis, quem vis

δ' οἶμαι τὸ μὴ στεγανὸν τοῦ πεδίου διὰ τὴν γειτονοῦσαν ἰκμάδα
τοῦ ποταμοῦ, ἣν οἵαν τε μὴ οὖσαν ἐμμένειν ὁ προσβάλλων ἥλιος
θερμὸς ὢν ἀνιμᾶσθαι πεφύκοι πρὸς τὸ ἐπιπολάζον ἀνασυρομένην
τῆς γῆς, καὶ τὸ ξηρὰν ἤδη καθάπαξ γίνεσθαι τῷ συχνῶς ἀνιμᾶ- C
σθαι τῷ ἡλίῳ τὴν ἰκμάδα διὰ τὸ τῆς ὑγρότητος ἔκλυτον τῆς συ-
χνῆς ἐκ τοῦ ποταμοῦ καὶ αὖθις εἰς τὰ κενὰ προσρύσεως μὴ ἐώ-
σης, τὸ δ' εἰς βάθος προσβαίνειν τὰς λιβάδας, ὡς καὶ εἰς διώ-
ρυχας εὐτεπεῖς εἶναι καὶ ἀνοίξεις φρεάτων, τοῦ ἐπιπολαίου τῆς
γῆς κωλύοντος, οἶμαι, ἅμα δεχομένου τὴν ἐπεισρέουσαν νοτίδα
καὶ ἅμ' ἐξεμοῦντος. πέφυκε γὰρ καὶ ὕδωρ καὶ πνεῦμα τῇ ἀρχῇ D
συγκινεῖσθαι τὸ πᾶν ἐφεξῆς, ὡς ὅπῃ ποτὲ ῥυῇ τι τούτων λαβὸν
ἀρχήν, ἐκεῖσε καὶ τὸ λοιπὸν ἐξ ἀνάγκης συνεχῶς φέρεσθαι.
παρ' ἣν αἰτίαν καὶ τῷ συνεχῶς μὲν τὸ ὂν ἀπογίγνεσθαι συνεχῶς
δὲ καὶ τὸ μὴ ὂν προσγίνεσθαι, τῆς ἰκμάδος μὴ ἐπιλειπούσης,
τοὺς μὲν καρποὺς τρέφεσθαι ξυμβαίνοι ἐς ὅτι μάλιστα, ὑφίστα-
σθαι δ' ὕδωρ εἰς βάθος μὴ πεφυκέναι. τοῦτο τὰ πλεῖστα τοὺς
κατοικήσαντας ἔσφηλε. τέως γὰρ τοῦ ποταμοῦ πίνοντες καὶ τὸ

6. καινὰ P. 8. εὐπρεπεῖς P.

solis ibi potentior sustinet ingi attractu, nec sublabi sinit, extenuans in vapores terrae superne rarae meabilem levitatem imbuentes indeque sursum exhalantes, sic in his absumpta humiditate tota suffusi laticis, ut ne stilla quidem reconditiores influat telluris intime squallentis sinus, natura siquidem haec quaedam et conditio communis aquae et aurae est, ut in principia refundantur sua, eodemque resolvantur desinentes unde nascentes prodiere, decursu nativis usque effluxibus consentaneo, nec exorbitante fere a limite quem originis impetus signavit. nec aliunde repetendam causam duxerim celebratae felicitatis soli Trallensis in gignendis maturandisque omne genus fructibus. praesto nimirum est abundans iis alendis uber quoddam soli contigui stirpibus, superficiario exudantis succo, nec quidquam derivantis suae copiae in demissiores partes ariditate maceratas intima, sed vitalem illum totum effundentis humorem in pinguedinem pomorum et baccarum mitissima saliva celebrium. inde (ut ad rem me referam) intelliges excavaturis isthic puteos duo invicem contraria obstitisse. prius erat paludosa mollities vicinae superficiei terrae, in grave fodientium impedimentum redundans; quam si quis difficultatem patienter egerendo vinceret luto, occurrebat alterum impedimentum, soli depressioris strigosa siccitas, praeter sitim arentis glebae etiam ob friabilitatem fluxi pulveris fundum negans capacem latici tenendo, nisi et pavimentum substerneres et latera circumaedificares opere solido perduceresque ad summum, unde manu repositam vel coelo illapsam deinde aquam ad usum promeres. id tum facere novi Trallenses neglexerunt, gravi et graviter ipsis luendo postmodum errore. in praesens videlicet abunde ipsis ad potum suppetebat latex limpidus ex amne profluente, quo se interclusum iri vi hostili haud tum sane providebant, infelices qui nescirent, quanto Prometheus praestantior sit Epimetheo, quanto, inquam,

www.libtool.com.cn

μέλλον μὴ προορώμενοι ἀφροντίστως εἶχον. ἠγνόουν δὲ ἄρα ὅτι Προμηθεὺς πολλῷ κρεῖττον Ἐπιμηθέως, καὶ τὸ κατ' ἀνάγκην ξυμβαῖνον διωρίαν οὐκ ἔχει βουλῆς.

P 323 21. Οὕτω τοίνυν ἔχουσι, καὶ οὕτω χρησταῖς ἀπηωρημένοις ταῖς ἐλπίσιν ὡς πολίταις διαφερόντως τοῦ βασιλέως διάξουσιν, ἐφίστανται σφίσι πλῆθος Περσῶν· πρὸς γὰρ τὸ ἐλπιζόμενον ἀντιπράττειν καὶ ὑπὲρ τῶν λοιπῶν ἵστασθαι ἡ σπουδὴ τῶν ἀνθισταμένων ἕρπει. καὶ Σάλπακις μέν, ὃν ἂν ἡ ἐκείνων γλῶσσα ἀνδρεῖον εἴποι, Μανταχίας τοὔνομα, πολλῷ τινὶ γαυριῶν τῷ
B πλήθει τῇ πόλει προσβάλλει καὶ περικάθηται, ὁ δὲ στρατηγὸς ὁ μέγας χαρτουλάριος Λιβαδάριος ἐν ἀμηχανίαις παντοίαις ἦν, οἱ δ' ἐντὸς ἐλίμωττον καὶ πλέον προσεταλαιπώρουν τῇ λειψυδρίᾳ, ὡς ἐκεῖθεν μὲν καὶ τῶν ἀπηγορευμένων ἅπτεσθαι, ἐντεῦθεν δὲ ὕδατι πονοῦντας ὑγροῦ τινὸς μηχανὴν ἐκζητεῖν, καὶ συνεχῶς φλέβας τῶν ἵππων τέμνοντας τοῦ αἵματος ἐκροφᾶν. ἀλλ' οὐκ
C ἦν ἐντεῦθεν τὸ πᾶν τῆς δίψης ἰᾶσθαι, καὶ ἔθνησκον ἐπασσύτεροι. πρὸς γὰρ τὸν λιμὸν καὶ μᾶλλον ἀντεῖχον· ἐπήρκουν γὰρ σφίσι καὶ τὰ τῶν θνησκόντων ἀλόγων σώματα, καί γε αὐτῶν θνησκόντων πολλάκις, οὕτως ἐνδεῶς εἶχον τῶν ἀναγκαίων ὡς

salubrius praevertantur impendentia mala sagacis praecautione providentiae, quam nil profuturis ad extremum lamentis serae poenitentiae deplorentur: verum quod fatali necessitate ingruit, nec averti nec differri consilio potest.

21. Novis enim Trallensibus in illa felicium auspiciorum gratulatione saecula sibi aurea spondentibus (nam quid non spe praesumeret iunioris Augusti, longum, ut erat verisimile, ac florens imperium inchoantis, peculiares clientes ac cives, inde praecipuo semper apud eum in loco gratiae futuri?) supervenit ecce inopinatissimus exercitus Persarum, quos eaedem videlicet ad obstandum initiis huius coloniae impellebant causae, quae Andronicum ad condendam eam moverant: ut enim hic fraenum licentiae praedandi ac receptaculum copiarum in clades Persidis imminentium constitutum in ista vicinia voluerat, ita illi ea ipsa metuentes omni mature incumbendum conatu censebant ad excutiendum hoc iugum velut impositum cervicibus, et certam perniciem a suo limite removendam. ergo Mantachias quidam cognomento Salpacis, quae vox linguae Persica fortem sonat, innumeris quas ductabat succinctus copiis urbi Trallium se admovet, eamque undique obsidione amplectitur. statim, ut in improvisa re, magnis conflictatus angustiis est summus novae civitatis magistratus, magnus chartularius Libadarius. nam cives famis subito ac sitis incommoda tam gravia senserunt, ut et cibis immundis infandisque ora polluere, et cum arentes fauces humor omnis deficeret, sectis equorum venis eductum sanguinem avide haurire cogerentur. ac cibi quidem desiderium tolerabilius initio fallebant substitutis in locum meliorum carnibus morientium sponte iumentorum et omnis generis animantium brutarum; quarum non sufficientem copiam multi non raro supplebant vorandis

www.libtool.com.cn

καὶ αὐτῶν ἅπτεσθαι. τῇ δέ γε δίψῃ καὶ μᾶλλον οὔσῃ βιαιοτέρᾳ οὐκ ἦν ἐπινοῆσαι θεραπείαν, καὶ ταῦτα τὸ μεσημβρινὸν τοῦ ἡλίου φλέγοντος. ὅθεν καὶ προσεχώρουν ἑκόντες τοῖς πολεμίοις, ἀνεκτότερον ἡγούμενοι θανάτου τρόπον ἅπαντα τοῦ διὰ λιμοῦ τε D καὶ δίψης, καὶ καγκάνοις προσλιπαροῦντες τοῖς χείλεσιν, ὡς ἐντεῦθεν ἐλέους τύχοιεν, ἐκεντοῦντο καὶ ἔπιπτον ἀκηδεῖς, μηδὲ ταφῆς ἀξιούμενοι. Πέρσαι δὲ καὶ ἔτι τοῖς ἐντὸς ἀντίσχουσιν (ἤλπιζον γὰρ ἀφίξεσθαί ποθεν συμμαχίαν ἢ μὴν ἐπικουρίαν τῆς συμφορᾶς) ἐπενόουν τὰ χαλεπώτατα, καὶ πελταῖς συχνοὶ τῶν θυρεαφόρων ἐφιζάνοντες ἐκολλῶντο τοῖς τείχεσιν. οἳ δὴ καὶ E ὑψόθεν πέτραις βαλλόμενοι τῶν βολῶν ἠλόγουν· κατάγῳ γὰρ καὶ μόνῳ περιῆν ἐκείνοις τὸ φοβερόν, κάτωθεν ὑπορύσσουσι μοχλοῖς τε καὶ κατασείσταις. τοῦτο πολλαχοῦ γεγονὸς τοῦ τείχους ὑπεσπῶντο μὲν θεμέλια, τὸ δέ γ' ἐπικείμενον τῶν κτισμάτων ξύλοις ἑτοίμοις εἰς ἄναψιν ὑπηρείδετο, καὶ μόνον ἦν πῦρ ἐμβαλεῖν ὡς μηδὲ πρὸς ὀλίγον ἀνθέξουσι. καὶ δὴ πολλάκις ὁμολογίαις τὴν πόλιν παραστήσασθαι βουληθέντες, ὡς καὶ πέμποντες P 324 ἠξίουν, καὶ σώζειν τοὺς περιόντας, οἱ δ' ἀποκρουσθέντες τῶν σφίσι βεβουλευμένων μάχαις αἱροῦσι καὶ κατασκάπτουσι, καὶ τὴν πρὶν ἐν χρησμοῖς κειμένην περιφανέσι καὶ γ' ἐλπίσιν ἀπηω-

hominum quoque fato absumptorum cadaveribus. sitis levandae difficilior erat ratio, quod illa quam dixi, cruoris equini potio nec satis ardorem restingueret, et tabem ingenerans mortes frequentaret. itaque destituti liquore omni, meridie praesertim sole flagrante, ultro ad hostes accedebant, quamvis diram necem minus horribilem rati lento sitis ac famis viscera depascentium vivicomburio. at miseri siccis labris aquam supplici-ter petentes adeo non flectebant ad misericordiam barbaros, ut hastilium mucronibus confossi repellerentur; et qui plerique istis vulneribus occumbebant, foede inhumati iacerent, nec pulveris iniectione dignati; in his tamen spe auxilii a Caesare venturi constantiam circumsessi obstinabant, qua Persae indignati oppugnare hactenus tantum obsessos omni ope decreverunt. moenibus igitur se densi admovent, illicque perstant scutis capita protecti, et sub tuta testudine casus omnes devolutarum ex alto molium excipientes innoxie. tum securi experta soliditate tegminis, omne aliud praeterquam strepitus et inanis soni deiectorum superne ac citra damnum resilientium telorum incommodum arcentis, suffossioni muri per otium vacabant, terebris ferramentisque id genus emolientes locis subinde variis, et egerentes saxa, quoad fundamenta ipsa subvellerent molemque superiorem tibicinibus e ligno subditis suspenderent, certa mox secutura murorum strage, ubi subliciendus in tempore ignis tigna consumpserit. inter haec crebris lacessebant invitationibus obsessos ad salutem deditione paciscendam; quas cum illi repellerent, subruti undique muri ruinam fecerunt, aditus aperientes vastos irruentibus Persis. sic destructa mox ab ortu suo est infelix civitas, mendacibus ominibus vati-

www.libtool.com.cn

ρημένην χρησταῖς εἰς χοῦν καταβάλλουσι, καὶ πλῆθος ἐκεῖνο πᾶν οὐ ῥᾳδίως ἀριθμητὸν ἔργον μαχαίρας ποιοῦνται. τοῦτο ξυμβὰν
B κατόρθωμα δεύτερον Πέρσαις μετὰ τὸ πρῶτον τὸ κατὰ Νύσσαν, ᾧ δὴ ὁ παρακοιμώμενος Νοστόγγος ἐλλελειμμένος μεγίστοις ἀναροῖς τοὺς ἀμφ' αὐτὸν περιέβαλεν, ὥστε μετὰ τὴν σφῶν ὧν μὲν σφαγὴν ὧν δ' ἅλωσιν καὶ αὐτὸν ἁλῶναι, μεγάλως πρὸς θάρρος ἐπῆρε, καὶ τὰ τῆς ἀνατολῆς κατέθεον κραταιότερον. βασιλεὺς δὲ ὁ νέος ηὐλίζετο τέως κατὰ τὸ Νύμφαιον, ἐμπρόθεσμος ὢν
C ἁπάντων πρὸς τὸν πατέρα κατὰ μικρόν.

D 22. Βασιλεὺς δὲ καὶ τὸν μετὰ τὸν βασιλέα πορφυρογέν-
νητον Κωνσταντῖνον γυμνάζειν οἷον θέλων πρὸς μάχας ἀρεϊκάς, ἄλλως τε δὲ καὶ τῶν Τριβαλλῶν κεκινημένων, ὡς καί τινι Κοτανίτζῃ ἀποστατήσαντι βασιλέως τὰ ἐκείνων στρατεύματα ἐγχειρίζεσθαι καὶ μέχρι Σερρῶν δι' αὐτῶν κακοῦσθαι τὴν χώραν, πολλοὺς καὶ μεγάλους ἄρχοντας παραδοὺς πρὸς δύσιν ἐκπέμπει· αὐ-
E τὸς δὲ τῶν καθ' ἕω κακῶς ἔχειν ἀγγελλομένων, ὅσον περὶ Σάγγαριν ἦν ἔκ γε στομίου καὶ μέχρι Προύσης, ἐξ αὐτῆς ὡς εἶχεν ἐνσκευασθεὶς διαπερᾷ τὸν Βόσπορον, καὶ πρὸς τοῖς πρόποσι τοῦ ἁγίου Αὐξεντίου βουνοῦ ἐκεῖσέ που κατασκηνοῖ, ἀναμένων στράτευμα δυσικὸν ἐπὶ ῥητοῖς συλλεγόμενον ὥστε παρ' ἐκεῖνον ἰέναι

ciniorum illustrium in spes vanissimas inflata; et ille non facile numerabilis populus gladii barbarici miserabilis victima concidit. alter hic successus fuit armorum Persicorum a priori ad Nyssam relata victoria, qua praefectus sigilli Nostongus cum suis circumventus et in maximis sine auxilio derelictus angustiis, cunctis quos habebat secum aut morte affectis aut servituti addictis, ipse quoque captus multum et fiduciae et facultatis victoribus addidit universum deinceps Orientalem limitem impune incursionibus vastandi. dum haec agebantur, iunior Augustus ad Nymphaeum diversabatur, constitutam propinquo ad patrem occursui diem opperiens.

22. Imperator autem iunioris Augusti fratrem natu minorem Porphyrogenitum Constantinum imbuere rudimentis militaris artis et experientia iam tum formare ad fortitudinem bellicam cupiens, eius in expeditionem mittendi occasionem sumpsit ex quodam motu Triballorum, eo usque progresso ut ii adscito in ducem exercituum suorum quodam Cotnitza, qui ab imperatore defecerat, regiones imperio subiectas incursare usque ad Serras vexando vastandoque nuntiarentur. movit ergo Constantinus in Occidentem iussu patris, qui viros ei primariae dignitatis multos et magnos militiae comites istius et ministros potestatis assignavit. ipse autem Augustus denuo comperto certis nuntiis periclitari vexarique Orientalem quam late patet circa Sangarim tractum, ab huius ostio retro usque ad Prusam, confestim instructus quam optime licuit ex copia praesenti, transfretat Bosporum, et ad radices collis Sancti Auxentii fixis tabernaculis moratur expectans Occidui limitis exercitum, qui locis interim condictis congregabatur, quo deinde simul iunctus imperatori se

www.libtool.com.cn

συνεκστρατεύσοντα. καὶ δὴ ἐπεὶ καὶ παρὰ τοῦ Ἰωσήφ, ὃς δὴ εἰς Χηλὴν ἐξώριστο, ἠξιοῦτο ἐφ' ᾧ μετοικίζεσθαι (εἶναι γὰρ τὸν τόπον δυσχερῆ χειμεριοῦσιν, ὡς καὶ πείρᾳ γνοὺς ἐμάνθανεν P 325 ἐκεῖσε τὸν χειμῶνα διενεγκών, κἂν εἰ τὸν ἐπιόντα διαγαγεῖν ἀναγκάζοιτο, μὴ ἂν ἀντισχόντα περιεῖναι), πέμψας μετακαλεῖται, καί γε παρ' ἑαυτῷ κατεῖχεν ἐν ταῖς σκηναῖς. καὶ ταῦτα μὲν ἐπράττετο μηνὸς Μαιμακτηριῶνος, κἀκεῖνον ἔχων παρ' ἑαυτῷ καὶ πολλάκις τῆς ἡμέρας βλέπων ὑποποιούμενος περιέθαλπεν, ἡδέως ἀκούων καὶ πολλοῖς ἀνύων δι' ἐκείνου μεσιτεύοντος τὰ αἰτήματα. ἀπένεμε δέ οἱ καὶ πρὸς τὴν ἐσαῦθις κατοικίαν τὴν τοῦ B Κοσμιδίου μονήν. καὶ διὰ ταῦτα καὶ ὁ γέρων ἡπίως καὶ προσηνῶς προσεφέρετό οἱ, ὥστε καὶ τὸν μὲν βασιλέα χαριεντιζόμενον ἐκεῖνον εἰς τὸ πατριαρχεῖον καλεῖν, κἀκεῖνον λέγειν ἕτοιμον εἶναι, εἰ μόνον ἀναλυθείη τὰ γεγονότα. οὐκ ἦν δὲ ἄρα τότε λύεσθαι ταῦτα, ἀλλὰ καὶ αὖθις νέου γεγονότος πάπα τοῦ Νικολάου ὁ μὲν κρατῶν καὶ πάλιν τοὺς παρ' ἐκεῖνον ἑλκυσομένους ἔπεμπεν. ἀπέ- C στελλε δὲ μετὰ ταῦτα καὶ τὸν τῆς ἐκκλησίας δομέστικον Μανδᾶν ἢ καὶ Μερκούριον εἰς τὰ περὶ Ἀπουλίαν, ἔννοιαν δώσων ἐκείνοις τὸν πάπαν, εἰ μὴ ποιοῖεν τὰ ἐπεσταλμένα· εἰς τοῦτο καὶ γὰρ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς χρῆσθαι πρέσβεσιν. ὃς καὶ περιπεσὼν τοῖς

adiungeret eumque in expeditione sequeretur. illic diversanti perlatae preces a Iosepho sunt, exulante, ut dictum est, apud insulam Chelen; unde transferri petebat, causatus inclementiam illius coeli per hiemem, cuius rigorem hibernis iam unis expertus affirmabat constare sibi certo haud se posse aliam illic hiemem vita salva traducere; quare cogi manere illic nihil mitius esse quam occidi. his annuens Augustus statim accersitum senem apud se in tabernaculis habuit, Iunio qui tunc currebat mense, gratumque hospitem rursus veteri benevolentia dignatus humanissime fovebat, saepius in die visens, libenterque quae rogabat audiens; unde multis tunc contigit eius interventu impetrare ab imperatore quod optabant. assignavit autem ei in habitationem commodiorem, qua deinceps uteretur, monasterium Cosmidii. his delinitus senior placide amiceque, obliteratis offensionibus, cum Augusto agebat pari familiaritate respondente, adeo ut quodam inter eos eius generis colloquio quasi iocans imperator seni diceret velle se illum patriarchali sedi restituere; cui pariter renidens reposuit Iosephus paratum ad id se esse, modo iam acta revocarentur. at illa in eam iam firmitatem coaluerant, ut rescindi tunc quidem nequirent. quin potius nova tunc nuntiata creatione papae Nicolai, adstringendis fortius pactis imperator intentus legatos ad eum alios destinavit. misit et deinde domesticum ecclesiae Mandam sive Mercurium in partes Apuliae, confisus inviolatum fore ob perspectam imperatoris apud pontificem gratiam. et quia intelligebat pontificio favore protegendum efficacius ecclesiasticum, tali potius ad res etiam reipublicae tractandas quam saeculari utebatur. nec spes in hoc eum plane sua fefellit: nam cum Mandam rex

www.libtool.com.cn

τοῦ ῥηγὸς Καρούλου ἁλίσκεται· καὶ αὖθις ἀγγελθὲν ὡς πρωτοκῆρυξ τῆς ἐκκλησίας ὁ συσχεθείς, καὶ προσταχθὲν αὐτίκα παρὰ
D τοῦ πάπα, φυλακῆς ἀπολύεται. καὶ ταῦτα μὲν ὁ κρατῶν ἐποίει, πολὺς ὢν τῆς φαινομένης ἐκείνης εἰρήνης διανιστᾶν. ὅθεν καὶ χώραν οὐκ εἶχον οἱ τοῦ Ἰωσὴφ πρὸς ἐκεῖνον λόγοι, πλὴν τοῦ φιλικῶς ἔχειν καὶ τὰ εἰς ἀνάπαυσιν ἐκείνῳ προσνέμειν.

E 23. Τῷ δὲ πατριαρχεύοντι Ἰωάννῃ οὐκ ἦν τὰς ὁμολογίας φυλάττειν, ἃς πρὸς τὸν γεραρὸν ἐκεῖνον ἄνδρα τὸν μέγαν οἰκο-
P 326 νόμον τῆς ἐκκλησίας τὸν Ξιφιλῖνον ἐποίει Θεόδωρον, ὡς οὐ γράψοι, ὡς οὐκ ἀντείποι περὶ δογμάτων κἂν ὅ τι λέγοιεν ἄλλοι· ἀλλ' ὁσημέραι δεχόμενον τὰ τῶν ἄλλων, οἳ δὴ καὶ ἐς μέγα πῦξανον τὴν παραβασίαν ἐξ ὧν ἀπὸ γραφῶν δεικνύειν ᾤοντο οἷς πρὸς τοὺς Ἰταλοὺς εἰρήνευσαν, καὶ τῷ κατὰ σφᾶς ἀσφαλεῖ τὴν τῶν ἄλλων ὀργὴν ἐξέκαιον, εἰ τοιούτοις συνισχημένοι τοῖς χαλεποῖς ἀγνοοῦσι. διὰ ταῦτα παρῆγον κἀκεῖνον γράφειν, καὶ ἀπὸ γραφῶν συνιστᾶν ὡσαύτως ὡς οὐκ ἔσφαλται σφίσιν ἐπὶ τοσοῦτον
B τὴν τῶν ἐκκλησιῶν καταπραξαμένοις εἰρήνην, ἀλλὰ καὶ χωρὶς

Carolus comprehensum custodiae dedisset, papa certior factus eum qui mancipatus carceri fuerat ecclesiae praecentorem esse, solvi eum confestim et dimitti liberum curavit. in hunc modum multus erat imperator in ista, fucata licet nec ex vero coalita, pace coagmentanda. quare locum apud eum non invenerunt illati contra eam sermones a Ioseph̃o, qui gratiam apud principem antiquam nova reconciliatione resarcitam ceteris tenuit, ut ipsi tunc restituto in familiaritatem pristinam etiam de commodiori diversorio ad votum provideretur.

23. Caeterum patriarcha Veccus tenere se non potuit intra fines pactorum quibus ultro se obstrinxerat viro illi praestanti magno oeconomo ecclesiae Theodoro Xiphilino, pollicens se non scripturum aut contradicturum circa dogmata, quidquid alii dicerent. cum enim quotidie acciperet nova adversantium scripta, quibus invidiose exaggerabant crimen admissorum in communionem Latinorum, quod nihil minus quam nefariam apostasiam esse contendebant, id demonstrare se putantes certis quae allegabant Scripturarum testimoniis, adiungebantque ipsos falsa ista et perversa securitate, qua impio facto velut recto et laudabili per errorem delusae conscientiae acquiescebant, accendere in se iras odiaque aliorum propter caecitatem animi, qua non cognitis quibus impliciti haererent malis in iis sibi placerent, — cum huius, inquam, sententiae libellos prodire spargique in vulgus plurimos cerneret, pertractus tandem ad scribendum est, contraque demonstrandum testimoniis pariter scriptorum authenticorum, nihil a se aut a suas partes sequentibus erratum in omnibus quae hactenus egissent pro pace conciliandа ecclesiarum, sed vel si nulla ratio haberetur utilitatum ingentium quae ex hac reconciliatione in rempublicam universam redundarent, ipsam per se concordiam honestissimam fuisse remotamque ab omni periculo conscientiae laudandae, quippe cuius aequitas et sanctitas auctoritatibus veterum patrum gravis-

www.libtool.com.cn

τοῦ εἰς συμφέρον προβῆναι, αὐτὴν καθ' αὑτὴν ἀσφαλῶς ἔχειν ἐκείνοις πράξασι, συγκροτουμένην καὶ ἀπὸ γραφῶν ἄλλοθεν. πίπτει γοῦν εἰς χεῖρας ἐκείνῳ τὰ τῷ σοφωτάτῳ Βλεμμίδῃ γραφέντα πρός τε τὸν βασιλέα Θεόδωρον, ἀρχὴν ἔχοντα τὸ "ὁ ζητῶν ἐν οὐ καιρῷ καὶ λαμβάνων ἐν καιρῷ," καὶ τὰ πρὸς τὸν Βουλγαρίας Ἰάκωβον, τὸ "ἔστι μοι πάθος ὅπερ ἐξαγγελῶ· πρὸς ἀκέστορα γὰρ ἱερὸν" προοίμιον φέροντα. ἐμπίπτει καὶ C βίβλος ἄλλη τοῦ Μαρωνείας Νικήτα, ἣν ἡ μὲν μεγάλη ἐκκλησία ἐν τιμίοις καὶ εἶχε χαρτοφύλακα, ὕστερον δὲ ἡ μεγαλόπολις Θεσσαλονίκη ἀρχιερέα ἐπλούτησεν, ἐν ὅλοις πέντε λόγοις τὰ τῶν θείων γραφῶν ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τῶν ἐκκλησιῶν ἀνελίττουσα. καὶ ταύταις οἱονεὶ θεμελίοις χρησάμενος συνεῖρε τὰ πλεῖστα, κατὰ σκοπὸν μὲν τῶν ἐκείνοις γεγραμμένων βάλλειν ἐθέλων, ὅμως δὲ καὶ λίχναις ταῖς γραφαῖς ὁρμῶν ἐπιμελέστερον ἀνηρεύνα, καὶ D πάντ' ἔθυνε πρὸς τὸν πρῶτον σκοπὸν ἐκεῖνον, ὡς ἐπ' ἀσφαλεῖ πεπραγμάτευται. πλὴν οὐκ ἐπ' ὀλίγοις ἴστα τοῖς ἀριδήλοις τοὺς λόγους, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῖς μὴ ἁρμόττουσι λιχνευόμενος, οἷς καὶ ἀντιλογία εὔλογος ἐφῆπτο, ταὐτόν τ' ἔπασχε τοῖς κακοσίτοις, οἳ χρησίμην τροφὴν καὶ τῷ στομάχῳ ῥᾳδίαν κατασχεῖν προσφερόμενοι, ὕστερον καὶ τοῖς μὴ χρησίμοις ἐπιχήναντες, ἐξέμεσαν

18. τ'] τι?

similsque omnis generis sacrae antiquitatis suffragiis egregie commendata probaretur. procincto autem Vecco ad hoc tractandam argumentum inciderunt forte in manus quae sapientissimus Blemmidas ad imperatorem Theodorum scripserat hoc initio "qui quaerit non in tempore et accipit in tempore," et aliud ad Iacobum Bulgariae eiusdem viri scriptum, cuius est hoc exordium "laboro morbo quem aperiam: cum sacro enim medico sermo mihi est." praeterea opus aliud Maronensis Nicetae viri venerabilis, qui ex magnae ecclesiae chartophylace magnae Thessalonicensis ecclesiae archiepiscopus fuerat, quo opere libris quinque explicabantur e divinis scripturis quae ad pacem ecclesiarum constituendam pertinerent. haec igitur Veccus accurate sibi lecta scriptionis quam meditabatur quasi fundamenta habuit; quibus aliunde colligens adstruxit plurima, pro scopo intuens illud ipsum quod istorum commentariorum auctores sibi proposuerant. contendens autem ad istum finem cupido quodam impetu scribendi, indeque perscrutatus singula diligentius, cuncta direxit ad primum illum scopum demonstrandi recte ac secure in hac concordiae tractatione acta esse omnia. verum capto semel impetu scribendi non in paucis illis constitit quae demonstrantur evidenter: at prolapsus aviditate quadam alia his attexuit non convenientia, quibusque non sine ratione contradictum est, simile quid passus iis qui crudi, et stomacho infirmo, ubi cibum utilem et facilis concoctionis perceperunt, alia super ingerunt non salubria, guhae inhiantis aviditate tracti, unde contracta nausea profuturum, si solum fuisset, alimentum, una cum noxio pariter evomunt. quid autem

www.libtool.com.cn

συνάμα ἐκείνοις καὶ τὴν συνοίσουσαν. τί τὸ ἐντεῦθεν; μάχη τις
E ἐπ' οὐ καιρίοις καὶ φιλονεικία συνίσταται. τὸ δὲ τῆς μάχης
κεφάλαιον ὅτι κινοῦνται δόγματα. μέλεοι, εἶτα ὑμῖν μὲν ἐφεῖτο
ἐς ὅτι χρήσασθε δόγμασι, καὶ εἰσιτὰ ἐς οἶκον κυρίου, ταὐτὸν
δ' εἰπεῖν καὶ δογμάτων, κἂν ὅ τι λέγοιτε· ἄλλοις δ' οὐκ ἦν με-
μνῆσθαι δογμάτων ἀπολογουμένοις περὶ δογμάτων, κἂν μεμνῶν-
ται ἀναγκαζόμενοι, ἀδικοῖεν ἄν; ἐγὼ μὲν οὐκ οἶμαι. πλὴν
μέχρι καὶ αὐτῶν βασιλικῶν ἀκοῶν τινὲς ἀνῆγον τὸ ἔγκλημα, καί
P 327 γ' εἰρηνεύειν ὑπισχνοῦντο, εἰ βασιλεὺς ῥητῶς προστάσσοι μὴ λα-
λεῖν τινὰ δόγματα, κἂν οἷα καὶ ὅπως λέγοι. ὁ μέντοι γε βασι-
λεὺς θέλων μὲν καὶ τὴν εἰρήνην ἐκείνων, δυσχεραίνων δὲ καὶ
τὴν αἴτησιν, ἐκτίθεται δόγματα γράμμασι, δοκοῦν μὲν ἀσφα-
λὲς σφίσιν ἐφ' ᾧπερ ζητοῖεν, ἄλλως δ' ἔλεγχον προϊσχόμενον.
θεοῦ γάρ, ἔλεγε, μνημονευτέον μᾶλλον ἢ ἀναπνευστέον. δόγμα
ἄρα μνήμη θεοῦ. τὸ μέντοι γε τῶν γραφῶν παρεκκλίνειν κω-

4. χρήσασθαι?

inde consecutum est? conflatum nempe certamen intempestivum commissumque iurgium, acriter repugnantibus Vecco plurimis; quorum in ipsum querelarum hoc caput erat quod per eum moverentur dogmata, quod tam ipse quam ei adhaerentes rixas inanes sererent. addebant "licest sane privatim istas inter vos de dogmate agitare controversias, sed abstinete ab his rixis introducendis in domum domini," quasi dicerent "sentire vos et loqui privatim de dogmatibus ut vultis, fuerit tolerabile. illud deprecamur: temperate ab his disceptationibus vulgandis et turbanda simplicitate rudis populi bona fide traditis acquiescentis." hae multorum voces audiebantur occasione scriptorum Vecci, in quibus et illud quidam reprehendebant, quod in iis iniqua conditione certamen cum adversariis capesseret, disceptans ipse de dogmate, qua de re sciebat aliis silentium indictum. in quo si eos lacessere pergeret, et ii pro necessaria propugnatione receptae doctrinae mentionem in respondendo facere cogerentur dogmatum, an contra interdictum agerent et iure mulctarentur? equidem haud crediderim. illud scio, perlatas usque ad aures principis accusationes eo nomine adversus Veccum a nonnullis, pollicentibus acquieturos sese porro iam statutis et in pace tranquille perstituros, modo diserte vetaret imperator ne quisquam in iis quae deinceps ederentur scriptis dogma ipsum attingeret, pacem tueri ac recte iusteque initam quibuscumque aliis vellet ac posset argumentis defendere contentus. his auditis imperator, qui et istos se quomodocumque continere in usu et amplexu pacis magnopere optaret, nec tamen probaret quod petebant, ingratam petitionem elusit vulgando ambiguo edicto, quo cum videretur securos eos quantum opus erat reddere super eo quod proposuerant, callide se tamen subducebat invidiae querelisque partis contrariae; quin ei etiam se commendabat arcana submista sugillatione horum ipsorum quos placare tunc velle videbatur. haec enim erat edicti sententia: dei utique mentionem pari cum respiratione frequentia iterari ius fasque esse. quare dogmatis, quod dei memoria contineretur, professionem adeo non a se

www.libtool.com.cn

λυτέον εἶναι καθάπαξ προσέτασσεν. οὐ μὴν δὲ καὶ αἰτίας ὁ B
πατριαρχῶν ἀπολέλυτο, πρᾶγμα σκιρρωθὲν ἤδη χρόνοις πλεί-
στοις ἐξαπιναίως μαλάττειν ἐθέλων, καὶ ταῦτα τιμωρίαις μεγί-
σταις τοῦ βασιλέως τοὺς ἀποστατοῦντας εὐθύνοντος. σῶφρον
οὖν ἦν, εἰ σιγῶν διετέλει καὶ τὴν κατηγορίαν διέφερε πράως·
ἧττον γὰρ ἦν τὸ δεινόν. διδοὺς δ' αἰὲν ὑπεκκαύματα μάχης
οὐκ ἀσφαλέσι πάμπαν ἀντιλογίαις ἐκείνοις μὲν παρεῖχε λαβάς,
ἑαυτῷ δὲ καὶ τοῖς κοινωνοῦσι τὴν ἐσαῦθις βλάβην προυξένει.
τότε δὲ τὴν Ἰωσὴφ πυθόμενος ἄφιξιν, ἔτι δὲ καὶ τὴν τοῦ Ἐφέ- C
σου τῷ βασιλεῖ προσεδρείαν ἐν οὐ καλαῖς ὑποψίαις ποιούμενος,
ἐπιστέλλει τῷ Ἐφέσου, προστιθεὶς τὸ πᾶν τῷ ἱερωτάτῳ κατὰ
θωπείαν, τῷ γράφειν πανιερώτατον. βασιλεῖ ἐντυγχάνειν ἠξίου,
τὴν εἰς ἐκεῖνον τοῦ πατριάρχου ἄφιξιν εὐμενῶς κατανεύειν, εἰ δὲ
καὶ ῥητῶς προστάσσοι, πρὸς τοῦτο εἴσεσθαι χάριν οὐ μετρίαν
τῷ συνεργήσαντι. ἐκεῖνος μὲν οὖν τὰ τοῦ πατριάρχου δεξάμενος
γράμματα, θέλων ὑποκρίνεσθαι τὸν φιλοῦντα (ἦν γάρ οἱ καὶ ἔτι D
τῶν χθιζὰ κινηθέντων χάριν παρασπαίρουσα ἡ ἀπέχθεια), βασι-

vetari, ut ultro etiam commendaretur. at pervertere Scripturas aut declinare a vero eorum sensu permitti nulla ratione posse. itaque se id quidem omnino prohibere. sic ille. nec per hoc tamen plane culpa solvebatur patriarcha, qui rem induratam inveterata possessione longissimi temporis repente mollire aggrederetur; aggravabantque invidiam poenae atroces ab imperatore repugnantibus inflictae. sapientius igitur facturus erat, si taceret accusarique sese moderate ac mansuete sustineret: minus enim id malum erat. nunc ad omnes contradictiones exardescens, et fomenta semper nova flagranti plus satis per se rixae subiiciens, contentiones accendit in aliquid ipsi ad extremum perniciosum erupturas: non enim tam caute multa disputare poterat, quin daret ansas adversariis, quas illi quandoque arripientes ipsi et eius sequacibus haud levia deinde intulerunt damna. tunc porro audito Iosephi ad imperatorem accessu, tum praeterea cognito Ephesinum cum eodem imperatore assidue versari, suspicionem ingressus non inanem, facile fieri posse ut hi quidpiam adversum se moverent, eius periculi praevertendi hanc rationem iniit. scribit ad Ephesinum; eumque ut ipsa inscriptione demereretur, non simpliciter ἱερώτατον sanctissimum, qui solet titulus episcopis tribui, sed πανιερώτατον plane sanctissimum in fronte literarum nuncupat. in ipsa deinde epistola etiam atque etiam orat ne gravetur impetrare sibi ab Augusto facultatem eius conveniendi, cumulaturus beneficium, si daret operam ut ad hoc ultro ab ipso principe invitaretur. certe ageret efficaciter ut se ad ipsum proficisci saltem placide annueret. ingentis se gratiae in omne tempus ei debitorem fore, si hoc sibi votum ex sententia conficiat. his Ephesinus literis acceptis gnaviter persistendum statuit in simulatione amicitiae. etsi ergo multum, nec prorsus familiaribus obscurum, in eius penitus animo flagrabat arcanae in Veccum offensionis ob nuper gesta, imperatorem tamen adiit, et exposito patriarchae desiderio, ut ei quod cupiebat indulgeret persuasit. aversionis porro Ephesini a

www.libtool.com.cn

λεῖ προσαγγέλλει καὶ οἱ ἀνύει τὴν πρὸς ἐκεῖνον ἄφιξιν. τὰ δὲ τῆς ἀπεχθείας αἴτια (ἀναγκαῖον γὰρ καὶ περὶ τούτων εἰπεῖν) ἦσαν μέν τινα καὶ ἄλλα, ὧν οὐ πολὺς λόγος, τὸ δὲ χείριστον ὅτι οἱ περὶ τὸν Ἐφέσου καὶ πολλοί τινες τῶν ἀρχιερέων, πολλὰ παθόντες πρὸς τὸ καταδέξασθαι τὴν εἰρήνην, οὕτω μόλις καθυπεκλίθησαν καὶ τῷ δοκεῖν εἰρήνευον, θεραπεύοντες τὴν συνείδησιν οὐκ ἀπὸ γραφῶν μᾶλλον (οὐ γὰρ ἦν ἐκ τούτων καιρὸς) ἀλλ' ἐκ τοῦ πολλὰ τοιαῦτα πολλάκις οἰκονομηθῆναι τῇ ἐκκλησίᾳ χάριν μειζόνων καλῶν, ἀντιστατικῶς εἴποι ἄν τις τῶν ῥητορευόντων, ὅταν τι τῶν οὐ καλῶν γίνηται καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ πεπραγμένου μεῖζον ἀπαντήσῃ καλόν. οὕτω γὰρ καὶ Παῦλον ξυρήσασθαι καὶ ἁγνεῦσαι καὶ περιτεμεῖν Τιμόθεον· οὕτω τὸν Μοψουεστίας μὴ ἐκκηρυχθῆναι παρὰ τῆς τρίτης συνόδου Θεόδωρον· οὕτω πρὸ τούτου τὸν μέγαν Βασίλειον τὰ τοῦ Οὐάλεντος δῶρα τῇ ἐκκλησίᾳ προσαγόμενα δέχεσθαι· οὕτω τὰ καὶ τά, ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον λέγοι τις, δοκιμασάντων τῶν ἐπὶ τῶν πραγμάτων τότε πεπρᾶχθαι. οὕτω τοίνυν καὶ οὗτοι τὴν εἰρήνην ἐδέχοντο, ὥστε καὶ προσομολογεῖν ἡμαρτῆσθαι σφίσιν, ἤν τις σκοποίη πρὸς τἀσφαλές, καὶ τοῖς

E

P 328

13. τὸν deerat.

Vecco causas exponere hic distinctius operae pretium iudico. erant quidem et aliae incentiva huius odii non multis nota: caeterum capitale in iis et immedicabile maxime unum eminebat, quod tam Ephesinus ipse quam alii plurimi paria sentientes episcopi, magnis adacti malis ad amplexandam pacem, ea tantum tenus in eam consenserant, ut seposita ratione dogmatis et nulla re in scriptis ac decretis immutata, quorum in dubium vocandorum aut de novo discutiendorum tempus negabant esse, exteriis dumtaxat concordiam cum Latinis tenerent, salvo se fidei ac religionis officio consentire in id posse rati accommodationis necessaria temporibus ratione, cuius exempla multa in ecclesiae veteris historiis habebant. censebant, inquam, sic dumtaxat tuta conscientia Latinorum communionem admitti, ut rem non per se probabilem aut usquequaque ad fidei regulas exactam, verum ut quae tolerari prudenter posset metu incommodorum graviorum; quodque non absolute sed comparative, ut magistri artis rhetorices loquuntur, commendaretur et bonum putaretur, non prout in se spectabatur, sed quatenus conferebatur cum maioribus, quae ex hoc nascebantur bonis. sic nempe Paulum caput sibi totondisse aliosque usurpasse purificationum Iudaicarum ritus; sic ab eodem Timotheum circumcisum; sic abstinuisse tertiam synodum ab excommunicando Theodoro Mopsuestiae; sic antea magnum Basilium Valentis dona ecclesiae illata suscepisse; sic alia et alia in priscis rerum gestarum monumentis eius generis notata reperimus, ne singillatim persequamur singula. hoc igitur hi modo pacem nuper sancitam accipiebant, ut fatercntur in eo peccatum a se videri posse ei qui de re ipsa per se censeret, et de officio religionis, quo iubemur aberrantium a fide communionem reiicere, severe et rem ad vivum resecande statueret. Vecco autem ista exceptio non

www.libtool.com.cn

ἀποστατοῦσιν ὁσίως προσφέρεσθαι ὡς ἀπηκριβωμένοις μάλα πρὸς τὸ ὀρθόν. τῷ δ' οὐκ ἦν ἀρεστὸν οὕτω, ἀλλ' εἰ μὴ δεικνύοι καὶ σφάλλοντας τοὺς προτέρους δῆθεν ἐκ τῶν γραφῶν, οἳ δὴ καὶ B τὴν πρὸς ἐκείνους εἰρήνην οὐ κατεδέχοντο, οὐδὲ βιωτὸν εἶχε τὸν βίον. ὅθεν καὶ συχνὰς συνόδους καθίστα, καὶ προσεκαλεῖτο πολλοὺς καὶ τῶν ἔξω, καὶ βίβλους ἀνείλιττεν, καὶ ἄλλας ἐξετίθετο πλείστας, δεικνύων, ὡς εἶχε, τὴν εἰρήνην τὸ ἀσφαλὲς ἔχουσαν, καὶ τὰ πλεῖστα προσελιχνεύετο. δέον γὰρ Δαμασκηνόν τε καὶ τὸν θεῖον Μάξιμον καὶ ἐπὶ τούτοις τὸν θεῖον Ταράσιον, ταὐτὸν δ' εἰπεῖν καὶ τὴν ἑβδόμην σύνοδον πᾶσαν, ὅτι καὶ C πάντες τὴν ἐκείνου ὁμολογίαν τὴν πρὸς τοὺς ἀνατολικοὺς πεμφθεῖσαν ὑπεσημήναντο καὶ διὰ τῆς ἐκεῖσε προσθήκης ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ὁμολογίᾳ, ἐκ πατρὸς γὰρ διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι διδασκόμεθα παρ' ἐκείνων λέγειν, — δέον οὖν ταύτας προϊσχόμενον καὶ αὐτὸν ὅσον ἐπὶ τῇ προσθήκῃ καὶ θεραπεύεσθαι καὶ θεραπεύειν, καὶ μηδὲν παρεγχειρεῖν ἐξηγήσεσιν, ὁ δὲ πολλὰς τῶν γραφῶν συνεφόρει. καὶ τὸν μέγαν Βασίλειον εὑρὼν τὴν ἐπὶ τοῦ υἱοῦ ἔκ D εἰς τὴν διά μεθαρμόζοντα ὡς ὑπαλλαττομένων τῶν προθέσεων, ὡς τὸ ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ θεοῦ, τουτέστιν ἐκ τοῦ θεοῦ, καὶ γεννώμενον ἐκ γυναικός, τουτέστι διὰ γυναικός, ἵνα μὴ τὴν

placebat, sed nisi demonstraret evinceretque ex certis, ut putabat, scriptorum authenticorum testimoniis errasse priores in repudianda communione Latinorum, vitam sibi vitalem non putabat. unde et crebras coëgit synodos, et convocavit multos externorum quoque, et libros evolvit veteres, ediditque multos novos, omnem lapidem movens ad astruendum posse ac debere cunctos, cum omni securitate conscientiae, huic paci ut per se probae iustaeque adhaerere; nec quidquam in hoc sibi ad summam contentionem faciebat reliqui, studio intemperanter indulgens. cum enim illum oportuisset eo esse contentum quod tradiderat Damascenus et divus Maximus ac super hos divus quoque Tarasius aut, quod idem est dicere, septima synodus universa, cuius patres omnes praerogativam eiusdem Tarasii secuti confessioni de hoc articulo, quae ad Orientales missa fuerat, subscripserunt, siquidem ab his, dum occasione additionis tali professioni insertae dogma ipsum explicant, dicere docemur Spiritum Sanctum ex patre per filium procedere, — cum, inquam, oportuisset Veccum eas in hoc explicando mysterio adhibentem voces quas nostri patres usurparunt, additamento Latinorum ad eas, quoad posset, accommodando, eius et suam ipsius invidiam purgare aut minuere excusando, contra ille extra terminos susceptae tractationis declarationum argutiis evagans multa congessit scriptorum veterum loca; inter quae cum reperisset magnum Basilium illud ex, quod de filio dicitur, in per commutantem, tamquam essent hae propositiones invicem aequivalenter mutabiles, prout probatur his Scripturae auctoritatibus, "possedi hominem per deum," id est ex deo, et "factum ex muliere," hoc est per mulierem, ne

www.libtool.com.cn

ὡς διὰ σωλῆνος αἵρεσιν, φησί, παρεμφήνῃ ὁ θεῖος ἀπόστολος, ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ὁσημέραι συνερανιζόμενος πολλὰ καὶ τὴν ἔκ εἰς τὴν διά παρεξῆγε, κἀντεῦθεν δῆθεν τὴν ἔκ ἐθεράπευε.
E τὴν δὲ τοῦ θείου Δαμασκηνοῦ ῥῆσιν εὑρὼν τὴν διὰ λόγου προβολεὺς ἐκφαντορικοῦ πνεύματος λέγουσαν, καὶ τὸ προβολεύς εἰς τὸ αἴτιος μεταλαμβάνων, αἴτιον μὲν οὐκ ἔλεγε τὸν υἱὸν πνεύματος, αἴτιον δὲ διὰ τοῦ υἱοῦ τὸν πατέρα τοῦ πνεύματος ὡμολόγει, ἐπὶ καὶ διὰ λόγου προβολεὺς εἴτ' οὖν αἴτιος λέγεται τοῦ πνεύματος ὁ πατήρ. ταύτην τὴν ῥῆσιν τινὲς μὲν ὡς νόθον γέννημα τοῦ πατρὸς Δαμασκηνοῦ οὐκ ἐδέχοντο· τινὲς δὲ καὶ δεχόμενοι
P 329 μετήμειβον τὸ προβολεύς εἰς τὸ παροχεύς, καὶ τὴν ἐκφαντορίαν οὐκ εἰς τὴν ὕπαρξιν ἐξελαμβάνοντο ἀλλ' εἰς τὴν ἐς ἄϊδιον ἔκφανσιν. μέντοι γε καὶ σκανδάλων μεγάλων ἀφορμὰς τὰ τοιοῦτα παρέσχον τοῖς ὕστερον. ὥσπερ δῆτα καὶ τὸ τοῦ Νύσσης Γρηγορίου πατρὸς ῥητὸν τὸ κατὰ διαίρεσιν προαγόμενον καὶ οὕτω πως λέγον, ὡς τὸ μὲν αἴτιον πιστεύειν τὸ δὲ ἐκ τῆς αἰτίας, τοῦ δὲ ἐξ αἰτίας ὄντος πάλιν ἄλλην διαφορὰν ἐννοοῦμεν· τὸ μὲν γὰρ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώ-
B του, τῆς τοῦ υἱοῦ μεσιτείας καὶ ἑαυτῷ τὸ μονογενὲς φυλαττούσης καὶ τὸ πνεῦμα τῆς τοῦ πατρὸς σχέσεως μὴ ἀπειργούσης.

illam haeresim insinuasse divinus Apostolus putetur qua Christus quasi per canalem transisse per virginem fingitur: haec, inquam, similiaque undique conferens quotidie plurima, ex in per immittebat, eas particulas conflando in notionem unam; sicque videlicet diluebat crimen additamenti in symbolum intrusi, quo S. Spiritus, ut ex patre, ita ex filio procedere affirmatur. praeterea idem inventa divi Damasceni sententia qua pater per verbum προβολεὺς emissor enuntiatorii Spiritus dicitur, et vocem προβολεὺς emissor sive prolator tamquam idem significantem quod αἴτιος causa sive principium usurpans, ubi observasset non dicere quidem Damascenum simpliciter filium esse causam sive principium Spiritus Sancti, fateri tamen patrem esse causam Spiritus Sancti per filium, quandoquidem ab eo pater per verbum Spiritus Sancti προβολεύς, quod idem sonat ac αἴτιος, esse affirmetur. hanc sententiam aliqui ut subditiam et falso attributam patri Damasceno reiiciunt. quidam autem eam admittentes, loco vocabuli προβολεὺς substituunt in illa παροχεὺς praebitor, et quae illis mentio adiungitur ἐκφαντορίας enuntiatoriae prolationis, non ad ὕπαρξιν extantiam referunt sed ad ἄϊδιον ἔκφανσιν aeternam exhibitionem. enimvero scandalorum magnorum occasiones talia praebuerunt posteris, ut videlicet et hoc Nysseni Gregorii patris dictum, in quo divisim de personis divinis agitur his verbis "ut illam quidem causam credamus, hanc autem ex causa, rursus aliam differentiam intelligimus: haec enim continue ex prima, ista per mediationem filii qui continue ex prima est, qua mediatione filius idem et sibi unigeniti proprietatem servat et Spiritum a relatione patris non arcet." haec allegabat patriarcha, osten-

www.libtool.com.cn

ταῦτα μὲν ὁ πατριαρχεύων εἰσῆγε, δεικνὺς τὴν μεσιτείαν τοῦ υἱοῦ ἐξ ἀνάγκης εἰσάγουσαν τὴν διά, καὶ διὰ ταύτης τὴν ἐκ τῶν Ἰταλῶν προσιέμενος ὡς ἀντιπαραχωρουσῶν τῶν προθέσεων. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἐφέσου καὶ τὸν Ἀθηνῶν Μελέτιον καὶ ἄλλοι πλεῖστοι ἰσκανδαλίζοντο, μείζονος κακοῦ τοῦ δοκεῖν παρακινεῖν δόγματα C ἔλαττον κακὸν τὸ ἡμαρτῆσθαι σφίσι ποιησαμένοις εἰρήνην μετὰ σφαλλόντων ἐν θείοις δόγμασιν ἀνθαιρούμενοι. ἀλλ' ὁ μὲν Μελέτιος καὶ λίαν ἐπαρρησιάζετο, καὶ ὡς μιᾶς πολλὰ ἐν συνόδῳ λαλῆσαι, καὶ τέλος τὸν ἐπενδύτην κελεῦσαι τῷ ὀπαδῷ ἀρόμενον ἕπεσθαι ὡς καὶ εἰς ἐξορίαν ἕτοιμον, ὡς ὑπὲρ τοιούτων ἀγωνιζόμενος. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἐφέσου προνοητικῶς μὲν εἶχον διὰ βασιλέα, μὴ θέλοντες δοκεῖν εἰσάγειν ἐν καθεστῶσι σκάνδαλα· ὅμως D δὲ καὶ βαρέως ἔφερον καὶ ἐκποδὼν ποιεῖν κατὰ τὸ λεληθὸς ἐκεῖνον, ὡς ἐδόκουν, ἐβούλοντο.

24. Τότε τοίνυν δωδεκάτῃ Ἀνθεστηριῶνος μηνὸς τὸν P 330 Βόσπορον διαπεραιωσάμενοι εὐθὺ βασιλέως ἠλαύνομεν, καὶ τῇ τῆς λυχνίας μονῇ ξεναγηθέντες ἐκεῖθεν καθ' ἡμέραν τῷ βασιλεῖ συνεμίσγομεν. τὰ δ' ἐκείνῳ τότε πραττόμενα δακρύοις μᾶλλον ἢ μέλανι γράφειν ἦν ἄξιον. λογισμοῖς γὰρ ἀγρίοις διεκβαχχευθεὶς ὁ κρατῶν καὶ πᾶσιν ὑπόπτως ἔχων, οὐκ οἶδα καθ' ὅ τι,

dens mediationem filii necessario inferre praepositionem per, et propter hanc, praepositionem ex, quam hic Latini usurparent, admittendam contendens, quoniam promiscue permutabiles inter sese has particulas esse appareret. verum Ephesinus unaque Atheniensis Meletius et alii plurimi scandalizabantur, existimantes movere ac de novo in disceptationem vocare olim constituta dogmata maius esse malum quam ut consciscere id ipsi possent, quamvis gravium malorum praevertendorum causa conscientias suas accommodassent ad levius illud peccatum admittendum, quo se obligassent pace cum illis facienda qui in divinis dogmatibus errarent. ac Meletius praesertim magna de his libertate disserebat, adeo ut die quadam, postquam multa super hoc argumento in synodo declamasset, pedissequum iusserit sublato pallio procinctum ad iter sibi adesse tanquam in exilium tali de causa mox parato proficisci. moderatius se gerebat Ephesinus imperatoris respectu, apud quem se providebat offensurum, si videretur offendicula et turbarum causas iis obiicere qui bona fide conventis acquiescebant. ringebatur tamen et ipse penitus, aegerrime cum suis ferens quae a Vecco agebantur; apparebatque non dubitaturos ipsos conari, si possent, clandestinis artibus illum a sede patriarchali amovere.

24. Tunc igitur duodecima Iulii mensis Bosporum transgressi ad imperatorem recta contendimus; et obiter hospitio excepti apud monasterium Lychniae, qua inde discessimus die imperatori adstitimus. eo tempore quae ab illo gesta sunt lacrymis potius quam atramento dignum erat scribere. feris enim quibusdam sensibus per acerbas intemperies aegri animi debacchatus princeps est, omnes suspectos habens, nescio quam-

www.libtool.com.cn

B τέως δέ γε τοῖς φαινομένοις καὶ τῷ δοκεῖν ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τῆς
αὐτοῦ δῆθεν θρησκείας πονῶν, εἰ ὀρθοδοξῶν ἐς τὰ μάλιστα τὰ
πρὸς παρατροπὴν πίστεως διαβάλλοιτο, δεινὰ ἐποίει. ὅθεν καὶ
πέμψας ἐξάγει τῆς φυλακῆς τοὺς εὐγενεῖς ἄνδρας ἐκείνους ὧν καὶ
πρώην ἐμνήσθημεν, τοὺς ἐκ Ῥαοὺλ αὐταδέλφους, τὸν Μανουήλ
τε καὶ τὸν Ἰσαάκιον, καὶ τρίτον τὸν ἐκ Καντακουζηνῶν Ἰωάννην
C (ὁ γὰρ πρωτοστράτωρ Ἀνδρόνικος φθάσας ἐν τῇ φυλακῇ προτε-
τελευτήκει), καὶ σφᾶς πρὸς ἑαυτὸν κατακρίτους φέρει. οὓς δὴ
καὶ ἐφ' ἡμέραις ἐτάζων λόγοις καὶ ὕβρεσι πλείσταις τε καὶ δει-
ναῖς, τέλος ἐπεὶ οὐκ ἦν σφᾶς ὑποκλίνεσθαι τῷ τοῦ κρατοῦντος
P 331 θελήματι, τὸν μὲν Μανουὴλ πρῶτον, ἐπ' ἐκείνῳ δὲ καὶ τὸν
Ἰσαάκιον στερεῖ τῶν ὀμμάτων κελεύσας ἄμφω καὶ μόνους· ὁ γὰρ
Καντακουζηνὸς ἀπαγόμενος διελιάσας ὑπέκλινεν. ἐπ' ἐκείνοις
γὰρ μόνοις τὸ παθεῖν καὶ μὴ ἦν, καὶ διὰ τοῦτο ἐκείνῳ μὲν ἦν
ὑποκλιθέντι σώζεσθαι, οἱ δὲ τὴν τοῦ διαπράξασθαι ἃ μηδεὶς
ἄλλος ἐτόλμα δόξαν ὑπὲρ πατρίων ἐθῶν ἀπηνέγκαντο, πολλὰ
πρότερον καὶ αὐτὸν πατριάρχην ἐπὶ βασιλέως ἐλέγξαντες, ὡς
ἐκεῖνα πείθονται τούτῳ ἃ δὴ ἐφ' ἑαυτοῦ ὧν ὡμολόγει καὶ ἐπιτι-
B μίοις πεδούμενος, καὶ οὐχ ἃ τέως μετ' ἀξιώματος. καὶ εἶδε
μία ἡμέρα ἑστερημένους ὀμμάτων οὓς μία γαστὴρ ὤδινε, καὶ οὓς

14. καὶ μὴ] μὴ καὶ P.

obrem, nisi quod, ut apparebat aut videri volebat, de se suaque videlicet religione solicitus iniquissime secum agi querebatur, qui etsi nihil studii ac contentionis omitteret in quaerenda tenendaque recta divini cultus ac sanae doctrinae via, fidem tamen pervertere per summam calumniam accusaretur. inde missis satellitibus educit e custodia nobiles illos patricii generis viros, quorum nuper meminimus, fratres scilicet duos Raülis filios, Manuëlem et Isaacium, tertiumque Ioannem ex Cantacuzena familia (nam Protostrator Andronicus prius in carcere obierat), sistique eos sibi non ut iudicandos sed ut iam damnatos iubet. hinc cum eos per dies aliquot verbis asperrimis contumeliisque plurimis ac gravissimis vexasset, ad extremum inflexibiliter recusantes obtemperare voluntati principis, Manuëlem quidem primum, deinde vero Isaacium quoque oculis privari mandat. in solos hos duos atroci hac saevitum poena, quoniam Cantacuzenus seorsum ab his conventus et minis territus manus dedit, idem haud dubie quod duo illi passurus, nisi salutem et lucis usuram obedientia redemisset. illi ergo ambo soli gloriam tulerunt constantiae invictae in agendo patiendoque pro patriis moribus quae nemo alius ausus esset facere ac subire. prius autem quam excaecarentur, voce liberrima coram ipso imperatore patriarchae exprobrarunt credere se et ad extremum crediturus quae ab ipso didicissent, tunc quando ex sensu loquebatur proprio, quando supplicia et vincula pro illa fide tolerabat: nolle autem credere quae iam doceret corruptus ambitione, pretium mutatae sententiae patriarchatum nactus. sub haec una dies vidit luminibus or-

ἤ τε σχέσις συνῆγε καὶ τὸ ὑπὲρ ἑνὸς παθεῖν, τούτους ἀπ' ἀλλήλων διηρημένους, ὡς τὸν μὲν ἀλλαχοῦ που, τὸν δὲ Μανουὴλ ἐν ταῖς κατὰ Σκάμανδρον Κεγχρειαῖς ἀπανθρώπῳ τινὶ φρουρίῳ ἐγκαταχλεισθῆναι φρουρούμενον. ἐπ' ἐκείνοις καὶ τὸν τοῦ δεσπότου Μιχαὴλ υἱὸν Ἰωάννην, ὃν ὡς ὅμηρον ἡ μήτηρ τῶν συνθηκῶν ἀναγαγοῦσα ἐκ δύσεως τῷ βασιλεῖ ἐνεχείριζε καὶ γαμβρὸν ὁ κρατῶν ἐτίθει τοῦ Τορνικίου σεβαστοκράτορος, κἂν ἐκεῖνος τὴν C σύζυγον ἀποστέργων καθ' ἑαυτὸν ἐμονοῦτο, πέμψας ἄγει δέσμιον ἐκ Νικαίας· ἐκεῖσε γὰρ στρατηγῶν κατώρθου τροπαίοις Περσῶν ἐναγλαϊζόμενος, ἐφ' ᾧ καὶ ὑποψίαν ἔσχε βασιλειῶντος, οὐκ ἄλλῳ τῷ μαρτυρίῳ ἢ τῷ κατορθοῦν καὶ ὑπὸ τοῦ λαοῦ δοξάζεσθαι. ἦν δὲ καὶ τὸ τὴν ὑποψίαν ἐκκαῖον ὁ Κότυς Θεόδωρος μοναχὸς μόνος μόνῳ κατὰ σχολὴν ἡμέρας πολλάκις καὶ νυκτὸς συγγινόμενος. οὗτος δὲ ὁ Κότυς ἦν ὃς δὴ πάλαι μὲν τελῶν ἐν τοῖς D κοσμικοῖς, τὴν κατὰ τούτου δὲ τοῦ τότε μεγάλου κονοσταύλου πεῖραν πυθόμενος, ὡς βασιλεὺς ἐκτυφλοῦν ἐκεῖνον ἐβούλετο, ἐλθὼν προσαγγέλλει κατὰ φιλίαν καὶ σὺν ἐκείνῳ ἐπὶ Περσίδος αὐτομολεῖ. τῷ γοῦν κἀκείνῳ τότε βασιλειῶντι τοιαῦτα, ὡς οἶμαι, λέγειν, καὶ οἱ λόγοι προύβαινον, τοῦτ' ἦν τὸ καὶ τὴν κατὰ τοῦ Ἰωάννου ὑποψίαν βεβαιοῦν, ὡς εἰδότος ἐκείνου καὶ ἔτι πλέον.

batos quos unus venter pepererat; eosdemque quos necessitudo germanitatis et patiendi causa iungebant, longe invicem abductos, Manuële videlicet relegato Conchreas ad Scamandrum, ibique in tetri cuiusdam et humano destituti cultu castelli custodiam incluso, altero alio uspiam abducto. aliud post hoc, et ipsum acerbum visu, spectaculum datum est. Ioannem Michaëlis despotae filium, quem sua quondam mater ab Occiduis Constantinopolim profecta partibus obsidem icti tunc foederis imperatori adducens dederat, quemque postea ille Tornicii sebastocratoris generum fecerat, quamquam ipse coniugem aversatus seorsum ab illa res sibi habebat suas, curavit imperator vinctum ad se Nicaea duci. ibi enim ille copiarum dux, multis praeliis secundis erectisque ob devictos Persas trophaeis plurimis late factus inclytus, suspicionem incurrerat imperii affectati, non aliis id argumentis suadentibus quam eius in bello felicitate et claritate apud populum invidiosis efferre ipsum laudibus solitum. incendebat istam imperatori suspicionem, quod audierat Theodorum Cotyn monachum crebros et longos semotis arbitris interdiu et de nocte cum Ioanne sermones habuisse. hic Cotys ante monasticam professionem, saecularis adhuc, olim huic ipsi nunc imperanti, tunc magno conostaulo, consilium imperatoris excaecare ipsum parantis amice indicaverat, auctorque fuerat ut fugeret in Persidem, quo et ipsum erat comitatus. quia vero sibi tunc imperium optanti forte recordabatur praedictam ab eo, nec falso, ut eventa monstrarunt, felicitatem istam, tale ipsum quoque quidpiam tractasse cum Ioanne et hoc arcanarum inter eos argumentum fuisse collocutionum opinabatur. ergo et Cotyn comprehendi sistique sibi mandat. in Ioannem porro quod publice iactabatur crimen erat male il-

www.ibiblio.com.cn

E πέμψας γοῦν ἄγει κἀκεῖνον. τὸ γοῦν κινούμενον προφανῶς ἔγκλημα ἦν ὡς κακηγορήσειε τὸν πορφυρογέννητον, καὶ ὡς ἐπειδὴ βασιλεὺς προστάσσων ἐκεῖνον ἐπὶ Πέρσας ἐφώρμα, ὃ δὲ κατειρωνευόμενος τῶν ἐπεσταλμένων λέξειεν ὡς ἐλθέτω πορφυρογέννητος ἀποσταλεὶς ἐφ' ᾧ κατορθώσει τὸ προσταττόμενον. τὸ γοῦν προῦπτον τοῦτ' ἦν, ὃ δὲ νυκτὸς ἐζήτει, ἐκεῖνο, τῇ ὑποψίᾳ συνταραττόμενος. κἀπειδὴ οὐκ ἦν δεικνυσθαι, τὸν Κότυν, εἰ μὴ
P 332 ὁμολογοίη, δεινὰ ἠπείλει ποιεῖν, καὶ τὴν συχνὴν προσεδρείαν ἐς ὅτι μάλιστα ἀνακρίνων. ὃ δὲ τοῦ μὲν συχνῶς προσεδρεύειν συνήθειαν ᾐτιᾶτο καὶ τὸ ἐπὶ ῥητοῖς συμφωνεῖν τὴν τοῦ σφετέρου κτήματος πρᾶσιν (τὸ δ' ἦν ἡ Βρύσις τῆς Γραίας, ἐκ πατέρων ἐκείνῳ προσκληρωθέν), τὸ δὲ περὶ διαδοχῆς βασιλείας εἰδέναι ἴσον ἐτίθει καὶ περὶ τῶν ἀντιπόδων διισχυρίζεσθαι. τὰ δὲ λέγων οὐκ ἔπειθεν. ἐβούλετο δ' ἐρευνᾶν καὶ τὰ κατὰ τὸν ἰατρὸν Περδίκκαν, ἐφ' ᾧ τι μαθεῖν παρ' ἐκείνου τῶν καθ' ὑποψίαν κατ'
B Ἰωάννου, ὡς παρ' ἐκεῖνον σχολάζοντος. τῷ τοι καὶ αὐτὸν μὲν φυλακαῖς ἐδίδου, τὸν δὲ Κότυν τοῖς Κελτοῖς παραδοὺς κρεμαννύειν καὶ ἐτάζειν ἐκέλευεν. ὃ δ' οὐκ ἔφθη δεθείς, καὶ τῷ φόβῳ διαπεφώνηκε, καὶ φόρτος ἐλεεινὸς ἀρθεὶς πολλῶν βλεπόντων τῇ

10. τὸ] τοῦ P.

lum de Porphyrogenito locutum. ferebant enim, cum ab imperatore mandatum fuisset Ioanni perlatum bellum inferendi Persis, dixisse illum non sine ironico aculeo "veniat patris missu Porphyrogenitus, prospere scilicet executurus quidquid iniungetur." ac de hoc quidem luce palam Ioannes interrogabatur. alia instituebatur de eodem nocturna quaestio, qua curiosissime indagabatur ecquid extundi coniecturae posset, quae suspicionem maxime tunc inquietantem principis animum ambiti a Ioanne imperii roboraret. quia vero convinci haud aliter eius criminis Ioannes quam Cotys testimonio poterat, hunc imperator gravibus urgebat minis ad fatendum quod res erat, subiecturum se, ni faceret, acerrimis cum tormentis denuntians, et nullum finem faciens instantissime quaerendi quid tandem longis illis assiduisque cum Ioanne sermonibus egisset. ad ea Cotys, quod assiduus apud Ioannem fuisset quodque ipsum frequenter allocutus, causam fuisse dicebat coalitam inter ipsos ex amicitia familiaritatem. intervenisse quinetiam negotium: tractatam enim inter ambos fuisse venditionem agri, qui Cotyi hereditate a parentibus obvenerat et Fons vetulae vocabatur. de successione autem in imperium, asseverantissime affirmabat haud magis meminisse aut scire se quidquam tum vel prima mentione motum, quam de rebus Antipodum. his imperator haud persuasus explorare praeterea voluit medicum Perdiccam, experturus ecquid ab eo, quem et ipsum constaret diu apud Ioannem commoratum, posset expiscari quo adstrueretur concepta suspicio. igitur et hunc tradi custodiae praecepit. Cotyn autem Celtis tradidit suspendendum et diris adigendum crucitatibus ad prodenda quae celaret. at ille cum ligaretur ad suspendium, exanimatus metu concidit; et pondus miserabile sublatus

γῇ παρεδίδοτο. Ἰωάννην δὲ καὶ οὕτως ἀφαιρῶν ἠτίμου τὴν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς καλύπτραν μεγιστᾶσιν οὖσαν ἀξίαν, καθ' ἣν ἐτίμα τὸ πρότερον. εἶτα δέ γε καὶ τῷ παρακοιμωμένῳ Βασιλικῷ ἐγχειρίσας, προνοίᾳ τοῦ λαθεῖν ἐκεῖνον παντοίᾳ, εἰς Δαματρύα C
ἐξεληλακότα ἐκτυφλοῦν κελεύει, πολλὰ πρότερον τοῦ Μιχαὴλ δεσπότου καὶ αὐταδέλφου λιτανεύοντος μὲν δέσποιναν λιτανεύοντος δὲ πατριάρχας τε καὶ οἷς ὁ κρατῶν ἐπληροφορεῖτο πνευματικοῖς ἀνδράσιν, ἐφ' ᾧ τὴν ποινὴν ἀργῆσαι. ἀλλ' οὐκ ἔπειθον λιτανεύοντες. ὡς δ' ἡ γῆ μεσημβρίας ἐσείετο μεθ' ἡμέραν, ὃ
Περδίκκας, ὅτι μόνον οὐ τὸ τὴν γῆν σείεσθαι ἀλλὰ τὸ μὴ καταπίπτειν ἐκείνοις τὸ ὄρος τοιαῦτα πράττουσιν ἔλεγε τεθηπέναι, D
ποινὴν ὑπέσχε τὴν ἐκτομὴν τῆς ῥινός. καὶ ἄλλος ὅτι μόνον οἰκεῖον ἐκείνῳ παῖδα ἐκ παλαιᾶς συνηθείας ἰδὼν τὰ φιλικὰ προσεκτύσσετο, σχισμὰς τῶν ῥωθώνων τῶν παιδικῶν ἀπώνατο.
τῷ δὲ τοῦ Παχωμίου Γεωργίῳ γραμματιστῇ γε ὄντι καὶ ἑλλογίμῳ, ἐπειδὴ τῷ Στρατηγοπούλῳ Μιχαὴλ συνὼν κατὰ τὴν Πόντου Ἡράκλειαν ὡμίλει διὰ τὴν ἡμερινὴν πρὸς τἄλλ' ἀσχολίαν νυκτὸς τὰ πλεῖστα, καὶ προσηγγέλλοντο, ἐκεῖνον μὲν τῆς στρατηγίας E
παραλύσας ἀγαγὼν ἔκρινεν ὡς βασιλεύοντα, τῷ δὲ τὴν τοῦ λέγειν περὶ τούτων ἐκ βίβλων δῆθεν εἰδότα βασιλειῶν δεινὴν ὑπο-

multis cernentibus terrae mandatus est. nec tamen Ioanni profuit desperata inde convictio. iam tunc enim, ad quoddam praeiudicium, dehonestatus is est ablato capitis tegmine, quod insigne praecipuae dignitatis viris summatibus concedi solitum ipsi prius tribuerat imperator. qui et statim inde praefecto Augusti cubiculi Ioannem eumdem tradidit abducendum Damatrya ibique excaecandum, commendato prius ut quod illic facturus esset, quam cautissime toto itinere dissimularet. id antequam executioni mandaretur, Michaël despota instantissime oravit ut fratri tam diri supplicii gratia fieret. ambivit ad hoc precibus infimis Augustam, ambivit patriarchas veterem et novum, ac quoscumque intelligere potuit apud principem aliquid in persuadendo valere, sanctitatis opinione commendatos viros. nec illi aut detrectarunt officium, aut eo segniter functi sunt. caeterum quantocumque agerent studio, nihil plane impetrarunt. cum autem inter haec contigisset a meridiana parte per diem moveri terram, Perdiccas dixisse delatus non se mirari terram concuti, sed non ruere vicinum montem supra talia agentes, poenam dicti tulit truncationem nasi. at alius qui propinquum huius adolescentem, veteri familiaritate carum, tunc forte obvium amanter amplexus fuerat, narium abscisionem ea in puerum amoris significatione lucratus est. dicendum et quod Georgio Pachomii contigit, literatori in pancis eius generis praestanti caeteraque honesto. is nuper apud Heracleam Ponti suae professionis operam navans praefecto illic Strategopulo Michaëli, cum huius publicis occupationibus prohiberetur munus istud suum de die obire, plerumque noctu scholas suas habuerat. hoc auditum imperator interpretatus atrociter, repente Michaëlem quidem abrogato magistratu redactum in ordi-

www.libtool.com.cn

ψίαν ἀνῆπτε. κἀπειδὴ προθέμενος ἐκτυφλοῦν ἐκεῖνον ταῖς τῆς δεσποίνης ὑποψίαις (ἦν γὰρ αὐτανεψία ἐκείνου) καὶ παρὰ γνώμην ἀνεχαιτίζετο, ἐκείνῳ μὲν καὶ ἔτι τὴν ποινὴν ἀνῆρτα, Παχωμίῳ δὲ τὸ πᾶν τῆς ὀργῆς προσῆπτε. τὸ γὰρ ὄνομα φρικτὸν
P 333 ὂν ἀκούειν καὶ μόνον ἔκ τινων φοιβασμάτων ἐκποδὼν ποιεῖν τὸν ἔχοντα παρεσκεύαζεν, ὡς τί οἱ κακὸν κατὰ μοῖραν περιέχον. ἐξέκρουε δ' ἄρα ἡ ὁμωνυμία τὸ μάντευμα· ἐκεῖνος μὲν γὰρ τὸ μόρσιμον φεύγων ἐξετύφλου τὸν ἄνδρα, τὸ δέ γε κατὰ Μακεδονίαν τοῦ Παχωμίου χωρίον ὅσον ἤδη ἐκεῖνον ἀναμένον τὰς ἐπὶ τῷ θανάτῳ εὐτρέπιζεν οἰμωγάς. κἀκεῖνος μὲν τυφλὸς ἁλᾶτο, πάτον ἀνθρώπων οὐκ ἀλειψίνων ἀλλὰ πληρῶν θαυμασμοῦ, εἰ
B μέχρι καὶ ἐς τοιούτους ἄνδρας χώραν ἔσχον αἱ περὶ τῆς βασιλείας ὑποψίαι· ὁ δέ, τὰς τυφλὰς ἐλπίδας, ᾧετο μὲν θραπετεύειν, οὐ μὴν δὲ καὶ κατὰ τὸ ἀληθὲς ἐθραπέτευεν. ἐντεῦθεν ὀργὴ κατὰ μοναχῶν οὐχ ὅτι τῆς ἐκκλησίας ἀποστατοῦσιν, ἀλλ' ὅτι ἡμέρας

nem citat ad sese dicturum causam affectati regni. nec morata miseri damnatio est, poena excaecationis et ipsi decreta, continuoque inferenda, nisi precibus infimis contentioneque animisa summa, quae reo erat neptis, Augusta aegre tandem supplicii dilationem impetrasset. in Pachomium ira effusa omnis sine obice pervenit. ex huius fama doctrinae cum nocturnis istis, de quibus erat nuntiatum, comparata congressibus in eam suspiciosissimus princeps opinionem incubuerat, esse illum unum aliquem ex istis aucupibus praenotionum de futuro, qui libros scrutari reconditos soliti fata imperiorum et successionum in haec seriem, audacibus explorata coniecturis, quaestuose curiosis venditant. suberat et alius haud ita multis notus odii fomes, horror ex omine vocabuli. quippe imperator, et ipse avidus captator praesagiorum, nescio quid subinurmuratum insaudierat, quo Pachomii nomen cum sua ipsius pernicie fatalis nexu necessitatis implicaretur. id ille, quod optimus vaticiniorum interpres postmodum eventus explicuit, non clare intelligens quo pertineret, et quo vergeret impotenter exhorrescens, in eam persuasionem rapuit ut sibi successurum in imperio hunc Pachomium portendi crederet. id vero ratione omni praevertendum ratus, istum infelicem reddere imperio ineptum immani oculorum effossione occupat. nec sic, infelicior ipse caecis spebus in crudele tractus facinus, instantem vitavit, si non potius arcessivit, calamitatem, quae ipsum apud Macedoniam in agro dicto Pachomii, in huius et aliorum ultionem scelerum, haud longo post tempore manebat. interim miserrimus Pachomius instrumentis literariae suae professionis luminibus orbatus, adeo non iam providere amplius arcanorum indicio librorum futura poterat, ut ne praesentia quidem cerneret et vitare ambulando incursum obviorum nisi alieno nequiret admonitu, admirantibus, qui haec videbant, cunctis etiam usque ad ludimagistros, alienissimae homines a regno sortis, ambitionis atrociter aemulantis armatas furore suspiciones non dedignatas esse descendere. eadem hac afflatum atra rabie imperatoris mox in monachos odium erupit, non ea illis infensi causa quod ecclesiae rebelles schisma facerent, sed quod dies ipsius numerarent et definirent tempora, morte scilicet eius se defuncturos malis

www.libtool.com.cn

ἀριθμοῦσιν αὐτοῦ καὶ χρόνους περιορίζουσιν, ὡς ἀνεσείοντες τῶν κἀκῶν ἐντεῦθεν. καὶ δειναὶ μὲν ἦσαν αἱ κατ' ἐκείνων ἀπειλαὶ ἐξ ὀργῆς ἀνημμέναι, ὅμως δ' ἀνηρτῶντο προνοίᾳ τοῦ μὴ δοκεῖν κολάζειν ἀλόγως, εἰ καὶ μικρὸν ὅσον, καὶ Γαλακτίωνα μὲν τῶν ὀμμάτων στερεῖ, Μελέτιον δὲ ἀφαιρεῖται τῆς γλώσσης. αἱ δ' ἐξορίαι καὶ μᾶλλον τοῖς ἀνδράσιν ἐμετριάζοντο, ἐκκλίνουσι τὰς ποινάς. Λάζαρον μὲν οὖν τὸν Γοριανίτην, ἄνδρα σεβάσμιον, ἀποστείλας τοὺς ἐκτυφλώσοντας ταῖς ποιναῖς ὑπῆγε. πρὸς δὲ καὶ Μακάριον, τὸν καὶ Περιστέρην παρονομασθέντα τοῦ ἁπλοῦ καὶ ἀκάκου χάριν, ὑπαγαγὼν δίκῃ καθοσιώσεως ὡς τοὺς δυτικοὺς ἄρχοντας κατὰ βασιλέως διεγείραντα, ἔξω που τῶν ἡμετέρων ὁρίων καθήμενον, ἐπαγγείλας τῷ Ἰκαρίῳ τὴν τοῦ μεγάλου δουκὸς περιεζωσμένῳ τιμήν, εἰς χεῖρας ποιεῖται, καὶ προτείνων τὴν καθοσίωσιν τοῦ ἐγκλήματος ἀνίει, εἰ τὴν εἰρήνην δέχοιτο, εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ τῇ δίκῃ καθυπάγειν. ὁ δὲ τῇ ἐνστάσει διακαρτερῶν τὴν τιμωρίαν ὑπέχει. Κόκκους δὲ μοναχοὺς καὶ τοὺς κατ' ἐκεῖνον ἐῶ. ἐς τόσον γὰρ παρωξυσμένος ἦν ὥστε προβάλλειν ἧν μόνον τινὰ κινηθέντα, καὶ τὴν προβολὴν ἡ ποινὴ διεδέχετο, ὥστε καὶ πιστὸς ἦν ὁ λέγων μόνον εἰπών, ταῖς πρὸς τοὺς ὑπηκόους ὑπονοίαις ὡς ἱκαναῖς μαρτυρίαις ἰσχυριζόμενος. καὶ πρὸς τὸ τῆς ὀργῆς ἀπαραίτητον ἀνδράσιν οἷς ἦν παρρησιάζεσθαι πρὸς

quae patiebantur arbitrati. hos ille acribus et ira flagrantibus percellebat minis, quas ne statim in rem conferret, quaedam sustinebat famae cura, et metus ne videretur sine causa idonea saevire. tamen et hunc paulo post respectum eluctatus, Galactioni quidem eruit oculos, Meletio vero linguam abscidit. exilia decernebat mera, cum remittere se in clementiam volebat. itaque Lazarum Gorianitem, virum venerabilem, ista moderatio servavit: cum enim misisset qui eum excaecarent, revocatis iis exterminare satis habuit. at Macarium nec sua innocentissima simplicitas, quae cognomen illi columbae pepererat, nec locorum ubi degebat dissitorum a nostris finibus longinquitas, imperatoris saevitiae subtraxit. hic enim illum postulatum maiestatis, quasi conatum in se concitare Occiduorum dynastas tractuum, comprehendi curavit per Icarium, titulo et honore magni ducis classi praefectum; captoque conditione lata, ut vel debitas reo perduellionis poenas lueret, vel eas redimeret approbanda ecclesiarum concordia, cui eatenus acquiescere renuerat, in eum se obfirmantem in reiectione pacis lege actum est. Coccos vero monachos praetereo, et eos qui apud illum erant. ita enim irritabilis erat in hoc genere, ut quicumque proferret modo aliquid de controversiis quae tunc agitabantur in contrariam ipsi sententiam, statim prolationem exciperet praesens poena. nec vero discrimen aut delectum adhibebat in admittendis de re tali delationibus: sed quisquis quemcumque accusaret, dicto primo faciebat fidem. quinetiam suspicionibus meris in subditos velut testimoniis innitebatur; et cum a viris gravibus, quibus licebat li-

www.libtool.com.cn

ἐκεῖνον ἀπολογούμενος βασιλικοὺς προέτεινε νόμους, ὡς μὴ καλὸν ὂν οὐδὲ δίκαιον κατὰ μοναστὰς τοὺς Ῥωμαίους πολιτεύεσθαι, ὡς μετανοίαις ἐξιᾶσθαι τὰ πταίσματα. ἔχειν δὲ καὶ τῷ προσαγγέλλοντι δυσμενῶς, ὅτι λόγοι ἢ ἀκούσας ἢ καὶ πλαττόμενος ἐκ τῆς περὶ τὸν πλησίον ἀπεχθείας· αὐτὸν δ' ἀκούσαντα ἀνάγκην
P 334 εἶναι μετιέναι τὸ ἔγκλημα. ταῦτα πολλάκις ἀπελογεῖτο, καὶ ὅτι φίλος μοναχῶν ἀκούων βρεφόθεν εἰς ἀνάγκην ἦλθε μισεῖν μοναχοὺς διὰ τὴν σφῶν δύσνοιαν. δύσνοιαν δὲ τὴν ἀποφυγὴν τῶν πραττομένων ἐκάλει. παρ' ἣν αἰτίαν ἴσως καὶ χρόνους ἠρεύνων ὁπότε μὴ βασιλέως (ἀβασιλεύτοις γὰρ οὐδὲ ξυνήνεγκε ζῆν, ὡς σώματι μὴ καρδίαν ἔχοντι) ἀλλὰ τῶν κατὰ σφᾶς κακῶν ἀπαλλάξουσιν. ὁπότε γὰρ τὸ τῆς γνώμης θηλοῦται ἀνθρώποις οὖσι,
B πλασθεῖσιν αὐτεξουσίοις, ἑνὶ θελήματι κἂν ὅποι ῥέψοι ἀναγκαζομένοις ἄγεσθαι, εἰ μὲν εἰς σῶμα τὸ κινδυνῶδες ὁρᾷ, καὶ τότε παγχάλεπον (ταὐτὸν γὰρ τὸ εἶναι τῷ τ' ἄρχοντι τοῖς τ' ἀρχομένοις, καὶ ἄλλως οὐκ ἔστι σφίσι σώζεσθαι, εἰ μή γε ἑκουσίως καὶ συμφωνοῖεν), εἰ δὲ καὶ ἐς ψυχήν, ὡς τότ' ᾠοντό τινες, σωτήριον ἡ ἀπαλλαγὴ πάντως. ὃ κἀκείνοις ἴσως ζητοῦσι δεινὰ

5. αὐτὸς P. 12. δουλοῦται? 15. τὸ] τῷ P.

bere cum illo agere, nimiae in hoc severitatis argueretur, allegabat ille contra in defensionem sui regias leges usitatumque principibus agendi modum, addens haudquaquam rectum esse Romanos ab imperatore gubernari sicut monachos a suis praepositis, qui delicta suorum coenobitarum poenitentiis expiare satis habeant. facilitatem autem credendi delatoribus quadam efficaciter occurrendi nascentibus malis necessitate purgabat, cum diceret, qualecumque indicaretur principi crimen, sive auditum vere a deferente sive fictum malevole, e bono communi esse accusationem admitti. hac ille sui defensione saepius utebatur, adiungens in parte infelicitatis numerare se, quod qui a puero audisset amicus monachorum, nunc istud genus hominum odisse cogeretur propter ipsorum malevolam animum: malevolentiae videlicet adscribebat, quod illi refugerent approbare quae fiebant. ex hoc porro declarato imperatoris in monachos odio fiebat ut illi curiose indagarent tempora, praesentiscere divinationibus conantes, quando non quidem imperatore (nam sine principe vivere se haud posse, uti nec corpus sine corde, satis norant) sed malis urgentibus liberarentur. enimvero quoties hominibus arbitra sui potestate dei conditoris beneficio praeditis, ex declarata voluntate ius habentis ipsis imperandi, necessitas faciendi quidpiam incutitur, intestata, ni fecerint, comminatione gravis multae, si non aliud in obsequendo periculum appareat quam incommodi corporei, subeundum illud est, et quantumcumque malum eius generis exhauriendum libenter membris, quo capiti cohaereant, hoc est principi, cuius indivulsa connexione cum subditis salus universi reipublicae corporis continetur. sin ne obediatur revocet pernicies animae, quod istis tunc quibusdam videbatur, tunc sane salutaris et propterea tacitis

www.libtool.com.cn

παρὰ τοῦ κρατοῦντος ἐφῆπται. καὶ δέον τὸ σκαμβὸν πρὸς τὸ ὀρθὸν ἀπευθύνεσθαι, ὡς ἰσάζοιεν, ὁ δὲ τὸ ὀρθὸν πρὸς τὸ σκαμ- C
βὸν ἀπευθύνειν ἠνάγκαζεν, οὐκ εὐθύνων τὸ μὴ καλῶς ἔχον, ἀλλ' ἐγκαλῶν, εἰ μὴ στρεβλοῖτο, τῷ καλῶς ἔχοντι. ὅτι δὲ καί
τισιν ἐκείνων παρεξήγγετο τὰ τοῦ ζήλου καὶ τοῦ μέσου παρολισθαῖνον τοῖς ἐναντίοις προσέπαιεν, ἔξεστι τῷ διακρινοῦντι σκοπεῖν· πλὴν τὰ τῆς τιμωρίας σβεννύειν εἶχε καὶ τὸ ἀμηγέπη ἐπὶ τοῖς πραττομένοις εὔλογον.

Ἐκκεκομμένης τοίνυν τῆς παρρησίας τοῖς ἐλευθέροις ὑπὸ D
σκότον φάμουσα ἐρριπτοῦντο, τὴν τῆς ἀρχῆς παραβασίαν ἐλέγχοντα. οἱ δὲ τὸν γράφοντα μὴ ἔχοντες τιμωρεῖν (οὐ γὰρ ἦν ἐμφανίζεσθαι) τοῖς εὑρίσκουσι βαρέως ἐπεῖχον ὡς αὐτοῖς ὑβρίζουσιν· ὕβριν γὰρ ἐκάλουν τὸν ἔλεγχον. ἐγγράφως τοιγαροῦν ἐκυροῦτο ἡ τιμωρία τῷ μόνον εὑρήσοντι, εἰ αὐτὸς ἀναγνοίη, εἰ

saltem votis expetibilis omnino est mutatio talia iubentis principis; cui tamen hi nimium forte indulgentes sensui, nec satis caventes ne in apertum arcana desideria prodirent, dum praesagiorum mortis Augusti auguria captant imprudentius, eius iram in se ipsos acuentes ingentium sibi fuerunt malorum causae. agebat ille in hoc quidem non recte; qui, cum oportuisset obliquum ad recti normam corrigere sicque ambo exaequare, contra cogebat detorquere quod per sese rectum fuerat, conformareque ad pravitatem obliqui, non emendans id quod erat vitiosum, sed crimini vertens, si non depravaretur quod bene habebat. neque diffiteor tamen peccatum a monachis, quibusdam eorum inconsulti zeli effervescentia prorumpentibus quo minime conveniret. verum ne ipsum quidem imperatorem, dum his obsistit, medium laudatae moderationis tenuisse, sed excedendo impegisse in contrarium extremum, confido iudicaturos sapientes, ubi quae fieri tunc contigit attente perspexerint. caeterum cum utrinque acta sua quaedam coloraret rationis species, valere illa debuit ad extinguendos vel certe temperandos utrorumque insanos ardores, ut nec monachi tam contumaciter Augusto repugnarent, pacem ecclesiarum reipublicae utilissimam accommodatione multis probata procuranti, et vicissim imperator mitius eos coërceret, quorum aestuantium metu peccandi, licet vano, infirmis aequum erat conscientiis ignosci. ut ut porro quisque de his statuat, inde factum est ut oppressa publice saevis suppliciorum exemplis contradicendi libertas in furtivam maledicendi licentiam erumperet, famosique libelli clam noctibus spargerentur, quibus imperatori exprobrabantur vetera scelera invasi periurio imperii circumscripto pupillo exsecratoque vere herede.

His imperator cum suis supra modum irritati, quam in auctores libellorum suis latebris tutos effundere iram nequibant, in eos qui sustulissent inventos apud seque tenerent, poenarum crudelitate satiabant. nam et obiici talia, utcumque vera, summam contumeliam putabant; et huius contumeliae veros auctores eos arbitrabantur, qui nefaria et visu primo abolenda scripta cum ipsi legerent, tum legenda caeteris servarent. fixa igitur in publico lex est huius sententiae: "qui famosum invenerit, si legerit ipse, si alii dixerit, si non statim combusserit, si apud se habere deprehensus fuerit, capitis damnator." quaestiones inde acres dira-

www.libtool.com.cn

Ε ἄλλῳ ἐξείποι, εἰ μὴ κἀοι παραυτίκα. πρὸς δὲ καὶ τῷ βασιλογραφείου ἐγκαλουμένῳ, ὡς ἔχοι μόνον, ἡ ἀπειλὴ θάνατος ἄντι-
P 335 κρυς. (25) τεκμηριοῖ δὲ καὶ τὸ περὶ τὸν Καλοειδᾶν γεγονός, ἄνδρα εὐλαβείας μὲν εἰς ἄκρον μεταποιούμενον, παρθενίᾳ συζῶντα, καὶ ἐλεημοσύνην καὶ τὴν πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπην ἀσύγ- 5
κριτον, ἐξυπηρετούμενον δὲ τῇ δεσποίνῃ τῶν ταμιείων, ὅν, ἐπεὶ μόνον ἔχων τοιοῦτον ἐάλω, οὔτε τὸ εὐλαβὲς ἔσωζεν οὔτε μὴν ἡ ὑπὲρ ἐκείνου τῆς δεσποίνης σπουδὴ περιεποιήσατο, ἀλλὰ τῶν
Β ὀμμάτων στερεῖν κελεύων μόλις τὰ τῆς κολάσεως εἰς τὸ ἀνεκτότερον περίστα διὰ τὴν τῆς δεσποίνης συχνὴν ἱκετείαν. προστά- 10
P 336 σει γάρ, καὶ ἄγεται ὁ κατάκριτος παρὰ τὸν τοῦ φόρου κίονα ἐν Κωνσταντιναῖς. καὶ τοῖς κληρικοῖς ἁπαντῶν ἐπιστέλλει τὴν ταχίστην μηδὲν εἰδόσι, καὶ τῷ τόπῳ ἐφίστασθαι. κληρικοὺς δὲ πάντως ἐκάλει, ὑπόπτως ἀεὶ πρὸς αὐτοὺς ἔχων, ὡς ταῖς εἰς ἐκεῖνον τιμωρίαις δεδιξόμενος. ὅσοις οὖν οὐκ ἐν εἰδήσει ἦν τὰ πρατ- 15
τόμενα, ἀφικνοῦντο· οἱ δ' εἰδότες ἐπραγματεύσαντο τὴν ἀποφυγήν, ὡς εἶχεν ἕκαστος. ἱστῶσι τοίνυν τὸν ἄνδρα, καὶ πρῶτα
Β μὲν τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς οὐκ ἐν χρῷ κείραντες, ὡς συνεργοῖεν καίοντι τῷ πυρί, ἐμβάλλουσι πῦρ τοῖς χάρταις βεβρέναις οὔσι

que iudicia frequentata de hoc crimine, quod basilographium nuncupabatur. huius ut reus quis perageretur, satis erat reperiri penes eum aliquem eius generis libellum. convicto mors intentabatur. (25) quam autem non vana quamque irrevocabilis ea supplicii extremi comminatio fuerit, abunde demonstravit, quod Caloïdae contigit, viro eximiae religionis summaeque sanctitatis, in virginitate viventi, exercentique se assidue in eleemosynis ac caeteris id genus erga proximos, sine differentia delectave personarum, misericordis caritatis operibus. erat autem idem de familia imperatricis, penus eius curam gerens. hunc tantummodo habere librum talem deprehensum non sua pietas servavit, non patronae Augustae quantum posset pro fido et caro cliente ac ministro satagentis suffragatio studiosissima protexit. illud enim dumtaxat ardentissimis et creberrime ingeminatis coniugis suae pro Caloïda precibus vix tandem Augustus relaxavit, ut poena mortis in excaecationem mutaretur. iussu ergo eius damnatus ad fori columnam in Constantianis sistitur. advocantur eodem et clerici, repentino eoque acri ac minis in cunctantes sancito accitu, ignari quam ob causam. adesse autem eos idcirco princeps voluit, ut genus id hominum sibi dudum contumaciae suspectum exemplo diri supplicii terreretur. quicumque igitur ex iis quid spectaturi vocarentur ignorarunt, quo iubebantur sunt profecti; qui rem praesenserant, fugam expedierunt qua quisque potuit tutissime. perducto ad locum Caloïdae coma detonsa est, non ad cutem, sed pilis a radice ad aliquam adhuc altitudinem relictis extantibus, ut pabulum igni essent per hos intime pellem ipsam ac calvam ambusti verticis pervasuro. applicatae dehinc arteque appressae miseri capiti chartae membranae pice illitae inflammantur, vimque ardentem ab occipiti ad synciput et frontem usque ad oculos ea cor-

www.libtool.com.cn

καὶ τῇ κεφαλῇ ἐντιθεῖσιν ὡς ἅμα ταύτῃ καυσουμένοις, εἶτα καὶ τὴν ῥῖνα τεμόντες μαχαίρᾳ ἡμιθανῆ εἶτ' οὖν ἡμιδαῆ ἀφιᾶσιν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν μικρὸν ὕστερον, ὅτε τῇ πόλει ἐπιδεδήμηκε.

Τότε δέ, Ποσειδεῶνος ἐκκαιδεκάτῃ μετὰ τὴν τῆς Θεοτόκου ἑορτήν, ἐξεληλάκει μὲν βασιλεύς, ἐξεληλάκει δὲ πατριάρχης, τοῦ πατριαρχεύσαντος Ἰωσὴφ πεμφθέντος εἰς τὸ Κοσμίδιον. C ἀλλ' ὁ μὲν πέμψας, καὶ τὸν Σφαντζῆν ἀγαγὼν Γαβριήλ, ὃν αὐτανέψιον ὄντα τοῦ ἤδη τυφλωθέντος Ἰωάννου εἶχε μὲν πρότερον ἐν τῇ τοῦ παρακοιμωμένου τῆς μεγάλης σφενδόνης τιμῇ, ὕστερον δ' ἐπ' αἰτίαις ἐξετύφλου, συνδυάζει συγγενεῖ γε ὄντι τῷ Ἰωάννῃ, καὶ μεθ' ἑαυτοῦ ἐπαγόμενος τὴν πρὸς τὴν Νικομήδους καὶ τὰ περὶ ἐκείνην ἤλαυνε. πατριάρχης δὲ τὸν κατὰ τὴν κιβωτὸν τῆς θαλάσσης τράχηλον διαπεραιωσάμενος εὐθὺ Νικαίας ὥρμα. D καὶ δὴ ὁ μὲν βασιλεὺς τοὺς τυφλοὺς ἄγων, ὅπῃ καὶ περιορίσειε διεσκόπει· ὁ δὲ Ἰωάννης τὴν ποινὴν μὴ φέρων καὶ ἀναξιοπαθῶν ὅλως οὐ τροφὴν προσίετο, οὐ πόσει προσεῖχεν, οὐκ ἄλλο τι τῶν εἰς ἐπιμέλειαν τῶν ὀφθαλμῶν εἶα γίνεσθαι, μόνον δὲ κενὺς φόρτος ἀγόμενος, ὅπῃ τετυχήκει γῆς ἢ καὶ πέτρας, τὴν κεφαλὴν προσαράττων ὡς τεθνηξόμενος ἦν. καὶ τάχ' ἂν ἐκ τούτων ἐκ πλείστου ἐξεβαινε τὸ θανεῖν, εἰ μὴ καὶ παρὰ τῶν φυλαττόντων ἐπείχετο. πλὴν τὸ κατ' ὀλίγον καὶ συχνάκις γινόμενον εἰς ὅσον πλεῖστον συγκεφαλαιωθὲν τὸ θανεῖν ἐπῆγε, κἀντεῦθεν ἀπήλλακτο E

rumpendos spargunt presseque admovent. naso ad extremum cultri acie truncato, semiustulatum semique mortuum infelicem dimittunt. verum haec paulo post sunt acta, reverso iam in urbem imperatore.

Tunc autem mensis Augusti sextadecima, postridie festi deiparae, discessit inde imperator, discessit et patriarcha, Iosepho expatriarcha prius misso ad Cosmidium. curavit autem imperator adducendum ad se Gabrielem Sphantzen, nepotem ex sorore Ioannis nuper excaecati. huic Sphantzi, quem antea honoraverat praefectura maioris sigilli, postea quasdam ob culpas veras aut affictas eruerat oculos. hoc porro tempore consociatum eumdem cum suo avunculo Ioanne, quem item accersiverat, ducere secum voluit hoc itinere, quo Nicomediam versus et ei adiacentes urbi regiones tendebat. patriarcha vero trans maris fauces ad Cibotum evectus recta contendit Nicaeam. at imperator duos caecos circumducens, ubi eos sub tuta custodia concluderet, quaerebat. caeterum Ioannes incredibili moestitia calamitatem ferens, quam se haud meritum putabat, nec cibum admittebat nec potum, nec cruda etiamnum vulnera recens effossorum oculorum cura foveri necessaria sinebat. portabatur tantum iners pondus; et ubicumque deponeretur, ad petram aut ad solum, prout occurrerat, allidebat caput, mortem omnino velocem quaerens; quam longe prius invenisset, nisi studiose a custodibus teneretur ne noceret ipse sibi. nec tamen cura quantavis illorum prohibere ad extremum

www.libtool.com.cn

μὲν ἐκεῖνος ζωῆς ἐπωδύνου, ἀπήλλακτο δὲ καὶ βασιλεὺς τῆς ἐπ' ἐκείνῳ φροντίδος. αὐτὸς δὲ τὰ κατὰ τὸν Σάγγαριν περιηγησάμενος, καὶ τὰ ἐκεῖσε φρούρια ἐν ἀσφαλεῖ τῇ ἑαυτοῦ παρουσίᾳ θέμενος, Γαμηλιῶνος μηνὸς ὑποστρέφει πρὸς πόλιν. πατριάρχης δὲ πλησίον ἐλθὼν Νικαίας, καὶ Ἐννάτῳ ἐναυλισάμενος,
P 337 εἰσελθεῖν τὴν πόλιν οὐκ ἔκρινε τό γ' ἐκεῖνο δεῖν· θέλειν γὰρ ἔχων διδόναι καί γε γνωρίμοις καὶ προσγενέσιν εὐεργετεῖν, μηδὲν δὲ τὸ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ εὐπορεῖν. τὸ δ' εἰσελθόντα πάλιν μὴ εὐεργετεῖν ὡς ἄξιον, ἀνάξιον ἑαυτοῦ καὶ τῶν μὴ πρεπόντων τοῖς ἐκείνου πράγμασιν ᾤετο. ὅθεν καὶ πρύμναν, τὸ τοῦ λόγου, κρου-
σάμενος Πολυπιθίων τε ἐπέβαινε καὶ τὴν ταχίστην ὑποστρέφει ἔγνω· ἡ γὰρ τῆς ὑψώσεως ἑορτὴ ἀπεῖργε τοῦ μὴ βραδύνειν. τῷ τοι καὶ αὐτὸς κατὰ πόδας, τρισκαιδεκάτῃ Γαμηλιῶνος, ἀπήντα
B πρὸς πόλιν. περὶ δὲ τοῦ καθ' αὑτὸν ὑποστελλόμενος ὡς μὴ διὰ τὰ συμβαίνοντα ὀλιγώρως ἔχειν δοκοίη, ἅμα τῷ τῆς νεὼς ἀποβῆναι πρὸς βασιλέα ἤϊε, διημέρευέ τε πρὸς χάριν, καὶ πρὸς τὴν ἑορτὴν κεκλημένος πρὸς βασιλέως ἕτοιμος ἦν ἐλθὼν ἐκτελεῖν· παντὶ γὰρ ὑπέστελλεν ἑαυτὸν τρόπῳ ἐξ ὅτου περ τοῖς ὀχληροῖς προσέκυρσε, καὶ μεγίστη μοῖρα τῶν εἰς τὸ μετρίως διάγειν ἐλπί-
C δων ἡ πρὸς τὸν βασιλέα ὑποποίησις κατεφαίνετο. τῆς μὲν οὖν

potuit quin ex intervallis iterata saepius in sese saevitia voti miseri compos brevi fieret, in illa desperatione vitam finiens et imperatorem solicitudine de se liberans. is autem obiter inspectis, et quo opus habebant praesidio firmatis, arcibus circa Sangarim, Septembri mense in urbem revertitur. patriarcha vero progressus usque ad viciniam Nicaeae, et ad Ennatum sive Nonum hospitatus, ingredi urbem noluit. causa sic statuendi fuit, quod nihil haberet tunc ad manum unde cognatos suos ac necessarios, qui multi degebant illic, muneraretur. indecens autem ingratumque videbatur, nec aut caetera sua dignum elegantia aut rebus eius conducibile, primo post adeptum summum honorem sui conspectu nihil suis largiri. quare in proram, quod dicitur, incumbens retroque inde cedens, Polypithia superavit et confestim reverti constituit: nam et exaltationis crucis imminens festum increpabat moras. festinans igitur die tertiadecima Septembris urbem tenuit. ac solicitus de sua apud principem gratia, quam ne refrigerari contingeret non immerito fortasse verebatur ob ea quae in causa schismatis in dies evenisbant, plerisque reluctantium paci culpam omnem Vecco imputantibus, querentibusque ipsum scriptis suis terminos patrum et fixa dogmata convellere atque ultra modum omnem efferri. ob haec, inquam, sibi timens statim ac navi exscendit, ad palatium recta perrexit imperatorique diem totum officiosissime adstitit, eidemque ad festum vocanti paratum se ad eundum et celebrandum exhibuit. mirabiliter enim ex illo mutatus qui tam libere antea obsistere principi audebat, nunc ad nutum eius se fingebat in omnibus, malis nimirum iis domitus, quae passum eum ex offensione Augusti nimia ipsius libertate irritati superius retulimus. et fructus huius

www.libtool.com.cn

τιμῆς ἐκείνῳ ἐλάττων φροντὶς ἦν, τὸ δὲ πατριαρχεύοντα διακενῆς ἐνοχλεῖσθαι ἴσα καὶ τῷ θανάτῳ ἐτίθει. ὃ δὴ καὶ ἐκ τοῦ προστυχόντος ὑπονοούμενον ἦν τεθυμωμένου τοῦ βασιλέως εἰς ἅπαν. τὸ γὰρ καὶ τοὺς οἰκείους διασείεσθαι, καὶ οἷς ἂν ἐκεῖνος ἐθάρρει μᾶλλον ὡς παρ' ἐκείνῳ τεθραμμένοις καὶ δόξης τυχοῦσιν, ἀθετεῖν μὲν τὰ συγκείμενα οὐδ' ὅλως ἐποίει, τὸ δὲ πρὸς τὸν πατριαρχεύοντα τὰς αἰτίας ἄγειν (ἡ γὰρ ἀναφορὰ τοῦ σκανδάλου σαφὶσι πρὸς ἐκεῖνον ἦν, ὡς ἔλεγον, ἀσφαλεῖς τὸ κατ' αὐτὸν Λα- D τίνους, παρὰ μόνην τὴν ἐν τῷ συμβόλῳ πρόσθεσιν, κρίνοντα) ἕτοιμον ἦν ἐκ τοῦ ῥᾷστα καὶ προφανῶς, καὶ ἀμφοτέρωθεν, ἔκ τε βασιλέως καὶ τῶν πασχόντων, ὁ ὄχλος αὐτῷ περιίστατο, ἐκείνου μὲν ὡς τὴν τῶν οἰκείων ἀπολωλότος εὔνοιαν, τῶν δὲ καὶ δι' αὐτὸν πασχόντων μὴ ἐῶντα τὰ πεπραγμένα τῷ χρόνῳ μᾶλλον ὑποχαλᾶσθαι. τοῦτο ξυνέβη καὶ ἄλλοις πλείστοις, ξυμβεβήκει δὲ καὶ Κωνσταντίνῳ τῷ Ἀκροπολίτῃ καὶ τῷ Θεοδώρῳ Μουζάλωνι, E (26) ὧν τὸν μὲν παρὰ τοῦ πατρὸς τοῦ μεγάλου λογοθέτου λα- P 338 βὼν ἀνῆγε παιδεύων καὶ οἰκεῖον ἀποκαθίστα ἐς ὅτι μάλιστα, τὸν

12. ἀπολωλεκότος?

obsequii non parvus illi constitit. nam utcumque non probabat imperator controversiam de dogmate moveri, et in pacis negotio ulterius rem provehi quam pactorum conventorum cum Latinis praecise tuendorum necessitas posceret, summa perstitit constantia in protegendo Vecco, quem, ut dixi, publicae passim querelae traducebant quasi fontem atque auctorem perturbationum praesentium, idcirco quod haud contentus utcumque tolerari usurparique concordiam, contenderet insuper demonstrare recte sentire Latinos in dogmate de processione Sancti Spiritus, ac vix culpam eorum levem agnosceret dumtaxat in additione ad symbolum attentanda. haec incredibiliter efferabant plerorumque animos. opinioque multorum non inverisimilis fuit, si ab his Veccus temperasset, futurum fuisse ut sensim fervor schismatis consenesceret et cuncta tempore ad tranquillitatem componerentur. cum igitur ex his fieret ut quotidie fervidiores quidam zelo inconsulto prorumperent ad negandam imperatori obedientiam in iis quae ad observandam pacem iuxta pacta praescribebat, iidemque patriarcham transfugii ad partes Latinorum criminarentur, imperator contemni se inobedientia subditorum patientius tolerans, ita exardescebat pro patriarcha ut istas in eum iactatas accusationes morte peius aversari videretur. cum autem hoc nomine vehementer irasceretur cunctis ex quocumque ordine ac genere, qui talia murmurarent, tum impotentissime indignabatur quoties id illos agere videbat, quos caritate praecipua complexus educasset a pueris, extulisset honoribus, ideoque ad quidvis sibi obsequendum ingentibus sibi auctoratos beneficiis crederet. ex his, praeter alios plurimos stomachatos in Veccum non impune, duo prae caeteris fuerunt, Constantinus Acropolita et Theodorus Muzalo, quorum, praesertim Muzalonis, casus hic memorari non abs re opinor fuerit. (26) horum illum quidem a patre magno logotheta acceptum educarat apud se informarique optimis artibus curarat imperator, sibique iam intime ad-

www.libtool.com.cn

δὲ ἐκ στρατιωτικῆς μοίρας ἀναλαβὼν καὶ τοῖς μαθήμασιν ἐνδοὺς
ἐνσχολάσαι λογοθέτην τῶν γενικῶν ἐτίμα, συζεύξας εἰς γυναῖκά
οἱ καὶ τὴν τοῦ Καντακουζηνοῦ θυγατέρα, καὶ μεσίτῃ τῶν κοινῶν
ἐχρᾶτο. τὸν μὲν οὖν Ἀκροπολίτην καὶ ἀποπροσεποιεῖτο καὶ
B κρείττω τῶν κατ' ἐκεῖνον τὸν θυμὸν ἦγε, τῷ δὲ Μουζάλωνι καὶ ς
λίαν χολούμενος ἦν. τῷ τοι καὶ ἐνστάντος καιροῦ πρεσβείας
πρὸς Ῥώμην, ἀφειμένος τῶν ἄλλων ὁ βασιλεὺς κατὰ πεῖραν, οἶ-
μαι, πλέον ἐπεῖχε τούτῳ τὰ τῆς πρεσβείας ἀναδέξασθαι. ὡς
δὲ προστάσσων οὐδὲν ἦννε πλέον τοῦ δοκεῖν κωφῷ προλέγεσθαι
καί γε τυφλῷ τῷ τούτῳ διανεύειν, καὶ ἡ αἰτία τῆς παραιτήσεως 10
C οὐκ ἠγνόητο, αὐτίκα θυμοῦ πρὶν ἐγκρατὴς ὢν ἥττᾶτο τότε, καὶ
τῷ ἀδελφῷ προστάξας, ὃν καὶ ἐπὶ τῶν εἰσαγωγῶν εἶχεν, ἐκείνου
μεσιτεύσαντος τὴν ὑπηρεσίαν πολλὰς καὶ βαρείας ἐντείνει, ὡς
μηδὲ τὴν ἐν χερσὶ βακτηρίαν συνεχῶς πλήττουσαν τῷ κατ' ἐκεί-
νου βασιλείῳ θυμῷ ἀρκέσαι, ἀλλὰ καὶ ταύτης ἀπειπούσης τῇ 15
θραύσει ἄλλην παραληφθῆναι, τὸ ἐκείνης ἔργον ἀναπληρώσου-
D σαν. ἀλλ' οὐκ ἦν ἐκείνῳ τὰ τῆς τιμωρίας ἐς τόδε, ἀλλὰ καὶ

5. κρείττων P. 9. προσδιαλέγεσθαι?

motum in familiarissimis habebat. hunc vero adscitum ex militari ordine, et literis ac disciplinis suo sumptu iussum imbui, logothetae generalis dignitate honoraverat; eodemque aucto insuper in potentiam affinitate splendida (nam illi filiam Cantacuzeni dedit coniugem) principali ministro in publicarum rerum gubernatione utebatur. atque in Acropolita quidem ulciscendo iram in potestate suam habuit, non ulterius saeviens quam eum privando loco gratiae quem prius tribuerat et a sua familiaritate removendo: in Muzalonem totas habenas iracundiae laxavit. cum enim eum occasione forte instante mittendi legatos Romam, explorandi, ut opinor, eius animi gratia prae caeteris invitasset ad istam legationem suscipiendam, et ille propter videlicet omnibus notam eius a Latinis et a concordia cum ipsis aversionem admittere praefracte recusasset, ac ne iteratis quidem apud ipsum de hoc instantiis plus profecisset imperator quam si surdo caneret aut innueret caeco, ad extremum omni excussa priori moderatione excandescens, fratrem eius, quem sibi admissionalem ipsius commendatione fecerat, accitum corripere fustem iubet suumque germanum validissime pulsare. fecit id ille non perfunctorie, spectante instanteque tam inexplebiliter Augusto, ut cum baculus in tundentis manu vehementia ictuum fractus dissiliisset in frusta, nondum ira satiata sumi alterum iusserit plagasque accumulari. neque hic infelici malorum finis. eundem et a suo conspectu et ab administratione rerum amovet. in eoque eius despectu perseveravit, quoad ille victus malis et prioris fortunae desiderium non ferens ad preces infimas descendit, declarataque perperam actorum poenitentia, et idoneis quasi vadibus ac pignoribus de se datis, exhibitione contrariorum operum et sensuum, fidem promissi fecit quo se obstringebat non solum ad deinceps acquiescendum paci, sed et si quid ulterius eo in genere Augusto cordi esset, citra ullam exceptio-

www.libtool.com.cn

ἀπὸ προσώπου ἐποίει καὶ τῆς τῶν κοινῶν μεσιτείας παραχινεῖν οὐκ ἀπώκνει. καὶ παρεωραμένος διετέλει μέχρις οὗ οἰκειοχείροις ἀσφαλείαις μὴ μόνον προσήκατο τὴν εἰρήνην, ἀλλὰ καὶ πλέον ἦν ἕτοιμος, εἰ κελεύοι, πράττειν. ὁ δὲ τοῖς μὲν παροῦσιν ἀρκούμενος, ἐπὶ δὲ τὸ πλέον ἐκείνου μὲν καταγνοὺς δῆθεν ὡς κατα- ψυχθέντος τὸν ζῆλον, ἑαυτὸν δὲ μηδ' ἀνεχόμενον παριστῶν ὅλως E παραβαίνειν πλέον τῶν συγκειμένων, δεξόμενος αὖθις τοῖς πραχθεῖσι μόνοις ἐμμένειν ἐπήγγειλε.

27. Τοῦ δ' αὐτοῦ ἔτους ὑποστρέφει μὲν ἐξ ἀνατολῆς ὁ P 339 βασιλεὺς Ἀνδρόνικος, τὴν δέσποιναν ἐκεῖσε καταλιπών, ἀνήγετο δὲ πρὸ τούτου καὶ ἐκ δύσεως ὁ πορφυρογέννητος, οὐδὲν εἰς τρόπαιον φέρων ἢ τὸν Κοτανίτζην ὑπὸ χεῖρα ποιησάμενος ὁμολογίαις ἐνόρκοις τοῦ μηδέν τι παθεῖν ἐκ βασιλέως ἀνήκεστον. καὶ ὁ μὲν ἐμμένων τοῖς ὅρκοις ἐς τέλος εὐορκεῖν ἤθελε, βασιλεὺς δὲ οὐ τὸ ἐφ' ἑαυτοῦ μόνον προορώμενος εἴς τε τὴν ἀπ' ἐκείνου δου- B λείαν καὶ τὸ ἐξῆς πρὸς εὔνοιαν ἀδολίευτον, ἀλλὰ καὶ τὰ ὀψὲ τῶν καιρῶν σκοπούμενος ἐκτυφλοῦν ἐβούλετο· μηδὲ γὰρ αὐτὸν ὀμνύειν, ὡς ἐπιορκίας ἄλῶναι, ἀλλὰ τὸν υἱὸν ὑπὲρ αὐτοῦ μηδὲ συναινοῦντος ὅλως. τὸν δὲ κακὸν προεώρα κακόν, οὐ θεσμῷ

nem aut moram obtemperandum cunctis quae iuberet, in hoc quoque nimius, ut imperator ipse iudicavit, qui quod offerebatur eatenus duntaxat accipiens ut Muzalonem perstare deinceps in statutis circa pacem ecclesiarum gauderet, improbavit apud se graviter praeparationem animi quam ostendebat ad ulterius, si iuberetur, progrediendum, in quo animadvertebat, non sine tacito contemptu, refrixisse zelum eius usque ad relaxationem necessariae constantiae, quam in rebus religionis invictam exhibere Christiani est officii. ipse porro imperator et tunc et semper alias prae se tulit abhorrere omnino se a plus concedendo Latinis quam quantum erant conventionibus stipulati. Muzalonem igitur in locum pristinum recipiens, iussit ea solum inconcussa tenere in quae utrinque a concordiam tractantibus convenerat.

27. Eodem anno rediit ex Oriente imperator Andronicus, domina ibi relicta. redierat ante hunc ex Occidente Porphyrogenitus, nihil ad tropaeum ferens. non enim bello vicerat, sed ultro subiunctum potestati eius Cotanitzam secum ducens, postquam ei iureiurando caverat nihil illum grave ab imperatore passurum. ac Porphyrogenitus quidem quantum in ipso erat, praestare iuratam fidem ad extremum volebat. imperator autem turbulentum Cotanitzae ingenium satis perspectum habens, et quamquam in praesentia nihil ab eo timendum videret, in posterum providenter metuens ne captato aliquando tempore negotium heredi facesseret, depositaque obsequii larva, quam ei desperatio rerum suarum utiliter modo induisset, ad fraudes perfidiamque solitas revolveretur, praevertere formidatam perniciem suspecti capitis excaecatione cupiebat. nec enim quo minus id ageret, religione sacramenti se teneri disserebat, utique cum non ipse iurasset, sed absque iussu consensuque suo filius; cui

www.libtool.com.cn

μαντείας ἀλλὰ φυσικῇ γνώσει προορῶν τὸ μέλλον· τὸν γὰρ τοῦ
λῃστεύειν εἰς πεῖραν ἥκοντα μηδὲν ὁρμαῖς ἑτέρου δουλεύοντα ἀγα-
C πῆσαι. ὡς γοῦν ἀμεταθέτως εἶχεν ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τούτῳ, καὶ
τὸν υἱὸν τοὺς ὅρκους προτείνοντα ὅλως ἐπιορκίας ἀπήλλαττε λό-
γοις (αὐτὸν καὶ γὰρ φυλάττειν τοὺς ὅρκους ὡς μηδὲ προδιδόντας
ἢ συναινοῦντα τὸ σύμπαν, ἐκείνῳ δ' ὄντι τῶν ὅρκων ἐλευθέρῳ
ἀκινδύνως πράττειν ἐξεῖναι), ἀπειπὼν πρὸς τοὺς λόγους καὶ τὴν
ὑπὲρ τοῦ ἱκέτου ἱκετείαν ἀσθενοῦσαν ὁρῶν ὁ δεξάμενος βουλὴν
εἰσάγει τῷ κινδυνεύοντι καταφυγεῖν πρὸς τὸ μέλαν καὶ τὰ τῶν
D μοναχῶν ἀμφιέσασθαι, εἴ πως ἐντεῦθεν σωθείη· τῷ γὰρ ἅπαξ
τὰ τοῦ κόσμου ὁμολογίαις ἀποθεμένῳ φρικταῖς μὴ ἂν τινα δυνα-
τὸν εἶναι ὑπόπτως ἔχειν ὡς στραφήσεται πρὸς τὰ πρότερα· σε-
βασθῆναι δὲ καὶ τὸ σχῆμα τῷ βασιλεῖ, ὥστε ἀποδέχεσθαι τὸν
ἐνδεδυκότα μὴ τιμωρεῖν. ταῦτα λέγων πρὸς ἐκεῖνον ὁ πορφυρο-
γέννητος, καὶ βουλὴν εἰσάγων τὴν δοκοῦσαν συνοίσειν, δῆλος ἦν
P 340 ἀπολύων ἐγκλήματος ἑαυτὸν τὸ μέρος, εἰ μὴ ποιῶν κινδυνεύοι·
τὸ γὰρ ἐξ αὐτοῦ ὅσον ἦν βοηθεῖν δυνατόν, πεπρᾶχθαι. Κατα-

1. τὸν] τὸ P. 5. αὐτὸς P.

sufficeret ad exsolvendam fidem abstinere ipsum a supplice multando, non ad se praeterea pertinere arbitrantem, si quid aliud suo quodam consilio pater decerneret. mali porro pravique hominem animi et esse et fore Cotanitzam pro certo habebat imperator, non edoctus oraculo aut vaticinandi monstrante vi, sed naturali prudentia quod erat eventurum praesagiens, nec persuaderi sibi sinens ferocem iuvenem gustata semel latrocinii dulcedine, bona fide sub alieno imperio victurum, temperaturumve in occasione novandarum rerum a iugo excutiendo. ab hoc autem, cui inflexibiliter haerebat, proposito frustra Porphyrogenitus Augustum dimovere conabatur, datum a se iusiurandum obtendens: respondebat enim pater ipsi ad conscientiae securitatem satis esse, quod nec prodente nec suadente nec assentiente se quidquam in dedititium aliter ac sperasset statueretur: se autem sineret, quatenus citra periurii periculum posset, quieti publicae consulere. haec scrupulum non eximebant Porphyrogenito; qui cum ab obfirmato in id quod semel decreverat patris animo impetraturum se quidquam desperaret quantislibet pro suscepto suo precibus, ei ipsi patefacta re suasit ut, quae una restabat vitandi exitii ratio, confugeret ad montem nigrum, illicque monastico induto habitu vitam religiosam profiteretur. ita videri fore ut securus de eo iam Augustus voluntatem eius oculis privandi deponeret, quippe et venerari eum id instituti genus, et a semel abiuncto a rebus humanis facile inducendum videri ne rebellionem et civiles turbas metueret. haec parum quidem ad genium Cotanitzae faciebant: tamen homo solertior quam religiosior ingressus intime in curam rerum suarum sic reputare secum instituit, istud sibi amice suggestum a Porphyrogenito consilium fore illi apud omnes excusationis idoneae loco, ne perfidiae culparetur ob excaecationem dediti, cui scilicet avertendae nihil omisisset in potestate situm sua; sibi autem usui, si parere salutaria monenti renueret, calamitatem imputandam suam. quare

www.libtool.com.cn

νίτζῃ μὲν οὖν καὶ τῷ γαμβρῷ Τορνικίου ἐπηρτημένον τὸν κίνδυνον βλέποντι ἀγαθὸν ἐδόκει τὸ βούλευμα, καὶ τῷ βουλεύσαντι χρῆται μεσίτῃ πρὸς βασιλέα ἐφ' ᾧ τὸν μοναχὸν ὑπενδῦναι, κόσμον καὶ τὰ κόσμου χαίρειν ἐάσας. ὡς δ' ἀπῄτητο καὶ αὐτὸ τὸ τέλειον σχῆμα λαμβάνειν καὶ κατένευεν αὐτίκα, ἀπολυθεὶς τελεῖται τὰ μοναχῶν, καὶ ὁ χθὲς λῃστεύων σώφρων ὡρᾶτο καὶ ἄκακος, πλὴν οὐ τῇ τῆς ψυχῆς προθέσει ἀλλὰ μόνῳ τῷ φαινομένῳ· ὁ γὰρ μεμεριμνημένος σκοπὸς ἐπὶ τούτῳ καὶ λίαν ἀπῆν, B ἀνάγκης δὲ ἄρ' ὑπούσης τὸ γινόμενον ἀσθενές. ἐς ὁπόσον δὲ κατὰ τοῦτον προέβη, ἐσαῦθις ἐροῦμεν. ὁ γοῦν πορφυρογέννητος ἐπὶ τούτοις κατ' ἀνατολὰς γίνεται, καὶ τοῦ βασιλέως ἐκεῖθεν ἀπάραντος αὐτὸς ἦν ἀντ' ἐκείνου μεταχειρίζων τἀκεῖ.

28. Ἀλλ' ὀλίγον τὸ μεταξύ, καὶ ἡ δέσποινα μὲν Ἄννα C ἐκεῖ τελευτᾷ τὸν βίον, ἀγγέλλεται δὲ μετ' ὀλίγον τῷ βασιλεῖ· καὶ ὡς προνοίᾳ τοῦ μὴ μαθεῖν τὸν υἱόν τε καὶ βασιλέα, ὡς ἐπ' ἀπορρήτῳ, στέλλει τὸν αὐτσῦ μὲν ἀρχιδιάκονον τῆς ἐκκλησίας δὲ χαρτοφύλακα, τὸν Μελιτηνιώτην Κωνσταντῖνον, ἐφ' ᾧ μετακομίζειν τὸν νεκρόν, ὡς ἐχρῆν, εἰς Νίκαιαν. ἅμα δὲ καιρὸν λαβὼν

18. εἰς] ὡς P.

cum summae rei rationibus subductis non alia certior appareret via declinandae pestis eius geminae quae Ioannem Tornicii generum nuper oppresserat, mentem ad necessarium consilium appellens, ipso Porphyrogenito interprete veniam ab Augusto abstulit sequendi quod ostendebatur. cumque petitum ab ipso esset ut ipsum habitum professionis vitae perfectae indicem sumeret, statim annuit, et mundo vale dicens in sacram se transcripsit militiam, mutatione mira ex hesterno latrone hodiernus monachus, innocentiae ac temperantiae modo studens, longe aliter vivere nuper assuetus. sed verum intus propositum ad ratam religionem necessarium simulatori deerat animo. nimirum quem intueri solent qui sponte fiunt monachi, divini cultus et propriae aeternae salutis scopum, Cotanitza sane non spectabat, amoliri periculum instans hoc quasi mimo poenitentiae contentus; ex quo quid consecutum denique sit, suo referemus loco. sub haec porro Porphyrogenitus in Orientem est profectus, patris, qui paulo ante inde recesserat, vices obiturus, sustentandis, prout posset, illic in ruinam pronis rebus imperii.

28. Non longo post haec intervallo domina Anna vitae finem invenit illic ubi eam haesisse diximus, viro ex Oriente reverso in urbem. perlatus brevi ad imperatorem est eius acerbi casus nuntius, quem is magnopere haberi studuit arcanum, ne citius quam opus esset perveniret ad notitiam iunioris Augusti, tali morte carissima uxore viduati. misit ergo confestim in Orientem, celata diligenter mittendi causa, Melitenioten Constantinum, suum quidem, hoc est palatini cleri, archidiaconum, ecclesiae vero chartophylacem, ut cadaver defunctae portari de more Nicaeam curaret. simul etiam occasionem se commodum offerentem pru-

www.libtool.com.cn

εὐπρεπῆ τοῦ τὸν πορφυρογέννητον, ἀποβαλόντα διὰ τὸ πένθος
D τὰ ἐρυθρά, μὴ φορεῖν ἄλλοτε παρασκευάσαι, εὐτρεπίσας ἀλλόχροα τὰ σὺν λευκῷ πορφυρᾷ χρυσῷ ποικιλτά, καὶ διὰ μαργάρων
P 341 τὸ βασιλικὸν σημεῖον τοὺς ἀετοὺς περιθείς, καὶ πέμψας ἐκ τούτων πέδιλά τε καὶ χαλινά, σφίσιν ὡς παρασήμοις τὸν υἱὸν προσέταττεν ἐμπομπεύειν, μόνῳ τῶν ἐρυθρῶν ἐκστάντα τῷ βασιλεῖ. σοφὸν δὲ ἄρα καὶ τὸ τοῦ καιροῦ ἦν, ὡς μὴ δόξαι τὰ ἐπίσημα μεταλλάττειν καὶ ἅμ' ἀποβαλόντα τὰ ἐρυθρὰ μεταλαμβάνειν τὰ ποικιλτά, ἀλλὰ χρόνου ῥυέντος διὰ τὸ πένθος ἐπὶ μόνοις μίλασιν ἀνεκτὴν τὴν μεταβολὴν δεδόχθαι, ὡς ἐξ ἀρχῆς κοσμηθέντος
B τοῦ φορέσαντος τοῖς μετὰ βασιλέα λαμπροῖς, ὡς ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι βασιλείας τοὐπίσημον ἔχοντος. καὶ δὴ ἤπειγέ τε τὸν ἀρχιδιάκονον ὁ κρατῶν, καὶ παραυτὰ μηδὲν μελλήσας ἀπέστελλεν, ἐφ' ᾧ μὴ γνοίη ὁ βασιλεύς. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν καὶ τὸν δοθέντα καιρὸν συντεμὼν ἤλαυνεν ἐφ' ἑῴας, βασιλεὺς δὲ πειράσας διαλαθεῖν δμως τὸ κατὰ βουλὴν οὐκ ἤνυεν, ἀλλ' εὐφώρατον γέγονε τὸ ἀπόρρητον, καὶ τὴν συμφορὰν ὁ παθὼν ὡς εἶχε διέφερεν.
C ὁ μέντοι γε πεμφθεὶς ἐπιστὰς βαρὺς ἔδοξεν, ἄδωρα δῶρα φέρων τῷ υἱῷ παρὰ βασιλέως. ὀλίγον δὲ προλιπὼν ὅσον ἐπισκευάσαι

6. τῷ ἐρυθρῷ P.

denter arripuit redigendi ad convenientem deinceps ornatum Porphyrogeniti Constantini minoris sui filii; cui quod hactenus indulserat, ut rubris vestibus etiamque calceis similiter atque ipse uteretur, tempestivum amplius non erat, adulto et ad imperatoriam evecto dignitatem primogenito eius Andronico: poterant enim aemulationes et ambitiosae spes inde natae fratres committere, cum perturbatione publicae tranquillitatis. ut igitur, quod necessario faciendum erat, quam minime moleste captato apte opportuno tempore fieret, hunc rerum articulum accommodatissimum ad id ratus, quo ipse ultro Constantinus propter luctum Augustae mortuae rubra deposuisset, iussit imperator Melitenioten illi a se offerre quales gestare illum deinceps oporteret vestes, versicolores albo mixtas et purpura, intextu auri variegatas, superadditis pro Caesareo insigni aquilis opere phrygionico formatis contesseratione margaritarum. eius generis et formae tum indumentis crurum pedumque tum ephippiis ac frenis, declaravit imperator per Melitenioten, velle sese atque aequum censere in posterum uti Constantinum, solius unicoloris et impermixtae purpurae usu concedentem fratri maiori iam Augusto. strenue curavit quidquid demandatum fuerat archidiaconus, et celerrime iam Andronico pervectus in Orientem ante omnia Constantino Porphyrogenito et mandata et dona, parum licet grata, parentis Augusti reddidit. caeterum haud sic arcana haberi mors Augustae diu potuit, ut amantem falleret virum eius Augustum iuniorem; qui cito cognitum sibi luctuosissimum casum tulit ut potuit. corpus porro dominae mortuae simul compositum et curatum ex re-

τὸν νεκρὸν εὐάγωγον καθ' ὁδόν, σπεύσας εἰς Νίκαιαν φέρει. καὶ παραυτὰ μὲν στέλλεται τὴν ἐπὶ Νικαίας ὁ πατριάρχης, στέλλονται δὲ καὶ ἱεράρχαι ὅσοι ὁπῆ κατὰ πόλιν ἦσαν, καὶ τὸ τοῦ κλήρου ἔκκριτον ξύμπαν. τὰ δέ γε τῇ ὁσίᾳ προσήκοντα καὶ λίαν περιφανῆ ὁ κρατῶν ηὐτρέπιζε. τότε τοίνυν τὰ νενομισμένα τῇ κειμένῃ τελέσας ὁ πατριάρχης, καὶ πολλοὺς τῶν γνωρίμων χρυσίοις ἱκανοῖς δωρησάμενος, ἐκ τῆς ὁσίας τὰ πολλὰ κερδάνας, εἰ καὶ τὴν χεῖρα ἡ γνώμη μέμφεσθαι εἶχε τῷ φιλοδώρῳ τῆς προαιρέσεως, τὴν πρὸς τὴν πόλιν καὶ αὖθις ἤλαυνε. πυθόμενος δὲ τὸν βασιλέα Ἀνδρόνικον πάλιν ἁπτόμενον τῶν καθ' ἕω διαπεραιωθῆναι τὸν Βόσπορον, αὐτίκα παρεγκλίνας ἐν τῷ τοῦ ἁγίου Αὐξεντίου βουνῷ κατά που τοὺς πρόποδας σκηνουμένῳ συγγίνεται. κἀπειδὴ Μαιμακτηριῶνος λήγοντος ἡ τῶν ἁγίων ἀποστόλων προσήλαυνεν ἑορτή, ἐκεῖσε μικρὸν ἐπιμείνας τῷ βασιλεῖ ὁμιλῶν τὰ εἰκότα (ἐῴκει γὰρ καὶ συνδεδέσθαι ταῖς πρὸς αὐτὸν ἀγάπαις ὁ βασιλεύς), τέλος τὴν θείαν ἐκτελέσας μυσταγωγίαν ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἀρχιστρατήγου κατὰ τὴν ἑορτήν, καὶ ὡς εἰκὸς ἐπενξάμενος, ἀπαλλάττεται.

12. κάτω P.

gio more est, idoneo in id spatio impenso ut iam efferri et in pompa ostendi salvo Augustae maiestatis decore posset, splendidis exequiis cum a Porphyrogenito tum a Meliteniote deportari curatum, magnoque deductum comitatu Nicaeam est; quo etiam missu imperatoris patriarcha occurrit cum episcopis, quotquot tunc Constantinopoli fuere, ac flore insuper ipso urbani cleri universi. magnifice iam ibi ac plane regie parentatum defunctae est, nihil ad splendorem apparatus pompaeque quam augustissimam speciem omittente imperatore curae ac sumptus. sub haec perfunctus ceremonia funebri patriarcha sibi olim familiares ac necessarios multos aureis, quos illo funere lucratus plurimos fuerat, liberaliter elargiendis demeruit, tanta id propensi ad dandum animi declarata vultu ipso ac gestu alacritate faciens, ut satis appareret non respondere facultatem voluntati, et plus longe profundere paratam mentem beneficam quam quantum manus pro dantis voto exiliter instructa suggereret. his actis Veccus se in urbem referens, obiter audito Andronicum Augustum traiecto Bosporo versus Orientem iter capessere, de via declinans eum convenit ad radices Monti Sancti Auxentii posito Augustali diversantem. erat tunc tempus desinentis Iunii, festumque imminebat Sanctorum Apostolorum, quod Andronicus illic celebrare constituerat. ea causa patriarchae ibi paulo diutius detento copiam praebuit liberiorem longiorum colloquiorum cum Augusto, ei, ut apparebat, bene affecto ac per hoc ipsius consuetudine gaudente. tandem solemni sacrificio die Sanctorum Petri et Pauli rite apud Sancti Michaëlis archangeli monasterium a patriarcha celebrato, valedicens is imperatori, ipsique in digressu de more bene precatus, coepto urbem versus itineri se reddidit.

www.libtool.com.cn

P 342 29. Βασιλεὺς δὲ καὶ αὖθις ἀγγελθὲν ἐκείνῳ ὡς τὰ πέραν τοῦ Σαγγάρεως ἀσθενεῖ, Πέρσαι τε συχναῖς ἐπιτιθέμενοι πείρας κατὰ πολλὴν ἄδειαν διαπεραιούμενοι κακῶς ποιοῦσι καὶ τὰ ἐνδοτέρω τοῦ ποταμοῦ, δυνάμεις συναθροίσας ὅσας ὁ καιρὸς ἐδίδου καὶ ἐνεχώρει τότε κατ' αὐτὸν πράγματα, ἀπτέρῳ τάχει τἀκεῖσε καταλαμβάνει διαπεραιωθεὶς τὸν Σάγγαριν. τότε τοίνυν βλέ-
B πων τὴν Σκυθῶν, εἴποι τις, ἐρημίαν ἐκεῖ μονονοὺ τρίχας ἔτιλλε. κατῳκτίζετο μὲν γὰρ ἐκτόπως τὸν τόπον, καὶ τὴν χλεύην κατωδύρετο τῶν ἰδίων. πρὸς δέ γε τὸν Ἀλεξανδρείας πατριάρχην, ἐκεῖσε κατὰ παραμυθίαν τῷ βασιλεῖ συνδιάγοντα, τὴν τοῦ ταῦτ' ἠρημῶσθαι αἰτίαν καρδίας στεναγμοῖς ἰσχυρίζετο, τοῦ τόπον μὲν μεμνημένος ὡς εἶχε τὸ πρότερον, ὅτε κατ' ἐπιτροπίαν αὐτὸς ἐστρατήγει, ἐς ὁπόσον δὲ συμφορᾶς κατηντήκει τῷ τότε βλέπων,
C ὡς μηδὲ βατὸν ἀνθρώποις εἶναι, δένδρεσιν ὑψικόμοις κατειλημμένον. τὸ δ' αἴτιον, φησίν, ἡ τῶν ζηλωτῶν ἐπίθεσις, καὶ τὸ ἐκπολεμοῦν βασιλεῖ τὸ ὑπήκοον σπεύδειν, ὡς τὰ καὶ τὰ πέπρακται λέγοντας, καὶ ὡς παρανομοίη ὁ βασιλεύς, καὶ τἄλλα οἷς τὰς

5. κατ'] τὰ κατ'?

29. At imperator rursus non dubiis nuntiis certior factus ulteriores Sangari regiones laborare, Persae siquidem opum ibi Romanarum infirmitate crebris incursionum experimentis abunde comperta tantum fiduciae iam sumpserant ut amne securissime traiecto etiam citeriores Sangari tractus agere ferreque rapinis et vastationibus non dubitarent, contractis copiis quantas pro tempore proque praesenti copia potuit cogere, summa celeritate illuc se contulit, Sangari transmisso. tunc cernens illic Scythicam quamdam (ut vulgo dicunt) solitudinem tam acri doloris urebatur sensu, parum ut abesset quin pilos ipse sibi capitis velleret. miserabatur enim incredibiliter calamitatem locorum illorum; et tam impune ibi suos ludibrio esse barbaris ad propriam ipsius pertinere ignominiam reputabat moerens. aderat ei huius expeditionis ad solatium comes Alexandrinus patriarcha. apud hunc exonerans animum, non sine altis e corde suspiriis, affirmabat compertam sero sibi veram causam obversantis oculis desolationis, quae quanta quamque miserabilis esset ipse optime omnium nosset, adiutus ad id memoria florentis quondam ac beati regionum harum status, qualem se spectasse recordabatur, cum ante quam in imperium eveheretur, Romanis copiis ibi praeesset. comparans ergo animo quam uberes, quam frequentes olim felicibus incolis terrae, in quantam nunc, quae cerneretur, calamitatem devenissent, ut non exhaustae civibus colonisque solum, sed ne perviae quidem iam hominibus essent, nullo passim vestigio viarum, stirpibus atque arbustis densis atque altis enatis ubique temere. causa, inquiebat, mali tanti haec demum est, eruptio inconsulti zeli subditos efferens in conatus rebelles impugnandi principem; ubi prodire aliter in rem non possunt, maledicas incitantes linguas ad seditiose murmurandum adversus imperantem, haec et illa eius acta percensentes, quae prava esse contendunt, et reum illum violatarum legum et reipublicae pessime administratae licentissime peragunt;

καρδίας τῶν ἀνθρώπων ἀλλοτριοῦντες τοῦ βασιλεύοντος ἐποίουν
καὶ βασιλέα περὶ ἑαυτῷ δεδοικέναι, καὶ τὴν καθ' ἑαυτὸν ὀρρω-
δίαν πάντως καρδίας οὔσης τὰ μέλη συγκατασπᾶσθαι ξυνέβαινεν. D
αὐτίκα γὰρ μέλλησις ἠκολούθει, καὶ τὸ ἐπιτροπαῖς στρατηγῶν
καὶ μόναις διοικεῖσθαι τὰ κατὰ τόπους, οἳ δὴ γλισχρότητος μὲν
ἠττημένοι λημμάτων, δέει δὲ τοῦ μή τι παρὰ βασιλέως παθεῖν
ὡς παρὰ τὸ εἰκὸς ἐλλελειμμένους, τὰ πταίσματα συγκαλύπτον-
τες, τῷ κατὰ σφᾶς ἀδεεῖ ψευδῆ γράφοντες, ἠρήμουν τὴν χώραν E
καὶ τέλος ἔρημον τὴν οἰκουμένην ἀπέφηναν. ταῦτα λέγων, τρυ-
φὰς βασιλικὰς ἀφεικὼς καὶ θεραπείαν ἅπασαν, ὡς σιτεῖσθαι καὶ
τοῖς τυχοῦσι, τῶν πρόσθεν ὡς εἶχεν ἐπέβαινε. Πέρσας δέ, ὅσον
ἐκεῖνος προσεχώρει, ὑπὸ πόδα χωρεῖν ἐκεῖ τοῦ βασιλέως διημε- P 343
ρεύοντος, ὡς καὶ ἔτι θερμὰς τὰς ἑστίας ἐκείνων καταλαμβάνον-
τος, ὅπου δὲ βασιλεὺς ἐφειστήκει, ἐκεῖθεν πρὸ μιᾶς φθανόντων
ἐκείνων ἢ καὶ δευτέρας μετασκηνοῦν. πλῆθος δ' ἦν ὀπωρῶν
ἐκκεχυμένων κάτω τῶν δένδρων, ὡς ἐκεῖθεν τὸ πλέον τοῦ στρα-
τιωτικοῦ σιτίζεσθαι· τὸ γὰρ εἰσαχθῆναί τισι τῶν ἐδωδίμων ἐκεῖ

per haec ab eo alienantes animos hominum, et metuere ipsum sibi cogentes: naturale quippe cuique est ad obiectum grave vitae ac status proprii periculum horrere. hinc capite reipublicae de se solicito, et ea necessaria sui cura a consulendo efficaciter subditis averso, membra imperii discerpi contigit. hinc torpor, addebat, obrepsit nobis; hinc tardi ac segnes fuimus in occurrendo per nos provinciarum malis; hinc defungi cogebamur perfunctoriis provisionibus, mittendis haec in loca praefectis, quo venire ipsos nos oportuerat. et venissemus, nisi falsis isti nuntiis necessitatem nostri adventus absconderent. erant hi homines avari, rapinis intenti: praedarum suarum et concussionum hic exercitarum testes habere Augusti praesentis oculos timebant. ideo literis fallacibus occultabant offensiones belli ruinasque locorum, ne remedium iis, si notae fuissent, adhibendum a nobis rationibus ipsorum privatis incommodaret. ergo ut impune ipsis esset, ut violentarum extorsionum poenas non luerent, mendacibus nos lactantes scriptis regionem hanc vastarunt, et in frequenti olim ac passim habitata terra solitudinem, quam gementes cernimus, fecerunt. haec deplorans omissis deliciis regiis, cultu ac fastu principali neglectis, curandi quinetiam corporis adeo immemor ut obviis quibusque sine delectu aut apparatu vesceretur, ultra quoad potuit tendebat. coëgitque tum Persas, quantum est ipse progressus, retrocedere. erat autem itineris ea tunc ratio, ut ubi praecedenti vespere Persae fuerant, posterum ibi diem imperator exigeret, in hospitia, quibus illi erant usi, focis adhuc ipsorum fumantia succedens. itaque dieculae vix unius aut summum bidui intervallo locus idem et Persas dimiserat pedem sua versus referentes et instantem vestigiis ipsorum excipiebat Augustum. apparebant autem tota passim regione strata suis quaeque sub arboribus poma decidua fructusque omnis generis maturi, tanta copia ut maiori exercitus parti cibus inde sufficeret. nam alia ratione praeberi forum et inferri castris illis commeatum, interdicto dudum vi ac metu hostili per

www.libtool.com.cn

καὶ λίαν διὰ τὸ δέος ἀπώμοτον ἦν. ὅθεν καὶ πολλάκις πέμπων
B ὁ βασιλεὺς τὰ τῆς τραπέζης τρύφη, τὸν σκληρὸν πιτυρίαν καὶ
μέλανα, γυναικί τε ἅμα καὶ πενθερᾷ καί γε πατριάρχῃ καὶ τοῖς
γνωρίμοις παρίστα τὸ δυσπαθές, γράφων μηδ' αὐτοῦ πηγμαίου
ὕδατος εὐπορεῖν, τὸ δέ γε ποταμοῦ τρυγοίπῳ διηθούμενον καὶ
ἑξαιθριαζόμενον μόλις προσιτὸν εἶναί οἱ ποτόν. μὴ γοῦν ἱκανῶς
ἔχων τότε διώκειν ἐν δυσχωρίαις τὸ Περσικόν, ἄλλως τε καὶ ἐν-
C δείας ἐπικειμένης τῶν ἀναγκαίων, τὸ τέως ἔγνω τὸν τόπον κα-
τοχυροῦν, καὶ δὴ φρουρίοις μὲν συχνοῖς τὰ παρ' ἑκάτερα τοῦ
ποταμοῦ διελάμβανε, τὰ μὲν πεπονηκότα τῷ χρόνῳ ἐπισκευάζων
καὶ συνιστῶν, ἄλλα δὲ αὐτὸς ἀνιστῶν, ὅπου τοῦ ποταμοῦ λει-
ψυδροῦντος πόρον ἔδει γίγνεσθαι, ὡς ἂν ἅμα μὲν τῇ τῶν φρου-
ρίων πυκνότητι ἅμα δὲ καὶ ταῖς τῶν ἀναγκαίων τόπων προκατο-
χαῖς ἐν ἀμηχάνοις τὰ τῶν Περσῶν γίνωνται. συστεῖλαι δὲ θέ-
D λων καὶ τὰς ἐφόδους τῶν ἐπιόντων ὡς μὴ ἀνέδην ὁπόθεν βού-
λοιντο διεκπαίειν καὶ ἐπεισπίπτειν ἀδήλως, ἀξινηφόρους ἐς πολὺ
πλῆθος συναθροισθῆναι κελεύει, καὶ μῆκος μὲν παραμετρήσας
τοῦ ποταμοῦ ὅσον ἦν ἀναγκαῖον κατοχυροῦσθαι, πλάτος δὲ τὸ
ἱκανὸν λογισάμενος, σπουδῇ τὰ δένδρα κόπτοντας ἐπιτάττει ἐπι-
καταβάλλειν ἓν ἐφ' ἑνί, καὶ οὕτω καταπυκνῶσαι τοῖς κλωσὶ τῶν

8. τὸ] τότε P.

omnem hunc late tractum commercio, sperandum haud erat. itaque saepe in specimen miseri quo tunc utebatur victus misit imperator ad Augustam et socrum, ad patriarcham etiam et alios familiares, furfurosum panem durum et atrum, has esse scribens lautitias suae mensae; et adiungebat iisdem literis ne fontanae quidem sibi aquae copiam ad potum suppetere, sed e turbido haustum flumine, coli transmissione obiter purgatum refrigeratumque sub dio, quem sitibundae fauces aegre admitterent, liquorem propinari. cum autem hostes sic instando contrusisset in asperos iam nec facile pervios limitis ipsorum saltus, haud se idoneis instructum copiis sentiens ad eos ulterius persequendos, et aliunde rerum necessariarum penuria urgente, cogitare de reditu coactus prius tamen, quod res sinebat, munire limitem studuit arcibus ad utramque fluminis ripam excitatis et praesidio insessis plurimis. quarum aliquas vetustate ac temporum iniuriis semirutas refecit instruxitque, novas ipse aliquas adiungens, ibi praesertim ubi parcior aquae amnis vado traiici potest, ut sic et crebritate praesidiorum et praeoccupatione locorum necessariorum, inopes consilii Persae redderentur. quorum etiam incursiones coërcere obice opposito studens, ne ut antea praelicenter citra metum illum quo lubebat irrumperent, inobservati ex improviso irruentes, securigeros magno numero congregari praecipit, et longitudinem fluvii dimensus quantam expediebat opere muniri, huicque idonea latitudine iuxta congruam proportionem accommodata, festinato caesas arbores invicem concorvari una uni superposita iussit, colligarique mutuo implicatis ipsarum

www.libtool.com.cn

δένδρων τὸν τόπον ὡς μηδ' ὅφιν οἷόν τ' εἶναι σχεδὸν διέρχεσθαι. E
ταῦτα πρὸς τὸ παρὸν ἐπιτάξας τε καὶ κατασκευάσας τῷ ἐπιμεῖναι
ταλαιπωρούμενος, τέλος σιταρκήσας τοῖς ἐν τοῖς φρουρίοις τὸ
ἱκανόν, παρὰ τὸν ποταμὸν μέχρι καὶ τῶν τῆς Προύσης μερῶν
ἀνάγεται, τὰ τῆς αὐτῶν ἐπισκέψεως, ὥστε καὶ τῶν ἐχθρῶν τε-
λέως ἐκδιωχθῆναι, εἰς καιρὸν εὔθετον ἀναθέμενος.

30. Ξυνέβη δὲ τότ' ἀνὰ Προῦσαν διάγοντι καὶ τὰ κατὰ P 344
τὸν πάπαν μαθεῖν, ὃς δὴ καὶ Μαρτῖνος μετὰ Νικόλαον ἦν.
πρὸς γὰρ αὐτὸν ἔφθασε πέμψαι τόν τε Ἡρακλείας Λέοντα καὶ
τὸν Νικαίας Θεοφάνην. οἳ δὴ καὶ ἐπιστάντες οὐ κατ' ἐλπίδας,
ἃς εἶχον ἀποστελλόμενοι, παρ' ἐκείνων ἐδέχοντο, ἀλλὰ τοὐναν-
τίον ἅπαν. τὰ γὰρ καθ' ἡμᾶς ὡς εἶχον μαθόντες, καὶ ὅπερ B
ἦν ὑποτοπάσαντες, χλεύην τὸ γεγονὸς καὶ οὐκ ἀλήθειαν ἄντι-
κρυς (παρὰ μόνον γὰρ βασιλέα καὶ πατριάρχην καί τινας τῶν
περὶ αὐτοὺς πάντες ἐδυσμέναινον τῇ εἰρήνῃ, καὶ μᾶλλον ὅτι καὶ
ποιναῖς ἀλλοκότοις ἤθελεν ἀσφαλίζεσθαι ταύτην ὁ βασιλεύς),
ἐκείνους μὲν ἐν ἀτίμοις εἶχον, καὶ τὴν εἰς τὸν πάπαν πρόσοδον
ὀψὲ καὶ μόλις παρεῖχον, τέλος δὲ βασιλέα μὲν καὶ τοὺς ἀμφ' αὐ-
τὸν ὡς χλεναστὰς ἐπιτιμίοις καὶ μὴ ἀληθείαις στοιχοῦντας ἀφο-
ρισμοῖς καθυπέβαλον, τοὺς δὲ πρέσβεις μηδενὸς ἀξιώσαντες τῶν C
εἰκότων ἀπέπεμπον. ταῦτα γνοὺς βασιλεὺς παρὰ τοῦ Νικαίας

ramis, densitate tanta ut ne angui quidem fere quaedam haec velut sepes praeberet transitum. his in praesens ordinatis et provisis, cum ulteriorem istic moram incommoda gravescentia non permitterent, tandem annona in arces quanta opus erat illata, legens fluminis ripam Prusae partibus se admovet, diligentiori inspectione locorum eorumdem, uti et plena expulsione inde hostium, in tempus opportunum dilatis.

30. Contigit autem tunc apud Prusam imperatori commoranti afferri nuntium de statu rerum suarum apud papam. Martinus hic erat, qui Nicolao successerat. ad hunc maturaverat mittere Heracleensem episcopum Leonem et Nicaenum Theophanem. verum hi appulsi quo mittebantur, haud secundum expectationem ipsorum istic sunt excepti, quin omnia potius speratis experti contraria. nimirum edocti ad verum Romani de rebus nostris, et quod res erat suspicati, istam, quae magnopere iactabatur, pacem nihil demum aliud nisi fucum et ludibrium esse (praeter quippe imperatorem solum et Patriarcham quosdamque cum his assiduos, caeteros plane omnes taedere concordiae), insuper etiam illas ab imperatore ad fidem pacis sincere initae faciendam affectatas poenarum ab ecclesiae mansuetudine alienarum atrocitates improbantes, frigide legatos ac contemptim habuere, nec eos nisi sero vix tandem et aegre ad papam introduxerunt, eo demum successu legationis, ut imperator cum suis tamquam illusores, et ostentationibus suppliciorum ad simulandam, quam vere non inierant, concordiam abusi, anathemati subiicerentur. quo facto legatos nulla dignatos benevolentiae aut honoris significatione dimiserunt.

www.libtool.com.cn

ἐπανιόντος (ὁ γὰρ Ἡρακλείας ἐτεθνήκει) ἐν δεινῷ ἐποιεῖτο, ὥστε καὶ τοῦ διακόνου μέλλοντος μνημονεύειν τοῦ πάπα κατὰ τὸ σύνηθες βασιλέως παρόντος ὁ κρατῶν διεκώλυε, καλὰ λέγων τῆς ἀγάπης ἐκείνων ἀπόνασθαι, ὥστ' αὐτὸν μὲν ἐκπολεμῶσαι δι' ἐκείνους ἑαυτῷ τοὺς οἰκείους, ἐκείνους δὲ μὴ ὅπως χάριν ἔχειν ἀλλὰ καὶ προσαφορίζειν. τότε δὲ καὶ διαλύειν ἤθελε τὰς σπονδάς. κἂν διελύοντο, εἰ μή τι προσίστατο τῇ βουλῇ. αὐτὸν μὲν γὰρ πολλὰ παθεῖν διὰ ταῦτα καὶ μόλις ἀνύσαι, κἂν ἐξαπιναίως λύοι παλινῳδῶν, ἐπιστάντος καὶ αὖθις καιροῦ τοῦ ταῦτα ζητήσοντος
P 345 μὴ ἂν ἀνυστὰ γενέσθαι τὸ σύνολον. χωρεῖν δὲ ἄλλως καὶ εἰς μεταβολὴν τὰ τῆς ἐκκλησίας πράγματα τοῦ Ἰωσὴφ ἐπικατασταντος. αὐτὸν μὲν οὖν καὶ εἰρηνικὸν εἰς ἅπαν εἶναι, καὶ μηδὲν ἐξ αὐτοῦ πιστεύειν τῶν ἀνηκέστων γίνεσθαι, οὐ μὴν ἀλλ' ἀνάγκην εἶναι καὶ τοὺς κινήσοντας. καὶ ταῦτ' οὐχ ἁπλῶς ὑποπτεύων ἔλεγεν, ἀλλά γε τὸ πρὸ τούτων συμβὰν ἀνὰ τὸν Σάγγαριν διατρί-
B βοντος δειλιᾶν ἐποίει περὶ τῶν ὅλων τὸν βασιλέα, εἴ πως ὡς
C ἐπισφαλῆ τὰ συγκείμενα διαλύσειεν. (31) ὁ μὲν γὰρ Ἰωσὴφ

haec ubi renuntiata imperatori per Nicaenum sunt (nam Heracleota eo itinere obierat) indignissime tulit, adeo ut cum inter sacra de more, imperatore praesente, diaconus consuetam papae commemorationem pronuntiaturus esset, princeps ne faceret prohibuerit. palam autem ad familiares conquerens, aiebat praeclarum enimvero sibi fructum constare caritatis in Latinos suae: se nempe causa eorum cum necessariis etiam suis certamine suscepto, ne poenis quidem acribus dubitasse ipsos comprimere, illos autem pro gratiis suae tantae in fide ipsorum constantiae debitis diras et execrationes referre. tunc igitur revocare omnia priussancita et totum concordiae tractatum rescindere voluit. fecissetque continuo, ni ab hoc eum consilio quaedam revocassent. reputabat videlicet, si quod tam longa et laboriosa molitione vix tandem summis suis aerumnis perfecisset, momento disiiceret, mutationemque ac revocationem tam certo ac palam contestatae suae prioris sententiae ultro profiteretur, inde armanda forte contra ipsum odia malevolorum, et futurum non inverisimiliter tempus quo non esset ipsi utile priora haec eius acta suo ipsius videri suffragio damnata. veritus ergo ne si hanc palinodiam praecipitaret palamque divulgaret, id ageret quod aliquando infectum vellet, satius duxit supersedere, videns praesertim ecclesiae res in notabilem mutationem pronas. quamquam enim, si Iosephus, quod futurum apparebat, denuo in sede patriarchali reponeretur, ab ipso quidem, cuius mite ac pacificum ingenium perspexerat, nihil adversum se sinistrum aut infestum tentatum iri confidebat, tamen quod idem esset facilis ad sequendos impulsus aliorum, nec defuturi viderentur qui eum ad exempla edenda in pacis invisae autores instigarent, temperandum iudicavit a se ipso ultro praedamnando. quam autem non vane tale quid metueret ab asseclis et consiliariis Iosephi; demonstrabat recens factum, quod eo apud Sangarim nuper agente contigerat. (31) cum enim per id tempus, brevi moriturus, ut tum putabatur, Iosephus testes ultimae voluntatis tabulas rite

www.libtool.com.cn

προσδοκήσιμος ὢν ἐπὶ τῷ θανεῖν τὰς διαθήκας ἐξήνυεν, ἦν δὲ χρεία μεμνῆσθαι καὶ βασιλέως καὶ τῆς ὑπὲρ ἐκείνου εὐχῆς. καὶ ἐμέμνητό γε καὶ ἠὔχετο, οὐ μὴν δὲ προσετίθει τὸ ἅγιος, ὃ σύνηθες ἔχειν ὡς χρισθέντας μύρῳ τοὺς βασιλεῖς. ὁ δὲ βασιλεὺς οὕτως πεμφθείσης ἐκείνην ἰδὼν ἔχουσαν ἐδυσχέραινε, καὶ γράφει μὲν πατριάρχῃ γράφει δὲ καὶ τῷ τὴν πόλιν ἐπιτετραμμένῳ, μανθάνειν ἐρωτῶντας πῶς τοῦτο πέπρακταί οἱ καὶ ἐφ' ὅ τι τῆς βασιλείας κολούει τὸ ἅγιος. μή πως ὡς ἀνάξιον, φησί, με κρίνων τῆς ἁγιστείας οὕτω γράφει; γέγραπται δ' ὑπὲρ τούτων καὶ τῷ Ἀντιοχείας πατριάρχῃ τῷ Πρίγκιπι. οἳ καὶ πέμψαντες ἐπυνθάνοντο τὴν αἰτίαν τοῦ οὕτω γράφειν, ὡς θέλοντος γνῶναι καὶ βασιλέως. καὶ ὃς μετετίθει τὴν τούτων αἰτίαν εἰς τοὺς ἀμφ' αὐτὸν μοναχούς, καὶ εἰς πίστιν ἄλλην προῆγεν οὕτως ἐχουσαν ἐπὶ πᾶσιν πλὴν προσκειμένης τῆς ἁγιότητος. ταύτην γοῦν ἐμφανίζων ἔλεγε γράφειν τὸ πρότερον· ἐπεὶ δὲ οἱ περὶ αὐτὸν σκανδαλίζοιντο, μετεγγράφειν ἐσωθῆναι τὴν ἐς χεῖρας ταύτην γεγονυῖαν τῷ βασιλεῖ. οὕτως ἦν ἐκεῖνος εἰρηνικὸς ἐφ' ἅπασιν. ἀλλὰ τοὺς περὶ αὐτὸν ὑποπτεύων ὁ βασιλεύς, ἅμα δὲ καὶ τοῦ μὴ δόξαι συνιστᾶν τὴν καθ' αὑτοῦ κατηγορίαν, ὡς κατὰ χλεύην καὶ οὐ πρὸς ἀλήθειαν

conficiendas censuisset, in iis ex more mentionem imperatoris, ipsi bene precando faciens, nomini eius vocabulum ἅγιος, hoc est sanctus aut sacer, non adiunxit, quo tamen passim imperatores honorari consueverunt, ex quo sacri unctione olei sunt inaugurati. eas tabulas ad se delatas imperator legens, miratus in iis omissionem novam, scripsit ad patriarcham ea de re conquerens: scripsit etiam ad praefectum urbis, iubens serio inquirere quo id errore quove consilio factum ita esset, vide, inquiens, quorsum Iosephus me in ordinem redegerit et imperii nostri maiestatem imminuerit negato titulo sacri: an quod me peculiariter illo indignum putet? scripsit etiam in sententiam eandem Principi Antiocheno patriarchae; qui cum ambo misissent ad Iosephum, quaerentes cur hoc fecisset, cupere enim imperatorem id scire, ille utrique respondit. culpam eius erroris penes monachos ipsi ministrantes residere. et in fidem dicti sui protulit archetypum exemplar testamenti, caetera omnia simile perlato ad Augustum exemplo, nisi quod titulus ἅγιος, qui desiderabatur in apographo, clare in autographo legebatur. se igitur prius ita scripsisse: quoniam vero qui circa ipsum erant scandalizarentur, postea refinxisse in eam formam quae imperatori esset oblata. ea ingenua confessione Iosephus et suam pacificam indolem et suorum ministrorum in Augustum invidiam declaravit; causamque huic iustam praebuit timendi, ne tam male animati in ipsum homines occasionem aliquam arriperent eius accusandi quasi ecclesiae illusisset simulanda pace falsa. quod crimen quia confirmare potuissent quadam velut confessione ipsius rei, si revocasset imperator ultro quod fecerat, ideo se ille tunc ab eo faciendo continuit,

www.libtool.com.cn

ποιησάμενος, τὰ περὶ τούτων τοῖς ἐφεξῆς καιροῖς τῷ τέως ἀνήρτα.

B 32. Ἐν τούτοις δ' ὄντος τοῦ βασιλέως καὶ τὰ κατὰ Βελλάγραδα διηγγέλλοντο. ἀλλ' ἀναληπτέον μικρὸν ἄνωθεν. Ἰλλυριοὶ μὲν οὖν βασιλέως ἀποστατήσαντες κατ' αὐτοὺς ἦσαν. περισχόντες δ' ἐρήμην πόλιν τὴν Δυρραχίου ἐκ τοῦ προγεγονότος σεισμοῦ ἀνακτίζουσί τε καί τινας συναποστάτας σφίσιν ἐκεῖ κατοικίζουσι. τῷ ῥηγὶ δὲ Καρούλῳ ἐξ ἐγγίονος γειτονήματος τοῦ C ἀπὸ τῶν Κανίνων φιλίως εἶχον καὶ κατὰ συνθήκας εἰρήνευον. τὰ μέντοι γε Κάνινα πάλαι μὲν ἦσαν τοῦ Φιλίππου ἀμηραλῆ, ἀνδρὸς δυναμένου πλεῖστα, ὃν καὶ Μιχαὴλ δεδιὼς ὁ δεσπότης, καὶ μᾶλλον ἰσχύσαντος κατὰ τοῦ Μαφρὲ τοῦ Καρούλου ὡς καὶ ἀποκτεῖναι καὶ τὴν ἀρχὴν ἐκείνου λαβεῖν συμμαχίᾳ πλείστῃ τῆς ἐκκλησίας, κήδει ἐποιεῖτο, καὶ τὴν πάλαι τῷ Σφαντζῇ συνοικήσασαν, ἀδελφήν γε οὖσαν τῆς αὐτοῦ γυναικός, κεχηρωμένην D ἐκείνου πέμψας συναρμόζει οἱ, ἐκχωρήσας αὐτῷ καὶ Κανίνων καὶ Κορυφοῦς. ὡς δὲ δόλῳ κακῶς ἀπεκτόνει, πέμψας τοὺς ἐξ ἀδήλων κατοϊστεύσοντας, καὶ τὸ δρῶμα ἠνύετο, καὶ ὁ ἀμηραλῆς ἐτεθνήκει, ἐβούλετο μὲν κατασχὼν Κάνινα ἔχειν, ἐμποδὼν δ' ἦσαν οἱ ἐν ἐκείνοις εὑρισκόμενοι Ἰταλοί, οἳ καὶ τὸν τῆς ἥττης συνδια-

integra ut erant omnia relinquens, suspendensque in futurum rerum, ut se habebant, praesentem statum.

32. In his imperatori versanti nuntiata sunt quae ad Bellagrada contigerant. ea explicaturis hic nobis paulo altius repetendum exordium est. Illyrii quidam dudum excusso imperatoris iugo, sic quasi sui iuris essent, res sibi suas habebant. hi nacti eversam terrae motu Dyrrhachiensem civitatem, eam a se restauratam colonia frequentant e sibi fidis et pariter imperatori rebellibus, foedere icto cum rege Carolo vicissim his praesidium apud Canina obtinente; qui locus quo casu in eius potestatem venerit, dicam. Canina olim sub ditione fuerant Philippi Amerlae viri potentissimi, dotali ei conditione attributa a Michaële despota. hic enim a Philippo sibi metuens, praesertim postquam Carolus adversus Manfredum praevaluit et huius occisi regnum obtinuit, auxiliis ecclesiae maximis ad eam victoriam adiutus, praeoccupare gratia quem formidabat sibique adiungere affinitate statuit. obtulit ergo ei in uxorem coniugis propriae germanam, quae Sphantzae nupserat, et tunc eo mortuo vidua Philippo isti nuptiali foedere sociata est, conciliante ac mittente despota, qui etiam hac occasione Caninis et Corypho novo affini cessit. postquam autem idem Michaël circumventum insidiis Philippum telis ex occulto iactis per subornatos ad hoc iaculatores interfecit, conatus ille quidem est sceleris sui fructum carpere Caninis domino iam carentibus recipiendis. sed ne id posset, obstiterunt reperti tunc illic Itali, qui cum Philippo fuerant, quando est occisus. hi perfidiam insidiatoris detestati

www.libtool.com.cn

γαγόντες καιρὸν αὐθις ἀπέκλιναν πρὸς τὸν Κάρουλον. Κάρουλος δὲ πέμψας κατωχύρου τε τὸ φραύριον, καὶ ὡς ἰδίῳ χρώμενος ἐκεῖθεν ἐξορμᾶν τοὺς αὐτοῦ κατὰ τῆς Ῥωμαίων ἐβούλετο. τότε E
τοίνυν ἐθάρρυνε μὲν ἐκεῖνον καὶ ἡ τῶν Ἰλλυριῶν ἀποστασία, ἔχων
5 δὲ καὶ τὸν κότον ἀρχῆθεν ὡς ἐκκρουσθεὶς ταῖς τοῦ βασιλέως μηχαναῖς τῆς ἐπὶ τὴν πόλιν ἐκπλοίας, λαὸν ἱκανὸν ἐκ Βρεντησίου ἅμα μὲν ἱππότην ἅμα δὲ καὶ πεζόν, ὡς εἰς τρεῖς χιλιάδας ποσού- P 347
μενον, διαπεραιοῖ τὸν Ἰόνιον. οἱ δὴ καὶ καταλαβόντες τὰ Κάνινα, καὶ ὡς εἶχον ἐνσκευασάμενοι, οὕτως ἐκεῖθεν ἐξώρμων ὡς
10 τῇ κατὰ σφᾶς τόλμῃ οἴεσθαί τινας μέχρι καὶ πόλεως Θεσσαλονίκης, ἔτι δὲ καὶ πόλεως αὐτῆς πεζῇ συμβαλεῖν. ἐπὶ τοσοῦτον δ' ἐθάρρουν τῇ κατ' αὐτοὺς δυνάμει ὥστε καὶ κατ' ἐλπισμὸν τὸν κρείττω διαμερίζειν καὶ χώρας καὶ πόλεις ἑαυτῷ ἕκαστον τῶν προυχόντων. ἐξῆρχε δὲ τούτων ἁπάντων ὁ καὶ τῷ φρονήματι B
15 τοὺς πάντας ὑπερφερόμενος Ῥὼς Σολυμᾶς, μέγιστος μὲν ἡλικίᾳ, σοβαρὸς δὲ ταῖς τῆς ψυχῆς καταστάσεσιν, ὑπερόφρυς δὲ ταῖς ἐντυχίαις, ξανθὸς τὴν τρίχα, καὶ ὑπεραύχην ἐκ ψυχικοῦ τινὸς ἐκθέρμου κινήματος. οἶμαι δὲ πάντεῦθεν τὴν ὀνομασίαν σχεῖν, παρὰ τὴν πρὸς Ῥὼς ὁμοιότητα. προαχθέντες τοίνυν ταῖς τόλ-
20 μαις οἱ Ἰταλοὶ ἐπὶ τὰ Βελλάγραδα πρῶτον ὥρμων ὡς ἐξ αὐτῆς

rursus ad Carolum inclinarunt. ille autem missis impigre copiis arcem illam opere et praesidio munitam ut propriam deinceps habuit, stationem istam opportunam iudicans ad effectum veterum suarum machinationum: inde enim commode se sperabat erupturum in subditas imperatori regiones, quas dudum invadere optabat. occasionem porro eius rei prospere tentandae offerri sibi maturam ratus a rebellione Illyriorum, eoque animosius obsequens irae, qua pridem in imperatorem ardebat, quod ille artificiosis suis cum papa tractatibus expeditionem ab eo paratam in urbem Constantinopolim effectu cassam reddidisset, multitudinem sat magnam partim equitum partim peditum, tria simul millia militum explentem Brundusio per Ionium traiecit. hi perlati Canina, cum ibi se quam potuerunt optime comparassent, eruperunt audacissime vastis inflati spebus, quasi non solum obvia cuncta usque Thessalonicam subacturi, sed ad urbem quinetiam ipsam inoffenso expeditionis terrestris cursu perventuri. tantum autem confidebant suis opibus ac viribus, ut velut non dubia spe laeti successus iam nunc praecipui duces ipsorum inter se partirentur regiones urbesque, quas quisque post victoriam proprias haberet. praeerat autem universis illis omnium longe ferocissimus Rhos Solymas, vir altissimae staturae, animi superbissimi, supercilliosissimi in congressibus despectus, flavus crines, cervice insolenter elata incitatis circumagenda motibus naturalem quemdam ardorem praeferens; unde crediderim eum Rhos vocatum ex similitudine capitis eius tum comae tum vultus colore rubescentis, cum nota specie phalangii Rhox dicta. ista igitur confidentia Itali ruentes, admovent se primum Bellagradis: arcis id nomen, quam

www.libtool.com.cn

C αἱρήσοντες. τὸ δέ γε φρούριον ἔνθεν μὲν τὸν οὕτω πως λεγόμενον ἐπιχωρίως Ἀσούνην ποταμὸν προϊσχόμενον ἐπίκειται οἱ κατὰ πλευρών, πλὴν οὐκ ἐπ᾽ ἀγχωμάλου, ἀλλ᾽ ἐπικρεμὲς πλημμυροῦντι κάτω γεωλοφούμενον· οὗ δὴ καὶ ἔξωθεν ἐμβόλῳ τενὶ σκευαστῷ, ὡς μὴ τοῖς ἐπιτιθεμένοις ἐμποδὼν ἱσταμένοις κωλύοιντο, ὑδρεύον-
D ται ὀσημέραι τοῦ ποταμοῦ πίνοντες. τόσον δὲ τῷ φρουρίῳ ὁ ποταμὸς παράκειται ὥστ᾽ ἀπὸ ἐγγίονος θέας τοὺς ἐντὸς σαρίταις ἀπειργειν τοὺς ἐμποδίζοντας, καί γ᾽ ὡς πελταῖς τῷ σκεπώσματι τοὺς ἐφ᾽ ὕδωρ ἰόντας χρῆσθαι. ἐπὶ θάτερα δὲ τούτου λόφος ἕτερος ὑπερανέχει τῆς πεδιάδος, καταντικρὺ κείμενος, οὗ
E δὴ καὶ ποταμὸς Βοώσης λεγόμενος ἄλλος πλημμυρῶν κατὰ μέσην ἀπείργει τὴ Κάνινα. παμπληθεὶ γοῦν ἐκεῖνον περαιωσάμενοι, κατασχόντες τὸν λόφον μετεώρους ὄντας ἐπὶ τῷ μέλλοντι φόβῳ τοὺς τοῦ φρουρίου περικαθίζουσι, καὶ δὴ ἐπιστήσαντες μηχανή-
ματα πετροβόλα ἐκεῖθεν βολαῖς ἰσχυραῖς ἐκάκουν τὸ τεῖχος. ἡ
τούτων γοῦν φήμη ἀπτέρῳ τύχει μέχρι καὶ βασιλικῶν ἀκοῶν φθάνει, καὶ τοὺς λογισμοὺς ταράσσει τῷ βασιλεῖ, καὶ περὶ τῶν ὅλων τετρεμαίνειν ποιεῖται. θυμῷ γὰρ συγκράτους τόλμας πῦρ ἐλαίῳ μιγνύμενον ἦν τις λέγοι, οὐκ ἂν τῆς εἰκόνος ἁμάρτοι. οὐδὲ γὰρ ἄλλο τις εἶχε τοπάζειν ἐκεῖνο ἢ τὰς ἐπισχεθείσας δυνά-
μεις ἐκ μηχανῶν τόσων διὰ θαλάσσης μηδὲν ἰέναι, ταύτας ἤδη

21. μὴ διιέναι?

primo se speraverant impetu capturos. huius autem talis quidam est situs. habet hinc quidem praetentum amnem propria indigenarum lingua vocatum Asunem. adiacet autem amni arx a latere, non plano aequa campo, sed suggestu quodam eminens nativi collis, cuius imum solum fluvius alluit. ex quo ne haurire ad quotidianum usum hostili vi praesidiarii prohiberentur, protensum a radicibus clivi ad flumen aggestae molis brachium tegebat, opus olim ad dubiorum discrimina temporum paratum. tanta porro amnis ad arcem vicinia est, ut qui ex eo aquari externi obsidentes volunt, si id ubi proximus est conspectus tentent, sarisis intus degentium contigui sint. quare nonnisi protecti peltis id tuto aggrediantur. ex adverso autem huius quem arx insidet collis, alius eminet supra aequor camporum tumulus, ad quem alter fluvius, Booses appellatus, profluens et planitiem secans mediam fines Caninorum dirimit. Boosem ergo amnem universae Latinorum copiae transgressae tumulum quem dixi occupant, et sane solicitos quo apparatus iste desineret Bellagradenses circumsideant; moxque ballistis admotis grandium incussu lapidum labefactare murum aggrediuntur. perlata, velocitate summa, huius oppugnationis fama ad aures imperatoris, subito ille haud parum conturbatus est: etiam usque ad anxiam de summa rerum formidinem nuntio tali perculsus. reputabat videlicet incitari Latinos in hanc irruptionem vi duplici utraque vehementi, ira et audacia, quarum simul mixtarum ex mutuo crescit consortio pernicies, velut cum igni oleum additur. ergo

www.libtool.com.cn

διὰ ξηρᾶς εὐοδεῖν, πλέον ἐχούσας ἐκείνου τὸ δύνασθαι τῷ
ὑπ' αὐτῆς βαλβῖδος τῆς μάχης κερδαίνοντας ἀποζῆν. τῷ τοι P 348
καὶ καταφεύγειν μὲν ἐπὶ θεὸν ἔγνω, ἑτοιμάζειν δὲ καὶ δυνάμεις
τὰς ἀποχρώντως ἀνθεξούσας πλῆθος, ὡς ἅμα τῷ φανῆναι στῆ-
ναι σφαλέντας κἀκ τῆς πρώτης πείρας τὸ πρόσω μαθόντας ἄβα-
τον. τὰ μὲν οὖν πρὸς θεὸν οὕτως ἐξητοιμάζετο· παρήγγελτο
γὰρ πατριάρχῃ τε καὶ ἀρχιερεῦσι συνάμα παντὶ τῷ κλήρῳ πρῶ-
τον μὲν πάννυχον ἱκετείαν πρὸς θεὸν κατ' ἐκείνων ποιήσασθαι,
εἶτα δὲ ἅμ' ἕῳ πατριάρχην τε καὶ σὺν αὐτῷ ἐξ ἄλλους τῶν πρου-
χόντων ἀρχιερέων, τὰς ἱερὰς στολὰς ἐνδυθέντας, τῶν λοιπῶν B
ἐκεῖσε θεοκλυτούντων, ἐπιτελεῖν εὐχέλαιον, φακέλλους δὲ παπύ-
ρων ποιήσαντας τῷ καθαγισθέντι ἐλαίῳ βάπτειν, καὶ οὕτω δι-
δόναι τοῖς ταῦτ' ἀπάξουσι πρὸς τὸ στράτευμα, ὥστ' ἀπο-
χρῶντ' εἶναι τῷ τῶν στρατιωτῶν πλήθει, ἐφ' ᾧ ἓν καὶ ἕκαστον
τῶν παπύρων ἕνα κρατοῦντα δμόσε χωρεῖν τοῖς ἐχθροῖς. ταῦτ' ἐ-
πετέτακτο καὶ τὴν ταχίστην ἐπέπρακτο, καὶ οἱ θεῖοι φάκελλοι τῶν
παπύρων σκεύεσιν ὑελίνοις ἐμβεβλημένοι ἅμα μὲν μετ' εὐχῆς ἅμα C

4. πλήθουσ?

expertus quanta difficultate tot artificiis tractatum, tot obiectis apparatibus classium, aegre hactenus vixque obstitisset, ne mari Latinae copiae in nostram continentem importarentur; videns iam eas potiri campo, et expeditum deinceps planumque terrestri progressu in ipsa viscera imperii iter insistere, ultimo sibi conatu contendendum statuebat, quo istum primum retunderet impetum; nam eo si non solum impune defungerentur, sed ex hoc etiam cum fructu operaeque pretio redirent, in tantum augendos apparebat feroces ipsorum animos, ut iis obsisti amplius nequiret. igitur ut in tam ancipiti discrimine summae rerum faciendum omnino sibi putavit, ut ad deum ante omnia recurreret: simul tamen deinde tam numerosas tamque validas eo destinaret copias, ut eorum obiectu solo repressi retroque trusi re infecta hostes primo experimento discerent, quam non facile perviae ipsorum armis ulteriores imperii regiones forent, quarum utique limen ipsum ac limitem viderent ineluctabili potentia vallatum. porro quae ad dei propitiationem attinebant, in hunc modum praeparata sunt. denuntiatum patriarchae, episcopis, universo clero est, primum quidem ut noctem simul totam implorando contra hostes dei auxilio pervigilem ducerent, sub auroram vero diei insequentis patriarcha, sex aliis e praecipuis episcoporum secum assumptis et sacris omnes stolis induti, cunctis interim aliis deum invocantibus, benedictionem sacri olei solemnem rite peragerent; tum paratos ad id fasciculos segmentorum papyri consecrato tingerent oleo, mox darent expeditis cursoribus, qui hos ad exercitum portaturi in procinctu stabant. erat autem numerus chartularum oleo tinctarum quantus sufficeret, ut unicuique militi contra hostem ituro sua tribueretur, quam secum in praelio gestaret. haec ut imperata, sic executioni mandata confestim sunt. et sacri fasciculi chartarum in vasa vitrea iniecti, simul religione congrua, simul ve-

www.libtool.com.cn

δὲ καὶ μετ' ἀσφαλείας ἐπέμποντο. βασιλεὺς δὲ τὸν αὐτοῦ γαμβρὸν Μιχαὴλ τὸν δεσπότην καὶ τὸν μέγαν δομέστικον τὸν Ταρχανειώτην καὶ αὐτὸν Μιχαήλ, ἔτι δὲ τὸν μέγαν στρατοπεδάρχην Συναδηνὸν Ἰωάννην, καὶ τέταρτον σὺν τούτοις τὸν ἐκτομίαν Ἀνδρόνικον, τατᾶν μὲν τῆς αὐλῆς ὄντα τῷ τότε, Ἠονοπολίτην δ' ἐπικεκλημένον, ἐγχειρίσας δυνάμεις ἱκανὰς πρὸς τοῦργον ἐκπέμπει, ὀρρωδίαν μὲν πᾶσαν ἐξ αὐτῶν ἐκβάλλων θάρρος δ' ἐντιθεὶς πλεῖστον ταῖς ἀπὸ τῶν εὐχῶν τῶν ἱερέων συνάρσεσιν. οὗτοι μὲν οὖν ἀπελθόντες ἀπωτάτω ὅσον ἦν ἐγχωροῦν ἐστρατοπεδεύσαντο, καὶ προσβαλεῖν μὲν ἐξαπιναίως οὐκέτ' ἐτόλμων (ἀλογίστῳ γὰρ ἀντισχεῖν θράσει ἐδόκουν, καὶ μᾶλλον οἷ περὶ τὸν μέγαν δομέστικον, ᾧ δὴ καὶ τὸ πᾶν ἐπετέτραπτο, ἀεὶ προμηθείας θρόνον τιμῶντα), σιταρκεῖν δὲ ἤδη λιμῷ λελοιπότας τοὺς τοῦ φρουρίου τοὺς πειράσοντας ἔγνωσαν ἀποστέλλειν. ἐῴκει γὰρ καὶ ὁ παραρρέων τὸ φρούριον ποταμὸς τὰ πολλὰ ξυλλαμβάνειν σφίσιν, ἅμα μὲν δι' αὐτοῦ φορτηγούντων νυκτός, ἅμα δὲ καὶ τῷ κατὰ χρείαν ὑδρεύσεως ἐμβόλῳ πρὸς τὴν ἐπὶ τὸ φρούριον ἀναγωγὴν τῶν φορτίων ἐν ἀσφαλεῖ χρησομένων τῶν ἐπὶ τῷ σιταρκεῖν τεταγμένων. ταῦτα διανοηθέντες, τοὺς φορτηγοὺς εὐτρεπίσαντες καὶ ἱκανὰ νηησάμενοι τῷ ποταμῷ πιστεύοντες ἔπεμπον, καὶ
P 349 τοὺς παρὰ τὸ χεῖλος τοῦ ποταμοῦ αὐτάρκεις πρὸς μάχην τῶν ἐπι-

12. ἐκτέτραπτο P.

locitate summa mittuntur in castra. praemiserat enim imperator eo copias quantas ad quod optabat suffecturas putarat, sub ducibus Michaele despota suo genero, magno domestico Tarchaniota, et ipso praenominato Michaële, magno stratopedarcha Ioanne Synadeno, et quarto cum his eunucho Andronico tunc aulae tata, cui Eonopolitae cognomen erat, hos mittens omnem abiicere timorem iussit; et certa victoriae spe aiti, magnopere confisos auxilio divino, quod ab exorato precibus sacerdotum numine haud dubitantes exspectarent. sic illi profecti admoverunt se castris hostilibus quam proxime licuit. et irruere quidem in hostes prime statim adventu noluerunt. inconsultae quippe id fore temeritatis arbitrabantur: quae fuit praecipue sententia magni domestici, cui cura universa negotii totius et suprema in universum exercitum auctoritas commissa fuerat, ita ut ex eius providentia ac iudicio cuncta ibi penderent. decreverunt autem mittendos e suis qui commeatum obsessis iam fame laborantibus importarent. ad hoc videbatur profuturus ipsis fluvius, arcem, ut dixi, praelabens: nam et impositis illi nostu navibus facile versus arcem promoturi videbantur necessariam annonam; et si hostes id prohibere conarentur, beneficio valli ab arce ad fluvium producti aquationis tuto faciendae causa, suos quoque convectores rei cibariae commode ad inoffensum transitum tegendos verisimiliter autumabant. hoc consilio baiulis expeditis, oneratisque commeatu ratibus, eas secundo immittunt amne, dispositis in ripa idoneo numero militibus ad impetus ob-

www.libtool.com.cn

θησομένων τάξαντες. τοῦτο γινόμενον μὴ λαθὸν ἐκμαίνει τοὺς Ἰταλούς, καὶ ἐπισχεῖν ὡς ἂν οἷοί τ' ἦσαν ἐξέθορον. οἱ μὲν οὖν παρὰ θάτερα τοῦ ποταμοῦ Ἀσούνη σταθέντες ἕτοιμοι ἦσαν ἐπιόντας ἀμύνεσθαί τε καὶ κωλύειν τὴν σιταρχίαν, λιμῷ μᾶλλον τὸ φρούριον ἐλπίζοντες παραστήσασθαι· ὁ δέ γε Ῥὼς Σολυμᾶς, συνάμα τοῖς περὶ ἐκεῖνον πλείστοις καὶ ἰσχυροῖς οὖσι, διέγνω τὸν ποταμὸν διαπεραιωσάμενος τοὺς παρὰ τὸ χεῖλος ἐπὶ φυλακὴν ἰόντας καταγωνίζεσθαι. καὶ δὴ τῷ ῥεύματι μεθ' ὁρμῆς B ἐμβαλόντες πλείστης ἱστῶσί τε τὴν τοῦ ὕδατος ῥύμην καὶ κατὰ θάτερα τὴν ταχίστην γίνονται, φριμαγμοῖς καὶ μόνοις τῶν κατὰ σφᾶς ἀγερώχων ἵππων καταπλήξειν τὸ ἀνθιστάμενον ἅπαν οἰόμενοι. ὡς γοῦν τῷ θάρρει προπηδῶντες εἰκαίως ἐπὶ τοὺς πεμφθέντας ἐξώρμων, οἱ μὲν πρὸς μὲν τὴν πρώτην ἐμβολὴν τοῦτο μὲν φυλαττόμενοι τοῦτο δὲ καὶ τεχνιτεύοντες ἐπιεικῶς εἶξαν, ἐπιτήδειον δ' εὑρόντες τόπον μετὰ βάρους ὅπλων ἰόντας κατοῖ- C στευον. κἀκείνων μὲν ἐφικέσθαι τῶν ἀδυνάτων ᾤοντο, ἐπείρων δὲ βάλλοντες τοὺς ἵππους, εἴ πως κατευστοχήσαντες τοὺς ἐπὶ τῶν ἵππων γαννυμένους πεζοὺς ἀποδείξαιεν. ἐτρώθησαν γοῦν καὶ ἄλλοι τῶν ἵππων, τιτρώσκεται δὲ καὶ ἡ τοῦ Ῥὼς Σωλυμᾶ,

13. οἱ μὲν] οἱ δὲ?

stare conantium arcendos. non latuit hostes quid pararetur. erumpunt statim furioso contra impetu Itali. pars horum in adversa fluvii Asunae instructi ripa stabant, procincti ad repellendos eos qui alimenta obsessis inferre moliebantur: hos enim se fame compulsuros ad deditionem speraverant. at Rhos Solymas cum magna suorum manu, virorum utique fortium et roboris praecipui, traiiciendum sibi ultro fluvium statuit ad eos debellandos qui ex adversa ripa secundo amne fluentium transitum defensabant. ergo equitatu denso eluctati torrentem impetum fluminis, ulteriorem oram brevi tenuere, fastu tanto, ut solo fremitu et hinnitibus ferocium equorum quibus insidebant perculsuros se aversurosque statim in fugam adversarios omnes confidere viderentur. cum igitur exilientes e flumine quasi perfunctorie et contemptim prae nimia certi successus fiducia in nostros ibi stantes inveherentur, hi partim prudenti cautione periculi, partim arte quadam stratagematis, ad eliciendos hostes in locum iniquiorem, paululum retro cesserunt. nacti vero locum aptum, fixis in eo vestigiis insequentes equites armatura impeditos gravi iaculis petere coeperunt. ac in ipsorum quidem corpora galeis ac loricis protecta perferre se ictus sagittarum posse desperantes, in equos collimabant, partem se ferociae dempturos superbe se ex equis ostentantibus rati, si pedites ex equitibus facerent et sic eos perculsos casu, mole armorum gravatos, facilius obnoxios haberent. igitur cum alii vulnerati equi sunt, tum equa generosa et praeferox, qua Rhos Solymas insultans minaxque

www.libtool.com.cn

πλὴν οὐ καιρίως ὥστε καὶ ἐξαπιναίως καταπεσεῖν. ὅμως (τὸ γὰρ βέλος ἤπειγε) καὶ τοῦ πολλοῦ θράσους καθυφεῖτο καὶ τὸν
D ἐπιβάτην εἰκαίως ἔφερεν, ὥστε καὶ σιτοδοχείῳ κατὰ γῆς προσπαῖσαι ἀνεῳγότι, συμποδισθῆναί τε καὶ τὸν ἐπιβάτην καταβαλεῖν. οἱ δὲ μὴ δυνάμενον κινηθῆναι τὸν σοβαρὸν περιστάντες χερσὶν ἁλίσκουσι. φημίζεται γοῦν παραυτὰ ἔνθεν μὲν τοῖς τοῦ βασιλέως ἐκεῖθεν δὲ τοῖς κατὰ τὸ φρούριον ἡ ἐκείνου ἅλωσις. καὶ οἱ μὲν ἐν χερσὶν εἶχον τὸν τέως μέγα σοβαρευόμενον, οἱ δὲ τοῦ φρουρίου καὶ πρὸ τοῦ τοὺς ἀγγελοῦντας παραγενέσθαι ἐφη-
E δόμενοι τοῖς ἐκτὸς τὴν ἅλωσιν ἤγγελον. ἅμα γοῦν ἕῳ οἱ ἐντεῦθεν συνησπικότες, κρατοῦντες ἕκαστος καὶ τὸν θεῖον ἐξ ἐλαίου πάνυρον, περαιωθέντες τὸν ποταμὸν τεταραγμένοις ἐμπίπτουσι καὶ ἅμα πρὸς φυγὴν τρέπονται. οἱ μὲν οὖν κατὰ στόμα παιόμενοι διεφθείροντο (οὐ γὰρ πρὸς τὸ ἀντισχεῖν, ἀλλὰ πρὸς τὸ μαθεῖν μόνον τί τὸ γινόμενον ἐτρέποντο κατὰ πρόσωπον), οἱ δὲ κατὰ νώτου πληττόμενοι διωλίσθαινόν τε τῶν ἵππων καὶ πίπτοντες ἔθνησκον, ἔστι δ' οὗ καὶ ζῶντες συνελαμβάνοντο. σπουδὴ γὰρ ἦν τοῖς μὲν τὸν ποταμὸν Βοώσην φθάσαι καὶ περαιωθεῖσι

ferebatur, percussa telo est, non letali quidem ictu, quo statim concideret: tamen sensu qualiscumque satis alte penetrantis vulneris turbata non parum, multum de priori remisit audacia, sessoremque iam segnius et titubanter sustinebat, quoad impingens forte in excavatam illic foveam frumento, ut fit, condendo, implicatum cavo pedem expedire non valens concidit, equitem superciliosum prius illum ferumque deiiciens; quem ob pondus armorum immobilem haerentem nostri undique accurrentes comprehensum abducunt. divulgata momento est totis imperatoris castris et intra ipsam obsessam arcem ducis hostium comprehensio. et in castris quidem certa fides erat oculorum, praesentem, quae manibus teneretur, praedam cernentium ac scilicet illudentium in eam servitutis humilitatem iam redacto tam tumido paulo ante gloriatori. obsessi vero etiam antequam ad eos pervenissent qui hoc nuntiaturi missi erant, nescio quomodo casus eius facti certiores, signa laetitiae ediderunt, ex quibus nostri procul intelligerent iam scire ipsos quid contigisset. ergo sub auroram nostri omnes armis sumptis, correptaque quisque in manum tincta oleo sacro chartula, traiecto amne in turbatos clade ducis hostes ruunt. hi statim funduntur fuganturque, paucis qui os obverterant spectandi potius curiositate quam resistendi animo, subito deiectis. fugientium autem iam pariter omnium terga insequentes nostri valide incussis missilibus caedebant. unde prosternebantur equites, vulnere aut offendiculo equis lapsantibus evoluti. horum plerique occumbebant: vivi nonnulli capiebantur, interclusi eo quod summo studio captabant. id autem erat pervenire ad Boosem fluvium et eo transito salutem in tuto ponere. at impe-

www.libtool.com.cn

σωθήσεσθαι, τοῖς δὲ τοῦ βασιλέως τὰς ἐπὶ τὸν ποταμὸν αὐτῶν P 350
ὁρμὰς διακλείειν προφθάνουσι. μὲν δέει τοῦ μὴ κωλυθῆναι παντάπασιν, αὐταῖς σκευαῖς καὶ γυναιξὶν ἐνειλούμενοι, καὶ ὃ ἐπιὼν τὸν προϊόντα καταπατῶν τε καὶ κατασποδῶν, αὐτοὶ παρ' ἑαυτῶν τὰ πλεῖστα ἐσφάλλοντο, πολλοὺς δὲ καὶ ὑπετέμνοντο οἱ ἱππεῖς πρὶν φθάσαι τὸν ποταμόν, καὶ ἔργον εὐζώνου πεζοῦ ἱππεὺς ἐγένετο σοβαρός, ὡς ἁλίσκεσθαι μὲν πλείστους, ἅμα δ' ἑαλωκότας B
ἀπάγεσθαι πρὸς τὸ φρούριον, καὶ πάλιν ἄλλους καὶ ἐπ' ἐκείνοις ἄλλους, καὶ οὕτως ἐφεξῆς τοὺς μὲν φονεύεσθαι τοὺς ὀνομαστοὺς δὲ συλλαμβάνεσθαι, μέχρις οὗ καὶ τὸν ποταμὸν Βοώσην φθάσαντες οἱ μὲν ἑκοντὶ ἑαυτοὺς ἐρρίπτουν κατὰ τοῦ ῥεύματος, τὸ ἐξαπολωλέναι προτιμῶντες τοῦ μετ' αἰσχύνης πεσεῖν εἰς χεῖρας Ῥωμαίων, οἱ δὲ βίᾳ τὸν ποταμὸν διεκπαίοντες ἐκ πολλῶν ὀλίγοι πρὸς τὸ τῶν Κανίνων φρούριον διεσώζοντο φεύγοντες, γυμνοί τε C
καὶ ἄοπλοι καὶ πεζοὶ οἱ πρὸ μικροῦ σοβοῦντες καὶ ὡς νοσσιὰν τὴν Ῥωμαΐδα καταλαβεῖν κατ' ἐλπισμὸν ἔχοντες.

33. Ἄξιον δὲ μηδὲ τὸν ἐκεῖνον θρίαμβον τὸν ἐν τῇ πόλει P 351
γεγονότα παραδραμεῖν. ἐπειδὴ γὰρ κατὰ κράτος ἐνίκων οἱ βα-

2. μὲν] καὶ οἱ μὲν?

ratorii cursum istum retardare tum a tergo lacessendo, tum praecurrendo viamque obstruendo, varie certabant. inter quae Itali confusi, qua metu ne prohiberentur in tutum evadere, qua mixtione inordinatissima sarcinarum et mulierum quas una secum trahebant quibusque impliciti conflictabantur, trudebant deiiciebantque sese mutuo, temere invicem incurrentes ac conculcantes, ita ut eorum multi currentium ad flumen equorum ungulis contererentur; et afflicti lapsu superbe cataphracti equites praeda faciliis erant peditum expeditorum. horum plurimi simul capiebantur, simul ad arcem custodiendi trahebantur, redeuntibus mox qui deduxerant, et aliis alios aliosque similiter, statim ubi corripuerant, in tuta custodia locantibus, eo in his discrimine servato, ut vulgus quidem et gregarii necarentur, insignioribus et primariis reservatis. per hunc tumultum qui tandem e Latinis ad Boosis ripas pervenire potuerunt, se volentes in flumen praecipitabant, mortem praeoptantes ignominiosae sub Romanis captivitati. fuere tamen quibus conatus transnatandi succederet. hi perpauci e plurimis in Caninarum tandem arcem tutum ex effusa fuga receptum habuerunt, nudi, inermes, pedites, qui paulo ante fastuosi ac minaces universum Orientale imperium se tanquam avicularum nidum implumium impune rapturos, ablaturos ludibunde, speraverant.

33. Dignum porro fuerit nec illum triumphum praeterire, qui huius gratulatione successus celebratus in urbe est. postquam enim plenissimam

www.libtool.com.cn

σιλέως, μᾶλλον δὲ καὶ ἀκονιτὶ τὰ θαυμαστὰ κατὰ τῶν ἀλαζόνων κατώρθουν, τοὺς μὲν πεσόντας ἐσκύλευον, πλοῦτον συλλέγοντες ὅπλων τε καὶ ἐνδυμάτων καὶ ἵππων καὶ σκευῶν παντοίων ἐξησκημένων, τοὺς δέ γε ζῶντας αὐτούς τε καὶ ἵππους αὐτῶν ἐπι-
B συναθροίσαντες, καὶ τοὺς μὲν πέδαις ἀφύκτοις δεσμήσαντες τοὺς δ' ἀνέντας εἰς ὑποζύγια, σφίσιν τὴν στρατιὰν ἀναλαβόντες (οὐδὲ γὰρ εἶχον ἐντεῦθεν δεδιέναι πανστρατιᾷ ἑαλωκότων) ἐς βασιλέα μετά γε τροπαίων λαμπρῶν ἀνεζεύγνυσαν, θέα ὄντως φιλορωμαίοις πανθαύμαστος. ὁ γοῦν βασιλεὺς δεξάμενος μὲν τοὺς ἰδίους, μαθὼν δ' ἐς τἀκριβὲς τὰ πραχθέντα, ἔτι δὲ καὶ ἰδὼν
C ἕκαστον αὐτοῖς ἵπποις τε καὶ σκευαῖς, τοῖς μὲν κατεσκληκόσι καὶ μόνοις ὀστέοις καὶ δέρμασι τὴν πάλαι δεικνύουσιν εὐκληρίαν, ταῖς δὲ διερρωγυίαις οὐκ αὐταῖς ἴσως αἷς καὶ πρώην ἐχρῶντο, ἀλλὰ ταῖς τυχούσαις καὶ αἷς ἂν ἐκείνους ἐπολωβῶντο οἱ ἐλεοῦντες, καί γε στοιχηδὸν διελθὼν διηλακότας κατανοήσας, σώματα στενγνὰ μὲν τῷ τότε καὶ οἷα μηδὲ σώματ' ἄν τις εἰπεν ἀλλὰ σκιὰς τῶν πάλαι γιγάντων, ψυχὰς δὲ τῷ μὲν κατὰ σφᾶς πάθει καὶ λίαν καμπτομέ-
D νας, τῇ δὲ τῶν προσώπων τάσει καὶ τῷ τοῦ φρονήματος ἐμβριθεῖ τὴν πάλαι δηλούσας ἐλευθερίαν, ἐπεκάμφθη μὲν τοῖς κατ' ἀν-

Caesarei victoriam reportarunt, aut potius facile ac sine pulvere tam mira in arrogantissimos iactatores gesserunt, mortuos quidem spoliarunt, unde divitias congesserunt plurimas ex armis, vestibus, equis, vasis elaboratis omnis generis; superstites autem et equos ipsorum congregantes; illos compedibus vinctos validis, hos solutos et abactos inter iumenta, copias secum universas quas duxerant resumpserunt (neque enim erat cur ibi ad praesidium limitis pars earum ulla relinqueretur, utique hostibus plane deletis) et redire ad imperatorem instituerunt, splendidis illic prius tropaeis positis. spectaculum sic euntes passim praebebant mirifice iucundum bene affectis erga res Romanas. imperator ubi qua par erat gratiae significatione suos excepit, ubi rem ut gesta erat e singillatim et exacte narrantibus audivit, ubi etiam otiose inspexit unumquemque captivorum cum equis et vestitu, equis strigosis et exsuccis, tamen in illa macie nihil praeter pellem obductam ossibus trahentium signa non obscura monstrantibus pristini vigoris, vestitu obsoleto et lacero, non eo videlicet quo prius domo allato usi fuerant, sed ex forte obvia centunculis ad necessarium tegmen spoliatorum corporum precario adscito aut spectantium misericordia concesso. hos, inquam, in longam digestos seriem intuens Augustus attente singulos, corpora observabat squalida illa tunc quidem luridaque, sed quae non tam corpora quis diceret quam umbras veterum gigantum; quorum animae tamen, casu licet ac malis fractae, quadam exporrectione facierum et eminente in fronte ac supercilio audacia veterem libertatem prae se adhuc ferrent, motus intima est mi-

ϑρωπον συναντήμασι, χεῖρας δ' αἴρει πρὸς τὸν ϑεὸν καὶ ὁμολογεῖ τὴν χάριν τρανῷ τῷ στόματι, καὶ γε ϑέλων ἀνάγραπτα ϑεῖναι προστάσσει γράφισθαι τοῖς τῶν ἀνακτόρων τοιχίσμασι, πλὴν οὐκ αὐτὰ καὶ μόνα, ἀλλ' ἃ δὴ καὶ ἀρχῆϑεν ϑεοῦ γέγονεν ἐλεοῦντος, κἂν ἐκεῖνα μὲν καὶ αὖϑις ἐν προστώοις γεγράφατο, τὰ E
δ' οὐκ ἔφϑασε τελεσϑῆναι ἐπελϑόντος τῷ βασιλεῖ τοῦ ϑανάτου. ἐκείνους δέ, τὴν τοῦ ϑεοῦ χάριν δεικνύναι ϑέλων ἐπὶ πάντων, οὐκ αὐτὸς μεγαλιζόμενος τοῖς πρωΐζὰ τελεσϑεῖσιν οἷά τις ἀπειρόκαλος καὶ μικρόψυχος, ἀλλὰ μᾶλλον ϑεὸν μὲν εἰδὼς αἴτιον, ϑεὸν δὲ καὶ μεγαλύνειν προϑέμενος, ϑριαμβον προστάσσει καταγαγεῖν. ὃ δ' ἦν, ἵστατο μὲν ἄνωϑεν ἐξ ἀπόπτου ὃ βασιλεὺς ἐν τοῖς ἀνα- P 352
κτόροις τῶν Βλαχερνῶν, πρὸς κατὰ ϑάλασσαν δυτικὸν ἀφορῶν, ἐφ' ᾧ ἅμα μὲν ϑεᾶτο ἅμα δ' εὐσύνοπτος εἴη τοῖς ϑεωμένοις. ἦγοντο στοιχηδὸν ἐκεῖνοι καϑ' ἕνα, ὡς εἶχεν ἕκαστος ἐφ' ἵππου, κατὰ ϑάτερα τῶν πλευρῶν καϑήμενος. ἐδίδοτο δ' ἑκάστῳ κρατεῖν καὶ κοντὸν ἐκ παπύρου ἤ τινος ἄλλου εἰκαίου, ὡς τρόπαιον πάντως τοῦ κατὰ σφᾶς πταίσματος. ὄχλος δὲ παρ' ἑκάτερα πλεῖστος ἵστατο, οἱ μὲν τὰ τῆς τύχης ἐποικτιζόμενοι καί γε ἐλε- B

seratione humanorum casuum, manus autem ad deum sustulit, clara voce gratias ei referens; et quasi votivis volens tabulis gratitudinem hanc suam extare in posterum testatam, praecepit pingi super parietes palatii totam huius victoriae ac pompae triumphalis seriem, non hoc autem solum, sed et alios praeterea prosperos successus, quibus antea quoque suum deus imperium dignatus erat fortunare. continuoque inchoatum id opus est in vestibulo porticuum regiae: sed perduci ad finem, et huius ultimae adiunctione victoriae compleri monumentum id non potuit ante mortem huius imperatoris Michaëlis, quae paulo post contigit. porro istos tunc captivos ostentare per urbem triumpho traductos voluit, non ille quidem iactationis suae causa, quasi sibi laudem glorianter adscribens victoriae istius nuper partae, id quod insolenter vani pusillique animi nota non careret, sed eo studio ut et deo ipse grates debitas profiteretur, et cunctos invitaret ad divinum numen ob hoc praeclarum nobis indultum beneficium laudandum. pompa igitur ipsa in hunc modum processit. stabat imperator excelso in loco palatii Blachernarum iuxta mare in occasum obverso, ut simul spectaculo frueretur, simul esset ipse late conspicuus multitudini spectantium. ducebantur continua serie captivi singillatim, idoneo intervallo invicem discreti. equo quisque proprio vehebat, non libratus in dorso cruribus hinc inde pendentibus, sed sedens pedes compede vinctos in alterum equi latus demittebat. inditus erat manui cuiusque contus ex papyro aut vili alia materia, insigne videlicet offensionis belli qua erant in istam redacti sortem. turba constipabatur utrinque densa, quorumdam miserantium fortunae casus infestos, praesertim ubi in principes ac primarios viros tali traductos ignominia incurrebant oculi,

www.libtool.com.cn

οὖντες εἰκαίως ἀγομένους τοὺς μεγιστᾶνας, οἱ δὲ καὶ ἐπιμακύμενοι, δεικνύντες οἷον ἐς ὑπόσον φέρει μετανοίας ἡ ἀπόνοια, ἢ μικρὰ μὲν σαίνει, μεγάλα δὲ τὰ κακὰ φέρει. ἄλλοι δὲ καὶ συρίττοντες, οἷα τοῦ πλήθους, ἐχλεύαζον. τρυφὴ δ' ἦν αὐτοῖς ἡ τῶν ἁλωμένων πομπή, οὐ τόπον ἐκ τόπου μεταλαμβάνουσιν ὡς δῆθεν μεταφερομένων καὶ κενὸν αφῶν ἀφιέντων τοὔπισθεν· C ἀλλ' ὁ μὲν ἤγετο ὁ δ' ἐπήγετο, καὶ τρυφὴν ἱκανὴν ὁ πρῶτος τοῖς φιλοθεάμοσι παρασχὼν τῷ μόνῳ φανῆναι ἀπιὼν οὐκ ἐλύπει, ἑτέρου διαδεχομένου τὸν τόπον καὶ τὴν τάξιν τοῦ τέρψαντος. μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ἀεὶ νέον ἐπιόντες τῷ ἄλλος καὶ ἄλλος φαίνεσθαι κατὰ τὴν ἐν τῷ κύκλῳ κατατομὴν ἕτερον τῷ καινῷ πλέον τοὺς θεωμένους. ἦν δ' ἄρα μὴ μόνον ἀειδὴ νεωτάτη ἐπίηρος D τοῖς ἀκούουσιν, ἀλλά γε καὶ νέα θέα ποικίλη τοῖς ὁρῶσι τρυφή. ἀντίπαις γὰρ ἐπὶ νέῳ καὶ νέος ἐπὶ παρηβηκότι καί γε γυμνὸς ἐπ' ἐνδεδυμένῳ καὶ ἀκαλυφὴς ἐπὶ καλύπτραν φέροντι καὶ κατηφιῶν ἐπ' ἀγερώχῳ καὶ ἀλαπαδνὸς ἐπ' εὐσωματοῦντι καὶ καταπεπτωκὼς τῷ πάθει ἐπὶ τῷ λογισμοὺς ὀρθοὺς φέροντι ἐποίκιλλον

2. μετανοίας ἡ] ἡ μετανοίας P.

aliorum contra irridentium insultantiumque ultro increpando, meritum eos ferre vaesaniae suae fructum, seram poenitentiam, quae proles esse solet inconsultae amentiae, modicum quidem initio quos abripit mulcentis, ad extremum gravissime multantis. erant e faece praesertim plebis qui etiam miseros exsibilarent. durabat autem dulcis spectaculi voluptas uno licet in loco haerentibus, nec opus habebant alio migrare, ut viso, quod placuerat, praetereunte fruerentur. succedebat enim assidue praesenti sequens pari suo dedecore ludibrium exhibens, et oculos abunde pascens, ne praeterlapsum sequi aut requirere curarent. quin potius crescebat dulcedo spectandi, praevertente satietatem continua quadam velut mutatione scenae, sannis praesertim gregariae multitudinis et petulantis aetatis materiam praebente ridicula tonsura foede rasorum orbe toto capitum, novitatis apud vulgus specie iucunda. qua sicut gaudebant oculi, sic et aures demulcebantur confusis improperiis in hostes iactis digna patientes; quae instar habebant novae cantilenae, placere plurimum (ut vetus habet verbum) populo solitae. distinguebatur autem pompa multa varietate, et ipsa delectante, dum adolescentulo succedebat iuvenis, intermiscebantur senes viris; et semper inexpectatum aliquid vices variae multiformis spectaculi offerebant, dum nudus post vestitum trahebatur, succedebat pileatus intecto verticem, deiectus vultum ferociter contumaci, macer pingui, fortunam abiecte ferens excelsum animum oris constantia monstranti; quae velut erant fercula varia, et hoc ipso gratissima, exquisiti oculorum epuli, tanto producti spatio temporis, per quantum loci

τὰ τῆς θέας καὶ ὀφθαλμοὺς εἱστίων τῶν συμμιγῶν ὄψεων. οὐδὲ γὰρ ἐς ὀλίγον ἡ σχοινοτενὴς ἐκείνη σειρὰ τῶν ἀνδρῶν, ἀλλ' ἐς ὅτι πλεῖστον συχναῖς ἑκατοστύσι διειλήπτο. ἕκαστος δ' ἰόντων ἐπὶ τὸ παρ' ἑκάτερα τοῦ βασιλέως γινόμενος καὶ ἄκων ἐδίδου, κύπτων ἐξ ἐφεστρίδος, τῷ βασιλεῖ τὴν προσκύνησιν, μορφάζων E τὸ ταπεινὸν καὶ τὸ τῆς ψυχῆς οἰδαῖνον μετασχηματίζων εἰς ἱλαρότητα. οὕτω μὲν οὖν εἰσελθόντες τὴν πόλιν, καὶ διὰ μέσης ταύτης ἐξ ἄκρων εἰς ἄκρας τοῖς κατὰ σφᾶς ἀνιαροῖς ἐμπομπεύοντες, τῇ τῆς Ζευξίππου δίδονται φυλακῇ *), τοῖς τυχοῦσι μὲν χλεύη, ἐλεεινοὶ δὲ τοῖς ἐπιεικεστέροις γινόμενοι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐπράχθησαν τῇδε.

34. Βασιλεῖ δὲ οὐ μόνον τῶν αὐτοῦ μετῆν εἰς κόσμον P 353 σφᾶς ἄγειν τὰ πρέποντα, ἀλλὰ καὶ τοὺς μηδὲν προσήκοντας κατά τινα δεσποτείαν ὑπερῳρμένους τὰ μέτρα συστέλλειν διὰ σπουδῆς ἦν. καὶ τοὺς μὲν ἄλλους δόρυ κινῶν ἠνάγκαζε τοῖς μετρίοις χρῆσθαι, τὸ μὲν αὐτόνομον ἐκ τύχης ἔχοντας σφᾶς καὶ συμβάματος, τὸ δ' ἄλλως ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν καὶ βασιλείας δικαίοις κατωφρυῶσθαι κινδυνώδες ἑαυτοῖς μαθόντας· τῷ δέ γε B

protendebatur longissima catena, vinctas innectens, intervallis inter singulos iustis, plurimas hominum centurias. porro singuli ut ad locum venerant, unde superne despectabat imperator, venerari eum vel inviti profunda ex equis capitis demissione cogebantur, id tamen se plerisque libenter facere quadam modestiae affectatione simulantibus, quinetiam quo penitus contabescebant animi moerorem renidentis oris adscititia hilaritate fucantibus. sic ingressi civitatem, et sic per eam quantum patet universam probrosa sui dedecoris traducti pompa, in carcerem Zeuxippi conjecti sunt, vulgarium, ut dixi, hominum intemperanti ludibrio irrisi, elegantius institutis et per hoc humanioribus infelicitati condolentibus ipsorum. atque haec quidem acta in hunc modum sunt.

34. Caeterum imperatori non solum curae erat, ut qui cum eo et sub eo vivebant, intra fines sese continerent decentis moderationis; sed et istam extendebat providentiam ad alienos quadam interdum intumescentes fiducia potentiae, quorum efferentem sese supra modum arrogantiam temperare ac comprimere studebat. quo in genere alios quidem quos fortuna casusve aliquis sui iuris et omni subiectione liberos fecisset, manu armata fastum demittere coëgit, belli offensionibus edoctos quam periculosum ipsis esset transilire cancellos, et supra quam sors et opes ipsorum ferrent, usque ad usurpationem iurium regiorum assurgere. La-

*) cf. Glossarium alterum v. Ζευξίππου φυλακή.

τῆς τῶν Λατίνων ἄρχοντι Ἰωάννῃ παρασήμοις βασιλικοῖς ἐμπομπεύοντι, οὐ μετὸν ὅλως βασιλείας ἐκείνῳ, πέμπων πολλάκις ἐπήγγελλε τῆς μὲν καθ' αὐτὸν ἐξουσίας ἀνέδην ἔχειν ὡς βούλεται, ὀνομάτων δὲ καὶ παρασήμων βασιλικῶν φείδεσθαι· μηδὲ γὰρ ἄξιον, αὐτοῦ βασιλέως ὄντος, ἐπ' αὐτοῦ Βασιλείου θώκου καὶ πόλεως, καί τινας ἄλλους ἐπὶ τοῦ μείζονός τε καὶ ὑπερτάτου φημίζεσθαι ἀξιώματος, ἀλλὰ μέρος ὄντα κἀκεῖνον ἐπισυνάπτειν τῷ ὅλῳ, μηδ' οὕτως βασιλικῇ τάξει τὴν σύγχυσιν ἐπιφέρειν. τοῦτο γοῦν πολλάκις ποιῶν οὐδὲν πλέον ἤνυτεν ἢ τὸ δοκεῖν μηδὲν ἔχων ἀνύτειν. ὑπερηφάνει γὰρ βάρβαρος ὢν καὶ ὑπερεώρα τὴν πρόσταξιν, καί τινας προφάσεις τοῦ μὴ αὐτὸς κατάρξαι τῆς ἐπὶ τούτοις παραβασίας ἀλλ' ἀπὸ πατέρων ἔχειν ἐπλάττετο· προσέτι δὲ μηδὲ τοὺς περὶ αὐτὸν ἐᾶν ἔλεγε κολούειν οὕτως ἀξίωμα πατρικὸν ἐκ πλείστου καὶ ἐς αὐτὸν κατιόν, μηδ' ἀκλεεῖς καὶ αὐτοὺς εἶναι τὸ μέρος εὐκλείας στερηθέντος ἐκείνου βασιλικῆς. μείων γὰρ φθόνον πεδίλων εἶναι κοκκοβαφῶν καὶ βασιλείας ὀνόματος τῷ τὰ μείζω ἔχοντι· τὰ δ' ἦν, ὡς ἔλεγεν, ὑπόπτωσίς τε καὶ δουλικὴ ἐντυχία καὶ εἰρηνικαὶ σπονδαὶ καὶ πρὸς τὸ συγκεχωρηκὸς ἐφ' ἅπασιν. ἔγνω γοῦν ὁ κρατῶν διὰ ταῦτα μετελθεῖν ἄλλως τὸν

www.dbtubingen.de

C

D

P 354

norum vero principi Ioanni, qui regni insignibus temere ac praeter fas assumptis se ostentabat, saepius denuntiavit nihil se quidem obstare quo minus dominio sui principatus pro libito uteretur: illud magnopere monere, abstineret nomine regio, nec eum vestitum aut ornatum adhiberet, qui characterem praeferret Caesareae potestatis. meminissetque non decere ipsum, qui pars esset imperii Romani, eius sibi cultum et notas maiestatis arrogare, qui legitime constitutus in throno Augusto imperatricis urbis loci eius ipsius et summae dignitatis officio cogeretur dare operam, ne membrum exaequaret se capiti et discrimina graduum honoris ambitione turbulenta confunderet. verum ex hisce, licet saepius iteratis monitis, non alium Augustus fructum retulit quam desperationem quidquam deinceps hac via proficiendi. superciliosus quippe barbarus tumore se inflabat suo admonitionesque spernebat, praetextus obtendens vanos, fingensque se non primum inchoare ista, quorum scilicet usum a patrum exemplis duceret; ac quando redigere se ultro in ordinem vellet, haud passuros id suos, ad dedecus propriae reipublicae pertinere rates, si transmissum avita successione principatus decus dynasta ipsorum degeneri vilitate abiiceret. haud enim se tam contemptibilem imperii late clarissimi partem esse, ut indigni videri deberent qui splendoris illius antiqui residuis adhuc quibusdam quasi radiis fulgerent. nec esse cur invideatur honos rubrorum calceorum et regni nomen maiora utique habenti. sic ille, per illa maiora, quibus frui se gloriabatur, innuens prostrationes ipsi a subditis in occursu venerantibus fieri solitas, et tractationes pacis ac foedera aequo iure cum maximis regibus inita. his turgentem magni-

Ἰωάννην, καὶ μᾶλλον ὅτι καὶ νέον ἐπὶ τῆς ἀρχῆς καθίστατο. κήδει γοῦν θέμενος εἰσποιήσασθαι καὶ τὸ δι' ὑποψίας εἶναι τοῦ κολούειν ἄλλως θέλειν τὴν ἐξουσίαν καὶ μὴ κατ' αὐτὸ τὸ τῆς βασιλείας δίκαιον ἐπαγγέλλειν τὴν μεταμφίασιν ἀναιρεῖν (παισὶ γὰρ οἰκείοις μὴ ἂν ἔχειν χώραν βούλεσθαι τὸ τῶν δικαίων σφίσι καθυφεικός), πρῶτον μὲν ἐκ πλείστου μεγιστᾶσι καὶ σοφοῖς τὰς πρὸς ἐκεῖνον πρεσβείας ἐκπληροῦν ἔγνω, ὡς ἂν ἅμα μὲν τῷ τῶν προσώπων ἀξιωματικῷ ἱκανοὺς τὰ ἐς πίστιν ἔχῃ τοὺς λόγους δεικνύειν ὄντας, ἅμα δὲ καὶ τῇ κατ' αὐτοὺς ἐπιστήμῃ τῶν λόγων πείθειν οἷς λέγῃ καὶ πᾶσαν χειρίστην ἐκκρούειν ὑπόνοιαν. διὰ ταῦτα καὶ ὁ μέγας λογοθέτης ὁ Ἀκροπολίτης ἔτι ζῶν ἀπεστέλλετο, καὶ ὁ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας μέγας οἰκονόμος ὁ Ξιφιλῖνος, μεσολαβήσοντες μὲν καὶ τὰ τοῦ κήδους (ἦν γὰρ καὶ τρίτη θυγάτηρ τῷ βασιλεῖ Εὐδοκία, ἣν δὴ συναρμόζειν εἰς γάμους τῷ Ἰωάννῃ ἐβούλετο), πείσοντες δὲ αὐτὸν δὴ καὶ τοὺς περὶ αὐτόν, ἐκείνους μὲν ἐφεῖναι τῷ νέῳ τὴν πρὸς βασιλέα ἄφιξιν, αὐτὸν δὲ πιστὰς ἔχοντα τὰς ἐλπίδας ὡς ἐπὶ καλοῖς προσκαλούμενον ἀπαντᾶν μετὰ θάρρους. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς ταῦτα, τοὺς δὲ μήτ' ἐκείνους ἐφιέναι τὸ παράπαν μήτ' αὐτὸν προθυμεῖν ἥκειν· πολλοῖς

ficis de se sensibus Ioannem, flore praeterea viridis aetatis et principatus novitate ferociorem, facile intellexit imperator non alia ratione adducendum ad subiectionem erga se aliquam, quam si eum affinitate praeoccupatum adoptionis modo quodam in familiam insereret suam. sic enim se illi suspicionem, qua abalienabatur abs se, dempturum, modestiam istam cultus et titulorum non alio ipsi animo ab imperatore praescribi, quam ut exauctoraret ipsum et iure ditionis patriae privaret. ubi enim is sensisset vocari se ad honorem imperatorii coniugii, haud amplius formidaturus videbatur talia imperatorem machinari, cum natura non ferat soceros deterere dignitatem minuereque opes generorum velle; quos contra patria caritate complectantur, et auctos fortunis ac titulis etiam supra hereditaria bona cumulatis cupiant. hoc animo imperator ac spe, viris summatibus iisdemque prudentissimis legationes ad Ioannem demandavit, ut et dignitas ipsorum conciliaret promissis fidem, et eloquentia dexteritasque tractandi cunctas eluctata suspiciones quae obstarent, persuadere quod obtabatur tandem posset. itaque cum Acropolita magnus logotheta, dum viveret, tum Xiphilinus magnae ecclesiae oeconomus ad Lazos missi, ut offerrent Ioanni nuptias tertiae imperatoris filiae Eudociae, nihil omiserunt industriae atque artis, quo vel ipsum iuvenem Ioannem vel eius familiares ac consiliarios pellicerent, illum quidem ad proficiscendum metu omni deposito Constantinopolim, summis illic honoribus dignandum, hos autem ad id ipsum suadendum suo principi. successu tamen is conatus tum quidem caruit. nam nec Lazicae aulae proceres auctores fieri Ioanni voluerunt itineris talis, nec ipse per se prin-

www.libadolf.com.cn

γὰρ πρότερον χρόνοις τοὺς ἐκ γενετόνων πρὸς τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν ἐκγαμίζεσθαι καὶ καθ' αὑτοὺς εἶναι, τὰ βασιλέως ἐν ὄστροις μανθάνοντας, καί γε πρὸ τῶν ἀπ' αὐτῆς καλῶν καὶ μεγίστων τὰ κατὰ σφᾶς αἱρουμένους μέτρια. ὡς γοῦν ποικίλαις συμβουλίαις οἱ πρέσβεις οὐκ ἔπειθον λέγοντες πάντα δεύτερα τιθεμένους τῆς σφῶν θελήσεως, πρὸς βασιλέα ὑπέστρεφον μηδὲν τὸ παράπαν ἀνύσαντες. οὐ μὴν δὲ καὶ ἐς τέλος πειρᾶν διαφῆκεν ὁ βασιλεύς,
E ἀλλὰ προσαποστέλλων συχνάκις τὸ μὲν ἠπείλει τὸ δὲ καὶ τοῖς ἀφ' ἑαυτοῦ γεννησομένοις ἐκείνοις καλοῖς ἐδελέαζεν, ἂν μόνον πεισθέντες ἥκοιεν. τέλος στέλλει τὸν λογοθέτην τῶν οἰκειακῶν Ἰατρόπουλον, σὺν αὐτῷ δὲ καὶ τῆς ἐκκλησίας πρεσβύτερον, τὸν μὲν κατὰ τιμὴν τοῦ προσκαλουμένου καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ βασιλέως καλῶν ἀγγελίαν, τὸν δὲ κατά τινα πληροφορίαν καὶ πίστιν τῶν λεγομένων, ὡς ἐπὶ τούτοις καὶ τῆς ἐκκλησίας πρεσβευούσης, μηδὲν εἰδυίας κατὰ τὸ εἰκός, ὡς ἐκεῖνος ἔπειθε λέγων, ἐφ' οἷς ἂν
P 355 καὶ συνομολογοίη ψεύδεσθαι, ὥστε παρέντας τὰς ὑποψίας αὐτοῖς τοῖς πράγμασιν κρίνειν εἰ παῖδα ἅμα ποιεῖν ἐκεῖνον καὶ κακὸν βούλοιτο. ταῦτα λέγοντες ἔπειθον, καὶ ὅρκους ταμόντες ἦ μὴν καὶ γαμβρὸν γενέσθαι τοῦ βασιλέως τὸν Ἰωάννην καὶ μετὰ πλεί-

ceps in id propendit, cum concordibus omnes sensibus dicerent exemplis se domesticis doceri non evagari affinitatibus extra ditionis limites patriae, sed sponsas in gentis eiusdem optimatum domibus quaerere: imperatorium vero genus ac stirpem, velut res votis ac captu propriis superiores, sic intueri ut stellas homines ac coeli sidera mirari solent, quae scilicet ita suspiciunt ut ad contactum eorum a natura negatum non aspirent. viderent igitur quam non fuisset opus commendari ab imperatore modestiam iis, qui nunc oblatorum ultro ipsis honorum maximorum splendorem non dubitarent recusare tanquam mediocritatis ipsorum, qua contenti essent, excedentem modum. ergo legati omnia frustra experti, redire tandem ad imperatorem re infecta sunt coacti. nec tamen ille adhuc despondit animum, sed aliis eo atque aliis legationibus crebro missitandis, hinc terrere illos minis, inde allicere promissis, et cum universos tum singulos privatim accommodatis ad cuiusque spes ac captum tentare sermonibus non destitit, terribilia intentans ni facerent, montes aureos pollicens si audirent, quoad tandem misso illuc logotheta domesticorum Iatropulo, cui comitem ecclesiae presbyterum adiunxit, sic secum reputans, logothetae dignitatem valituram ad faciendam fidem sinceri imperatoris animi in promittendis bonis ingentibus quae tali interprete offerret, cumulum vero persuasionis additurum ecclesiasticam gravitatem elucentem in eius socio, nec dubitaturos ipsos credere pollicitationibus quarum ecclesia, quae fallere nesciret, se vadem quodammodo exhiberet, compos effectus votorum Augustus est. cum enim ambo illi pro se quisque contestarentur optima fide ac voluntate imperatorem vocare Ioannem in ne-

στων τῶν ἀγαθῶν ἐπανήξειν, καλῶς καὶ τῶν περὶ ἐκεῖνον δεχθησομένων, μακρᾶς νηὸς ἐπιβάντες ἐς πόλιν κατήγοντο. ἐπεὶ δὲ ὁ βασιλεὺς μὲν ἔτυχεν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀπών, διατρίβων ἐν B Λοπαδίῳ (ἐκεῖ γὰρ τὰ κατὰ Σάγγαριν διελθὼν καί γ' ὡς ἦν κατασφαλισάμενος ἔστησε τὴν πορείαν, ὡς ἐκεῖθεν κατοχυρώσων καὶ τὰς κατὰ τὴν Ἀχυράους ἄκρας), ἐκεῖνος δὲ τῶν ὁρίων τῆς Ῥωμαίων ἐπιβαίνων, βουλὴν καὶ οἱ πρέσβεις εἰσάγουσι τοῖς ἀμφὶ τὸν Ἰωάννην ἀποθέσθαι τοῦτον τὰ ἐρυθρὰ καὶ πεδίλοις μέλασιν ὑποδήσασθαι, ὡς δὴ παντὸς εὐθὺς παρὰ βασιλέως γενησομένου τοῦ κατ' αὐτὸν ἀξιώματος. ἦν γὰρ συγκείμενον σφίσιν καὶ τὰ C τῆς δεσποτείας ἐκεῖνον ἀμφιβαλλόμενος σύμβολα, ἅμα τῷ παῖδα γενέσθαι, περιφανῶς ἐσαῦθις κλείζεσθαι. τὸ δ' ἐπ' ἐρυθροῖς μεταλαμβάνειν τὰ ἐκ πορφύρας δίχροα μὴ καὶ ὅλως ἀπρεπὲς ᾖ, πρὸς τῷ καὶ ἄλλως δυσχερὲς φανῆναι τῷ βασιλεῖ. ταῦτα λέξαν-

cessitudinem filii, paterno deinde affectu illum omni bonorum genere aucturum, discussis denique suspicionum umbris Lazi plane assenserunt; ac iureiurando a legatis accepto, quo nomine imperatoris et sua ipsorum fide sancte spondebant omnino fore ut Ioannes Constantinopolim proficiscens ibi filiam imperatoris duceret uxorem, ac mox bonis honoribusque cumulatus remitteretur domum, comites quoque suos liberalitate Augusti ditatos reducens secum, nave simul omnes longa conscensa versus urbem solverunt. quoniam vero forte tunc contigit abesse ab urbe imperatorem commorantem ad Lopadium, ibique intentum vel praevertendis damnis vel ruinis reparandis regionum circa Sangarim (hoc enim ut ageret itinere versus illas partes suscepto, Lopadii consistendum sibi putaverat, inde videlicet vicinia sui caeteraque providentia firmaturus adversus vim Persicam arces illius limitis sitas ad Acheraum), legati Romani Ioannem Lazum deducentes, ea imperatoris absentia obiter cognita, ubi primum fines Romanos attigerunt, occasionem inde opportune sumpserunt suggerendi Ioanni eleganter facturum illum, si rubris calceamentis paulisper exutis nigra indueret usque ad imperatoris brevi adfuturi reditum. etsi enim in discessu conventum inter ipsos fuerat profecturum Ioannem cum sibi solitis insignibus despoticae potestatis, tamen causam esse idoneam disserebant cur in eo tum quidpiam remitteret, cum foenore gloriae mox recepturus honorifico Augusti iudicio id quod volens ad tempus brevissimum deposuisset. imperatori quippe decretum esse Ioannem, statim atque in necessitudinem filii admotus is sibi foret desponsa ipsi propria filia, magnifice ornare iis symbolis supremae dignitatis, quae despotis in aula imperatoria tribui solebant. doliturum autem ipsi, si Ioannem videret ea per se occupasse, quae habere illum suo beneficio, et sibi suaeque erga illum benevolentiae imputari cuperet. quin et alioqui parum convenire iam purpura utentem bicolores ex roseo et candido, quae propriae despotarum essent, vestes assumere. itaque ne gravaretur primum occursum imperatori exhibere in eo cultu, qui facultatem ei non praeriperet ipsum, quod avebat, insolitis honoris insignibus decorandi. haec dicen-

www.libtool.com.cn

τές τε καὶ πράξαντες τῇ πόλει προσίσχουσι, καὶ κατὰ τὸν λιμένα
D τὸ Κέρας ἀποβάντες νηὸς ξεναγοῦνται πολυτελῶς ἔν τισι τοῖς
κατὰ τὴν πόλιν οἰκήμασι. καί γ' ἐφ' ἡμέραις τὸν ἀπὸ τῆς θα-
λάσσης ἀποσκευασάμενοι θόρυβον, ἐντολὰς δεξάμενοι βασιλέως,
πρὸς τὸ Λοπάδιον γίνονται. καὶ δὴ τὰ εἰκότα φιλοφρονηθέντες,
ἅμ' αὐτῷ βασιλεῖ πλῷ χρησάμενοι, τὴν πόλιν καταλαμβάνουσιν.
E ἤπειγον γὰρ αὐτὸν τοῦτο μὲν οἱ γάμοι τῆς θυγατρός, τοῦτο δὲ
καὶ ἐκ δύσεως Τόχαροι ἀγγελθέντες ἐξέρχεσθαι, οὓς αὐτὸς βα-
σιλεύς, Νογᾶν ἀξιώσας κατὰ τοῦ σεβαστοκράτορος Ἰωάννου,
ἐκείνου πέμψαντος ἐξεδέχετο. τῷ τέως γοῦν μηνὸς Γαμηλιῶνος
λήγοντος ἐπιστὰς τοὺς γάμους ἐτέλει τῇ θυγατρί. ὅλον δ' Ἐλα-
φηβολιῶνα διαγαγὼν ἐξήρτυε δυνάμεις καὶ πρὸς ἔξοδον ἡτοι-
μάζετο.

P 356 35. Τῷ γὰρ σεβαστοκράτορι Ἰωάννῃ οὐκ ἦν ἠρεμεῖν,
ἀλλὰ καὶ αὖθις σπονδὰς ἐκείνας συγχέας ἐπεχείρει τοῖς μὴ προσή-
κουσιν. ἄλλως δ' ἐπισχεῖν αὐτὸν τῶν βουλευμάτων βασιλεὺς
οὐκ ἔχων (τὸ γὰρ θερμουργὸν ἐκείνου καὶ αὔθαδες μέχρι καὶ ἐς
ἀποκήρυξιν ἐκεῖνον ὡς ἀποστάτην ἐτίθει) εἰ μή γε Τοχάρους
ἐπαγαγὼν πᾶσαν μὲν τὴν ἐκείνου λῃΐσεται, αὐτὸν δ' ἐν στενῷ
B καταστήσει πραγμάτων τε καὶ ἐλπίδων, εἰ τέως διαθράσει τὸν

tes persuaserunt quod volebant; cumque Lazorum principe eo quem optaverant modo vestito ad urbem appulerunt, exscendentesque e navi ad portum Ceras dictum splendide sunt hospitio excepti in suburbanis domiciliis, ubi per aliquot dies refecti e iactatione navis et maris nausea, mandato ad se veniendi ab imperatore accepto Lopadium profecti, quibus decuit benevolentiae significationibus admissi tractatique ab eo sunt, mexque cum ipso navi vecti rursus urbem tenuerunt. festinabat enim imperator tum quod filiae nuptias conficere quamprimum e re duceret, tum quod nuntiarentur ex Occiduis partibus adventare Tochari, quos a Noga impetraverat adversus Ioannem sebastocratorem auxilio sibi mitti. tunc igitur Septembri mense desinente regressus in urbem nuptias filiae celebrat. Octobrem inde totum consumpsit copiis instruendis expeditionemque apparanda.

35. Causa huius expeditionis fuit, quod Ioannes, quem suus inquietus animus tranquille vivere non sinebat, rursus foedere nuper inito violato conabatur invadere non sua. ea res Augustum movit, ferox eius audacesque impetus compescere aliter non valentem, ad eum proscribendum ut rebellem, Tocharosque in eum immittendos, qui vastitate terris ipsi subiectis inferenda spes resque ipsius in artum cogerent. talia versantem animo urgebat hiems imminens, ineptum rei a suis gerendae tempus,

www.libtool.com.cn

κίνδυνον, ταῦτ' ἐπὶ νοῦν στρέφων Τοχάρους ἐπῆγεν. εὔκαιρον δ' εἶχε καὶ τὸν ἐφεστῶτα χειμῶνα· χειμῶνος γὰρ καὶ σύνηθες ἐκείνοις στρατεύειν· ὃν καὶ προκαταλαβεῖν ἠπείγετο, ὡς ἔξω πόλεως συμβαλεῖν Τοχάροις. ἦν δὲ ἄρα τὸ μελετώμενον μέλημα μὲν ἄλλως στρατιώτῃ πρέπον ἐπιεικῶς, Χριστιανῷ δὲ καὶ λίαν ἀπᾴδον· ἀσεβεῖς γὰρ ἐπὶ Χριστιανοὺς ἐξορμᾶν καὶ γ' ἀθέους C ἐφ' ἱερά, μὴ καὶ τῶν σφύδρα θείου φόβου ἀνεπιστρόφων τὸ τόλμημα ᾖ. ἀλλ' ἐκείνους μὲν ἐξῆγεν ἡ ἀπὸ βασιλέως ἀξίωσις πρὸς Νογᾶν, καὶ τὸ θέλειν πάντως ἐκεῖνον ἐξαφανίσαι καὶ χώρας ἐκείνας καὶ τὸν ἐχθρόν· οὐκ ἦν δὲ ἄρα καταρραθυμεῖν τὴν δίκην, ἀλλὰ παλίμπους οὖσα τότε μᾶλλον καὶ προηγεῖτο, ὡς μετὰ μικρὸν ὁ λόγος ἐρεῖ. τηνίκα δὲ Μουνυχιῶνος μηνὸς ἐνστάντος ἐκεῖνος μὲν πρὸς τὴν ἔξοδον ἡτοιμάζετο, οὐ τόσον τῷ κατ' αὐ- D τὸν πλήθει καὶ ταῖς δυνάμεσιν ὅσον Τοχάροις θαρρῶν· ἡ δ' Αὐ- P 357 γούστα τοῦτο μὲν ἀφορῶσα καὶ πρὸς τὸ τῆς ἐκστρατείας παράλογόν τε καὶ παρακαίριον, τοῦτο δὲ καὶ ἀρρωστίαν ἐπικειμένην κατανοοῦσα τῷ βασιλεῖ ἐκ τῆς κατὰ τὸ θέρος δυσπραγίας ἐπισυμβᾶσαν, καί τι τῶν ἀβουλήτων ὑπονοοῦσα, ἐπεῖχέ τε σθεναρώτερον καὶ ἐξιέναι οὐκ εἴα, οὐκ ἀφωσιωμένως, ὡς ἄν τις εἴποι, καὶ ἐκ πλαγίου, ἀλλ' ἐνστατικῶς ἄγαν καὶ φανερῶς, ὡς μέγα τι

quamvis opportunum Tocharis, qui libentius ea tempestate prodire ad bellum solent. tamen sua et suorum causa praevertere oportebat, mature occurrendo extra urbem Tocharis, ut illos bene animatos dimitteret ad diripiendas ferroque ac flamma deformandas ditioni Ioannis subditas gentes. cogitatio haec erat bellatori quidem forte non incongruens, at Christianum dedecens vel maxime. impios enim in Christianos armare, et atheos sacrilegosque raptores in sacra et templa immittere, facinus fuit immane quantum alienum a timente deum et Christi cultore principe. tamen exercitus barbarae illius gentis a Noga precibus imperatoris flexo missus, iam e finibus egressus suis ad nutum paratus stabat, ut in ditionem Ioannis hostiliter irrumperet. nec huius sceleris vindicta, quamquam alias cunctari solita, tarde nunc occurrit: verum, ut mox dicetur, quam celerrime repraesentata est. tunc ergo sub medium Novembrem precinctus imperator in expeditionem imminebat cum paratis copiis, haud tantum harum multitudine confisus quantum robore feritateque Tocharorum. Augusta vero reputans quam alieno tempore profectionem talem adornaret imperator, quae vel benevalenti periculosa foret: quanto ergo magis infirmo certam allatura perniciem videretur (nam contractus aerumnis praeteritae aestatis ab imperatore morbus, etsi alios ipso celante latebat, perspectus Augustae tamen erat), omni ope removere virum ab hoc itinere suscipiendo conabatur. in quo non artificioso circuitu aut per obliquos anfractus grassabatur, sed palam damnabat consilium eundi, clareque denuntiabat gravissimam nec aliter quam domi permanendo evi-

www.libtool.com.cn

B κακὸν ἐξ ἀνάγκης προξενούσης τῆς ἐκστρατείας. καὶ "τί παθὼν" ἔλεγεν "ἀφειδεῖς μὲν σώματος, ἀφειδεῖς δὲ καὶ αὐτῆς ζωῆς; ὧν εἰ μήτι γ' ἄλλο εἰς ὑποψίας ἂν ἐνῆγεν οὐκ ἀγαθὰς καὶ δείματα καίρια, ἀλλ' οὖν ἡ νόσος αὐτὴ καὶ τὸ μὴ εὐρώστως ἔχειν ἱκανὸν κωλύειν ἂν ἐνομίζετο." τῷ δὲ ταῖς ἀληθείαις κατὰ νοῦν ἦν, περὶ ἑαυτῷ δειλιῶντι κἀκείνῳ, τὴν Θρᾴκην καταλαβόντα συμμῖξαι μὲν τοῖς Τοχάροις καί γε λόγοις καὶ δεξιώσεσι διεγεῖραι,

C οὐ μὴν δὲ καὶ συνεκστρατεῦσαι, ἀλλ' ὅσον ἐγχωροῦν προϊόντα σὺν σφίσιν ἐκείνους μὲν τοῖς οἰκείοις παραδοῦναι καὶ τάξαι τὸ ποιητέον, αὐτὸν δ' ὑποστρέψαι. ἐτεκμηρίου δὲ ταῦτα καὶ τὸ συνεξελθεῖν υἱέσι τε καὶ γαμβροῖς, ἅμα καὶ αὐτῷ δὴ τῷ πρότριτα γαμβρευσαμένῳ τῷ Ἰωάννῃ. ἀλλ' ὅμως ὑπὸ πολλῇ τῇ παρὰ τῆς Λύγούστης ὀχλήσει καὶ ταραχῇ, ὡς μηδὲ τοῖς ἐκτὸς ἀγνοεῖσθαι τὰ δρώμενα, διορρωδούσης τὸ μέλλον, ἢ μᾶλλον

D προφοιβαζούσης τῆς ψυχῆς ἐκείνης τὸ συμβησόμενον, ἐπιτεταραγμένως οἷον καὶ ἀνειμένως ὁ βασιλεύς, τὴν τῆς δεσποίνης ὀρρωδίαν οὐκ ἀγαθὸν οἰωνὸν κρίνων, τοῖς γνωρίμοις συνταξάμενος ἔξεισι. καὶ δὴ μέχρι Σηλυβρίας αὐτός τε καὶ παῖδες ἵπποις χρώ-

10. τῷ?

tabilem perniciem ista ipsi expeditione cudi. eiusque ad virum hae saepius iteratae voces erant. quae te, malum, praecipitat inquietudo inconsultissima? quin parcis aegro corpori? cur dubiam valetudinem in certum exitium proiicis? quae tanti demum tibi res aut spes est, quam vitae manifesta iactura recte putes emendam? haec ita pulsabant imperatoris aures, ut animum quoque commoverent intime, perterrerentque sinistro etiam omine et auguratione infausta tristissimi successus. sed et ipse morbi sensus per vitalia grassantis facile conscio monstrabat haud vires nunc suppetere militiae praesertim hibernae laboribus ferendis. igitur utcumque simulabat aliud, revera non ultra Thraciam decreverat progredi; destinabatque, visis ibi Tocharis, et ad rem strenue gerendam animatis cum alloçutione tum donis, non quidem in hostem eos una secum ducere, sed postquam eos esset comitatus aliquanto eius viae spatio, commendatos suis, qui porro cum iis pergerent et vice sui quid fieri vellet praeciperent, ipse dimittere ac sic reverti domum. huius arcani consilii signum fuit, quod una secum et filios et generos, etiam ipsum Ioannem postridie fere nuptiarum e filiae thalamo abreptum, secum prodiens duxit; quod nunquam faceret, si hiemare in expeditione cogitasset. ergo inter illas quas dixi ominosas reclamationes Augustae, quae non ita tegebantur penetralibus regiae quin ad notitiam externorum erumperent, turbatus augurio et secreta praesagitione mentis exhorrescens, obfirmatus tamen in proposito, vale necessariis dicto, egreditur urbe; ac Selybriam

www.libtool.com.cn

μενοι ἦεσαν· ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς νόσου ἐπεδίδου καὶ οὐκ ἦν βαδίζειν ἐκεῖνον πεζῇ, ἐκεῖθεν θαλάσσῃ καὶ νηΐ διεγνώκει μέχρι Ῥαιδεστοῦ χρῆσθαι. καὶ ἅμ' ἐμβάντων (ἠγγέλλοντο γὰρ ἐγγὺς ὄντες καὶ E Τόχαροι, καὶ οὐκ ἦν ἀναβάλλεσθαι ἢ μὴν ἀμελεῖν καὶ διὰ τὴν νόσον ὑπερτίθεσθαι· ἐκακοσπλάγχνει γὰρ καὶ τῶν ἐγκάτων ἀρρώστως εἶχεν) ἅμα τοίνυν ἐμβάντων αὐτοῦ τε καὶ παίδων στοχαστής τις ἂν τότε, καὶ πρὸς τὴν τῶν μελλόντων γνῶσιν ἐξ ἀγχινοίας οἰκείως ἔχων, εὐσκόπως ἅμ' ἐξ αὐτῆς τὸ μέλλον ἂν κατετόπασεν. (36) αἴφνης γὰρ εὐδίας οὔσης πρὸς τὸ χειμεριώ- P 358 τερον μετέβαλλεν ὁ καιρός, θάλασσά τε ἡ τέως ἥμερος ἐξηγρίαινε λαμπροῦ πεσόντος τοῦ ἀπαρκτίου, καὶ οὐκ ἦν τὴν τοὺς βασιλεῖς ἄγουσαν ναῦν εὐσταθεῖν, ἀλλ' ὥσπερ ὑπὸ κυμάτων ἀγρίων ἐνοχλουμένην, τῇδε κἀκεῖσε φερομένην ἀνάγωγον, μηδὲν ὑπείκουσαν τοῖς κελεύσμασιν, αὐτανδρον ὡς εἶχε καταποντίζεσθαι, ὥστε καὶ πολλάκις μὲν καταδύεσθαι οὐκ ἐσαῦθις ἀναδυσομένην, το- B σαυτάκις δὲ ἀπελπιζομένην ἀναδύεσθαι πάλιν, καὶ ναυτῶν ἀπορούντων καὶ κυβερνήτου ὅπως χρήσονται τῇ θαλάσσῃ. τότε καὶ τὸν βασιλέα προφανῆ τὸν κινδυνον βλέποντα, καὶ περὶ ἑαυτῷ τε καὶ πᾶσι τοῖς παισὶν ὀρρωδοῦντα, εἰπεῖν πρὸς τὸν κυβερνήτην ὡς ἀγωνιστέα καὶ ὑπὲρ δύναμιν· εἰ γὰρ μὴ κόσμον πάντα,

usque ipse cum filiis equis vectus, cum invalescere morbum sentiret nec itineri terrestri iam esset par, mari et nave decrevit usque ad Rhaedestum uti. conscendentibus supervenit nuntius indicans in proximo esse Tocharos, ut cunctandi iam amplius facultas nulla restaret, sed quantumvis retardaret morbus ingravescens, occasio urgens necessario traheret. causa languoris, quo in horas magis magisque debilitabatur, in visceribus male affectis erat, eumque intime acri admonens sui sensu turbabat, ne bene sperare posset. nec illum consternabat solum minax moeror auspicii funesti nemo in illam cum eo conscendit navem, quin mala solvere illam alite et cursum exitiosum inchoare ominaretur. quorum facies illo pallore attonitas qui cerneret, non sane oraculis egeret ad praesentiendum quod instaret. suus cuique sagax animus vates erat certus occursuri mox ipsis infortunii, vaticinii fidem statim explere incipientibus eventis. (36) nam subito ex sereno in turbidum mutatur tempus, et mare prius tranquillum efferatur, valido incumbente borea. nec placidum tenere cursum poterat navis imperatores vehens, sed feris concussa fluctibus huc subinde atque illuc impingens, planeque ad nautarum imperia contumax, nihil certius spondebat quam proximam demersionem sui vectorumque. nam et saepe ita deprimebatur ut nunquam sperareturemersura, tam nautis quam ipso gubernatore ignorantibus qua iam vi aut arte maris furorem eluctari possent. tunc imperatorem ferunt intuentem periculum praesens, et quo loco suae filiorumque spes salutis essent cum horrore reputantem, navarcho dixisse contendendum ei utique supra vires esse: si minus enim mundum

www.libtool.com.cn

C ἀλλ' οὖν Ῥωμαΐδα πᾶσαν ἐπὶ ξύλου ἄγειν ὀλίγου, τοὺς βασιλέας ἔχοντα. καὶ τὸν ἀπειπεῖν μὲν ὀκνεῖν, μὴ καὶ κίνδυνος ἄντικρυς ἐξαγγέλλοι, προτρέπειν δὲ τὸν ἐξ ἑαυτοῦ λόγον τοῖς πράγμασιν, ὡς ἀναγκαῖον ὄν, εἰ μὴ θεὸς ἀρήγοι, χανεῖν πρὸς θάλασσαν πάντας· οὕτω καὶ τέχνη ναυτικὴ πᾶσα τῶν κινδύνων ἡττᾶτο σφίσιν ἐν χρῷ κειμένων. μόλις γοῦν διαμαχόμενοι πρός τε κῦμα καὶ θάλασσαν ἀγριαίνουσαν, καὶ πολλάκις ἐγγὺς ἐλθόντες τοῦ
D καταδῦναι, τῇ Ῥαιδεστῷ ἡμιθνῆτες ἐκ φόβου προσίσχουσιν. ἐκεῖσε γοῦν ἐφ' ἡμέραις τῆς ταραχῆς ἀνέσαντες καὶ τοῖς ἵπποις αὖθις χρησάμενοι, ἐξεληλακότες μέχρι καὶ τῆς Ἀλλαγῆς χώρας κατήντησαν.

Ἀλλαγὴ δ' ἦν ἐκείνη καθ' ἣν καὶ τὸ ζῆν μεταλλάττειν ἔμαρτο τῷ κρατοῦντι· καὶ ὁ μὲν Παχώμιος φθάσας τετύφλωτο, ὡς μὴ ἐντελεῖς τὰς ὑποψίας ποιοῖτο, τὸ δέ γε τοῦ Παχωμίου
E χωρίον τὸ μόρσιμον ἐξεπλήρου. ὡς γὰρ ἐκεῖσέ που κατεσκήνουν ἅμα βασιλεῖς καὶ στρατός, καὶ ἡ νόσος ἐπέκειτο πλέον, ἔφθασαν δὲ καὶ οἱ Τόχαροι σπεύσαντες συμβαλεῖν βασιλεῖ, βασιλεῖ
P 359 μὲν οὐκ ἦν οὔθ' ἱππαζομένῳ ὁρᾶσθαι οὔτε μὴν ὁμιλεῖν εἰς νόσον

2. κίνδυνον?

universum, universam certe Romanam rem exiguo illo ligno contineri quandoquidem imperatores veherentur. porro hunc, haud se quidem vel cessasse hactenus vel omissurum quidquam in posterum conatus industriaeque profitentem, addidisse, verbis quae satis appareret nolenti expressa irritis experimentis conatuum summorum, vitari nulla vi posse, nisi deus adiuvaret, quin pariter omnes hiante mari absorberentur: adeo palam vinci omnem artem nauticam vehementia ingruentis mali. tandem extrema diu contentione obluctati fluctibus ac ventis, et saepe ad ultimum demersionis admoti discrimen, Rhaedestum metu semineces appellunt. ibi diebus paucis e iactatione recreati, equis rursum inscensis pervecti Allagen sunt.

Haec nimirum Allage locus erat, ubi vitae finem imperatori occursurum irrevocabili olim deus decreto statuerat. atque ille quidem excaecatus antea Pachomius ostenderat quam vanis suspicionibus formidata fuisset successio eius in imperium. ager porro cui Pachomii nomen a domino adhaeserat, vulgati oraculi, cuius ambiguitas suspectum reddiderat Pachomium, fatali eventu fidem explevit. cum enim ibi fixis tentoriis haererent imperatores pariter et exercitus, ingravatus seniori Augusto morbus est. eodem porro brevi occurrerunt festinatis acciti nuntiis Tochari: sed iis frui non licuit optato utrinque conspectu, imperatore decumbere ob morbum coacto, ac ne in equo quidem valente se sociis ostendere, coramque illos, ut cuperet, affari, quando et ei contigit ut nescio cui libello subscriptionem in lecto apponens regiam, in expressione temporis

www.libtool.com.cn

κειμένῳ, ὅτε καὶ τὸν Νοέμβριον ὑπογράφοντι συμβὰν τὰς τοῦ Ν κεραίας συμμῖξαι, ἐπελθεῖν εἰπεῖν λέγεται ὡς ἰδοὺ συνέκλεισεν ὁ Νοέμβριος. τὸ δ' ἦν ὑπονοηθὲν ὡς συνέκλεισαν αἱ πράξεις τῷ βασιλεῖ, τῆς ψυχῆς τὸ μέλλον ὑποδηλούσης. ἦν οἷν τῇ τοῦ ῥαΐσαι τῆς νόσου προσδοκίᾳ εἰς ἀναβολὰς τιθεὶς τὸ ἐντυχεῖν ἐπιστᾶσι τοῖς Τοχάροις· ἐπεὶ δὲ ἡ νόσος ἐκραταιοῦτο καὶ τῷ ἀπὸ ταύτης δέει καὶ ἡ ἀπὸ τοῦ ἔθνους ὀρρωδία συνῆπται (οὐ γὰρ ἦν B ἄλλως ἐλπίζειν ἢ κινηθέντας ἀφανίζειν τὸ πρὸς ποσίν, εἰωθὸς ἄλλως λῃστείαις ἁποζῆν, τοῦ βασιλέως μεταλλάξαντος), ἀναγκασθεὶς δὴ διὰ ταῦτα ὁ βασιλεὺς καὶ ἀπ' αὐτοῦ σκίμποδος τῆς ὀδύνης ὁμιλεῖν σαλσιν ἔγνω, καὶ τοῖς μὲν πλήθεσιν ἄλλως ἐς χάριν ποιεῖν, τοὺς δέ γ' ἄρχοντας σφῶν εἰσαγαγεῖν τε καὶ τὰ προσήκοντα εἰπεῖν τε καὶ ἀκοῦσαι. τότε τοίνυν καὶ παρασκευασάμενος ὡς εἰκός, καί γε τοὺς οἰκείους ἐφ' ἑκάτερα παραστήσας, αὐτὸς C καὶ βίᾳ καθήμενος ἐπὶ σκίμποδος, ὡς ὁ καιρὸς ἐδίδου καὶ τὰ κατ' αὐτὸν πράγματα ἐνεχώρουν, ὀλίγοις τισὶ λόγοις τὴν ἐκείνων ἀφωσιοῦτο θεραπείαν, χάριν μὲν ἔχειν ἐκφαίνων καὶ τῷ Νογᾷ τὰ κατ' ἀξίωσιν ἐκτελέσαντι, χάριν δ' ἔχειν κἀκείνοις ὡς προθύ-

solita, mensem qui tum in cursu erat, Novembrem, litera N designaret, apicibus quibusdam adiunctis qui reliquorum eius vocabuli elementorum vicem explerent, ac chartam ita signatam reddens dixeret "ecce conclusus November est." quibus altiori quam quo ipse loquens penetraret, significatu indicabatur acta imperatori cuncta conclusa, praesagiente id ipsius anima, et istud ipsum augurium iis verbis efferente. interim expectatione melioris redituraе valetudinis differebatur congressus affatusque Tocharorum. verum imminuta eius rei spe propter ingravescentem in dies morbum, et metu maiori accedente, ne gens effera desperata salute principis, regiones, in quas erant eius accitu ingressi, solita ipsis rapacitate depraedarentur, coactus imperator est admittere ad audientiam duces ac primores Tocharorum, eosque e lectulo alloqui. ergo vulgus quidem militum nationis eius donativis curavit deliniri: proceres autem in cubiculum, ubi aeger decumbebat, accitos audire coram affarique constituit. id quam decentissimo, pro statu praesenti rerum, apparatu sic actum est. circumstabant utrinque necessarii ac familiares imperatoris. ipse connisu, quantum debilitas corporis ferebat, erectus et lectulo insidens, obsequium benevolorum sociorum ad amicam invitationem studiose occurrentium impense commendavit, gratum id sibi et memori animo condendum officium profitens. in primis se Nogae gratias agere habereque plurimas contestatus est, quod is tam prompte tam prolixe petenti sibi quod optarat annuisset; quo nomine, ut ipsis quos spectabat praesens, qui tam strenue auxilio venissent, sic illi qui benigne misisset, aeternum se obstrictum fore. perincommodum tali articulo sibi morbum hunc intervenisse, plus ideo molestum quod quibus destinaverat officiis indiciis-

www.libtool.com.cn

μως ἐπὶ βοήθειαν ἀπαντήσασι, δυσχεραίνειν δ' ἐπὶ τῇ νόσῳ ὅτι
μὴ καθαρῶς ἐᾷ τὴν πρὸς αὐτοὺς ἐντυχίαν γίνεσθαι, ἐν ἐλπίσι
D δ' ἔχειν ῥαΐσαι τῆς νόσου καὶ τὰ πρὸς θυμοῦ ἐκτελέσαι, εὖ ἐκεί-
νους ποιοῦντα ὡς ἄξιον. ταῦτ' εἰπόντος ἐκείνου τοὺς Τοχάρους
σχῆμα μὲν ἀλγούντων ἐνδείξασθαι, σχῆμα δὲ καὶ ἐλπιζόντων
αὖθις ἐμφαίνειν ὡς ῥαΐσοι τε τὸ πάθος μετ' οὐ πολὺ καί γε σφί-
σιν ἔσται τὰ ἀπὸ τοῦ βασιλέως καλὰ ὑγιαίνοντος. καὶ οἱ μὲν
ταῦτα, ἡ νόσος δὲ ἐπιδίδου καὶ τὰ ἑαυτῆς πληροῦν ἔμελλεν. ὡς
γοῦν ἡ κυρία ἐνέστη καὶ ἤδη τὰ τοῦ θανάτου, καὶ μᾶλλον τοῖς
E ἰατροῖς, προσδόκιμα ἦν, τῷ μὲν ἀκτουαρίῳ Καβάσιλα οὐκ ἀσφα-
λὲς τὸ ὑπομιμνήσκειν τὰ τοῦ κινδύνου ἐδόκει (νομίζεται γὰρ τοῖς
νοσοῦσι καὶ τοῦτο μοῖρα θανάτου, ὥσπερ ἂν εἰ αἴτιον ἦν ἐπὶ
τούτοις τὸ λέγειν τοῦ γίνεσθαι), ἀφεῖναι δὲ πάλιν ἀπελθεῖν ἀνέ-
τοιμον οὐ τῶν καλῶν ἐδοκίμαζε. τῷ τοι προσελθὼν τῷ ἐξ ἐκεί-
νου βασιλεῖ Ἀνδρονίκῳ ἐθάρρει τὸν λόγον τῆς ἀποφάσεως ὡς οὐ
βιώσαντος ἔτι τοῦ βασιλέως. καὶ ὃς οὐδ' αὐτὸς ὑπομιμνήσκειν
τὸ ἀπευκταῖον ἐθάρρει, ὅμως δὲ τὴν ἑτοιμασίαν σοφίζεται. εὐ-
θὺς γὰρ τὰ τοῦ δεσποτικοῦ θανάτου σύμβολα εὐτρεπίζεται, ἃ
P 360 λαβὼν ὁ ἱερεὺς τῶν τοῦ κλήρου καὶ εὐλαβῶν, στολισθεὶς ὡς ἔδει,

11. τὸ] τοῦ P.

que veri amoris excipere generosos socios sua causa tam longe profectos interim prohiberetur. caeterum sperare brevi remittendum; sibique valetudine recuperata optatam mox facultatem affore gratam suam erga ipsos voluntatem consentaneis et merito ipsorum et suo studio beneficiis expromendi. haec eo paucis et aegre locuto, Tochari prae se tulerunt dolere se incommodo principis amici, cupereque ac sperare brevi eum restituendum in salubritatem pristinam; tuncque se sinceriori percepturos gaudio promissa ab ipso bona. ita illi: caeterum morbus inde augescens vi qua grassabatur saeva, haud obscure Augustum in interitum urgebat, adfuitque non multo post minime dubiis agnoscenda indiciis suprema aegroto dies, quando medicis nihil mitius quam maturum decumbentis obitum palam ominantibus, actuario Cabasilae haud animus tamen adfuit, praevalente metu offensionis, indicandi Augusto periculum suum. nam et hoc fatalis hora ingruens afferre solet in primis noxium mortalibus, ut indices quantumvis benevolos imminentis obitus, tanquam si eius causa essent, exosos fere habeant. idem porro Cabasilas religioni merito ducebat sic imperatum ex vita excedere Augustum sinere. quare defuncturum isto se erga illum officio putavit, si filio successoique eius Andronico discrimen denuntiaret patris extremum, quod et statim fecit. verum ne Andronicus quidem ausus est tam tristem parenti afferre nuntium. tamen aliquid excogitavit quo suum utcumque silentium supplerent. iussu scilicet eius subito promuntur dominicae mortis symbola, quae sacerdos cleri palatini venerabundus, quo par erat ornatu accipiens, improviso prorsus ad

www.libtool.com.cn

παρίσταται οἱ ἀνωΐστως πάμπαν μηδὲν εἰδότι. ἔτυχε δὲ πρὸς τὸν τοῖχον ὁρῶν βασιλεύς, καὶ τὰ καθ' αὑτὸν (ἦν γὰρ καὶ τοὺς λογισμοὺς ἐρρωμένος) ὡς εἶχε διανοούμενος. ἵστατο γοῦν ὁ πρεσβύτερος παρὰ θάτερα, τὰ ἅγια δῶρα κρατῶν ἐν χερσίν, καὶ τὴν ἀπ' ἐκείνου καὶ μόνου ἐπιστροφὴν πρὸς αὐτὸν καραδοκῶν ἐφ' ἱκανὸν σιωπῶν ἵστατο. ὁ δὲ εἴτε τι τοιοῦτον ὑπονοήσας, εἴτε καὶ ἄλλως ἐπελθὸν αὐτῷ, ἐπεγκλίνει πρὸς τὸν πρεσβύτερον, καὶ ἅμ' εἶδε καὶ ἅμα συνῆκε τὸ δρᾶμα, καὶ τί, φησί, τοῦτο; τοῦ γοῦν ἱερέως ὡς ὑπὲρ αὐτοῦ εὐξάμενοι φέρουσιν εἰς βοήθειαν καὶ τὰ δῶρα τὰ εἰς ὑγείαν συνοίσοντα λέγοντος, αὐτὸς διακόψας ἀναθαρρεῖ, καὶ τῆς κλίνης ἀνέγρεται, καὶ ζητεῖ ζώνην, καὶ τὸ ἅγιον διέξεισι σύμβολον, καὶ τὸ "κύριε ῥῦσαί με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης" εἰπών, καὶ τὰ εἰκότα ποτνιασάμενος πρὸς τὸν ὕψιστον, τὴν ἁγίαν μετάληψιν δέχεται, καὶ πεσὼν αἰθὶς καὶ καιρὸν ἐπισχὼν τὴν ψυχὴν ἀφίησι. καὶ δὴ τελευτήσας οὐχ ἧττον τοῖς τῶν Τοχάρων ἢ τῶν οἰκείων τετίμηται δάκρυσιν. οὗ τὸν νεκρὸν τὸ τάχος οἱ εἰς τοῦτο ταχθέντες συστέλλαντες νυκτὸς παρὰ τὴν νέαν μονήν, ἐγγύς που τῶν ἐκεῖ κειμένην, μετακομίζουσι. καὶ οὕτως ἀπέρχεται βασιλεὺς ζήσας μὲν τὰ σύμπαντα ἔτη πεντήκοντα καὶ ὀκτώ, βασιλεύσας δὲ ἡμερῶν δεουσῶν εἴκοσι τὰ εἴκοσι τέσσαρα. ὑποδεῖται μὲν γὰρ τὰ τῆς βασιλείας ἐρυθρὰ Ἑκατομβαιῶνος

nihil minus cogitantem Augustum accessit. erat aeger tunc forte vultu ad parietem averso, curis ut apparebat familiaribus intentus: vigebat enim animo, nec de iudicandi eius aut ratiocinandi solerti acrimonia quidquam morbus imminuerat. stabat igitur in contraria parte presbyter sacra dona manu sustinens, et dum ille se sponte converteret, sat longo tempore silentio expectans. tandem imperator, sive quo excitatus signo sive instinctu propriae mentis admonitus, ubi faciem aliorsum retorsisset, viso presbytero statim intellexit quorsum is venisset. interrogavit tamen quid sibi eo ornatu eo statu vellet. illoque respondente sese post preces pro eius salute fusas etiam utilia ei iuvando afferenda sacra dona putavisse, quorum perceptio ad morbi quoque valitura expulsionem foret, non expectato dum id totum pronuntiasset, aeger statim excitans se ipsum supra lectum exurgit, zonam postulat, sanctum symbolum pronuntiat, addens et illud "libera me domine ab hora hac," tum quibus par erat demissionis signis altissimum praesentem veneratus sacram communionem accipit, et in lectulum relapsus exiguo superstes intervallo, paulo post animam emittit. cuius mox cognita mors non minus Tocharorum quam ipsi subditorum honorata lacrimis est. eius cadaver festinato compositum, quibus id negotii datum fuerat, noctu ad novum monasterium in illa vicinia situm deportant. sic hinc migravit imperator, postquam vixisset omnino annos octo et quinquaginta, imperasset autem quatuor et viginti, demptis diebus viginti. nam imperii insigne purpuram induit prima die Ianuarii, ut dictum

www.libtool.com.cn

πρώτῃ, ὡς λέλεκται, ϑνήσκει δὲ Σκιρροφοριῶνος ἑνδεκάτῃ, ἡμέρᾳ παρασκευῇ. καὶ οὕτω καὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ σημεῖον ἐτελειοῦτο. ἦν γὰρ ἐκ πῖ στοιχείου τριγράμματον τὸ ἐπ' ἐκείνῳ σύμβολον. δήλωσις δ' οἶμαι ταῦτα τοῦ τε κατ' ἐπίκλην αὐτῷ λεγομένου (Παλαιολόγος γάρ), τοῦ τόπου καϑ' ὃν ἔμελλε τελευτᾶν (τοῦ Παχωμίου γὰρ τὸ χωρίον ἐλέγετο) καὶ τῆς ἐπιτελευτίου ἐπὶ τούτοις ἡμέρας· ἡμέρα γὰρ ἦν παρασκευὴ καϑ' ἣν ταῦτ' ἐπράττετο, ἑνδεκάτη, ὡς εἴρηται, Σκιρροφοριῶνος τοῦ ,ϛψϛ' ἔτους.

est: obiit autem undecima Decembris, die Parasceue. et sic impletum eventu est quod significasse videri potuit sigillum, quod adhibere obsignando consueverat. exprimebat autem id characterem formatum ex tribus figuris elementi Graeci *ΠΙ*, indicantem, quantum interpretor, primo cognomen familiae ipsius, quod erat Palaeologus; deinde locum ubi erat moriturus, qui Pachomii ager dicebatur; denique diem obitus quae Parasceue fuit, undecima, ut dictum est, Decembris anni 6791.

www.libtool.com.cn

PETRI POSSINI

E SOCIETATE IESU

OBSERVATIONUM PACHYMERIANARUM

AD HISTORIAM RERUM

MICHAELIS PALAEOLOGI

LIBRI TRES.

www.libtool.com.cn

LIBER PRIMUS.

GLOSSARIUM: quo declarantur obscuriora verba usurpata in historia rerum Michaëlis Palaeologi.

LIBER SECUNDUS.

NOTAE: quibus loca perplexa aut quomodocumque declarationis vel emendationis egentia qua illustrantur, qua opportunis cautionibus muniuntur.

LIBER TERTIUS.

CHRONOLOGICUS: ubi characteres temporum in hac historia notati considerantur, ordo gestarum rerum exquiritur, extricantur confusa: deniqne in expansa tabula annorum fere triginta epochae praecipuorum eventuum a Pachymere memoratorum suis annis affiguntur.

www.libtool.com.cn

PETRI POSSINI E S. I.
OBSERVATIONUM PACHYMERIANARUM
LIBER I.
GLOSSARIUM.

Ἁγιάσματα p. 258 v. 8. esse *ἁγιάσματα* particulas sive reliquias tum panis tum vini eucharistici rite consecrati et transsubstantiati in corpus et sanguinem Christi domini, demonstrare suffecerit ex uno et altero loco liturgiae S. Basilii, ubi inter orationes quae post consecrationem ante communionem a sacrificante pronuntiantur, una est in qua dicitur: *σὺ ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ προσδεξάμενος τὰ δῶρα ταῦτα, καθάρισον ἡμᾶς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, καὶ δίδαξον ἁγιωσύνην ἐπιτελεῖν ἐν φόβῳ σου, ἵνα ἐν καθαρῷ τῷ μαρτυρίῳ τῆς συνειδήσεως ἡμῶν ὑποδεχόμενοι τὴν μερίδα τῶν ἁγιασμάτων σου, ἑνωθῶμεν* etc. hic *μέρις ἁγιασμάτων* vocatur manifeste particula quam quisque communicantium percipit ex pane ac vino consecratis. paulo inferius in eadem oratione sacerdos rogans ut detur participaturis eucharistiam perseverantia in gratia usque ad extremum spiritum, quo ista sacra symbola sint illi pro viatico in vitam aeternam, sic loquitur: *δὸς ἡμῖν μέχρι τῆς ἐσχάτης ἡμῶν ἀναπνοῆς ἀξίως ὑποδέχεσθαι τὴν ἐλπίδα τῶν ἁγιασμάτων σου εἰς ἐφόδιον ζωῆς αἰωνίου* etc. cum autem *ἁγιάσματα eucharistiae reliquias* hic verti, nihil diversum ab ipsa eucharistia significare volui; quippe qui profitear cum catholicis omnibus sub qualibet sacrarum specierum particula totum Christi corpus esse, et ut ecclesia canit inter sacra, *tantum esse sub fragmento quantum toto tegitur.* unde quaelibet mica *τῶν ἁγιασμάτων* utique *ἁγίασμα* et vera eucharistia est. usus autem sum illa forma loquendi ut morem innuerem antiquum, in quem historicus hoc loco digitum intendit, significans tunc solitum in Constantinopolitana ecclesia fuisse re-

P 363

P 364

www.libool.com.cn

liquias particularum eucharisticarum pueris baptizatis consumendas dare. hoc idem et Nicephorus Callistus Hist. Eccl. 17 c. 25 testatur his verbis: ἔθος κεκράτηκεν ἐκ πολλοῦ τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων, ὡς ἐπειδὰν πολύ τι τῶν μερίδων τοῦ ἀχράντου καὶ θείου σώματος τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐναπολειφθείη, μεταστέλλεσθαι τοὺς ἱερέας παῖδας ἀφθόρους ἐκ τῶν ἐς γαμαιδιδασκάλου φοιτώντων, καὶ ταύτας νήστεις ἐσθίειν· ὃ δὴ καὶ ἐμοὶ πολλάκις νεωτέρῳ κομιδῇ γε ὄντι ἐπιξυνέβη γενέσθαι etc. *consuetudo a multo tempore imperanti urbi fuit, ut quum plusculum de partibus immaculati divinique corporis domini et dei et servatoris nostri Iesu Christi reliquum esset, sacerdotes pueros incorruptos ex iis qui ad praeceptorem inferioris ludi eunt accerserent, qui ieiuni reliquias eas ederent. quod quidem mihi quoque saepenumero, quum puer admodum essem, contigit.* haec Callistus; qui cum historiam inscripserit Andronico Palaeologo huius nostri Michaëlis filio et successori, manifestum est quo tempore haec quae nunc narrat Pachymeres contigerunt, hunc adhuc morem viguisse. qui quidem a Dionysio Areopag. Clemente Alexand. et aliis antiquissimis patribus testimonium habet. unde eius honorifice meminit Concilium Tridentinum sess. 21 cap. 4. cum enim definivisset parvulos ante rationis usum non obligari ad perceptionem eucharistiae, haec addit: *neque ideo tamen damnanda est antiquitas, si eum morem in quibusdam locis aliquando servavit. ut enim sanctissimi illi patres sui facti probabilem causam pro illius temporis ratione habuerunt, ita certe eos nulla salutis necessitate id fecisse, sine controversia credendum est.* sic sacra synodus.

ἀδιαφορότης p. 281 v. 7. dudum est cum ecclesiastici, praesertim ascetici, scriptores aliquid innovarunt in notione vocis ἀδιαφορία, pro qua noster ἀδιαφορότητα hoc loco posuit. cum enim philosophi veteres Graeci de moribus agentes, inter bonum et malum medium quiddam ἀδιάφορον vocarent, uti culpae ita et laudis expers, Christiani, docti forte evangelica Christi sententia, verbum etiam otiosum reddundae rationi obnoxium esse denuntiante, τὸ ἀδιάφορον vitio accensuerunt. quod praesertim in S. Basilio et aliis qui ἀσκητικὰ scripserunt cernere est; prout alias memini annotare me ad Epist. S. Nili cccxxxv. ex hoc usu Pachymeres hic solutiorem nec irreprehensibilem agendi libertatem ἀδιαφορότητα vocavit.

αἴτιος p. 482 v. 6. quod theologi Latini frequentius *principium* appellant in divinis productionibus ad intra, Graeci passim αἴτιον et αἰτίαν dicunt. nec vocabulum *causa* usquequaque ab eo usu abhorret. S. Hilarius de Trinit. lib. 11 patrem vocat *causam nativitatis filii.* et lib. 12, agens de generatione filii, *et ex causa*, inquit, *perfecta atque indemutabili nascens, necesse est ex causa in causae ipsius proprietate nascatur.* S. Au-

www.libtool.com.cn

gustinus lib. Quaest. 83 quaest. 16: *quod autem rerum omnium causa est, etiam sapientiae suae causa est. nec unquam deus sine sapientia. igitur sempiternae suae sapientiae causa est sempiterna.* Victorinus Afer lib. 1 adversus Arium: *aequalis patri, sed maior pater, quod ipse dedit ipsi omnia, et causa est ipsi filio ut sit, ut isto modo sit.* utitur et S. Anselmus et Richardus Victorinus hoc modo loquendi. quamvis S. Thomas Opusc. contra Graecos cap. 1 et in Summa 1 p. quaest. 33 art. 1, et Eugenius IV. in Concil. Florent. in Lit. Vn. et idem Concilium P 365 sess. 15, doceant, quod Graeci *causam* in trinitate appellant, a Latinis securius et melius *principium* dici.

αἰψηρὴ ἀγορή p. 268 v. 9. sumptum ex Homero Iliad. τ v. 276: *ὣς ἄρ' ἐφώνησεν, λῦσεν δ' ἀγορὴν αἰψηρήν*, qui versus idem repetitur Odyss. β. priori loco explicat scholiastes vetus *αἰψηρὴν τὴν ταχέως ἀθροισθεῖσαν.* ab hoc dissentit Eustathius, dum ad geminum locum Odyss. β pag. 1444 ed. Rom. sic annotat: *αἰψηρὴν δὲ εἶπεν οὐκ ἐπιθετικῶς, οὐ γὰρ αἰψηρή ἐστιν ἀγορὰ πᾶσα, ἐπιρρηματικῶς δὲ μᾶλλον ἀντὶ τοῦ ταχύ· καὶ ἔστιν ὅμοιον τῷ τότε μοι χάνη εὐρεῖα χθών.* vides hic sentire Eustathium solutam concionem *subitam* dici, eadem sententia qua si scriberetur *solutam subito*, epitheto adverbii munere fungente, ut in illo alio versu *tunc tellus mihi lata dehiscat*, *lata* ponitur pro *late.* quod et imitatur Virgilius, dum de lupo ait *gregibus nocturnus obambulat*, et de Aenea *se matutinus agebat.* crediderim equidem Pachymerem magis adhaesisse priori sententiae, quae *αἰψηρὴν* verum *ἀγορᾶς* sive *συνόδου* adiunctum agnoscit. is enim tota hac narratione satis indicat se favere patriarchae Arsenio, et iniuste damnatum putasse. unde *σύνοδον* a qua damnatus est *αἰψηρὴν* vocando, visus est indicare voluisse iudicium istud eius praefestinatum et cupide perlatum fuisse, in gratiam imperatoris incumbentis in ultionem duritiei patriarchae, potius quam ex culpae merito. adhibet et alibi hanc quasi proverbialem formulam Pachymeres, ut lib. 5 cap. 12 sub finem; ubi cum ambo codd. B et A haberent *λῦσαι δὲ λαιψηρὴν ἀγορήν*, manifesto mendo manu remedium attulimus, rescribentes, ut oportuit, *λῦσεν δ' αἰψηρὴν ἀγορήν*, ea verba, ut plerumque solet in occursu abhorrentium a vulgari usu, secure omittente Vaticano codice.

ἀκάθιστος p. 257 v. 6. celebrabatur hoc festum *ἀκάθιστον* dictum *τῷ σαββάτῳ τῆς πέμπτης ἑβδομάδος τῆς τεσσαρακοστῆς*, ait Rituale Graecorum: hoc est *sabbato quintae hebdomadis quadragesimae.* unde apparet quo pertineat illa mentio *τῶν συνήθων νηστειῶν τελουμένων.* origines porro institutionis istius festi fuse disseruntur in eodem Rituali. haec summa est. profecto in Persidem adversus Chosroën Heraclio imperatore, Chaganus Mysorum et Scytharum dux, rupto cum Romanis foedere,

www.libtool.com.cn
ab Occiduis partibus cum numerosissimo exercitu infestus Constantinopoli se admovet, obvia quaeque foede vastans et multa blaspheme in deum minans. eodem tempore Sarbarus missus a Chosroe cum copiis validissimis Orientales provincias late populatus et ipse altera ex parte Constantinopolim aggreditur, ferro flammaque passim saeviens. inde ex composito barbari ambo terra marique urbem simul oppugnant. sed cum patriarcha Sergius populum ad fidendum in deiparae patrocinio ipsamque invocandam non frustra esset adhortatus, tam manifesta ira dei in utrumque hostilem exercitum incubuit, ut et terrestres copiae internecione delerentur, et classis universa exortu procellae subitae, ex sinu Ceratis dicto ad substructiones templi deiparae in littore ad Blachernas siti, allisa frangeretur. in gratiarum actionem pro tanta victoria populus Constantinopolitanus noctem pervigilavit in laudibus deiparae, et anniversaria deinceps religione idem repetens initium dedit huic festo, quod deinde in perennem firmitatem est stabilitum duplici alio deiparae beneficio. nam cum post annum trigesimum sextum imperii Constantini Pogonati Saracenorum innumerabiles copiae Constantinopolim toto septennio circumsedissent, evidenti ope imploratae a Constantinopolitanis in auxilium deiparae primum hiemantes Cyzici multos suorum amisere, mox metu in fugam classe acta
P 366 ad Sylaeum ingruente saevissima tempestate submersi cuncti sunt. postremo sub Leone Isauro iisdem Saraceni victoriis tumidi, quod Persarum regnum evertissent, Aegyptum, Africam, Aethiopiam, ipsam etiam Hispaniam incursionibus vastassent, cum mille octingentis navibus Constantinopolim oppugnantes, iam iamque ut sperabant capturi, deiparae suam urbem tuentis ope contriti sunt, primum plusquam viginti millibus ipsorum a Bulgaris caesis, deinde foedissimo ad Sosthenium naufragio classe maxima ex parte deleta; denique saeva fame ipsorum reliquiis usque ad esum humanorum cadaverum, quin et stercorum, adactis, dum tot mala pauci superstites fugientes cum residuis navigiis per Aegaeum currunt, immissa divinitus grandine ardenti, cuius fervor picem qua tabulae navium agglutinabantur liquefecit, cum sua ibi omnes classe perierunt, tribus tantum navibus ad cladis indicium domum reversis. διὰ ταῦτα (subiicit idem auctor) τὰ ὑπερφυῆ θαυμάσια τῆς πανάγνου καὶ θεομήτορος τὴν παροῦσαν ἑορτὴν ἑορτάζομεν. ἀκάθιστος δὲ εἴρηται, διότι ὀρθοστάδην τότε πᾶς ὁ λαὸς κατὰ τὴν νύκτα ἐκείνην τὸν ὕμνον τῇ τοῦ λόγου μητρὶ ᾖμελψαν, καὶ ὅτι ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις οἴκοις καθῆσθαι ἐξ ἔθους ἔχοντες, ἐν τοῖς παροῦσι τῆς θεομήτορος ὀρθοὶ πάντες ἀκροώμεθα. hoc est: *propter haec omnia tam admiranda a castissima dei genitrice opera patrata praesentem diem festum celebramus. Acathistos vero, quasi carens sessione, dictus est, quod populus tota nocte stando hymnum deiparae concinat, quodque cum*

www.libtool.com.cn

in aliis aedibus ex more sedere liceat, in istis divinae matris erecti omnes stantes auscultamus.

ἀκτουάριος p. 530 v. 10. quare hic Cabasilas prae caeteris intellexerit imminere mortem aegrotanti Augusto, non aliam comminisci verisimiliorem causam queo, quam quod huic ex officio incubuerit peculiaris cura τοῦ νοσηλεύειν καὶ νοσοκομεῖν imperatorem morbo laborantem, intima, inquam, et quae tale tempus postulat, febrienti corpori ministeria exhibendi. cur porro talem ministrum ἀκτουάριον Pachymeres vocet, non facile occurret praeoccupatis opinione communi, quam secutus Casaubonus, notis in Trebellium Pollionem, reprehendit Paeonium Graecum interpretem Eutropii, quod quam in lib. 9 Breviarii Eutropiani, ubi de Victorino agitur, Latine scriptam repererat *actuarii* vocem, ipse Graeca ὑπομνηματογράφου non reddiderit, sed proprium eam viri nomen putaverit, in quo secundo sine dubio Paeonius peccavit. est enim illic ex auctoris mente *actuarius*, ut ex Aurelio Victore et Trebellio Pollione quos Eutropius exscribit clarissime patet, non proprium personae sed appellativum vocabulum, vitae genus et conditionem exprimens. de caetero erraturum contendo fuisse Paeonium, si ὑπομνηματογράφου pro actuario posuisset, errorem eorum qui speciem pro genere usurpant. quantum enim ex multis colligens autumo, actuarii universim dicuntur qui ministeria humiliora usus quotidiani opus his habentibus adhibent, quales servi plerumque veteribus erant, unde non usque adeo imperite idem Paeonius δούλου vocem ἀκτουαρίῳ adiunxit. sub hac universalitate familiarium administrorum puto comprehensos commentarienses ὑπομνηματογράφους, sed et νοσοκόμους infirmorum curatores et chirurgos et horum in quavis vitae necessitate aut commoditate subadiuvas. qualium cum plurimam esse oporteret copiam in obsequio castrorum Romanorum, ex iis fuisse non parva ex parte conflatum arbitror actuariorum corpus, quod Aurelius Victor illum ipsam Victorini tyranni per Attititianum quemdam actuarium, cuius ille uxorem stupraverat, procuratam caedem memorans, describit his verbis: *tantum actuariorum, quorum loco Attititianus habebatur, in exercitu factiones vigent, ut arduum petentibus malitia patraretur. genus hominum, praesertim hac tempestate, nequam, vaenale, callidum, seditiosum, habendi cupidum atque ad patrandas fraudes velandasque quasi a natura factum, annonae dominans, eoque utilia curantibus et fortunis aratorum infestum, prudens in tempore his largiendi quorum vae-* P 367
cordia damnoque opes contraxerit. haec Aurelius Victor; quae cuncta ὑπομνηματογράφοις, amanuensibus aut exceptoribus eorum quae dictantur, convenire qui dixerit, nae is milites Romanos fecerit nimis literatos: tum praeterea laboraverit in expedienda ratione, cur id genus *annonae dominaretur?* quam ve-

www.libtool.com.cn

rissimillimam reddat, qui panifices, pistores, opsonatores, cauponeſ, coquos, propolas, pincernas, castrorum frumenti menstrui dimensores, et caeteros id genus ad inserviendum militantibus auctoratos, in istum numerum compegerit. ego vero non parvam talium ministrorum partem fuisse arbitror aegrorum aut morbo aut vulnere corporum curatores, chirurgos, pharmacopoeos, valetudinarios; qualium assectari solitam exercitus Romanos numerosissimam multitudinem ex officio et publicis impensis extra omnem dubitationis aleam est. atque adeo ex hac observatione puto lucem affundi ad intelligendum locum quendam in Novella Iustiniani CXVII, ubi praescribens imperator qua certitudine debeat mulieri mors viri eius militatum profecti constare, ut rite possit ad alteras nuptias transire, decernit, *siquidem in scholariorum classe vir ille meruerit, a primis scholae in quam scriptus fuerat, et insuper ab* actuario, hoc est, ut opinor, a chirurgo vel valetudinario ministro, qui videlicet ei morienti adstiterit, *testimonium iureiurando firmatum reddi de eius morte.* verba legis haec sunt: *εἰ δὲ σχολάριος εἴη ἐκεῖνος οὗ περὶ τελευτῆς ἡ ἀμφισβήτησίς ἐστι, παρὰ τῶν πρώτων τῆς σχόλης καὶ ἀκτουαρίου* etc. hosce generatim actuarios militarium nomine designatos a Trebellio Pollione crediderim equidem, dum in libro de Triginta Tyrannis de Victorino, cuius supra memini, sic scribit: *solus Victorinus in imperio remansit, qui et ipse, quod matrimoniis militum et militarium corrumpendis operam daret, a quodam actuario, cuius uxorem stupraverat, composita factione Agrippinae percussus* etc. in his Trebellii verbis alterutram istarum vocem *militum et militarium* superfluam esse putavit Casaubonus, iure in hoc a Salmasio reprehensus. qui ipse Salmasius dum subiicit *militares* dici eos qui missionem a militia acceperant, ut consulares dicuntur qui consules fuerant, mihi quidem non persuadet rem ita semper habuisse, etsi non negem aliquando id usu venisse. non credo, inquam, quoties apud quemlibet scriptorem *militaris* aliquis dicitur, totiès intelligi militem emeritum. nam saepe militaria ea vocantur quae ad milites pertinent, ut arma et vestimenta et equi; et calonum, lixarum, institorum, qui castra frequentant ut militibus inserviant, militaris turba dicitur. quidni ergo qui militibus quocumque nomine ministrant, quales erant actuarii, ut ostendimus, militares dici potuerint? sane ita vocem illam usurpatam a Pollione, attentius verba eius perpendenti patet. quia enim dicturus erat necis causam Victorino fuisse uxorem actuarii stupratam, praemittere illum oportuit non militum solum sed *militarium* etiam, hominum quovis officio militiam sequentium, ex quo genere *actuarii* erant, matrimoniis corrumpendis eum operam dedisse. quare *militarium* vox ad paulo post inductam *actuariorum* mentionem digitum intendit. haec mihi fuere suspicandi causae, Casaubonum

www.libtool.com.cn

cuius hic meminit Pachymeres *νοσοκόμον* et valetudinarium curatorem Michaëli Palaeologo moribundo adhaesisse; cui cum intima eius temporis admoveret ministeria, facile signa mortis instantis observare potuerit. tales enim imperatoribus Constantinopolitanis per haec tempora ministrare consuevisse, qui actuarii nomine in Palatinae dignitatis honorem evecto in aula versarentur curandae Augustorum valetudini, docet nos locus Georgii Acropolitae in Hist. p. 34 ed. Reg. *ἀντιλέγει δὲ τοῖς λεγομένοις ὁ ἰατρὸς Νικόλαος, ἀνὴρ ἤκιστα μὲν φιλοσοφίας μετασχών, ἄκρος δὲ τὴν οἰκείαν τέχνην, καὶ μάλιστα τὴν διὰ πείρας γινωσκομένην. πάνυ δὲ οὗτος ἠγαπᾶτο τῇ βασιλίδι, ἀκτουαρίου δὲ εἶχε τιμήν.* en Nicolaus medicus in arte sua excellens, et praesertim eius praxi atque usu dexter, in obsequio erat Irenes Augustae actuarii dignitate: quidni parem operam, pari auctoramento tituli, Michaëli Augusto memoratus hoc loco Cabasilas navaverit?

ἀλλάγια p. 310 v. 4. hic vocem *ἀλλαγίοις* Vaticanus in- P 368
terpolator, ut solet quando non intelligit, omittit. ne quaeramus originem huius vocabuli in Graeca lingua, deterret auctor ipse, qui non obscure indicat peregrinum id esse et usu illic vulgari militum plerorumque exterorum tritum. ego donec verisimilius aliquid afferat quispiam, suspicor Gallicum esse aut deformatum ex Gallico. nam Galli sive Franci, ut notissimum est, permulti ab omnis ferme ducentis occasione sacrarum expeditionum in illis partibus militaverant. hi porro cum soleant sedes ad hibernandum attributas militibus in pagis aut oppidis *allogiamenta* sive *allogia* vocare (hodie dicunt *les logemens de gens de guerre*), ea Pachymeres unius literae mutatione allagia vocaverit. res autem satis suadet ipsa, ista corpora diversi generis militum contubernüs et hospitiis fuisse divisa, ita ut Paphlagones verbi gratia uno in oppido stationem haberent, Thraces in alio, Phryges Macedones Mysi Cares et reliqui similiter, atque adeo tot essent corpora quot allogia sive hospitia aut loca hibernis attributa, unde invaluerit ut ipsae illae legiones *allogia* sive *allagia* dicerentur. haec si minus cuipiam arriserint, remittam equidem eius causa non gravate de origine ac notatione: de notione quidem vocis vereor ut possim, cum eius auctorem habeam idoneum. Georgius Acrop. c. 59 Hist. p. 66 ed. Reg. de quodam Constantino Margarite, primum dicit fuisse illum *ἄρχοντα ἀλλογίου αὐτοῦ*, nimirum imp. Theodori; tum pag. sequente id ipsum explicans ait *ὁ δὲ βασιλεὺς Θεόδωρος ἄρχοντα τῆς αὐτοῦ κατωνόμαζε τάξεως.* Constantinum Margaritem quem ante dixerat *ἀλλαγίου βασιλέως ἄρχοντα*, nunc vocat *ἄρχοντα τῆς τάξεως βασιλικῆς.* igitur idem *τάξις* et *ἀλλάγιον*. *τάξεις* autem et *τάγματα* legiones aut cohortes Graecis dictas quis nescit *)?

*) cf. Possin. Glossar. alterum (Andronic.) v. *ἀλλαγή* extr.

www.libtool.com.cn

Ἀλβανῖται p. 357 v. 18. agit de vicinis Dyrrhachio populis, aut potius suburbanis rusticis. Albanorum regionem in Macedonia Ptolomaeus agnoscit. porro antiqua Macedonia postremis hisce Orientalis imperii senescentis temporibus in quatuor divisa partes priscum nomen in sola mediterranea retinuerat. pars vero eius confinis Dalmatiae et Illyrico Albania iam tunc, uti et hodie, appellabatur; ubi erat Dyrrhachiensis civitas, cuius casus terrae motu eversae hic memoratur. ex Albania porro recte gentile nomen formatur Albanitae.

ἀμηραλῆς p. 508 v. 10. videtur usurpare ἀμηραλῆ ut proprium viri nomen, quamquam et videri possit appellativum vocabulum dignitatis, praefectum maris indicans; cuius et notionis et vocis usum satis celebrem apud hos scriptores Neograecos quivis in iis versatus novit, et docet Meursius verbo Ἀμηράλιος et Ἀμηρᾶς. ego sine praeiudicio rem integram in medio relinquo, exprimens in versione Latinis literis eam ipsam vocem, quam lector pro suo arbitrio vel proprie vel appellative sumere poterit.

ἀναδέχεσθαι καὶ ἀναδοχή p. 256 v. 14. hoc loco
P 369 duas illas voces ἀναδοχῆς et ἀναδέχεται peculiari quadam usurpari ecclesiastica notione, facile attentius omnia circumspicienti patet. videtur autem prius vocabulum ἀναδοχῆς in eo hic significatu poni, ut indicet absolutionem sacramentalem in tribunali confessionis arcanae impertiri poenitentibus solitam a sacerdote iurisdictionem ad id ordinariam vel delegatam habente. similiter verbum ἀναδέχεσθαι exprimit actionem ipsam sacerdotis absolventis. continet autem posterior pars huius sententiae rationem prioris: ideo enim scribit auctor increpitum Iosephum quasi absolvisset in foro conscientiae Augustum contra voluntatem patriarchae; quod postquam excommunicaverat Augustum patriarcha, vetuisset nominatim ne etiam eius confessarius Iosephus ipsum arcano confitentem deinceps audiret aut absolveret. id tamen sibi fuisse prohibitum negabat Iosephus. sane scimus dissimulando permisisse patriarcham ut Augustus, licet a se interdictus sacris, aliqua tamen participatione sacrorum uteretur; ut distincte Pachymeres refert, inconsequentiam eius facti excusans, l. 3 c. 14. quare fieri potuit ut et in relinquendo illi usu libero confessionis arcanae conniveret, non interdicendo Iosepho eius confessario ne ipsi poenitentiae sacramentum privatim ministraret. vide quae annotamus verbo πνευματικός.

ἀναφορά p. 375 v. 8. ἀναφορά hic sonat *prolationem*, ut alibi προφορά. notum enim προφορικὸν λόγον opponi ἐνδιαθέτῳ apud Graecos, ut apud Latinos opponitur sermo voce prolatus mente concepto. videri etiam potest adhibita vox quae propter compositionem ex praepositione ἀνά, repetitionem aut resumptionem significante, innueret istam pronuntiationem inter

www.libtool.com.cn

sacra publicam nominis papae non nunc primum institutam, sed cum olim ante schisma fuisset usitata, nunc restitutam.

Ἀνέμα πύργος p. 378 v. 16. de Ioanne Vecco agit. turris haec Anemae, quae, ubi et unde sic dicta sit, docet Anna Comnena l. 12 Alexiadis p. 364. ubi postquam deprehensam Michaëlis Anemae in imperatorem Alexium coniurationem retulit, et se ipsam curasse decretae ipsi in poenam excaecationis gratiam damnato fieri, subdit ductum eum fuisse in turrim prope palatium aedificatam, et ibi habitum in custodia. adscribit deinde haec verba, quae indicant isti deinceps loco *turris Anemae* appellationem adhaesisse. *οὔπω δ' οὗτος τῆς εἱρκτῆς ἐλευθεροῦτο, καὶ τὸν Γρηγόριον αὖθις ἡ τοῦ Ἀνέμα εἶχεν εἱρκτή. πύργος δ' ἦν τις τῶν ἀγχοῦ τῶν ἐν Βλαχέρναις διακτόρων διακειμένων τειχῶν τῆς πόλεως, ὁ τοῦ Ἀνεμᾶ καλούμενος, ὥσπερ τὸ λάχος τὴν ἐπωνυμίαν ταυτηνὶ κληρωσάμενος διὰ τὸ πρώτως τὸν Ἀνεμᾶν σιδηρόδετον δέξασθαι ἐπὶ πολὺν ἐν αὐτῷ χρονοτριβήσαντα χρόνον.* haec ibi Anna; quae sic olim vertimus. *nondum is eo carcere liberatus fuerat, cum alium hospitem Gregorium haec quae prius Anemae fuerat unius custodia excepit. turris autem erat una quaedam ex iis quae per moenium civitatis partem Blachernarum regiam proximè spectantem certis intervallis dispositae sunt. ea insignem ex eo quem narramus eventu appellationem in omne tempus propriam nacta est: turris iam passim Anemae vocata, propterea quod Anemam ferro victum primum acceperit diuque tenuerit.*

ἀνεμοπύλαι p. 410 v. 21. de Icario ait fuisse illum *κατάρχοντα νήσου μεγίστης ἣν ἀνεμοπύλας ἔθος τοῖς ἐκεῖ καλεῖν.* non esse hoc nomen illius insulae vulgare ubique, docet ipse auctor, dum ab incolis id proprie usurpari solitum admonet. an verum et omnibus notum huius insulae nomen Lipara fuerit, quae septem aut, ut alii, decem Aeoliarum insularum maxima et unica inter omnes habitata fertur, viderint peritiores. ego P 370
ἐπίχω, quoad indicium occurrerit certius. si hoc sit, apparet causa cur hanc insulam Pachymeres *μεγίστην maximam* dixerit, licet nec Cretae nec Siciliae comparabilem, respectu videlicet ad sex aut novem Aeolias minores.

ἀντίδωρον p. 361 v. 2. rursus de eodem p. 407 v. 8. erat hic merus, non consecratus aut in Christi corpus conversus panis, qui cunctis promiscue inter sacra in ecclesia distribuebatur apud Graecos, uti et apud Latinos, ritu hodieque vigente. dictus *ἀντίδωρον*, quod vice sacri doni eucharistiae, dispositione, quam exquisitissimam Christi corpus requirit, non praeparatis, ministraretur. de hoc fuse et erudite Iacobus Goar Ord. Praed. Notis ad Euchолog. p. 154, quem vide.

ἀντιχανονία. hanc vocem a Pachymere p. 375 v. 8. usurpatam ad significandum illegitimum irregularem et sacris

www.libtool.com.cn
canonibus contrarium usum, coniectura divinavi, cum codices omnes ibi manifestissime corrupti aliter nec intelligibiliter eum locum exhiberent. advertat aequum animum prudens lector et iudicet. isto quod indicavi capite libri V disserens imperator apud patriarcham et synodum de concilianda inter ecclesias Latinam et Graecam pace, enumerat capita de quibus conveniendum esset, ut pax illa coalesceret; et contendit demonstrare nullum eorum tale esse a quo admittendo abhorrere quisquam debeat metu culpae consciscendae. primum enim *λειτουργεῖν τι καὶ μνημονεύειν*, quibus verbis, prout ea suis locis in hoc Glossario enarramus, significavit, priori quidem admittere Latinos in communionem sacrae Liturgiae, hoc est eam ipsis praesentibus et communiter orantibus non aversari celebrare, altero vero mentionem papae facere publicam in liturgicis precibus: ea, inquam, ambo esse licita evicisse sibi visus est auctoritate Manuëlis patriarchae cum sua synodo et Ioannis Ducae imperatoris, quos missa legatione illa ultro promisisse papae, si abstineret a iuvandis Latinis qui Constantinopoli tunc potiebantur, ostendit ex codice ecclesiae ad fidem eius rei gestae faciendam prolato. demonstrat deinde eorumdem auctoritate Latinos propter additionem in symbolo non esse habendos haereticos, cum illi nihil tunc aliud a Latinis exegerint, nisi ut additamentum istud a symbolo tollerent, nihil prohibentes quominus in caeteris scripturis id retinerent et legerent; quod ostendit doctrinam ipsam ac dogma nequaquam ipsis displicuisse, ac consequenter crimen hic haeresis, iudicio eorum, non fuisse. hanc puto esse sententiam illorum verborum, alioquin huius scriptoris more ac peculiari genio sane perplexorum: *πῶς μὴ κατηγοροῦντες ὅλως ἀσεβείας* (huic voci Vaticanus substituit *αἵρεσιν*, non male) *τοὺς Ἰταλούς, ἠξίουν παραιροῦντας τὴν προσθήκην τοῦ συμβόλου, ἐν ταῖς λοιπαῖς γραφαῖς ἀνάγραπτον ἔχοντας, συνδιεῖναι τοῖς πεφρασμένοις* (ita clare ambo codices optimi B et A, cum fragmentum a Petavio editum *πεφραγμένοις* legat) *ἀναγινώσκοντας*. haec sic ad verbum sonant: *ut omnino non accusantes impietatis sive haereseos Italos, petierint, sublato modo additamento e symbolo, in reliquis scripturis id conscriptum habentes, simul efferre cum aliis quae ex iis chartis pronunciando legerent.* hanc plane sententiam, paulo clarioribus dumtaxat verbis, interpretatio eius capitis nostra exprimit. transit denique ad demonstrandum nihil esse illiciti in admittenda commemoratione nominis papae in liturgicis precationibus Graecorum. et de hoc capite sic loquitur in codice Barberino: *τινὰ δ' ἔχειν τὴν κοινωνίαν ἢ ἐπ' ἐκκλησίας ἀναφορὰ τοῦ ὀνόματος, ὅπου γε καὶ μὴ πάπας ὄντας τοὺς ἄλλους ἀνάγκη μετέχειν τοῖς κοινωνίας τοῖς ἐκκλησιάζουσι συνισταμένους λειτουργοῦντος τοῦ ἱερέως, καὶ τὴν τριάδος χάριν παραδιδόντος κοινῶς*. Allatianus in hoc tantum discrepat

www.libtool.com.cn

quod articulum praepositivum *τήν* ante vocem *κοινωνίαν* non habet; uti neque editio Petaviana. porro cubare in mendo verba P 371
illa *ἔχειν κοινωνίαν* vel *τὴν κοινωνίαν* inde manifestum est, quod infinitivus *ἔχειν* non potest cohaerere, salva syntaxi, cum nominativo *ἀναφορά*, qui sequitur. unde sine dubio Pachymeres scripserit *ἔχει* in praesentis indicativi tertia persona. quid ergo illud *ν* redundans in omnibus exemplaribus, in Barberino vero omnium optimo praeterea articulus *τήν*; quid haec, inquam, aliud dixerim quam vestigia in apographis adhuc extantia archetypae scripturae? auctor videlicet sic initio scripserat, *τίνα δ' ἔχει ἀντικανονίαν*; pro quibus exscriptores perperam posuerint *τίνα δ' ἔχειν κοινωνίαν*, securi *σολοικισμοῦ* et perturbationis inextricabilis in quam tota sententia per istud ipsorum *παράδραμα* implicata remanet; ut nihil dicam de taediosa repetitione eiusdem nominis *κοινωνία* altero statim post versu, et quidem sensu insulsissimo. quid enim magis *ἀσυλλόγιστον* fingi potest quam hoc modo argumentari: *quam enim habet communionem prolatio nominis, cum alios qui papae non sunt necesse sit participare communioni etc.?* non me fallit videri alicui posse vocem *κοινωνίαν* priori loco positam usurpari in ea notione qua *κοινόν* interdum *immundum* sonat, ut significet *labem ac maculam*, sententia iam utcumque tolerabili, sed quae non tollit verisimilitudinem longe meiorem emendationis nostrae, ad quam ideo non dubitavi conformare editionem. si quis quaerat quomodo Vaticanus codex hunc locum expresserit, sciat totum omisisse; sic plerumque, cum quid ambigui occurrit, defungi solitus.

ἀντιλλάξας p. 140 v. 4. agit de militibus Caesaris insidiantibus urbi Constantinopolitanae, quam improviso intercipere parabant, summo propterea silentio agentes, ne responsantibus e muro quibusdam proderentur. codd. B et A cum simplici *λ* scribunt, Vatic. alterum *λ* addit. audio in vulgari Graecis hodie usitata lingua *ἀντιλλάξας* dici pro *ἀντηλλάξας* ab *ἀνταλλάττω*, noto iam vocabulo; quod fortasse noster expresserit more populari. si minus hoc placet, reponi posset *ἀντικλαξάντων* ab *ἀντικλάζω* quasi *ἀντικλάγγω*.

ἀντιστατικῶς p. 480 v. 9. habebat, ut apparet, in animo haec scribens Pachymeres locum Hermogenis *περὶ στάσεων*, ubi explicans quod sit *ἀντίστασις*, sic scribit: *γίνεται ἀντίστασις ὅταν ὁμολογῶν ὁ φεύγων πεποιηκέναι τι ὡς ἀδίκημα, ἀνθιστᾷ ἕτερόν τι εὐεργέτημα μεῖζον δι' αὐτοῦ τοῦ ἀδικήματος πεπραγμένον.* hoc est: *fit ἀντίστασις sive comparatio, quando reus confitens se fecisse aliquid quod maleficium vocetur, opponit ex adverso maius aliquod beneficium cuius auctor fuerit maleficium illud committendo.* veluti cum peregrinus accusatus quod contra leges murum urbis conscenderit, fatetur id a se factum, sed addit se hoc agendo servasse civitatem, repulsis hostibus, qui tunc

www.libtool.com.cn
nullo civium sentiente murum infesti scalis admotis superaverant. hinc patet quid velit hoc loco noster, dum ait pacem ab Ephesino et aliis ἀντιστατικῶς dumtaxat admissam, confitendo nimirum eam malam esse, sed maiorum malorum vitandorum causa recte toleratam arbitrari. in quo detegitur ultimus receptus schismaticae contumaciae, et declaratur quam parum sincera fide plerique tunc Graecorum istam cum Latina ecclesia concordiam sint amplexi.

ἀποστολή p. 124 v. 7. inter causas quae imperatorem Palaeologum moverunt ad absistendum coepta oppugnatione Galatae obsidionemque solvendam, enumerat sparsam famam auxiliorum a sede Apostolica iam submissorum obsessis validorum et
p 372 iam adventantium. ἀποστολή igitur hoc loco nihil aliud quam sedem Apostolicam Romanam sonat.

ἀπόφασις p. 268 v. 14. denuntiarunt patriarchae damnationem ipsius et depositionem iudicio synodi decretam. unde intelligitur in titulo cap. sexti, qui sic habet: ὅπως συναθέντων τῶν ἀρχιερέων τὸ τέλειον μήνυμα καὶ ἐπὶ τούτῳ ἡ ἀπόφασις γέγονε, vocem ἀπόφασις damnationem sonare. scio non esse hanc vulgarem huius vocabuli notionem. tamen aliquid simile significare interdum, ostendunt loca classicorum auctorum, vulgaribus etiam lexicis relata. mihi sufficit Hesychius, apud quem lego ἀπόφασις, κρίσις, ψῆφος, δίκη. et vetus lexicon anonymi editum a Vulcanio ἀπόφασις sententia.

ἀπροσποιοῦμαι p. 496 v. 4. verbum istud alibi non reperi. et Vaticanus, ut solet in obscuris, et hoc et comma cum eo totum omisit. caeterum huius notio ut contraria τῷ προσποιοῦμαι debet, opinor, accipi. notum autem quid προσποιεῖσθαι sit, assumere, adiungere, admovere sibi; ut solent principes eos quos sua gratia dignos putant. ergo ἀπροσποιεῖσθαι erit excludere ac reiicere. quod huc belle quadrat, ut Acropolita favore ac familiaritate imperatoris significetur excidisse.

ἅρματα. in notione vocis ἅρμα, qua currum designari sciunt omnes, innovasse recentiores Graecos aliquid, et allini sibi Latinorum usu passos esse ut armaturam et instrumenta inferendi aut propulsandi vim ea significarent, docet Thomas Magister id reprehendens his verbis: ἅρμα ἐν ᾧ οἱ ἵπποι ζεύγνυνται. οἱ δὲ ἐπὶ ὅπλων λαμβάνοντες οὐ καλῶς χρῶνται. percrebuit id tamen satis, ut adversus eiusmodi censuram tueri se quispiam exemplis queat. omitto quae testimonia eius notionis refert Meursius, quaeque apud scriptores etiam non usquequaque barbaros facile occurrent. admoneo tantum Pachymerem, utcunque alias antiquarium, huius νεωτερισμοῦ teneri manifeste. duo eius annotavi loca in quibus vocem ἅρματα si quis currus interpretaretur, ab eius mente aberraret. p. 134 v. 3 sic scribit de Ioanne Duca imperatore κατωχύρου τὰ φρούρια αὐτῷ καὶ ἅρμασιν.

www.libtool.com.cn

specie ipsa prima apparet complecti eum duo maxime necessaria praesidiariis arcium, alimenta et arma. si quis tamen contentiosior currus etiam in apparatu tuendarum arcium non inutiles interdum aut etiam ad convectionem commeatuum necessarios hic memoratos velit, nae huic extorquebit pertinaciam quod ibidem mox περὶ ἁρμάτων dicitur, ea esse ex eo genere rerum cuius nunquam affatim utentibus sit; unde mox additur, id reputantem illum imperatorem iussisse addi catalogis gratis suppeditandarum e fisco militi rerum arma omnis generis et usus; ubi in Graeco est vox ὅπλα manifeste ut synonyma τοῦ ἅρματος prius memorati posita. clarissime etiam eadem vox ἅρματα pro ὅπλα usurpata reperitur p. 419 v. 14, ubi Pachymeres ait Venetos aliquando ditiores splendidioresque Genuensibus fuisse, a quibus, vice rerum humanarum, postea divitiis et cultus magnificentia superati sint. ergo priorem illam Venetorum magnificentiam memorans, ait eorum συνέδριον, hoc est proceres patricios, ex quibus in ea urbe senatus constat, πλούτῳ καὶ ἅρμασι καὶ παρασκευαῖς ἁπάσαις Genuensibus olim praestitisse. hic ne ἅρματα currus interpretemur, prohibet, si nihil aliud, certe situs urbis Venetae ad usaris aestuaria sic positae ut cymbis per eam, non rhedis commeetur. quare ridiculum faceret Pachymerem, qui eum dicere iuberet senatores olim Venetos in sua urbe specie rhedarum et magnificentia curruum copias ostentasse. ut omittam ex aliis huius historiae locis, quod alibi observo, apparere, ne P 373
in urbibus quidem in plano et sicco aedificatis, iisque regiis, frequentem ea tempestate curruum rhedarum aut essedorum, splendide praesertim ornatorum, usum fuisse. ergo sine dubio πλούτῳ καὶ ἅρμασι *divitiis et armis* vertendum fuit. nimirum armis pretiose ornatis instructi gaudebant apparere, more a satirico laudato, dum adducit ex heroicis temporibus exemplum cuiusdam gemmis non ad ornanda pocula, ut Virro quidam faciebat, uti soliti, sed eas in vaginae fronte ponere, hoc est in capulo, conspicuo videlicet loco, ostentare: alludit enim illud Virgilii *stellatum iaspide fulva* ensem Aeneae tribuentis. sed haec ἐν παρέργου μέρει. summa sit, ἅρματα in his duobus Pachymeris locis pro ὅπλοις positum, et arma Latina notione designare, nec ad currus nisi absurde referri posse*).

ἁρπεδόνη p. 293 v. 17. αὐτὸς πέμψας καὶ ἁρπεδόσιν ἐνδεῖσθαι παρασκευάσας. haec licet in contextu disiuncta sic aptanda sunt. significat Germanum patriarcham, valida ad ipsum thronо deiiciendum conflata factione, persuasum supina credulitate studere sibi imperatorem quam maxime, confidenter indicasse ipsi opus sibi esse donativis, quibus spargendis adversantium reconciliaret animos. quam ad rem, in dissimulatione per-

*) cf. Glossar. alterum v. ἁρματοφυλάκιον.

www.libtool.com.cn

sistens Michaël Augustus, nummos ei aereos argenteosque misit, quos dum solemnis litaniarum pompa in festo palmarum procederet, patriarcha iactaret in confertam plebem. haec dona vocat noster ἀρπεδόνας, quae vox proprie significat lineas aut funes hamo praefixos, quibus pisces escae inhiantes infixae avide voratis capti trahuntur in piscantis manum. atque haud scio an non propterea lineam divitem huiusmodi gratuitas rapinas in plebem ambitiose sparsas alicubi vocaverit Martialis, quod his velut lineis piscatoriis, sed aureis et amabilioribus, hominum studia et voluntates capiantur. quamquam nec ignoro nec improbo quae alia eruditi interpretes in eum locum commentantur*).

ἀτηρόν p. 150 v. 17. pro ἀτηρόν hoc loco Vaticanus codex scribit λυπηρόν: notius id enim. noster videlicet veterum scriptorum abstrusiora vocabula libentius usurpat. Hesychius ἀτηρόν exponit βλαβερόν. inde fit ἀταρτηρός per epenthesin, vox Homero Hesiodoque frequentata. Eustathius ad Iliad. α originem vocis ἀτηρόν ducit a nomine ἄτη noxa, calamitas. damnum. cave obtemperes Constantino in Lexico iubenti pro ἀτηρός rescribere ἀτειρής. quae mihi causa fuit hoc loco admonendi, alioqui taciturο de voce ἀτηρός, ut ex vulgari veteris Hellenismi notitia satis perspecta.

ἀττάλλειν p. 44 v. 14. agit ibi loquens Muzalo de puero Ioanne Augusto; quem eo subditis amabiliorem videri debere ait, quod per aetatem adhuc simplicem, sine fuco, puerili securitate operetur. est ἀττάλλειν, inquit Eustathius ad Iliad. δ, ἐκ τοῦ ἄττειν καὶ ἅλλεσθαι. quod idem repetit ad Iliad. ε, addens ob euphoniam dempto uno τ scribi ἀτάλλειν; quod tamen noster hic non est secutus. sonat autem id verbum movere ac proferre se libere in omnem partem, naturae indulgendo, citra metum aut respectum; quod et bestiarum est et puerorum, quos nondum ratio compescit. vocabulum plane Pachymeriani genii, priscum, populariter loquentibus inusitatum, e scholiastis poëtarum in historiam intextum; qualibus hic auctor delectatur.

P 374 αὐθεντοπουλεύειν. puer princeps aut regnantis filius parvus, cum procedente in primam pueritiam infantia comitatum natalibus congruum accipit et ministerio ac satellitio circumdatur, αὐθεντοπουλεύειν dicitur Graeciae recenti, cuius usu vox πούλος ὑποποριστική est. ut ergo αὐθέντης dominum, ita αὐθεντοπούλος parvum dominum sonat. hinc intelligitur quod scribit noster p. 24 v. 6 de Muzalonibus tribus fratribus Theodoro imperatori caris, quod ei, cum primum puer familiam principalem habere coepit, in ephebos honorarios dati fuissent. ἄνδρας οὐκ εὐγενείας μὲν μετέχοντας τὸ παράπαν, εἰς παιδοπούλους δὲ αὐθεντοπουλευομένῳ τεταγμένους αὐτῷ.

*) cf. Glossar. alterum v. ἀχρί.

www.libtool.com.cn

αὐτοπρόσωπον ἀντίφαρμακον p. 212 v. 8. proverbium indicans efficaciam praesentiae in tractandis negotiis, praesertim reconciliationum, quae longe citius et facilius a coram affante et os ac vultum notum exhibente transiguntur quam ab absente per literas aut internuncios. hoc adagium in vulgatis collectionibus nondum reperi.

ἀψικορέω p. 298 v. 11. verbum hoc ab alio usurpatum videre non memini. tamen ex vulgata notione vocabulorum *ἀψίκορος* et *ἀψικορία* Platoni Plutarcho et Luciano tritorum, facile intelligo recta analogia formatum verbum *ἀψικορεῖν*, quod sonet in satietatem cito venire rei aut personae alicuius. perapte ad sententiam loci, quo significatur cito pertaesum imperatori Germani patriarchae, quem paulo ante tanto studio promoverat.

Βαρβάρα p. 270 v. 19. res indicat regionem quandam aut partem Constantinopolitanae urbis aut suburbiorum eius Barbaram dictam, forte a vicino templo S. Barbarae martyri dicato. sane Constantinopoli fuisse templum celebre S. Barbarae nomine, docet Petrus Gillius l. 2 c. 2 Topographiae Constantinopol. quod videtur collocare in prima regione. quia vero hoc *κελλύδριον*, de quo hic agitur, dicitur fuisse mirifici Nicolai, hoc est ei dicatum et ex eo nuncupatum, suspicari licet proxime illud adhaesisse templo in honorem eiusdem S. Nicolai a Iustiniano olim extructo, ut refert Procopius l. 1 de Aedificiis c. 6.

Βαρδαριωῖται p. 321 v. 3. corrigenda forte sit huius vocis scriptura, mutato *ει* in *ι*, ex Codino c. 5, ubi postquam Bardariotarum vestitum et ministerium explicuit, de iis haec subiungit: *τούτους πάλαι Πέρσας κατὰ γένος ὁ βασιλεὺς μετοικίσας ἐκεῖθεν εἰς τὸν Βαρδάριον ἐκάθισε ποταμόν, ἀφ' οὗ καὶ Βαρδαριῶται καλοῦνται. hos genere Persas imperator inde translatos constituit prope Bardarium amnem, ex quo Bardariotae vocantur.* Bardarum hunc amnem appellat Anna Comnena l. 1 p. 18, ubi eum describit et in Thessalia collocat, uti et noster eum memorans l. 1 c. 10. eum Nicetas initio l. 3 videtur *Ἄξιον* Axeum vocare. verisimile est Pachymerem, cum *Βαρδαριώτας* scripsit, id gentile nomen non ex Bardario Codini sed ex Bardaro Annae formasse; unde recta analogia *Βαρδαριός* et *Βαρδάριος* fluere possunt. utut sit de vocabulo, de re ipsa constat, gentem hanc origine Persicam, domicilio Thessalam, ab imperatoribus Byzantinis aut etiam proceribus horum consanguineis adhiberi solitam ad certum genus satellitii propriis insignibus distincti, eo ferme modo quo principes Europaei hodie Helvetiis utuntur.

βασιλογραφεῖον p. 492 v. 1. ita codd. omnes, etiam P 375
Vaticanus. unde intelligendum crimen libelli contra imperatorem scripti lecti habiti peculiari vocabulo *βασιλογραφεῖον* fuisse vocatum, et ei mortis poenam constitutam.

www.libtool.com.cn

βεβρά̃ναις p. 492 v. 19. ita concorditer tres codd. nisi quod Vat. ad *βεβρά̃ναις* addit *συμπίσσῃ*, omissa voce *ὄσα*. voluit opinor ponere *σὺν πίσσῃ*, ut significaret picem additam membranis urendis supra caput Caloïdae; qui sic capillis flamma applicata correptis excaecatus miser est. *βεβρά̃ναις* puto dictum pro *μεβρά̃ναις* ex voce Latina *membranae*: quid enim aliud suspicer? quin nisi me deterreret consensus codicum, crederem errore librariorum scriptum *βεβρά̃ναις* pro *μεβρά̃ναις*, eo decepterum, quod in primis exemplaribus unde exscripsere, τὸ *β* ea figura pingeretur quae parum distat a *μ*. hoc fieri plerumque solitum esse, norunt qui in codicum Graecorum manu exaratorum lectione versati sunt. locum porro hunc, ut in codd. duobus B et A legebatur, emendandum ex Vaticano putavi, restituto in locum verbi *οὖσι τῷ σὺν πίσσῃ*, quod ille suggerit satis ad rem faciens.

Βέκλας p. 28 v. 14. *τὸ συμβὰν ἐπὶ τῷ κάλαι Βέκλας*. notissima est impostura Photii, qua sui revocationem ab exilio eblanditus est a decepto Basilio imperatore, fabulosa eius genealogia supposita, in qua ipsum Basilium prophetice designatum comminiscebatur vocabulo *Beclas* formato e primis literis nominum Basilii ipsius, tum huius coniugis Eudociae, filiorum praeterea ipsius quatuor, Constantini, Leonis, Alexandri, Stephani. ea fuse narrantur a Niceta in vita S. Ignatii patriarchae CP et a Constantino Manasse.

Βλάγκα p. 365 v. 14. *τὸ δὲ πρὸς τὸν Βλάγκα*. ita cod. Allatianus. Barberinus vero *τὸ πρὸς τῷ Βλάγκᾳ κοντοσχέλιον*. Vaticanus sine mentione *κοντοσχελίου* sic habet: *τὸ δὲ πρὸς τὸν Βλάγκαν*, id referens ad vocem *νεώριον*, *navale*, superius positam. quid fuerit hic *Blanca* vel *Blancae*, in monumentis aut descriptionibus Constantinopolitanae urbis reperire nondum potui.

βοασμούς p. 355 v. 7. sic optimus codex Barberinus, cuius auctoritate corrigendum putamus Allatianum qui *βοασκούς* clare legit. nam et Vaticanus, licet in hoc vocabulo balbutiens, magis ad Barberinum inclinat, dum sic exhibet hunc locum: *οὓς δὴ βοασμοὺς οἱ κοινοὶ λέγουσιν*. apparet boatus Graeca lingua vulgari *βοασμούς* dictos, et prompta est originatio *ἀπὸ τοῦ βοᾶν* et *βοάζειν*, unde rectior analogia potius *βοασμόν* formaverit quam *βοασκόν*.

Γαβρᾶς p. 282 v. 10. invenio *Γάβρα* nomen civitatis Persicae apud Ptolemaeum; ex qua maiores Germani patriarchae, de quo hic agitur, ortos oportuit. caeterum ratio *ἀντιθέσεως* exigeret ut a Gabra gentile nomen formaretur; quod responderet
P 376 *τῷ Λάζος*. nisi noster *Γαβρᾶς* in recto pro *Γαβριεύς* aut *Γαβραῖος* posuerit, norma quadam sua propria, ut amat cum paucis loqui.

Γασμοῦλοι et *Γασμουλικόν* p. 309 v. 14. vulgus Byzantinum Hybridas ex Latinis patribus, matribus Graecis na-

tos γασμούλους vocare consueverat, ut docet nos hoc loco noster. origo talis appellationis incerta est. suspicari tamen licet allusum in ea ad vocem Latinam *mulus* Graecis etiam usitatam. lego enim in Basilic. Eclog. 19: καὶ ὁ μουλίων, ἐὰν δι' ἀπειρίαν καὶ ἀσθένειαν οὐκ ἐκράτησε τῶν μουλῶν: *et mulio, si ob imperitiam vel infirmitatem mulos aut mulas tenere nequiverit.* quia ergo mulus διγενὲς est animal, ex commixtione duarum specierum natum, ex eius vocabulo Graeci formaverint nomen quo exprimerent istud genus Hybridarum Constantinopoli ortum ex coniugiis Graecarum cum Latinis. universa porro talium natio Γασμουλικόν dicebatur, Pachymer. p. 188 v. 8. τῷ δέ γε Γασμουλικῷ, οὓς δὴ συμμίκτους ἡ τῶν Ἰταλῶν εἶπεις γλῶσσα. non dissimulabo Vaticanum codicem in hoc secundo loco (nam prior p. 809 v. 14 in eo non comparet) vocabulum istud per secundam literam inchoare: scriptum enim exhibet τῷ βασμουλικῷ. reperio etiam Nicetam Choniatem lib. 3 in Manuële Comneno, describentem idem genus hominum, βασμουλοὺς non γασμούλους vocare. Pachymeres tamen in utroque meliori codice constans est in hoc nomine per tertiam literam auspicando. utrius praevalere debeat autoritas, arbitrio relinquo prudentis lectoris.

γονικευθείσης p. 164 v. 3. ita cod. uterque, B et A. Vaticanus autem: τρίτον ὅπερ ἦν ἐξηρημένον τῆς γῆς τοῖς θεληματαρίοις. apparet verbum hoc esse agrimensorum arva dividentium et sua cuique assignantium iugera. nusquam alibi hoc vocabulum memini me legere. suspicor autem formatum a γόνος significante μίτον, hoc est filum sive funiculum, quo in designatione praediorum, quae cuique in partitione terrarum attribuuntur, uti coloniarum deductores solent. unde sunt illi in scripturis tam saepe usurpati funiculi hereditatum, 1 Par. 16, 18. Ios. 17, 5 et 14. ibid. 19, 9 et 29. Psalm. 77 54, 104 11 et alibi. fundus mihi coniecturae Hesychius est apud quem lego γόνον μίτον. posset etiam forte cuipiam videri deductum verbum γονικεύειν a voce γονία focum significante, ut Meursius tradit, quod in eiusmodi assignationibus agrorum singulis focis, hoc est familiis, sua terrae arabilis portio tribuatur.

δαιταλευταί p. 161 v. 10. pro δαιταλευταί, quod in duobus codd. B et A legitur, Vaticanus habet μάγειροι, quod secutus sum in interpretatione vocabuli a me quidem alibi non visi. reperitur quidem δαιταλεύς *convivа*, *sodalis*; sed fuliginis et carbonum, quibus parietes deturpatos ab istis δαιταλευταῖς noster queritur, mentio aptius in coquos quadrat.

Διαβαινᾶς p. 466 v. 11. addit Vaticanus ἐπὶ τῷ Διαβαινᾷ τόπῳ, quo indicat locum quemdam fuisse circa Ternobum, ita vocatum.

διαφωνεῖν. duplicem habemus huius verbi usum apud P 877
Pachymerem, inusitatum aut rarum utrumque ac propterea enar-

ratione indigentem. prior extat p. 145 v. 9. non usurpari hoc loco verbum διαφωνεῖν in vulgari discrepandi aut dissentiendi notione, satis attendenti patet. agit auctor de Latinorum Constantinopolim obtinentium exercitu Daphnusiam oppugnante, tum cum capta est Constantinopolis ab Alexio Caesare. cuius rei, dum adhuc fieret, fama quasi divinitus ad Latinos Daphnusiae oppugnatores momento perlata consternavit illos horrore periculi in quo versari apparebat uxores et liberos ipsorum Constantinopoli relictos. unde statim solverunt, suppetias, si pervenirent in tempore, laturi. nullum hic indicium dissensionis inter ipsos. quare verbum διαπεφωνήκεσαν male hoc loco interpretaretur, qui discordibus tumultuatos sententiis ad talem nuntium Latinos diceret. nec dubito quin auctor studiosus affectator eruditionis antiquae, et captare gaudens notiones abstrusas, τὸ διαπεφωνήκεσαν usurpaverit eo sensu quo a LXX positum id verbum est Ezechielis c. 37 11: ἀπώλετο ἡ ἐλπὶς ἡμῶν, διαπεφωνήκαμεν, quod vulgatus ex Originibus vertit: *periit spes nostra et abscissi sumus.* est enim in Hebraeo נגזרנו *nigzarenu* a גזר *gazar*, quod est abscindere; et additur לנו *lanu nobis*, quod nisi abundat, ut alibi non raro, videri potest eo pertinere ut significetur divisio animi quasi a se ipso, sive, ut alibi scriptura loquitur, confractio cordis, qualis contingit subita et magna calamitate comprehensis, cuius depellendae nulla aut tenuis spes est. Vatablus vertit: *succisi sumus nobis.* puto Hesychio hunc ipsum LXX interpretum locum obversatum animo, cum διαπεφωνήκαμεν interpretatur ἀπωλόμεθα *periimus*, quae est vox desperantium, et in occursu ineluctabilis mali augorem animi, qui verbo διαφωνεῖν significatur, exprimentium. Graeci tamen posteriores, ex illo fortasse aut LXX Seniorum aut Hesychii loco, verbo διαφωνεῖν exanimandi aut exspirandi notionem subiecerunt. auctor anonymus Actorum fusissime scriptorum B. Andreae cognomento Sali, quae extant Graece in cod. Vaticano 1574, p. 5 referens quandam luctam per somnium ostensam, qua idem B. Andreas commissum secum Aethiopem prostravit occiditque eliso eius ad petram capite, sic scribit: ἔπεσεν αὐτοῦ (Aethiopis) τὸ κράνιον εἰς πέτραν, καὶ κατενεχθεὶς παραυτὰ διεφώνησε, hoc est: *forte ruens incidit capite in petram, ad quam valido illius impetu interiit.* sane mortem illius nigri pugilis ex illo casu secutam indicari verbo διεφώνησε ostendit plausus ibi statim memoratus favitorum Andreae, qui candidati ea visione apparebant, et gratulatio tanquam plena victoria nece adversarii patrata: κρότος δὲ μέγας, inquit, τῶν λευχειμόνων καὶ χαρὰ γλυκυτάτη τότε ἐγένετο. haec non commemorassem, nisi necessaria essent ad alium Pachymeris nostri locum declarandum, p. 486 v. 19. agit de Cotye quodam, qui iussu imperatoris correptus a tortoribus, cum vinciretur diris supplicüis excruciandus, eorum

www.libtool.com.cn
ipso metu exanimatus conciderit mortuus. unde statim eundem addit pondus miserabile sublatum et humo mandatum fuisse multis cernentibus. ut non sit necesse ad intelligendum mortem huius verbo διαφωνεῖν a Pachymere significari, recurrere ad Vaticanum paraphrasten hunc locum sic exprimentem: ὁ δὲ πρὶν δεθεὶς κρεμασθῆναι τῷ φόβῳ τὴν ψυχὴν ἀποτίθησιν. hoc est: *is vero priusquam vinctus suspenderetur, metu animam efflavit.*

δισδυμόω p. 364 v. 18. διδυμοῦν pro *geminare* vix apud veteres reperias. sed origo apparet, et recte constat analogia.

δοκῶν p. 148 v. 15. ita codd. B et A. Vaticanus autem P 378
more suo libere mutans quae obscuriora putat, ὁ πρῶτος pro ὁ δοκῶν ponit, non male sententiam interpretans. sunt enim Graecis etiam veteribus οἱ δοκοῦντες, qui auctoritate existimatione dignitate in aliqua gente aut coetu eminent, antiqua et proba, sed rariori et ideo hic non frustra declarata notione. talis autem erat inter hos thelematarios seu voluntarios Cutritzaces, quem superius noster p. 138 v. 18, ubi narravit Caesarem τοὺς δοκοῦντας θεληματαρίων convocasse, in iis fuisse praecipuum demonstrat, dum illum vice ac nomine omnium locutum refert.

δόξα p. 275 v. 18. vox δόξα hic peculiari notione sumitur pro dogmate sive doctrina sacra, quam inconcussam tenere, pro qua pacisci vitam et sanguinem Christiani cuiusvis officium est. Vaticanus sic παραφράζει locum hunc: εἰς τί γάρ τις σκανδαλισθείη, ὅτι μεταλλαγή τις γέγονε τῆς παραδεδομένης ἡμῖν δόξης; ἀλλ' οὐδέν, χορηγοῦντος θεοῦ, παραβέβασται etc. infra lib. 6 c. 1 usurpatur haec eadem vox eadem notione in his verbis: τὸ παραβῆναι σφᾶς τὴν πρὸς ἐκεῖνον (θεὸν) νομιζομένην δόξαν ἀρχῆθεν.

ἐγκόλπια p. 265 v. 21. intelligimus hinc sacras icunculas, quales habemus cereas effigies agni dei, aut id genus sacra amuleta gestare de collo suspensa Graecos Christianos solitos, et hoc specimen atque indicium fuisse Christianae religionis. nam eo nomine sibi talia mitti Sultan postulat, ut sic probaret se Christianum esse, de quo videbat dubitari. patet unde eiusmodi religiosa gestamina ἐγκόλπια vocentur, quod nimirum e collo apta in sinum penderent. fuisse autem, quod dixi, formas aut effigies quasdam sacras iis impressas, manifeste docet noster paulo post, dum ait Sultanem petendo res tales se demonstrasse τῶν θείων ἐκτυπωμάτων προσκυνητήν *divinarum formarum veneratorem.* ergo illa quae appellavit περὶ περιάμματα et ἐγκόλπια, erant eadem θεῖα ἐκτυπώματα, expressae rerum sacrarum formae, Christi nimirum aut sanctorum. unde per haec iurare solitos Christianos Orientales ad sanciendam pactorum fidem, docet Cantacuzeni locus l. 3 c. 17 p. 408 ed. Reg. συμβάσεις, inquiens, δὲ θέμενοι περὶ τοῦ γάμου, καὶ κατὰ τὸ Ῥωμαίων ἔθος δι' ἐγκολπίων ἐμπεδώσαντες τὴν πρᾶξιν. video

www.libtool.com.cn

hunc locum parum efficacem visum iri ad confirmandum id quod dixi, de iuramento firmandis pactis per *ἐγκόλπια* dari solito, si lector de isto Cantacuzeni testimonio iudicet ex versione eruditissimi Iacobi Pontani nostri. is enim nihil ibi agnoscit sacrum, ad civilem mereque humanam observationem cuncta detorquens, dum sic verba modo descripta Latine reddit: *paciscentes nuptias, et more Romano pronubis monilibus de collo gestandis acta confirmantes.* cum ab omni reprehendendi quemquam supercilio abhorreo natura, tum huius viri praecipua me dudum veneratio valde alienum facit ab eius cogitatione sugillandi. tamen quia veritas cunctis affectibus antistat, non possum abstinere quin hic meum ab eius sententia diversum iudicium proponam, praesertim cum illum videam quae in interpretatione posuit, etiam in Notis affirmare adstruereque diligentius; ea porro sint eiusmodi ut nisi coarguantur, locum tenere suum ac probari nequeant quae noster Pachymeres hic affirmat. accenset ibi nimirum Pontanus *ἐγκόλπια* nuptiali supellectili, arrhas et pronuba munuscula, ea interpretans, qualibus *vir*, inquit, *sponsam seu uxorem sibi futuram oppignerare quodammodo consuevit.* et mi-
P 379 rum statim in talium rerum numero nominari annulum, manus utique ac digitorum gestamen, non sinus ac pectoris, prout erat necesse, ut ad *ἐγκολπίων*, rerum e collo in sinum pendentium, classem referretur. contra ea nos dicimus cum nostro Pachymere vulgaris usus ac promiscui *ἐγκόλπια* fuisse, plurimumque a vero aberrare, talia solum a procis in coniugii pignus data, a solis accepta gestataque nupturientibus fuisse feminis. praeterea contendimus religionis ista insignia, non muliebris tantum aut civilis ornatus monilia fuisse; quippe quae *θεῖα ἐκτυπώματα, divinas formas* impressas aut insculptas praeferrent, et merito idcirco vocarentur *ἱερὰ περιάμματα sacra amuleta.* putamus autem illum, cuius Cantacuzenus meminit, *Romanorum morem* Ῥωμαίων ἔθος non ad pacta nuptialia proprie restrictum, sed ad omne late pertinuisse conventionum genus, ita ut ex consuetudine Constantinopolitanorum, quicumque quidvis invicem promitterent ac stipularentur, manu ad pectus admota et reverenti attactu pendentium illic sacrorum amuletorum polliciti fidem facerent; quod Cantacuzeno dicitur *ἐμπεδοῦν τὴν πρᾶξιν* aut *τὰς συμβάσεις δι' ἐγκολπίων.* et quis scit an non inde apud Occidentales quoque Christianos invaluerit, quod hodie in usu videmus esse, ut manu pectori admota fides verbi aut pacti confirmetur? tam universalem porro fuisse consuetudinem Orientalium Christianorum gestandi huiusmodi religionis signa, ut necessitatem induceret, apparere potest ex eo quod noster innuit l. 2 c. 25, distribui gratis solitas militibus *σεβασμίας εἰκόνας sacras icones*; quas videlicet e collo suspensas in fidei ac religionis tesseram portarent. dicet forte adversus hactenus statuta argutior quispiam:

www.libtool.com.cn
istam *ἐμπέδωσιν συμβάσεων γάμου δι' ἐγκολπίων*, cuius Cantacuzenus meminit, referri ad iusiurandum non posse, quoniam statim post idem auctor iuramentorum his adiunctorum distincte meminerit his verbis *τοῦ παροιμωμένου δὲ καὶ ὅρκους προσθέντος φρικώδεις ἐπὶ τούτῳ*. primum respondeo vocem *προσθέντος* ad *ὅρκους φρικώδεις* relatam potius confirmare quod nos diximus: significat enim Apocauchum, qui isthic loquitur, cum vehementi studio incumberet ad persuadendum patriarchae quod volebat, ad prius illud insiurandum lenius, gestu tantum et tactu *ἐγκολπίων* exercitum, alia horribilia *φρικώδη* adiunxisse, dira sibi nimirum imprecando si falleret, quo certius faceret fidem dictorum. deinde aio istas horrendas execrationes et capitis devotiones sui, ab Apocaucho tunc factas, non ad pacta nuptialia pertinuisse, sed ad caetera quae persuadere patriarchae cupiebat, nempe vera esse quae de consiliis magni domestici patriarcham deiicere throno meditantis falso et calumniose ad ipsum patriarcham detulerat; eiusque calumniae ut fidem faceret, ac se illi intime iungendo fraudis omnis atque insidiarum suspiciones amoliretur, affinitatem obtulerat per nuptias suae filiae cum filio patriarchae; in quam, ut est dictum, iam ambo consenserant, et consensum firmaverant *δι' ἐγκολπίων* per tactum sacrae iconis, quam uterque ipsorum de more ante pectus pendulam gestaret. quare recte haec ultima verba Pontanus in nostram sententiam sic vertit: *Apocaucho insuper caput suum horrendis execrationibus devovente, ni sincerus sit.* en quo spectarent hi *ὅρκοι φρικώδεις* adiuncti *ἐμπεδώσει δι' ἐγκολπίων*, non iam ad sponsalia firmanda, sed ad delationis sinceram veritatem persuadendam. denique observet prudens lector evidentem et irrefragabilem horum, quae dixi, confirmationem ex ipso loci conspectu palam extantem. refertur in illo citato historiae Cantacuzeni capite colloquium arcanum Apocauchi cum patriarcha: inter id ille huic filiae propriae cum eius filio nuptias obtulit: patriarcha admittente, pactum ab utroque mutuum *δι' ἐγκολπίων* firmatum est a duobus patribus de liberorum coniugio in horum absentia transigentibus iure paterno. quem hic ergo locum habere potest arrharum nuptialium aut pronubi annuli traditio, quam hic interpres cogitavit? sed de his plus satis.

εἰρκτὴ λήθης p. 247 v. 17. non dubito quin haec scri- P 380
bens habuerit in animo Pachymeres Procopii locum l. 1 de bello Persico c. 5, ubi de Persis deliberantibus quid de rege Cabade redacto in ordinem decernerent, auctor ait: *οἱ δὲ κτεῖναι ἄνδρα βασιλείου αἵματος οὐδ' ὅλως ἔγνωσαν, ἀλλ' ἐν φρουρίῳ καθειρξαι ὅπερ τῆς λήθης καλεῖν νενομίκασιν. ἢν γάρ τις ἐντεῦθα ἐμβληθεὶς τύχῃ, οὐκ ἔτι νόμος σφίσι μνήμην αὐτοῦ εἶναι, ἀλλὰ θανάτου τῷ ὀνόματι ἡ ζημία. διὸ καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην πρὸς Περσῶν ἔλαχεν.* hoc est ex novissima optima versione: *abhor-*

www.libtool.com.cn
ruere tamen eorum animi ab effandendo regio sanguine, satisque habuerunt asservare Cabadem in castello oblivionis, ita dicto ex lege, quae de eo qui fuerit illuc coniectus mentionem unquam fieri vetat, poena etiam capitali iis proposita qui ipsius nomen protulerint. quae causa fuit appellationis eiusmodi. vides in his, ut rem, sic appellationem *εἱρκτῆς λήθης* ex Perside venisse. et fuisse ibi videtur certa custodia, in quam qui darentur, de iis mentionem deinde inferre ullam capitale foret. pari exemplo imperator Michaël Palaeologus, qui dum esset privatus, in Perside fuerat, ut noster docet l. 1, videtur imitatione usus quem ibi visum probaverat, instituisse ut quos Nicaeensi cuidam carceri mancipasset, in perpetuum ibi tenerentur, nec quisquam orare pro iis aut omnino satagere vel mentione tenus auderet. hanc imitationem innuit particula similitudinis *ὡς*, indicans Nicaeensem custodiam Palaeologo fuisse pro arce aut castello, quam Persae vocabant nomine aequivalente his Graecis vocibus *φρούριον λήθης*. nam non est audiendus Christophorus Persona, dum ibi *φρούριον λήθης* Latine reddit *custodiam quae* lethe *vocabatur*, quasi *λήθη lethe* Persicum, non Graecum vocabulum sit. haud paulo prudentius ultimus tempore, non merito, interpres Procopii Claudius Maltretus noster *φρούριον λήθης castellum oblivionis* Latine reddidit. in quo videri possit ei casu quodam praecivisse Pachymeres, dum l. 4, de isto eodem agens ergastulo, in quod ea conditione subibatur ut nefas esset illuc semel introductorum meminisse, illud *κάστρον castrum* sive *castellum ἀντονομαστικῶς* appellat. cum enim de Barlaamo quodam, inquieti ac suspecti ingenii homine, retulisset decrevisse imperatorem eximere sibi semel omnem in posterum de illo metum ac solicitudinem, quo id assequeretur, ait praecepisse cuidam e sibi fidissimis eum Nicaeam abducere, ac ibi *πρὸ τοῦ εἰς κάστρον εἰσαγαγεῖν στερῆσαι τῶν ὀφθαλμῶν*, *priusquam in castellum introduceret, oculis privare.*

εἰσιτά p. 478 v. 4. multa toto hoc commate *ἀνάρτητα* et invicem inconnexa ponuntur. exprimantur enim carptim, solis initiis sententiarum delibatis, quae Graeci, pacem cum Latinis haud ex animo probantes, in scriptis Vecci reprehendebant. quid autem hic sonet aut quid sit vox *εἰσιτά*, haud in expedito est. forte *εἰσιτά* dictum ut *προσιτά* a recto *προσιτόν accessibile*, ut *εἰσιτόν* significet *introducibile*, ut sic dicam, vel *introduci dignum*. quasi dicere vellent, quaestiones quae a Vecco moverentur, non esse dignas quae introducerentur in domum dei, hoc est ecclesiam. an potius existimabimus *εἰσιτά* positum pro *εἰσιτέα*, eo sensu ut negare velint introducenda haec fuisse in ecclesiam, quippe quae eius quietem turberent.

Ἔκκλητον p. 375 v. 16. hic manifeste *τὸ ἔκκλητον* sonat *ius provocationis*. alioquin inanis esset quae affertur ratio ad

www.libtool.com.cn

leniendum concessionis huius incommodum. nempe quod tale ius, P 381 licet a Graecis concessum, haudquaquam tamen redigendum in praxim videretur: nemine verisimiliter curaturo conferre se Constantinopoli Romam, laborioso et periculoso tot marium traiectu, ad litem suam provocatione illuc translatam, ibi persequendam. est ergo sine dubio τὸ ἔκκλητον, ius provocationis a iudicio patriarchae Constantinopolitani, et aliorum Orientalium ad pontificem Romanum; cuius iuris agnitio professioque unum erat e tribus praecipuis capitibus quae ad ecclesiarum conciliationem a Graecis exigebantur. ea capita his tribus verbis designabantur: τὸ πρωτεῖον, τὸ μνημόσυνον, τὸ ἔκκλητον. primatus papae, eiusdem inter sacra publica commemoratio, postremo ius appellationis ad eundem a sententiis synodorum aut patriarcharum.

Ἑλλησποντίας p. 396 v. 9. venti nomen, ut ἀπαρκτίας. ventus vehemens flans ab Hellesponto.

ἐναιθριάζειν p. 405 v. 9. non est hic ἐναιθριάζειν *sub dio esse*: summa enim aestate, ut tunc erat, meridiano sole fervente, haud esset illa commoda statio. intelligendum ergo imperatorem ad auram e septentrionali forte patente fenestra flantem frigus captasse. aut si frigore aëris camerae vi a coeli ardore defensi clausis fenestris utebatur, ἐναιθριάζειν pro refrigerari positum fuerit; ex eo quod plerumque fiat, ut quae sub coelo aperto iacent refrigerentur, translato eo verbo etiam ad refrigerationem quae aliter evenit. l. 6 c. 29 mentio fit ὕδατος ἐξαιθριαζομένου aquae sub dio refrigeratae; quod, etsi tunc quoque aestas erat, facilius intelligitur per noctem factum. at hoc loco diserta fit diei mentio, cum designatione horae pomeridianae.

ἐνδυτή p. 385 v. 3. recte Meursius docet ἐνδυτήν esse supremum sacrae mensae instratum. primum enim insternebatur arae quod dicitur ἀντιμήνσιον, sacra mappa, tunc tantum necessario imponenda altari, quando non constabat an illud fuisset consecratum. supra illud, aut supra nudam aram certo sacratam, extendebatur in praeparatione sacrificii linteum, quod appellabant κατασάρκα, supra quod videlicet ἁμάσως corpus sive caro domini in eucharistia post consecrationem praesens reclinabatur. id velum *corporale* Latini vocamus. nec plus erat in ipsa functione sacrificii. at post ipsam ara operiebatur tapete sive ἐνδυτῇ, textus plerumque magnifici; unde in illos usus pretiosa stragula offerebantur. qualis haec fuit ἐνδυτή ab imperatore Michaële Palaeologo primum magno templo S. Sophiae donata, deinde etiam ad pontificem Romanum missa. credibile est ex isto tapete super aram explicato speciose pependisse in frontem altaris fimbrias, tuborum aut nolarum vel etiam malorum formis distinctas; unde Hesychius ἐνδύτων, si forte idem omn ἐνδυτῇ sit, αὐλωτόν dixerit, quomodo αὐλωτοὺς φιμούς Pollux memorat lib. 10, ubi de ornamentis equorum. ἐκαλοῦντο δέ τινες, inquit,

www.libtool.com.cn

αὐλητοὶ φιμοὶ διὰ τὸ κώδωνας ἔχειν ἐκπεφημένους, οἷς ἐγκεκεντρίζοντας ἵππους ἦχον ἐοικότα προσόμοιον αὐλῷ. ita ille; ad sonum referens, quod non inverisimiliter ad speciem quoque pertinuit. nam alioqui κωδώνων, utcumque hinnitibus responsantium, sonus non multum ad tibiae cantum accedit. forma vero tubi aut nolae in appendicibus ephippiorum, uti et militarium chlamydum, elegantiam ad aspectum habet. has appendices calliculas sive galliculas vocabant, quas glossae veteres τροχάδας Graece interpretantur, ea voce rotundum aliquid et volubile designantes; qualia erant tintinnabula et malogranata ex ora vestis Aaronicae depen-
P 382 dentia Exod. 39 23. Passio S. Perpetuae describens vestitum Pomponii diaconi in visione apparentis: *erat vestitus distinctam candidam, habens multiplices calliculas.* haec candida videri potest fuisse ἐνδύνας αὐλητός Hesychii. ad cuius formam ἐνδυτή, operimentum arae, et ipsa αὐλητός facile fuerit, multiplici appendice callicularum eleganter ornata, insertis etiam speciose unionibus, ut hic noster memorat. diversa a superius dictis περὶ ἐνδυτῆς καὶ τοῦ κατασάρκα docet Iacobus Goar ad Euchologium p. 627, Meursium corrigi iubens: sed non persuadet, quoniam quem laudat fundum suae sententiae Symeonem Thessalonicensem, postquam consului, haud faventem ipsi reperi. ait in eo errare Meursium quod κατασάρκα non ἁπλῶς arae nudae sed supra ἀντιμήνσιον sterni solitum asserat. atqui non hoc simpliciter aut universaliter Meursius asserit, sed tantum quando non constabat de consecratione altaris; cuius asserti testem producit Manuëlem patriarcham in haec verba: τὰ ἀντιμήνσια οὐκ εἰς πάσας ἀνάγκη κεῖσθαι τὰς ἁγίας τραπέζας, ἀλλ' εἰς ἃς οὐ γνώριμόν ἐστιν εἴτε καθιερωμέναι εἰσὶν εἴτε οὔ. *antimensia non omnibus imponi sacris mensis necesse est, sed in eas de quibus non est notum, consecratae sint necne.* addit statim rationem: τὰ γὰρ καθιερωμένων ἁγίων τραπεζῶν τόπον ἐπέχουσι. *antimensia enim consecratarum sacrarum mensarum locum obtinent.* unde concludit: καὶ ὅπου εἰσὶ γνώριμοι καθιερωμέναι, οὐ χρεία ἀντιμηνσίων ἐκεῖ. *et ubi perspectum est aras esse consecratas, opus antimensiis non est ibi.* addit et aliud testimonium Nicephori Homologetae sive confessoris, qui agens de ἀντιμηνσίοις, κυρίως δὲ inquit ἐπ' ἐκείνας τῶν τραπεζῶν τίθενται, ἃς καθιέρωσις οὐχ ἡγίασεν. *proprie vero super eas sacras mensas ponuntur, quas consecratio non sanctificavit.* non igitur absolute dicit Meursius τὸ κατασάρκα supra ἀντιμήνσιον sterni. vidi autem et accurate perpendi indicatum a Goare contra Meursium Symeonis Thessalonicensis locum, qui sic habet, arae ad sacrificium instructae apparatum memorans: κατασάρκα δὲ τὸ λεγόμενον σύθυς, καὶ μετ' αὐτὸ τραπεζοφόρον κάτωθεν. *quod vocatur catasarca, statim; post illud trapezophorum habet.* agit de ara utique consecrata. quae si talis non esset aut esse non sciretur, non negaret superimpositio-

www.libtool.com.cn
nem necessarium ἀντιμινσίον. hunc locum Symeonis Thessalonicensis Goar sic vertit: *interulam vero vestem, quae ad carnem dicitur, et superne mantile adepta est.* tria non probo, quod τὸ κατασάρκα interulam, quod τραπεζοφόρον mantile, quod κέκτηται reddat adepta est: nam κέκτηται hoc loco est *possidet* aut *habet.* κατασάρκα nomen proprium veli sacri in quo ἀμέσως reclinatur eucharistia sive corpus et caro domini, ecclesiastico vocabulo debuerat exprimi. denique τραπεζοφόρον velum potius est quo superne sancta conteguntur, quale quod nostro more supra calicem aut sacram pyxidem Christi corpus aut sanguinem continentes supra aram extenditur. declarat hoc mox Thessalonicensis ibidem, ὅτι inquiens τάφος ἐστὶ καὶ θρόνος Ἰησοῦ. significat: sacra eucharistia super aram isto quem describit apparatu oculis fidelium proposita duos indicari Christi status, iacentis in sepulcro et resurrectionis gloria conspicui tanquam in throno. pergit idem declarans, καὶ τὸ μὲν (κατασάρκα) ἐστὶν ὡς σίνδων ᾗ περιειλήθη νεκρός. *ac catasarca quidem, sive corporale, sindonem repraesentat qua mortuus Christus involutus est.* τὸ δὲ ὡς δόξης περιβολή, ὡς καὶ ὁ ἐπὶ τούτῳ ἐν τῷ τίθεσθαι ἐμφαίνει ψαλμός, κύριος ἐβασίλευσε, λέγων, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο. *illud vero* (hoc est τραπεζοφόρον) *ut gloriae amictus* (partim, hic addit de suo interpres nescio quare), *uti et qui dum superponitur* (sanctis velum) cani solet *Psalmus demonstrat, dicens: dominus regnavit, decorem induit.* hactenus Thessalonicensis; ex quibus eius verbis apparet nihil Meursio Thessalonicensem adversari, sed potius refellere ipsum interpretem Euchologii, in eo quod ad ordinem lotionis sacrae mensae p. 627 τραπεζόφορον mantile fuisse dicit, illud praeterea confundens cum ἐνδυτῇ, quod illi neutiquam concesserim, nisi testem laudet.

ἐνορία p. 452 v. 4. quas nos hodie vulgo dioeceses vocamus, ἐνορίας Graeci dicunt, regiones episcopi cuiusque ditioni ac potestati ordinariae proprie subiectas. nam dioecesis vocabulum latius olim patebat. P 383

Ἐξαυτωρεῖανοί p. 66 v. 9. πρὸς μὲν τῶν Ἐξαυτωρειανῶν πατριάρχην. hoc est Arsenium patriarcham. sic duo codd., Vaticano omittente, ut solet in obscuris. manifeste hic memoratur patriarcha quidam Exautorianorum distinctus a patriarcha simpliciter et κατ' ἐξοχήν sic dicto. Exautoriani qui dicerentur, suspicari licet ex his quae tradit Meursius verbo ἐξαυτωρεία, ubi docet ex Suida ἐξαυτωρείαν dici ἐλευθερίαν ἀπὸ στρατείας *missionem a militia.* quod et innuit Leo in Tacticis Const. 20, militares dividens in duo genera. ὅσοι τοῦ στρατοῦ εἰσί, ait, καὶ ὅσοι τῆς λεγομένης ἐξαυτωρείας. hinc videlicet ἐξαυτωρειανοὶ vocabantur qui emeriti aut aliis idoneis causis legitime missi a militia militum privilegiis gaudebant. inter quae suspicari licet et hoc fuisse, ut ubivis agerent, non a loci episcopo sed a patriarcha in

www.libtool.com.cn

spiritualibus penderent. quare praesto habebant vicarium patriarchae, ad quem illo absente recurrerent. quia vero ubi erat imperator, ut tunc Magnesiae, magnus erat exautorianorum numerus, et cum illis propatriarcha proprius ipsorum, ad hunc congregati proceres mittunt ut patriarcham, cuius erat vicarius, accerseret Nicaea, quod eius opera et auctoritate praesentis res de qua tractabatur egeret. haec opinabar in loco perplexo, donec quid certius occurrerit, non nesciens tamen post captam a Latinis Constantinopolim et mortem Ioannis Camateri, sub quo patriarcha Graeci ex ea urbe pulsi per Latinos sunt, electum ab iisdem Graecis imperii sedem Nicaeae habentibus patriarcham titulo nihilominus Constantinopolitanum, qui sacris praesideret, Michaëlem Autorianum, quem alii Saurianum vocant; quinetiam Arsenium hoc capite memoratum, qui a Michaële Autoriano septimus eandem patriarchalem Nicaeae sedem tenuit, reperio Autorianum quoque dictum. sed quid haec ad *πατριάρχην Ἐξαυτωριανῶν*, de quo hic mentio? quaerendum igitur amplius, nisi quis coniecturae a me prius propositae acquiescendum putet.

ἐπαλαστέω p. 298 v. 15. *οἷον ἑαυτὸν ἐπαλασήσας.* repetit et l. 5 c. 6. non posui hoc verbum in hoc catalogo ut lectorem docerem quid valeret (confido enim id ipsum ex Homeri lectione didicisse, apud quem Ὀδυσσ. α v. 252 legerit *τὸν δ' ἐπαλασήσασα προσηύδα Παλλὰς Ἀθήνη.* ubi Didymus exponit *ἐπὶ τοῖς λεχθεῖσιν, ὡς ἀλαστοῖς καὶ δεινοῖς οὖσι, δεινοπαθήσασα*), sed ut admoneam de genio Pachymeris, quem delectat verba vel semel poëtarum cuipiam veterum usurpata in oratione sua ponere; quae una ex causis est eius obscuritatis. sed et hoc praeter Homeri auctoritatem novat, ut verbum apud illum neutrum ipse activum faciat. non enim *ἑαυτὴν ἐπαλασήσασα* Homerus posuit ut noster. et si quid id refert, simplex quoque huius, *ἀλασήσας*, idem princeps poëtarum absolute sine regimine casus posuit Iliad. μ v. 165, ubi *ἆσιος Τηλεμάχοιο... ἀλασήσας ἵκος ἠῶθεν*, non autem *ἑαυτὸν ἀλασήσας*, ut hic Michaël Palaeologus a Pachymere inducitur.

ἐπέχειν p. 256 v. 13. videtur hoc loco *ἐπέχειν* nove positum pro *coërcere et castigare verbis aspere aliquem.* vide voces *ἀναδέχεσθαι* et *πνευματικός*: nam ex ibi dictis patebit ratio interpretationis huius loci meae.

P 384 *ἐπευκτεῖν* p. 288 v. 11. lego hic *ἐπευκτησάμενος* a verbo *ἐπευκτεῖν* satis inusitato illo quidem, non tamen abhorrente a stylo huius scriptoris antiquarii, si quis alius, et fastidire obvia, sectari avia palmarum putantis. forte is legerat apud LXX Ierem. 20 *ἐπευκτὴ ἡμέρα*, hoc est, ut Hesychius interpretatur, *ἐπιθυμητή*, ut Suidas, *εὐχῆς ἀξία.* satis hoc illi fundamenti fuerit ad verbum *ἐπευκτεῖν* fabricandum, ut alia passim multa. nam quid hic aliud, quod ad rem faciat, comminiscamur? codex

www.libtool.com.cn
Barberinus habet ἐπαικτησάμενος, Allatianus ἐπικτησάμενος. Vaticanus, ut in similibus solet, pro eo quod non intellexit, alia omnia nec sententiae consentanea subiecit. manifestum autem est neutram illarum vocum huc quadrare. nec aliud occurrit quod ad mentem auctoris tolerabiliter se accommodet, quam ἐπευκτησάμενος.

ἐπίδοσις p. 286 v. 16. κατὰ λόγον ἐπιδόσεως. significat non ordinarium et proprium fuisse hunc Proconnesiae ecclesiae pastorem, sed hoc in ea pro tempore officium exercuisse ex commissione aut delegatione, ut loquuntur, precario et concessione, quae hic ἐπίδοσις vocatur; uti et p. 360 v. 11, ubi de quodam Latino episcopo quondam Crotonae scribitur, voluisse imperatorem καὶ ἐκκλησίαν διδόναι οἳ τῷ λόγῳ τῆς ἐπιδόσεως ὡς σχολάζοντι τῆς λαχούσης, *commendare ipsi ecclesiam administrandam ex delegatione, non ordinaria potestate, cum is ecclesiae quam dudum fuerat sortitus, cura iam vacaret.*

ἐπικόμπια p. 294 v. 1. ita cod. Allat., ex quo putavi corrigendum Barber., qui ἐπιγκόσια exhibet. Vatic. clare Allatiano consentit. sunt autem ἐπικόμπια ea quae ab aliis ἐπικόμβια vocantur a Meursio laudatis eo verbo, nempe sudariola aut linea segmenta, quae ligatis intus certo numero nummulis materiae diversae in plebem confertam iaciebantur solemnitatibus certis. Io. Cantacuzenus l. 1 c. 41 p. 125 ed. Reg. τῇ ἡμέρᾳ καθ' ἣν ὁ βασιλεὺς χρισθεὶς ἔξεισι τοῦ ναοῦ, παρά τινος τῶν συγκλητικῶν, ὃν ἂν βασιλεὺς ἐθέλοι, εἰς τὸν δῆμον ῥίπτονται ἃ λέγουσιν ἐπικόμβια· δύναται δὲ τοῦτο ἀποδέσμους τινὰς ἐν ὀθονίων τμήμασι δεδεμένους, ἔνδον ἔχοντας νομίσματα χρυσᾶ τῶν βασιλικῶν τρία καὶ ἐξ ἀργύρου τοσαῦτα ἢ καὶ πλείω, καὶ ὀβολοὺς ἀπὸ χαλκοῦ τοσούτους. hoc est ex versione Pontani nostri: *die quo imperator unctus a templo exit, ab aliquo eius optimatium, quem ad hoc elegerit, in populum iaciuntur quae vocant epicombia. sunt autem fasciculi segmentis linteis illigata habentes numismata aurea imperatoria tria, totidem argentea aut plura, et obolos aereos totidem.* haec ille. ex quibus obiter collige cur auri non fiat in nostro Pachymeriano loco mentio, sed argenteorum dumtaxat aereorumque nummulorum. aurei scilicet nummi largitionibus imperatorum causa et nomine factis reservabantur: haec autem patriarchica erat, non imperatoria epicombiorum sparsio.

ἐπιλυγάζειν p. 353 v. 9. τὰ ὡμολογημένα ἐπιλυγάζετο. duo ultima verba Vatic. de more παραφράζων his aliis commutat: τὰ συμπεφωνημένα ἐπισκεπάζετο. significat auctor hunc legatum cralis Serbiae dissimulasse in tractando prius conventa et stipulata inter imperatorem et cralem, astuto illa silentio tegendo, ne mentione facta illorum ea rata habere videretur. λύγη interpretibus Homeri est ἐν ἴσῳ τῷ ἡλύγῃ, ὅ ἐστι σκέπῃ, σκιά. unde est

www.libtool.com.cn
P 385 λυγαῖον φῶς maligna lux. hinc ἐπιλυγάζειν valebit *obscurare*, *caligine effundere*, artifici silentio premere atque involvere.

ἐπιστημονάρχης p. 261 v. 3. ἐπιστημονάρχης vox est composita ex ἐπιστήμων et ἀρχή ad significandum principem cognitorem, hoc est, eum cui in primis cognoscendi de re aliqua ius competit. aptum vocabulum ad explicandam principum aut magistratuum saecularium interventionem in synodis aut coetibus ecclesiasticis. non enim iis praesident ut iudices cum iure suffragii decisivi, sed intersunt ut testes, solo cognitionis approbatricis arbitrio decretis auctoritatem conferentes, et ad executionem robur saecularis potestatis adiungentes. ubi notandum primatum istum cognitionis, qui competere principibus, non ecclesiasticis hic dicitur, esse respectu caeterorum sui ordinis, hoc est laicorum, inter quos primis ipsis convenit talia nosse. alludunt igitur haec nostri auctoris verba ad veterem memoriam historiae ecclesiasticae, quae Constantinos Theodosios Marcianos aut ab his missos legitime praesedisse conciliis fidem facit, isto nimirum quem exposui modo. quare vox βασιλέως hic universim et indefinite sumenda, quatenus non hanc determinatam personam sed quemcumque ad imperiale fastigium evectum indicat. participium autem ei adiunctum, δικαιουμένου, designat ius talis cognitionis et praesentis arbitrii in ecclesiasticis coetibus, usu antiquo et patrum ecclesiae veterum consensu, principibus competens. reperio usum hoc vocabulo in eadem notione Demetrium Chomatenum archiepiscopum Bulgariae in responsionibus ad Constantinum Cabasilam archiepiscopum Dyrrhachiensem, relatis a Leunclavio l. 5 Iuris Graeco-romani p. 316 et sq. ed. Francofurtensis an. 1640. ibi enim haec leguntur: ὁ βασιλεὺς γὰρ οἷα κοινὸς τῶν ἐκκλησιῶν ἐπιστημονάρχης καὶ ὢν καὶ ὀνομαζόμενος καὶ συνοδικαῖς γνώμαις ἐπιστρατεῖ καὶ τὸ κῦρος ταύταις χαρίζεται· ἐκκλησιαστικὰς τάξεις ῥυθμίζει, καὶ νομοτεθεῖ βίῳ καὶ πολιτείᾳ τοῦ βήματος, ναὶ μὴν καὶ δίκαις ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν καὶ πρός γε χηρευουσῶν ψήφοις ἐκκλησιῶν. ἐνάγει δὲ καὶ ἀπὸ ἐλάττονος τιμῆς εἰς μείζονα, δηλαδὴ ἀπὸ ἐπισκοπῶν εἰς μητρόπολιν, ἢ ἀνδρὸς ἀρετὴν ἢ πόλιν τιμῶν etc. haec ibi, aliaque; in quibus si cui forte is auctor videatur potestatem hoc verbo indicatam extendere latius quam ut possit contineri intra terminos sacris canonibus et exemplis orthodoxorum principum dudum fixos, praesto est idonea in contrarium exceptio: nempe hominis schismatici, qualem se Demetrius hic eodem isto scripto palam declarat, auctoritatem nihil legitime praescribere contra doctrinam disciplinamve catholicam.

ἐπίσχεσις p. 225 v. 16. agit de sacerdote qui attentaverat benedicere nuptiis sine facultate chartophylacis, cui ideo in poenam suspensio a functione sacerdotii irrogata sit. est ergo ἐπίσχεσις ecclesiastica notione, quod iuris canonici consulti *suspen-*

www.libtool.com.cn
sionem vocant, speciem ecclesiasticae censurae excommunicatione minorem. quod etiam indicant verba mox sequentia: *τοῦτο γὰρ οὐκ ἔδοξε τοιοῦτον ἢ τι ἄλλο μέτριον τῷ βασιλεῖ ἀγγελθέν, ἀλλ' ἀφορισμὸς ἄντικρυς.* quibus significatur imperatorem re sibi nuntiata ita exarsisse, quasi non suspensio illud sed excommunicatio maior fuisset, confundendo species gradusque censurarum canonicarum. Vaticanus solita libertate hunc locum *παραφράζει*, pro illis verbis *ὡς πρόστιμον .... ἐπίσχεσις ἦν*, sic scribens: *ἐσχόλαστο τῆς ἱερωσύνης παρὰ τοῦ πατριάρχου πρὸς καιρόν.* de suo addit mentionem patriarchae.

ἑταιριάρχοι p. 321 v. 5. *τοὺς ἐπὶ τῆς εἰσαγωγῆς, οὓς* P 386
ἑταιριάρχους λέγουσιν. hinc, praeter ea quae de hac voce notat Meursius, intelligimus introductores sive admissionales imperatorum *haeteriarchos* dictos, quod nempe tribuni practorianorum, quibus proprie id nomen convenit, plerumque isto admittendi ad principem officio fungerentur.

ἑτεροθαλής p. 292 v. 10. *τὴν ἑτεροθαλῆ ἀδελφὴν αὐτῶν*, nempe Ioannis et Theodosiae liberorum Marthae sororis imperatoris. cap. sequenti de eadem Nostongonissa loquens noster habet iterum *καὶ τῆς αὐτῶν ἑτεροθαλοῦς τῆς Νοστογγονίσσης.* quid sit hoc loco *ἑτεροθαλής*, clare docet Eustathius ad Iliad. χ p. 1283 v. 2 ed. Rom. *παῖδες πατρὸς μὴ ὁμομήτριοι ἑτεροθαλεῖς λέγονται. filii patris eiusdem, sed matris diversae.* res porro in praesenti sic se habuit, ut diserte tradit Pachymeres sub finem c. 19. Tarchaniota vir Marthae et ex ea pater Ioannis et Theodosiae, ex priori uxore genuerat antea Nostongonissam, cui videtur ad distinctionem maternum familiae nomen adhaesisse. haec eo notavimus quia in vulgaribus lexicis haud satis disertim exprimitur haec istius notio vocabuli.

εὐλογία p. 407 v. 8. etsi videri potest agere auctor de benedictione a patriarcha post perceptionem *antidori*, hoc est, ut suo loco demonstravimus, *panis benedicti*, accipienda, tamen verisimilius est *εὐλογίας* vocabulo panem ipsum benedictum hic significari, ut ἓν διὰ δυοῖν historicus expresserit, dum et *ἀντιδώρου* et *εὐλογίας* distincte meminit, duo eiusdem unius rei vocabula continuans. retinui porro Latine nomen *eulogiae*, quippe in hac notione Latinis ecclesiastice scribentibus tritum. unum affero exemplum e plurimis passim occursuris, ex decreto Pii papae eius nominis primi, quo putatur hunc usum sanxisse benedicti panis in ecclesia distribuendi his qui ad eucharistiae perceptionem parati non essent. id sic habet Conciliorum tomo 1 p. 234 ed. Reg. *de oblationibus, quae offeruntur a populo, et consecrationibus quae supersunt, vel de panibus quos deferunt fideles ad ecclesiam, vel certe de suis, presbyter convenienter partes incisas habeat in vase nitido et convenienti, ut post missarum solemnia, qui communicare non fuerint parati, eulogias*

www.libtool.com.cn
omni die dominico et in diebus festis exinde quae cum benedictione prius faciat. haec Pius papa et martyr. ex quibus vides cur exclusus participatione eulogiae in festo S. Georgii Michaël Augustus dixerit *ἀνέορτα ἑορτάσαμεν festum infestum celebravimus.* hoc est: non id fecimus quod fieri festo die ad eius legitimam celebrationem fas et usus ecclesiasticus poscebat.

εὐχέλαιον p. 511 v. 11. ad vocem *εὐχέλαιον* haec annotat Meursius: *sic dicebatur ἡ ἀκολουθία quae in consecratione olei psallebatur a septem sacerdotibus.* eruditus interpres Euchologii notis ad *εὐχέλαιον* p. 431 sic scribit: *passim autem rursus εὐχέλαιον vocatur, quasi dicas (non olei consecrationem, ut barbare Meursius in Glossario) sed* oleum cum oratione, *compositis ad invicem εὐχῆς et ἐλαίου vocibus.* haec ille; qui vereor ut tam facile praestet aequitatem suae censurae, quam Meursius ab interpretatione sua barbariei notam eluet. nam revera tota ceremonia ac ritus multis orationibus ac benedictionibus constans, quo consecrabatur oleum, *εὐχέλαιον* vocatur. videtur autem auctor notarum ad Euchologium idem hoc loco passus, quod
P 387 humanitus contigisse refert Gellius l. 7 Noctium Atticarum c. 17 grammatico cuidam celebri a se interrogato de notione vocis *obnoxius.* de quo sic ibi Gellius scribit: *qua vero ille grammaticus finitione usus est, ea videtur in verbo tam multiplici unam tantummodo usurpationem eius notasse.* sic enim et P. Goar, cum plures *εὐχελαίου* species fuerint, omnia ad unam trahit, eam qua oleum ad unctionem infirmorum parabatur; a qua tamen ipse alibi diversam memorat p. 441, cuius *ἀκολουθίαν* sive officium ac consecrationis ritum editum se vidisse ait, etsi suae collectioni non curaverit inserere propter suspicionem cuiusdam in eo *ἰθελοθρησκείας* et superstitionis. certe hoc quoque cuius hic Pachymeres meminit *εὐχέλαιον*, tum ab illo non immerito Goari suspecto euchelaeo pro mortuis, quam Graeci vocant *τελευτὴν ἐλαίου ὑπὲρ τῶν κοιμηθέντων*, tum a consecratione olei pro infirmis, manifeste diversum est. quin docuit me eruditissimus Allatius usu obtinuisse apud Graecos ut quidam ritus *εὐχέλαια* vocentur, in quibus nullus olei usus intervenit, uti exempli gratia aliquando, inquit, florem aut ramulum sancti cuiuspiam reliquiis aut imagini praecipuae venerationis admotum ad aegrum deferunt, qui confidens sancti eius precibus iuvari, eo flosculo ramo aut etiam linteo dolentia sibi membra contingit. hoc, ut qui vidit fide dignissimus testatur, *εὐχέλαιον* appellant. neque hic *ἔλαίον* mentionem *κυρίως* ac proprie, sed *μυστικῶς* et figurate usurpari putant, quatenus olei symbolo dei, quae his ritibus imploratur, misericordia, designatur et *ἔλαιον ἀντὶ ἐλέου* sumitur.

ζυγῆνοι in titulo capitis 12 l. 3 (p. 6) *τὰ κατὰ τοὺς ζυγήνους*, et similiter in titulo c. 13 *ἀπολογία τῶν ζυγήνων.* esse hoc nomen non proprium gentis, sed appellativum, ut *ἀγρόται*

www.libtool.com.cn

et *χωρῖται*, quibus istos alias vocabulis indigitat noster, manifeste patet ex fine capitis 13, ubi sic legitur in Allatiano: *ταῦτα περὶ τοὺς τοῦ ζύγου διαπραξάμενοι.* en quos *ζυγήνους* dixerat, iam *τοὺς τοῦ ζύγου* vocat, hoc est, iugum incolentes sive montanos. Barberinus tamen et Vaticanus vocem *ζυγήνους* hic quoque retinent.

ἡμιάνδριοι p. 351 v. 15. quid aliud *ἡμιανδρίους* interpretemur in comitatu virginis regiae quam semiviros eunuchos, ministrare in Oriente principibus feminis solitos?

Θεραπεία p. 211 v. 13. orat imperator excommunicatus patriarcham *τοῦ δεσμοῦ τὸν ἱκέτην ἀνεῖναι καὶ μετεγνωκότι τὴν Θεραπείαν ἐπάγειν ἣν ἐκεῖνος βούλεται.* hic *Θεραπεία* peculiarem et ecclesiasticam habet notionem, significans opera quae vocant *satisfactoria*, puta ieiunia humiliationes et similia reis magni et publici criminis ad expiationem canonicam iniungi solita veteri ecclesiae disciplina. quare *Θεραπεία* hic id ipsum est quod Latini ecclesiastici scriptores *poenitentiam* vocant; uti *poenitentes*, qui culpas expiant suppliciis, *Θεραπευταί* Philoni, S. Basilio et aliis Graecis dicuntur. talem apud Pachymerem esse significatum huius vocis, demonstrat quod infra eodem capite patriarcha imperatori *Θεραπείαν πράττειν προστάττει.* et paulo post haec patriarchae ad imperatorem verba recitantur: *Θεραπείαν ποίει, καὶ δέξομαι:* ad verbum *fac poenitentiam et accipiam.* unde mox vocatur *ἀντίποινος Θεραπεία*, et additur eam quadam aequalitate respondere gravitati criminis debere.

ἱερολογία p. 225 v. 13. quid sit hoc loco *ἱερολογία* et P 388
ἱερολογεῖν merito quaeritur. vir eruditus, editor et illustrator Euchologii sive Ritualis Graecorum, *ἱερολογίας sacra registra* interpretatur et *ἱερολογεῖν in registra recensere.* describens enim in Euchologio p. 268 et sequentibus opusculum cui titulus est *τάξις τῆς ἁγίας μεγάλης ἐκκλησίας*, haec ex eo verba de chartophylace *ἔχων δὲ τὰς ἱερολογίας τῶν μνηστειῶν, ἱερολογῶν αὐτάς* sic latine reddit: *sacra insuper registra matrimoniorum penes se habet, quae postquam in registra recensuerit.* huic expositioni meus me vetat auctor acquiescere, dum hic scribit *προνόμιον* fuisse chartophylacis ut nutu arbitratuque dumtaxat ipsius istae quaecumque demum sint *Hierologiae* fierent. Hesychius *προνόμια* esse docet *τὰ ὀφειλόμενα τῷ ἀξιώματι*, decora aut privilegia quae eximie debentur alicui dignitati. splendidus in primis ac praecellens chartophylacis magistratus est; cui propterea vix est ut credi possit attributum vice *προνομίου* et honorariae praerogativae pensum ac laborem non solum penes se habendi *registra matrimoniorum*, sed etiam manu propria conficiendi, nomina nubentium *in registra recensendo*, ut idem interpres loquitur, reddens vocabulum *ἱερολογῶν*, quo propriam chartophylacis functionem Graecus scriptor declaravit. atqui haec quidem mu-

www.libtool.com.cn
nera nihil honorificum aut tanto fastigio dignum habentia actuarios potius ac vulgares scribas vel ad summum tabularii custodes deceant. longe aliter Thessalonicensis Symeon quid auctoritatis circa matrimonia chartophylax exercuerit indicat his verbis: *καὶ τὰ τῶν γάμων νομίμως φροντίζει γίνεσθαι. ut legitime celebrentur matrimonia curat.* porro institutione Christi, qui matrimonium ex civili contractu in sacramentum evexit, ut id rite perpetretur opus est sacra aliqua ecclesiastici ministri functione, qua, ut Evaristus antiquissimus pontifex epist. ad episcop. Africanos loquitur, nubentes *suo tempore sacerdotaliter, ut mos est, cum precibus et oblationibus a sacerdote benedicantur.* huius benedictionis effectus quis sit, docet Siricius item pontifex epistola ad Himerium Tarraconensem c. 4, ubi interrogatus *si desponsatam alii puellam alter in matrimonium possit accipere*, respondet: *hoc ne fiat modis omnibus inhibemus, quia illa benedictio, quam nupturae sacerdos imponit apud fideles, sacrilegii instar est, si ulla transgressione violetur.* hanc benedictionem praesentibus in ecclesia sponsis a sacerdote conferri antiquissimi per omnes ecclesias moris est. Concil. Carthag. IV Can. XIII. *sponsus et sponsa cum benedicendi sunt a sacerdote, a parentibus suis vel paranymphis offerantur.* quia vero episcopi est designare sacerdotem, quem potissimum velit ista sacra circa coniuges ceremonia defungi, patriarchae Constantinopolitani hanc proprie curam chartophylaci sive cancellario suo demandaverant, ut vel ipse per sese sponsis hoc modo benediceret, vel sacerdotem eligeret qui id faceret, adeo ut citra eius assensum ac iussum nullus presbyter id rite ac legitime posset agere. hoc est quod docet hic noster, dum ait *προνόμιον* esse chartophylacis *τὸ προτροπαῖς ἐκείνου τὰς ἱερολογίας γίνεσθαι. non sine facultate ac mandato eius adhiberi sponsis a sacerdote ullo nuptiales benedictiones.* quare ille *τις τῶν ἱερέων ὃς δίχα τῆς τοῦ χαρτοφύλακος προτροπῆς νυμφίους ἱερολόγει, sacerdos quidam qui citra mandatum ac nutum chartophylacis sponsis benedixerat*, suspensionis ob id poena est multatus, ut mox Pachymeres subiungit. est igitur *ἱερολογία* sacra functio sacerdotis circa sponsos, quando in ecclesia rite matrimonio iunguntur; id quod dudum antea me docuerat Nicephorus Bryennius Caesar sub finem libri III commentariorum a me nuper editorum, ubi narrans illegitimas nuptias contra omne fas attentatas a Botaniate invasore imperii cum Maria Augusta coniuge Michaëlis Ducae solio deturbati adhuc viventis, refert, cum iam sponsi ambo in ecclesiam venissent, sacerdotem qui ad eam functionem peragendam paratus fuerat (*ὁ μέλλων τὴν μυησιείαν τελέσαι*) collegisse se et quantum piaculi conscisceret reputantem, si bigamum, cuius etiam secunda uxor adhuc viveret, cum muliere cuius item maritus adhuc superstes esset, ecclesiastica benedictione
P 389 coniungeret, cunctatum esse prodire ex altari. tunc autem con-

www.libtool.com.cn

ciliatorem sacrilegarum nuptiarum Isaacium Caesarem alium istius loco sacerdotem submisisse, ὃς καὶ τὴν ἱερολογίαν ἐτέλεσεν, *qui nuptialis ritus ceremoniam peregit.* haec Bryennius Caesar, qui paulo ante functionem eandem verbo εὐλογεῖν designaverat, de aestu ac scrupulo prioris sacerdotis sic scribens: συναγαγὼν ἑαυτὸν καὶ γνοὺς ὅπῃ κακοῦ φέρεται μοιχείαν ἅμα καὶ τριγαμίαν εὐλογῶν, ubi εὐλογεῖν idem est quod ἱερολογεῖν: utrumque autem significat sacrum illum ritum quo sacerdos sponsos in matrimonium coniungit; quem benedictionem ab antiquis ecclesiasticis scriptoribus Latine vocatum vidimus. in quo tamen est praeterea observandum esse et aliam benedictionem nuptialem, quae coniugibus per verba, ut loqui solent, de praesenti rato iam matrimonio a sacerdote copulatis solet adhiberi; de qua intelligitur illa quaestio quam theologi movent, *an sit peccatum consummare matrimonium ante ecclesiae benedictionem etc.* vide Sanchez l. 3. disp. 12. caeterum prior illa de qua diximus benedictio est quae hic ἱερολογίας et ἱερολογεῖν vocabulis exprimitur. huc facit Georgii Acropolitae locus, Hist. n. 33. πληροῦσι τὴν τῶν παίδων συνάφειαν, τοῦ πατριάρχου Γερμάνου τὰ τῆς ἱερολογίας τελέσαντος. agit de nuptiis Theodori iunioris Lascaris cum Helena filia Asanis Bulgariae regis. adde et titulum can. 6 Neocaesariensis recitati a Matthaeo Blastare verbo γάμος; qui sic habet: περὶ τοῦ μὴ συνεστιᾶσθαι τῷ διγαμοῦντι τὸν ἱερολογήσαντα.

ἰχνηλάτης*) p. 464 v. 9. καθικετεύει ἐκ τῶν ἰχνηλάτου παραβολικῶν etc. ait imperatorem, cum videret quosdam inconsulto zelo improbare concordiam cum Latinis initam, congregari iussisse episcopos omnes et monachos; tum ipsum in illo consessu medium orationem inchoasse, rogando ex Ichnelatae Parabolicis, cuius loci ad hoc tempus opportuni plerosque ipsorum recordari confidebat, ne potius mallent imitari avide praefestinantes quam prudenti patientia maturitatem occasionum et rerum expectare cessando solitos. multos dies, ne dicam hebdomadas, in huius sum loci meditatione versatus. cuius cum intelligendi una spes et ratio sita esset in notitia scriptoris in eo laudati, totum me dedi investigationi istorum παραβολικῶν ἰχνηλάτου hic memoratorum, ignotissimi tum mihi operis, quoad eruditissimus iuxta humanissimusque Leo Allatius ὁ πάνυ primo indicium, deinde etiam copiam perrari eius et Latinis prorsus hactenus incogniti commentarii fecit. totum avide perlegi: quinetiam, quod sic expedire visum est, raptim Latinitate donatum in harum Observationum appendicem conieci, ibi videbit, si tanti iudicet, studiosus lector quem eius hic indigitat imperator locum, dissertatione parabolica sexta, qua fabellis ad id aptis stultitia traducitur eorum quos ipsis statim exordiis longorum negotiorum impa-

*) cf. Glossar. alter. v. ἰχνηλάτης.

www.bibliotheca.com

tiens abripit aviditas ad fines successusque praevorandos. hic agendum mihi puto de nomine ἰχνηλάτης, quod cum tamquam proprium istius vel auctoris vel operis ponatur, neutri tamen ex origine convenit; quae mihi fuit causa illud ab eius titulo in Latina interpretatione removendi. primus vocabulum ἰχνηλάτης ad hunc librum appellandum adhibuit Graecus illius interpres Symeon Seth, imitatus, ut ipse ait, sed ex parte dumtaxat, Arabem innominatum, qui ex Persica dialecto, in quam has parabolicas dissertationes Perzoës ex Indicis originibus transtulerat, Arabice illas reddens, operi titulum imposuit compositum ex nominibus duarum personarum, quarum dialogus maiorem implet partem dissertationis primae et ad secundam etiam extenditur. earum Indica vocabula quae fuerint, nescimus; quorum tamen ut propriorum retineri sonus et aliarum literis exprimi debuerat linguarum. ac ne illa quidem memorantur quae in sua interpretatione Persica posuit medicus Perzoës. primus Arabs, qui secundus in-
P 390 terpres fuisse dicitur; non solum duos istos interlocutores Arabicis ex origine vocibus indigitavit hisce *Cylile* et *Dimne*, verum etiam operi quindecim dissertationum universo easdem pro titulo praeposuit. id constat ex admonitiuncula Allatiano codici praefixa, quam hic describendam duxi. βιβλίον φυσιολογικὸν μεταπομισθὲν ἐκ τῆς Ἰνδίας καὶ δοθὲν τῷ βασιλεῖ Χοσρόῃ ἐν Περσίδι παρά τινος Περζωὲ σοφοῦ καὶ ἰατροῦ τὴν τέχνην, καὶ μετενεχθὲν εἰς τὴν Ἀράβων γλῶσσαν, παρὰ δὲ Συμεὼν μαγίστρου καὶ φιλοσόφου τοῦ Σὴθ εἰς τὴν Ἑλλήνων διάλεκτον μεταβληθέν, καλούμενον Ἀραβιστὶ μὲν Κυλίλε καὶ Διμνέ, Ἑλληνιστὶ δὲ Στεφανίτης καὶ Ἰχνηλάτης. ἔχει δὲ μύθους παμπόλλους καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ὠφελίμους. haec ibi; quae sic Latine sonant: *liber physiologicus delatus ex India et datus regi Chosroi in Perside a quodam Perzoë sapiente et medico, translatus etiam in Arabum linguam, a Symeone vero magistro et philosopho cognominato Seth in Graecorum dialectum conversus, vocatus Arabice quidem Cylile et Dimne, Graece vero Stephanites et Ichnelates. habet autem fabulas permultas et omnibus hominibus utiles.* video ex his verbis restare dubium lectori, an Persica et Arabica, quas fuisse diversas ponimus, non una revera et eadem fuerit versio. dicitur enim hic tantum librum hunc ex India in Persidem delatum a Perzoë, ita ut quod additur de translatione in linguam Arabicam, tribui eidem Perzoi queat et intelligi versum ab eo Arabice Chosroi oblatum et vulgatum in Perside fuisse, ubi forte lingua Arabica non incognita vulgo fuerit. verum omnem ambiguitatem tollit quod ad calcem operis subiungitur ab ipso Graeco interprete Symeone Seth, post quintam decimam Dissertationem adscriptum his plane verbis: ταῦτα τὰ ιε τμήματα ὁ σοφὸς ἰατρὸς Περζωὲ μετέβαλεν ἐκ τῆς Ἰνδικῆς εἰς τὴν Περσίδα διάλεκτον, μετακομίσας ἐκ τῆς Ἰνδίας τῷ βασιλεῖ Χοσρόῃ. ἐκ δὲ τῆς Περσικῆς εἰς τὴν

www.libtool.com.cn

τῶν Ἀράβων μετεβλήθησαν γλῶσσαν, ἐκ δὲ τῆς Ἀράβων παρ' ἡμῶν εἰς τὴν Ἑλληνίδα, καὶ εἰσὶ παρ' ἡμῖν μέχρι τῆς σήμερον εἰς ὠφέλειαν τῶν ἀναγινωσκόντων. hoc est, ad verbum: *has* 15 *sectiones sapiens medicus Perzoës transtulit ex Indica in Persicam dialectum a se deportatas ex India regi Chosroi. ex Persica vero in Arabicam versae linguam sunt, ex Arabica demum a nobis in Graecam. et sunt apud nos usque in hodiernum diem ad utilitatem legentium.* ita ibi. unde manifestum est Persicam quae dicitur Arabicamque versionem fuisse plane diversas. cum autem, ut ex prius descripto eiusdem Symeonis prologo constat, titulus *Cylile Dimne* Arabicae versionis proprius fuerit, uti et ipsa illa vocabula Arabica ex origine putantur, dicendum est et Indica archetypa et Persicam a Perzoë concinnatam interpretationem vel caruisse titulo vel aliter inscripta apparuisse. unde quivis aequus concesserit nobis, qui non interpretationes Graecam aut Arabicam, sed opus ipsum ortu primo Indicum Latine reddimus, necesse non fuisse Arabicae aut Graecae nomenclationis habere rationem, praesertim cum ea parti tantum operis, hoc est duabus dumtaxat dissertationibus conveniat, quibus coronati et vestigatoris colloquia recitantur. quaesivi ex magistris Arabicae linguae an *Cylile* et *Dimne* Graece *στεφανίτην καὶ ἰχνηλάτην*, hoc est Latine *coronatum* et *vestigatorem* significarent. responderunt in *Cylile* quidem agnoscere se aliquid quod *coronae* notionem redoleat, in *Dimne* nihil reperire quod ad vestigii significatum vergat. ex quo fortasse suspicari liceat mendum exscriptoris in ista peregrina voce reddenda. sicut omnino inesse videtur in particula *καί*, prout illa cum Arabicis coniungitur vocibus, cum Graeca sit. credibile est enim Sethum scribentem Graecis characteribus Arabicum titulum *Κυλίλε ου Διμνέ* posuisse: illud autem *ου*, quae copula est Arabibus, Graecus librarius in *καί* converterit. refert doctissimus Allatius diatriba de Symeonum scriptis p. 184 prodiisse Ferraria an. 1584 quandam huius operis interpretationem Italicam multis locis mutilam, in cuius prologo legatur hunc librum ex Indica in Agarenam linguam a Lelo Demno Saraceno versum fuisse; ridiculo errore ex eo nato, quod liber idem ab Arabe interprete *Cylile u Dimne* inscriptus fuerit. id valere potest ad comprobandum meum consilium alienae ab originibus nomenclationis removendae, ne similiter errandi cuipiam simpliciori daretur occasio, existimaturo fortasse *ichnelaten* no- P 891
men esse auctoris, qui primus hoc opusculum condidit, cum id sine certo scriptoris nomine editum in India Symeon Seth innuat, dum scribit initio praefationis suae: *ἡ παροῦσα βίβλος ἐγράφη μὲν παρὰ σοφῶν ἀπό τε μύθων καὶ παραβολῶν, hunc librum compositum fuisse a sapientibus ex fabulis et parabolis*; quod indicat nullum ei fuisse inscriptum singularis auctoris nomen. iureque ideo me illud *specimen sapientiae Indorum veterum*

www.libtool.com.cn
nuncupare potuisse. sed de his iam plus satis: alia enim vocant.

καβαλλάριοι p. 328 v. 14. retinui *caballarii* vocabulum in versione idcirco quod existimavi haud sine causa Pachymerem ista voce hic usum potius quam ipsi notissima et obvia ἱππέων. nempe *caballarius* consuetudine iam tum illius temporis non quemlibet equitem sed insignem et primarium sonabat; eratque (id quod hodieque in Italica lingua inde ductum perseverat) in eo verbo nobilitatis quaedam emphasis, minime conveniens equiti gregario. itaque cum noster eiusdem huius initio capitis hunc in modum scribit, ὁ καβαλλάριος Ἀλέξιος ἀνὴρ γεννάδας καὶ ἀνδρικός, intelligendus est eius viri nobilitatem claritatemque isto nomine signasse. nec mihi est incredibile trecentos istos ex eo equitum genere fuisse, qui usu hodie militiae Gallicae *Maistres* magistri dici solent; quorum videlicet unusquisque alios equites sub se merentes ductat.

καδδηνάλιοι p. 209 v. 21. ita constanter scribitur hoc vocabulum in tribus codd. in hoc et aliis huius historiae locis, unde non videtur dubitandum quin vocem nobis usitatam *Cardinalis* sic tunc Graeci suis literis exprimerent. nec id imputandum ignorationi eius originis ex vocabulo *cardo*. nam hanc haud ignotam sibi declarat Pachymeres l. 5 c. 8, ubi de imperatore scribit καὶ χρυσὸν πέμπων καδδηναλίοις, στρόφιγξιν ὁ Ἕλλην εἶποι ὡς θύρας οὔσης τοῦ πάπα. ubi vides vocem *cardinis* exprimi Graeco vocabulo στρόφιγγος.

καθοσίωσις p. 284 v. 16. καθοσιώσεως ἔγκλημα τοῖς περὶ τὸν Φραγγόπουλον. hi accusati sunt, ut clare docet auctor in consequentibus, coniurationis in imperatorem, quem interficere decreverant, ut ipsi fassi sunt. hinc intelligitur ἔγκλημα καθοσιώσεως dici crimen laesae maiestatis, et quidem in primo capite, ut solent loqui. ad hoc indicandum ideo accommodatur καθοσιώσεως vocabulum, quia vitae personaeque principum res sacrae sunt, quas violare sacrilegium immane sit. unde passim maiestati imperatorum copulatur adiunctum sacrae; et eorum literae *sacrae* sine addito appellantur, vocabulo etiam Graecis usitato. usurpat et alibi noster καθοσίωσιν hac notione. l. 5 c. 19 καὶ τὸ μεῖζον ἐκρίνοντο καὶ εἰς καθοσίωσιν; et c. 20 ἀλλ' οὐ πεῖθον πολλὰ λιπαροῦντες, ἀλλ' ἄντικρυς ἐκρίνοντο τῆς πρὸς βασιλέα καθοσιώσεως. denique ut alia omittam loca, l. 6 c. 24 ὑπαγαγὼν (Μακάριον) δίκῃ καθοσιώσεως ὡς τοὺς δυτικοὺς ἄρχοντας κατὰ βασιλέως διεγείραντα.

Κάνης*) p. 231 v. 14. non dubium quin hoc loco Κάνης nomen sit principis, a quo Nogas cum Tocharis missus fuerat et a cuius dominio, ut paulo ante dixit historicus, deficere incipie-

*) cf. Glossar. alter. v. Κάνις.

www.libtool.com.cn
bat, suas res agens et sibi proprie vindicans quae bello acquirebat. agitur ergo hic de Tartarorum principe, qui magnus Canes P 392 hodieque appellatur. lib. δ c. δ scribitur hoc vocabulum per ι et inflectitur *Κάνις Κάνιδος*.

κάστρον p. 303 v. 13. de Barlaam et Tzuïla Tzycandalae ab imperatore mandatum refert, ambos *πρὸς Νικαίαν ἀπαγαγών, πρὸ τοῦ εἰς κάστρον εἰσαγαγεῖν, στερῆσαι τῶν ὀφθαλμῶν*. video hic *κάστρον* pro ipsa urbe Nicaea posse accipi: nam Iustinianus Novella 128 vocem *κάστρον* synonymam voci *πόλις* videtur indicare, dum scribit *ἐν ταῖς πόλεσιν ἤτοι κάστροις*. quod si recipitur, sensus loci sit iussisse imperatorem excaecari Barlaamum et Tzuïlam in itinere priusquam Nicaeam intrarent. et sunt exempla similium excaecationum obiter factarum, ut Basilacii ad locum Chlempinam dictum prope fontem ab hoc casu deinde nominatum *βρύσις Βασιλακίου*, ut refert Anna Comnena l. 1. his tamen apud me obstat primum quod in illo Iustiniani loco particula *ἤτοι* non expositive sed disiunctive videri potest usurpata, et sic contrarium potius ostendet: nempe *πόλεις* et *κάστρα* diversas res esse. deinde quod utcumque forte minores et mediocres urbes castrorum vocabulo designatae interdum fuerint, id tamen non videtur fieri potuisse in Nicaea urbe maxima, et quae, dum a Latinis Constantinopolis tenebatur, sedes Orientalis Graecorum imperii fuerit. denique quod cum praecedens participium *ἀπαγαγών*, indicativum praeteriti temporis, significet prius abductos Nicaeam duos illos quam excaecarentur, id tantum factum debere videatur intelligi priusquam in arcem sive *κάστρον* perpetuae custodiae ipsorum destinatum includerentur. docet autem noster alibi Nicaeae fuisse in hunc usum castellum contra vim munitum, quod qui subissent, eorum de liberatione vel verbum dicere capitale foret, unde *εἱρκτὴ λήθης carcer oblivionis* vocabatur, ad quam vocem quae annotavimus vide, si tanti est *).

κέλλα p. 213 v. 18. *ἐκεῖνος (ὁ πατριάρχης Ἀρσένιος) εὐθὺς τὴν κέλλαν ὑποδυόμενος*. cella ergo cubiculum dicitur non monachorum solum sed et aliorum: nam patriarcha tunc non videtur in monasterio fuisse.

κελλύδριον p. 270 v. 19. cellulam verti. est *κελλύδριον ὑποκοριστικόν* in tertio diminutionis gradu. puto autem significari sacellum cui adiuncta esset domuncula. id suadet mentio S. Nicolai, cui dicata videlicet esset aedicula. nota est ex vetustissimis scriptoribus *cellae* usurpatio pro loco religioso cuiuspiam cultui dicato.

Κελτοί p. 486 v. 17. unde essent hi qui *Celti* vocabantur Constantinopoli, docet Vaticanus paraphrastes hunc locum sic ex-

*) cf. Glossar. alter. v. *κάστρον*.

www.libtool.com.cn

primens: *τὸν δὲ Κότυν τοῖς Ἀλαμάνοις δοὺς πρεσαννέων* etc. ergo Celti Pachymeri dicuntur Alamanni.

κέρας p. 524 v. 2. *κατὰ τὸν λιμένα τὸ Κέρας ἀποβάντες νηός.* agit de Ioanne Lazorum principe Constantinopolim appellente ad portum *Ceras* dictum. *κόλπον* sinum appellat Procopius l. 1 de Aedificiis c. 5, originem etiam nominis indicans: *ἀμφὶ τὸν κόλπον*, ait, *ὅπερ Κέρας οἱ ἐπιχώριοι Κεροΐσσῃ τῇ Βύζαντος μητρὶ τοῦ τῆς πόλεως οἰκιστοῦ ἐπωνύμως καλοῦσι.* hoc est ex nova versione Claudii Maltreti: *circa sinum ab indigenis dictum* Ceras, *de nomine Ceroëssae matris Byzantis qui urbem condidit.*

P 393 *κλέπτειν* p. 352 v. 4. inter sordes cralis Serbiae numerat illautum et tumultuarium cibatum, nulla munditie mensarum, nullo ordine ministerii, cunctis pro se quoque aviditate venatoris, quidquid quasi furtim arripuerant, vorantibus. talem quandam subesse intelliget notionem verbo *κλέπτειν* hoc loco posito, si quis mentem sententiae perspexerit.

κλίμακες p. 411 v. 16. non dubitavi Latine vertere *scalae equestres*, hoc est, ex equorum ephippiis utrinque pendulas, recentiori equitandi disciplina. nam heroicis temporibus Graeciae Latiique instrumentum istud quo pedes equitantium sustinentur, usu ignotum, nomen non habuit. postera aetas et rem et vocabulum invenit. Graecis quidem citerioris aevi id *ἀναβολεύς* dictum est, Latinis scala. utriusque testis Suidas, *ἀναβολεὺς δὲ* inquiens *ἡ παρὰ Ῥωμαίοις λεγομένη σκάλα.* ex quo vocabulo suas hic *κλίμακας* Pachymeres traxit. res enim clamat ipsa agere illum de stapedibus sive stapedis aut stapiis, quas subices pedaneos Budaeus dixit. ego scalae nomen, testimonio Suidae ante multa iam saecula in hac notione Latinis usitatum, *κλίμαξιν* Pachymerianis rependere debui. est autem ratio in promptu cur stapia scala dicta sit, quod videlicet inscendenti equum homini scalae vicem praestet.

πνωμένοις p. 368 v. 2. *πτερῷ, τὸ τοῦ λόγου, τὰ ἄτα πνωμένοις ἐῴκεσαν.* erant, inquit, patriarcha et ei assistentes episcopi, ad mentionem ipsis reconciliationis cum Latina ecclesia factam, similes iis quibus auricula pennae affrictu leni stringitur, etsi revera id obiter et perfunctorie, non autem, ut videri volebant gratificantes imperatori, libenter et iucunde audirent. ad blanditias titillationem et *γαργαλισμόν* referri proverbialiter a veteribus stricturam auricularum affrictu pinnulae, demonstrare accuratius debeo propter causam quam mox referam. Lucianus libro *περὶ ὀρχήσεως* non longe a principio Cratinum inducit succensentem Lycino quod sederet in theatro spectans saltantes et cum voluptate audiens tibiarum cantus et mollium ac lascivorum carminum sonos: *κάθησαι κατανλούμενος θηλυδρίαν ἄνθρωπον ὁρῶν ἁθθῆσι μαλακαῖς καὶ ᾄσμασιν ἀπολάστοις ἐναβρυνόμενον, καὶ μιμούμενον ἐρωτικὰ γύναια τῶν πάλαι, τὰς μαλθακὰς Φαί-*

www.libtool.com.cn

δρας καὶ Παρθενώπας καὶ Ῥοδόπας τινάς, καὶ ταῦτα πάντα ὑπὸ κρούσμασι καὶ τερετίσμασι καὶ ποδῶν πτύπῳ etc. tum paulo post: πάθησαι τὰ ὅμοια πεπονθὼς τοῖς τὰ ὦτα πτερῷ κνωμένοις. ex quibus manifeste patet: audire cum voluptate cantilenas et numerosum strepitum saltantium, caeterisque aurium deliciis affici, a Luciano dici pati rem similem iis quibus auriculae penna stringuntur. confirmatur id ipsum evidentius ex alio eiusdem Luciani loco, in libro περὶ διαβολῆς de calumnia, ubi ait οἶδα γοῦν τινὰς οὕτως ἡδέως γαργαλιζομένους τὰ ὦτα ὑπὸ τῶν διαβολῶν ὥσπερ τοὺς πτεροῖς κνωμένους. *scio igitur quosdam tam suaviter deliniri solitos auditu calumniarum, ut ii quibus auriculae penna stringuntur.* haec afferenda testimonia fuerunt, ut interpretationem huius Pachymeriani loci nostram tueremur adversus contrariam ei sententiam paraphrastae Vaticani, qui pro his quae apud nostrum auctorem in duobus optimis codicibus B et A leguntur de patriarcha et patribus synodi, πτερῷ, τὸ τοῦ λόγου, τὰ ὦτα κνωμένοις ἐῴκεσαν, sic reddit: οἱ δὲ οὐδ' ἄκροις ὠσὶ ἀκοῦσαι ἠνείχοντο, *illi autem ne summis quidem auribus audire sustinebant.* perperam omnino, ut saepe alias, et contra auctoris mentem locique sententiam, quae plane exigit hic intelligi patriarcham et episcopos, ut imperatori gratificarentur, cui obsistere P 394
non poterant, simulasse se libenter audire quod is proponebat de ineunda cum Latinis pace, cum revera intus in animo id aversarentur et nonnisi perfunctorie audirent, intimum et verum animi sensum exprimere non audentes, nec adeo id necessarium putantes, quod confiderent rem ad extremum successu carituram. his ex occasione adiungam locum 2 ad Timoth. 4 3, ubi fit mentio hominum κνηθομένων τὴν ἀκοήν, hoc est, ut vulgatus eleganter vertit, *prurientium auribus*, ἰσοδυναμεῖν huic enarratae hoc loco formulae ex mente Hesychii. nam is ubi exposuisset κνηθόμενοι τὴν ἀκοήν per haec verba: ζητοῦντές τι ἀκοῦσαι καθ' ἡδονήν, *quaerentes aliquid audire ad voluptatem*, postea κνώμενοι interpretatur aequivalenti vocabulo κνηθόμενοι.

Κόκκοι p. 489 v. 16. quos dicat hic Pachymeres *Coccos* monachos, Vaticanus ipse videtur ignorasse paraphrastes: nam hoc verbum omisit, ut caetera fere quae non intelligit transilire consuevit. ne proprium id nomen putem, obstat numerus: nam quae ratio patitur ut multi nomine uno velut proprio sint usi? an peculiaris quaedam monachorum sodalitas hoc vocabulo designata est, sic forte appellatorum a colore vestis coccineum praeferente quippiam? id quidem suspicabar; et fulciebat coniecturam quod statim subiungitur, fortassis expositive, καὶ τοὺς κατ' ἐκεῖνον, quod licet interpretari *et eos qui circa illum*, nempe imperatorem, erant. non paucis huius historiae locis, praesertim capitibus 2 et 18 l. 4, video indicari Iosephum ante patriarchatum adhuc monachum assiduum fuisse apud imperatorem, adeo-

www.libtool.com.cn

que, quod hinc sequitur, in palatio diversatum, utique non solum: nam et illi adhaesisse sui instituti comites pronum est creditu, et fratribus aut filiis imperatoris alios monachos similem operam navasse non est inverisimile. quid si opinemur hos quasi palatinos monachos, etiam ut caeteros domus regiae ministros vestitus aliquo genere aut colore a caeteris discretos, *κόκκους μοναχούς* vocatos, forsitan quod coccineum aliquid gestarent. ego tamen *ἐπέχω*, plus lucis in hac caligine alicunde, si forte affulgeat, opperiens *).

κόλυβα. l. 6 titulus c. 12 (p. 10) sic habet, *τὰ συμβάντα πατριάρχῃ διὰ τὴν τῶν κολύβων ἀποστολήν*. Vaticanus *κολύμβων* legit; qui quidem hoc loco non describens auctorem, sed more suo liberrime *παραφράζων*, sic scribit: *ἐν τοῖς ἐκπώμασιν, οἷον τῶν χαλκῶν πινάκων, αἳ τὸν ἑφθὸν σῖτον φέρουσιν, ὡς* (legendum puto *ὃν*) *ἡ συνήθης γλῶττα κόλυμβα λέγει*. hinc habemus *ἑφθὸν σῖτον* lingua Graeca vulgari *κόλυμβα* dictum. sed multis experimentis comperta mihi huius paraphrastae indiligentia, non satis illi fidere possum, ut auctoris ipsius nostri duobus exemplaribus optimis B et A probatam lectionem huius vocabuli non praeferam, praesertim cum ei palam suffragetur Suidas. lego igitur *κολύβων*, non *κολύμβων*, et voce *κόλυβα* intelligo, sic docente Suida, *σῖτον ἑψητόν frumentum coctum*. Pachymeres in hoc c. *σῖτον ἑφθόν* vocat, idem, ni fallor, quod antiqui molam vocabant, farris nempe moliti farinam inspergi hostiis solitam. significat ergo hic locus solitum tunc Constantinopoli fuisse in festo Hypapantes offerri patriarchae sacris operanti patinas plenas isto farre tosto, quibus cum bene precatus solemni benedictione fuisset antistes, eae ut sacra apophoreta distribuebantur praesentibus, et una earum mittebatur ad Augustum, quam mos erat ei prandenti offerri sub secundam mensam inter bellaria. hoc sonant haec nostri verba: *ὧν* (patinarum nimirum earum quas *ἐκπωμάτων πλατείας* vocat) *ὡς ἀπαρχή τις ἡ κρείττων τῷ βασιλεῖ προσήγετο ἐπιδόρπιος*. vide quae dicimus verbo *πλατεῖαι ἐκπωμάτων*.

P 395 *ἀπὸ κοιλίας φωνεῖν* p. 379 v. 6. vocat propria auctoritate sine idoneo testimonio in causa sua loqui *ἀπὸ κοιλίας φωνεῖν*, proverbiali opinor formula ex iis ducta sacrae Scripturae locis quae Pythonissarum mulierum ventriloquarum meminerunt Act. 16 16 et 1 Reg. 28, ubi pro eo quod vulgatus habet v. 3, *Saul abstulit magos et arioloe de terra*, LXX legunt *περιεῖλε τοὺς ἐγγαστριμύθους, sustulit ventriloquos*. et ib. v. 7, *dixitque Saul servis suis: quaerite mihi mulierem habentem Pythonem*. LXX *ζητήσατέ μοι γυναῖκα ἐγγαστρίμυθον*. spiritus malus qui Python vocabatur nomine ducto a Graeco verbo *πυθέσθαι* ex *συνθάνειν*, quod responsa ederet, Hebraeis loco illo c. 28 1 libri Samuelis

*) cf. Glossar. alter. v. *κόκκοι*.

www.libtool.com.cn

vocatur אוב *Ob*; quae vox libri Iob c. 32 20 utrem significat, quia scilicet daemon iste insidebat ventrem phanaticarum istarum, ex eoque in modum utris inflato voces emittebat, quas stulti consulentes pro oraculis habebant. hinc quae quis proprio sensu sine maiorum auctoritate affirmaret, *ἀπὸ κοιλίας φωνεῖν* Pachymeri dicitur.

κοινόν p. 280 v. 16. *ὑπὸ τόμῳ κοινῷ γεγονότι.* cave putes *κοινῷ* adiunctum hic esse nominis *τόμῳ*. est enim *κοινόν* neutrum substantivum, coetum communem et corpus universum Constantinopolitani cleri in unum congregatum significans, notione antiquis etiam usitata. quid sit autem hunc conventum haberi *ὑπὸ τόμῳ sub tomo*, dicetur verbo *τόμος*. vide etiam verbum *ὑποψήφιος*.

κοινωνικός p. 378 v. 3. *κοινωνικὸς δὲ εἶναι τῇ ἐκκλησίᾳ.* sic loquens Veccus non ea communione se coniunctum ecclesiae dicit, qua quilibet Christianus, etiam laicus, ei adhaeret, sed alia peculiari, adscriptorum clero propria, et proventibus ecclesiasticis eo nomine participantium. quo pertinent superiora his contigua eiusdem Vecci verba: *αὐτὸς γὰρ ἕτοιμος εἶναι καὶ ὀφφίκιον ἀποθέσθαι καὶ πᾶσαν ἀφεῖναι τὴν πρὸς αὐτὸν πρόσοδον.* videtur aliquid hodie simile in usu curiae Romanae, ubi notarii quidam Apostolici *participantes* dicuntur, quae vox *κοινωνικοῖς* respondet, ad differentiam aliorum.

κονοσταῦλος. sic scribit passim hoc vocabulum Pachymeres, pronuntiationem, ut apparet, Francorum, a quibus id nomen Graeci sumpsere, propius assectatus. illi enim *connestable* hanc dignitatem vocant. et sic, ut est credibile, tunc quoque per Orientem, ubi multi versabantur, proferebant. hoc admonendum visum, quoniam alii longe aliter id nomen efferunt, et ne quis me in versione conostaulum reddere miretur.

κόντος p. 181 v. 2. vocem Comitis, ut dignitatem notat, scriptoribus citimae vetustatis tritam, Pachymeres hic exprimit, prout vulgo pronuntiari ab Italis solebat, *conto*, aut ut effertur hodie *conte*; quod Graece *κόντον* reddit et nos *contum* expressimus. rem autem ipsam quod attinet, etsi Pachymeres passim iniquior Latinis *contum* hunc, de quo agit, ambitiose vocatum a suis dicat, quasi ampliori vocabulo quam modus eius domesticae dignitatis ferret, tamen cum hunc Genuensem nominatum dicat *Vintimilia*, audivi ex iis qui antiquitates Genuensium perspectas habent, revera comitis nomen isti familiae ex vetustissimo tempore tribui consuevisse. verum fortasse nostrum movit, ut istam P 396
nimis splendidam civis Genuensis appellationem putaret, quod maximi tunc principes ea honorari satis haberent. quo pertinet, quod eiusdem libri c. 8 scribit, de Carolo agens rege Siciliae: *ἀδελφὸν ῥῆγος τῶν Φραγτζίσκων ὄντα καὶ εἰς κόντους τεταγμένον τὸν Κάρουλον.* Carolus nimirum, frater S. Ludovici regis Fran-

www.libtool.com.cn
corum, quando vocatus est ad regnum Neapolitanum et Siculum, comes erat provinciae, unde *comte* ab Italis tunc vocabatur. quo etiam contentus titulo tunc erat, princeps licet in paucis opulentus et praepotens, dynasta Sabaudiae. Cantacuzenus l. 1 c. 40 p. 120 ed. Reg. ἐπύθοντο ὡς τοῦ τῆς Σαβωδίας ἄρχοντος, ὃν κόντον ἡ Λατίνων γλῶσσα καλεῖ etc.

Κοντοσκέλιον p. 365 v. 14. reperio apud Petrum Gyllium in Topog. urb. Constant. l. 1 c. 20 mentionem portae condescalae, quae Graece κοντόσκελος dici potuit. forte illi vicinum et ex ea nomen ducens navale olim istud fuit Contoscelium dictum, quod tunc dirutum reaedificare voluisse Michaël Augustus hic dicitur.

Κορδοκούβας p. 430 v. 18. pronum suspicatu est lingua Mysorum cordocubae vocabulum aliquid ex oleris notione duxisse, propagatum forte ex quadam corruptione Graecae vocis κόρχορος notissimam designantis oleris speciem, et vulgari olim adagio celebratae, καὶ κόρχορος ἐν λαχάνοις.

κορτινάριοι p. 321 v. 3. quatuor genera palatinorum ministrorum gradatim dignitate crescentia memorat, Bardariotas ostii custodes instar Helvetiorum, cortinarios, cubicularios et admissionales. cortinarii fuisse in aulico satellitio ii videntur, quorum erat munus ad cortinam, extra velum intimum, *la Portiera* cubiculi regii, praestolari subitos nutus et fortuita imperia principis, et admissionibus ministrare.

Κορυφώ p. 508 v. 17. est hic Κορυφὼ recentius nomen insulae Corcyrae, hodie et ex aliquot retro saeculis vulgo *Corfu* dictae; quod ideo retinere in interpretatione debui, quandoquidem id auctor sciens usurpat, veteri sibi non ignoto praeferens; uti etiam in μορέῳ vel μορέᾳ, pro Peloponneso, et in similibus feci.

Κράλις l. 5 c. 6. saepe nominat Pachymeres Κράλιν Σερβίας; quam vocem etsi non ignoro a quibusdam pro appellativa accipi aequivalente vocabulo βασιλεύς, tamen cum et noster et Cantacuzenus et alii eam retineant, nec verbo βασιλεύς commutent, non est quod nos dubitemus idem facere: alioqui nec Sultanem Persidis nec Canim aut Canem Tocharorum nec Mepe Iberiae dicere deberemus, sed regis nomen pro istis vocibus ponere, quod nemo probaverit.

λαμπῖναι p. 156 v. 8. ἐν λαμπίναις. ita uterque cod. B et A: nam Vat. haec omittit. λαμπίνη quid sit, non reperio.
P 397 nimirum ex usu fortasse linguae vulgaris Pachymeri obrepserit, ut ι pro η in hoc vocabulo poneret: nam λαμπήνη nota iam vox est. Hesychius: λαμπήνη εἶδος ἁμάξης ἐφ' ἧς ὀχοῦνται ἔνιοι, ἀπήνη, ἢ ἅρμα σκεπαστόν. haec ille, congerens multa quae simul integram vocis quam explicat absolvunt notionem. et sane omnia quadrare videntur in hunc locum et in mente scriptoris

www.libtool.com.cn

fuisse. illa porro verba: *ταῦτα γὰρ ἦσαν τὸ πάλαι*, videntur respicere festum scenopegiae aut tabernaculorum a Iudaeis olim celebrari solitum in memoriam vitae a patribus in tabernaculis transactae per annos quadraginta in deserto. etsi autem Scriptura ubi hoc festum praescribit, meminerit tantum diserte tabernaculorum erectorum extra domos, satis tamen pronum creditu est adhibita ad hunc usum plaustra ramis virentibus superne tecta, et caetero splendore varii ornatus agrestis festivitatis laetitiae celebrandae accommodata, quae hic noster *λαμπίνας* vocat.

λειτουργεῖν p. 374 v. 17. hoc loco res ipsa exigit ut *τὸ λειτουργεῖν* non simpliciter sonet missam sive sacram liturgiam celebrare, sed id facere simul cum Latinis, iis una communicando; in quo erat sita schismatis amotio: nam schismatici Graeci Latinos ut excommunicatos et haereticos in consortium sacrorum admittere recusabant.

λέπας p. 385 v. 10. *ὡς λέπας πέτρας.* vetus proverbium ex Aristophane in Pluto, ubi Chremylum sic loquentem facit sub finem

ὡς εὐτόνως, ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ γρᾴδιον
ὥσπερ λέπας τῷ μειρακίῳ προσίσχεται.

ad quem locum sic annotat vetus scholiastes: *λέπας κογχύλιον ἐφιζάνον ταῖς πέτραις ὅτ' αὐταῖς προσπήγνυται, δυσαποσπάστως ἔχον, ἐπειδάν τις αὐτοῦ βουληθείη λαβεῖν.* similia idem docet ad versum hunc alium eiusdem Aristophanis in Vespis, non longe a principio,

προκαθεύδει πρὼ πάνυ
ὥσπερ λέπας προσεχόμενος τῷ πίονι.

idem alii scriptores tradunt. *lepadem* hanc concham Plautus Latine vocat non semel. Plinius tamen videtur *buccinum* appellare. ubi enim l. 9 c. 36 *buccinum* dixit esse *minorem concham ad similitudinem eius buccini quo sonus editur, unde est causa nomini*, paulo post addit: *buccinum nonnisi petris adhaeret, circaque scopulos legitur* *).

μακαρίτης p. 282 v. 16. *ἐκ Γερμάνου τοῦ μακαρίτου.* aliquando credidi designari hoc loco S. Germanum P. C. scriptis clarum, qui Christi anno 714, imperante Anastasio Augusto, ex Cyzicena sede in Constantinopolitanam est translatus. impellebat ad sic opinandum mentio antiquitatis bis hoc loco repetita, quasi indicans Germanum hunc patriarcham novum ex ultima vetustate exempla et praecepta emendandae ecclesiae inde usque ab actis et scriptis sancti Germani accersere studuisse. verum re attentius considerata probabilius existimavi agi hoc loco de Germano longe recentioris memoriae patriarcha, cuius mortem et elogium habes

*) cf. Glossar. altarum.

www.libtool.com.cn

apud Acropolitam in imperio Ioannis Ducae Batatzae sub quo floruit; ἔτυχε μὲν πρὸ παιροῦ τὸν πατριάρχην Γερμανὸν τὰ τῇδε καταλιπόντα πρὸς τὰς θείας ἀπᾶραι σκηνάς, καλῶς καὶ ὁσίως βιώσαντα καὶ καλῶς τὴν αὐτοῦ ποιμάναντα πολμνην. sic Acrop. p. 39 Hist. ut hunc potius indicari hic putem, suadet vox μακαρίτης civilem magis quasi quemdam, ex usu Graecorum, quam religiosum, qualis sanctis ab ecclesia declaratis debetur, honorem designans, praeterea recentiorem quandam defunctorum memoriam
P 398 indicans. non enim qui ante multa saecula sunt mortui, cum nominantur, μακαρῖται dici solent, sed οἱ προσφάτως τελευτήσαντες, quos qui viderint adhuc vivant. sic huius libri c. 23 Irenem Augustam Ioannis Ducae uxorem, quae commodum eodem cum hoc Germano vixerat tempore et ante virum decesserat, μακαρίτιδα vocat. nullo igitur modo agit hoc loco Pachymeres de sancto Germano patriarcha illo vetustissimo, quem si nominaret, non μακαρίτην sed μακάριον diceret, verum de isto altero qui viginti circiter annis prius decesserat memoriam sui laudabilem relinquens.

μαμάκουθος *) p. 369 v. 1. vituperat hic Pachymeres patriarcham et antistites, qui ei aderant, quod non acriter obstiterint primae propositioni reconciliationis ecclesiae Graecae cum Latina, sic suum animum ostendens schismati addictum et aversum a pace, utcumque aliud aliquando simulaverit. μαμακούθους autem Graecos illos praesules vocat, stultitiae illos insimulans, ut ostendit, quod mox adiungit quasi declarandi gratia, ἀναισθήτως τῶν πραττομένων ἔχοντες. id porro vocabuli mutuatus videtur a suo Hesychio, quem librum ipsi fuisse familiarem ex aliis locis intelligimus. in Hesychii vero lexico hodie legitur μαμάκυθος μωρός. verum ego non dubito quin in suo meliori exemplari Pachymeres legerit μαμάκουθος: unde hic posuit μαμάκουθοι. id colligo ex Eustathio, qui (ad v. 562 et 563 Od. s Ἐλπήνωρ δέ τις ἔσκε νεώτατος, οὔτε τι λίην ἄλκιμος ἐν πολέμῳ οὔτε φρεσὶν ἦσιν ἀρηρώς) multos enumerans stultitiae infamia celebres, post Sannam Coroebum Margiten, quorum notissima dementia in proverbium et scomma simili vitio laborantium transierit, haec adiungit: ὁμοίως δὲ καὶ τὸν Μαμμάκουθον καὶ τὸν Μελιτίδην καὶ τὸν Ἀμφιετίδην, οἳ διαβόητοι ἐπὶ μωρίᾳ ἦσαν: *similiter autem et Mammacuthum et Melitidem, necnon Amphictidem, qui celebres insania fuere.* ubi significat ista propria fuisse nomina insanorum quorumdam, quae deinde in similium ipsis appellationem translata fuerint, prout de Sanna nominatim observaverat, sic antea scribens: τὸν μωρὸν οἴδαμεν Σάνναν καλεῖσθαι ὡς ἀπό τινος κυρίου ὀνόματος, *stultum scimus Sannam vocari tanquam a quodam proprio nomine.* cuius rei testem citat

*) cf. Glossar. alterum.

www.libtool.com.cn

Cratinum comicum, ita continue subiungens: *καὶ παράγεται Κρατῖνος κωμῳδῶν τοιοῦτον τὸν Θεοδοτίδην Σάνναν.* quia vero Eustathius constanter hanc vocem cum duplici μ scribit, forte sic ea apud Pachymerem, etsi ambo codd. optimi B et A concorditer cum unico μ scribant, emendanda fuerit. Vaticanus solitae sibi licentiae in hoc prae caeteris capite indulgens, cum alia passim in eo scripta verbis quibus libuit effert, tum in hac voce quiddam *καινοτομεῖ.* sic enim habet: *μάκουθοί τινες ὄντες.* videtur autem ex alia origine hanc vocem accersere, nec viri singularis olim fuisse nomen proprium agnoscere, sed propagatam putare ex verbo *μακοᾶν*, quod Hesychius exponit *παραφρονεῖν*, *προσποιεῖσθαι μὴ ἀκούειν*, *desipere*, *simulare se non audire.* et hanc potissimum secundam dissimulati auditus notionem huic sic a se decurtato vocabulo imputandi occasionem fortasse sumpserit ex eo, quod paulo superius legerat apud auctorem, patriarcham cum synodo ab imperatore provocatos ad serio cogitandum de ineunda cum Latina ecclesia concordia *ἐπιπολαίως ἀκηκοέναι perfunctorie audisse*, et cum rem aversarentur, non tamen obstitisse, sed quasi dissimulantes se percepisse quod dictum fuerat, astuto silentio lucrifecisse invidiam aut periculum palam resistendi: *οὐ γὰρ ἦν αὐτοῖς ἀντιστῆναι non iis inerat resistendi vis.* eos tamen non se continuisse intra fines merae dissimulationis aut silentii, sed praeterea etiam, ut imperatori gratificarentur, significasse placere sibi mentionem illatam ab eo pacis, manifeste affirmat noster, ut ostendimus superius verbo *κινώμενοι.* quare non illos *μαμακούθους* aut *μακούθους* idcirco vocavit, quod simulaverint P 399
se non audire, sed quod declaraverint sibi probari quod proponebatur, haud satis providentes quid inde consecuturum esset, in quo ponit stultitiam eorum hoc verbo reprehensam.

μανδύας p. 262 v. 11. Hesych. *μανδύας εἶδος ἱματίου Περσῶν πολεμικόν.* forte *πολεμικοῦ.* Eustathius ad Od. τ sub principium: *Ἄλλιος Διονύσιος λέγει ὅτι Περσικὸν ὄνομα καὶ ὁ μανδύας. ἔοικε δέ, φησί, φαινόλῃ. ait Aelius Dionysius Persicum esse nomen mandyam. similis autem est penulae.* veteres glossae verborum iuris *μανδύας ἱμάτιον*, *τὸ λουρίκιον.* sed haec ut tiara et alia cum res tum nomina ad usum sacrorum sunt translata. docet eruditissimus pater Goar O. P. (notis ad missam S. Ioannis Chrysostomi p. sui Euchologii 113) fuisse mandyam inter pontificales vestes id quod cappam sive pluviale Latini Christianorum rituum expositores vocant. a qua nec forma nec notione multum abest penula; quam ad sacrorum usum iam tum ab Apostolicis accommodatam temporibus non immerito viri doctissimi suspicantur ex Pauli loco 2 ad Timoth. 4 13. fuit praeterea mandyas propria monachorum vestis ex humeris ad pedes usque defluens et totum ambiens corpus, a parte sola anteriori aperta; qualem etiam in ecclesia Graeca retinere in pontificatu

www.libtool.com.cn

ii solebant qui erant ex monachis promoti. ex quo genere cum esset Arsenius ex Apolloniensi monasterio ad thronum patriarchalem olim assumptus, ut tradit Gregoras l. 3, non mirum si mandyam etiam extra sacras gestaret functiones. nam civili et ordinario vestitu fuisse tunc indutum illum cum privatim et familiariter imperatorem domi suae inviseret, res ipsa exigit. nondum me poenitet *μανδύαν* sacram penulam hoc loco vertisse; et qui perpenderint quae de penulae forma et usu a veteribus traduntur, et ea cum traditis de mandya contulerint, haud multum, ut spero, repugnabunt. vide et Codinum saepius vocem *μανδύας* usurpantem.

μαρμούτζας p. 282 v. 8. *μαρμούτζαν προσωνόμαζον, προσάπτοντες ὄνομα Περσικόν.* erat igitur *μαρμούτζας* nomen Persis familiare; quod in ea gente multi proprium haberent. Id autem idcirco a maledicis Germano imponebatur, quod is, ut paulo post dicitur, remotiorem originem generis a Gabra urbe Persidis, propinquiorem a Lazis duceret. codex Allat. *μαρκουτζᾶν* legit, Anonymus vero ms, quem Allatius exscribit in Exercit. contra Creygtonum p. 605, *μαλχουτζᾶν*. et fortasse *μαρκουτζᾶς* in Barberino legendum fuit, fallente in ms similitudine characterum *μ* et *κ* *).

Μάρπου p. 28 v. 9 et p. 102 v. 18. Dyrrhachiensi episcopo pro Michaële Palaeologo adhuc privato et tum periclitante ac solicito deum oranti audita vox refertur incognita, nullam ad linguam pertinens, *Marpou*, quam sibi recitatam Manuël Disypatus episcopus Thessalonicensis sic est interpretatus, ut portendi per eam imperium Michaëli diceret: indicari enim isto vocabulo, ex primis sex vocabulorum literis *ἀκροστίχως* conflato, hanc sententiam divinitus ostensam: *Michaël Augustus Romanorum Palaeologus ocyus vocabitur.* sic Latine expressimus servata elementorum veritate illa Graeca: *Μιχαὴλ ἄναξ Ῥωμαίων Παλαιολόγος ὀξέως ὑμνηθήσεται.*

P 400 *ματρώνα* p. 83 v. 20. matronae nomen id veteri usu Romanorum sonat mulierem patriciam et gente nobilem. Clemens in Actis Petri: *ὡς καὶ τῶν εὐγενῶν γυναικῶν τὰς περιφανεστέρας, καὶ ἃς ὁ λόγος ματρώνας οἶδε καλεῖν.* ait ergo noster solitum Theodorum Augustum viris domo minime nobilibus, caeterum apud se gratiosis, conciliare matrimonia virginum patriciarum, quibus illi deinceps matronis ampli ac beati forent.

Μεγαλοβλαχῖται p. 83 v. 11. in his apponenda post *καλῶν* distinctiunculae notula fuit, quae ms deerat; ne dici videretur Achillem iam tum suo tempore Phthiotas suos Megalobla-chitas appellasse. sed et cum participium *καλῶν* Ioanni adiungitur, id ita intelligendum, ut non solus ita eos vocaret: commu-

*) cf. Glossar. alterum.

www.libtool.com.cn
niter enim ea tempestate invaluerat ut Thessaliae montana Magna Blachia vocarentur. Nicetas in Balduino Flandro p. 313 ed. Basil. an. 1557: *ἐπὶ δὲ τούτοις καὶ ἄλλος τις τὰ Θετταλίας κατέχων μετέωρα, ἃ νῦν μεγάλη Βλαχία κικλήσκεται, τοπάρχης ἦν τῶν ἐκεῖ.* huius, qui tempore Balduini Megaloblachitis imperitaverat, unus e successoribus fuit hic Ioannes Michaëlis despotae nothus, de quo hic Pachymeres. meminit etiam *μεγάλης Βλαχίας* Georgius Acropol. Hist. sect. 15 p. 23 ed. Reg. et sect. 38 p. 33.

μέλεοι p. 478 v. 3. *τὸ δὲ τῆς μάχης — μὲν ἐφεῖτο.* haec valde perplexa sunt, more ac indole auctoris, non raro quaedam dimidiata congerentis. videtur autem hic summatim et fastigia carpens indicare quae essent tunc hominum querelae de scriptis Vecci. porro vox *μέλεοι* sic ibi abrupta pendet, punctis clausa in utroque ms B et A: nam Vaticanus hunc locum, ut fere caeteros difficiles, securus transilit. *μέλεον*, ut notum est, significat *in cassum;* unde et nomen *μέλεος* est, vanum et supervacaneum sonans. si emendatione curandus hic locus esset, posset rescribi *μέλεον*, ut intelligeretur dogmata moveri frustra, incassum, intempestive. sed melius citra ullam in contextu mutationem intelligemus commemorari summarie et per inchoatas tantum sententias, quae tunc ore vulgi contra Veccum et ei adhaerentes iactabantur, haec nimirum, *moveri ab ipsis intempestive dogmata. vanos esse homines et inania miscentes iurgia*-etc. explerique incompleta oratio posset repetendo *τὸ ὅτι* superius positum, in hunc modum, *ὅτι κινοῦνται δόγματα, ὅτι μέλεοί εἰσι* etc. mox recitat verba ipsa reprehendentium Veccum et sequaces eius: *εἶτα ὑμῖν ἐφεῖτο* etc.

μεσάζων p. 352 v. 16. Chronicon Constantinopol. *μεσάζοντα* nomen dignitatis agnoscit, quam cum magni ducis, magni domestici et protostratoris et protovestiarii dignitatibus amplissimis comparat, et eam tunc tributam memorat cuidam Cantacuzeno, quae erat familia ex primariis. unde intelligimus magistratus id nomen fuisse in Constantinopolitana aula in primis splendidi, cui proportione similem apud suos Serbos hic memoratus Georgius gereret. sequestrum Latine dicere poteram: sed cum sit, ut dixi et Meursius observat, dignitatis propriae Graecorum nomen, usitatum ipsis vocabulum retinere satius est visum *).

Μεσοθινία καὶ Μεσοθινῖται p. 310 v. 8. Alizonas, P 401
sive ut Eustathius scribendum praecipit plerisque non obtemperantibus, Halizonos, memoratos Homero Herodoto Straboni Stephano et aliis, quamquam cum aliqua scripturae varietate, Scythiae Europaeae populos, communi Graeciae Byzantinae recentioris dialecto *Mesothinitas* dictos credendum scilicet Pachymeri est. ad intelligendam autem eius appellationis rationem affulgere

*) cf. Glossar. alter. v. *μεσιτεύοντες*.

www.libtool.com.cn
forte lux nobis a Plinio poterit, qui l. 5 c. 30 Halisernem (nisi error in scriptura est) eorum civitatem in ea ora collocat quam idem deinde c. 32 a Thynis universam docet habitatam; unde quod in media Thynia essent facile Mesothyni a Graecis dici potuerint. a qua etymologia si quis abhorreat ob discrepantem scripturam vocis, Thynia per y scripta, a Thinia Pachymeri memorata, quam ille ubique per i scribit, accipiat aliud veriloquium in Strabonis testimonio fundatum. is enim l. 13 in Troadis descriptione Allazonium oppidum Halizonum istorum, quos alii, ut indicavi, Allazonas vocant, collocat ad laevam Aesepi amnis: quia enim θὶν littus Graecis sonat, Halizones inter littora hinc fluminis Aesepi hinc Propontidis sitam regionem incolentes merito μεσοθινῖται dicti fuerint. nec omittenda ex occasione declaratio loci nostri auctoris c. 9 l. 1, cui quae hic diximus facem praeferunt. scribitur ibi sic: τότε δὴ καὶ τοῦ Παλαιολόγου εἰς κεφαλὴν τεταγμένου μεσοθινίας καὶ αὐτῶν ὀπτιμάτων ἐκείνου προστάξαντος, καὶ τὰ πολλὰ κατ' Ἰταλῶν πράττοντος etc. narratur illic Michaëlem Palaeologum tum cum maxime ac strenue exerceret praefecturam sibi creditam Romanarum copiarum contra Italos pugnantium, monitum a Coty quodam de consilio imperatoris excaecare ipsum parantis fugisse cum monitore in Persidem. sed quid sibi vult quod Palaeologus εἰς κεφαλὴν τεταγμένος dicitur μεσοθινίας καὶ αὐτῶν ὀπτιμάτων. traditam illi fuisse regendam Mesothiniam provinciam nulla usquam alibi est mentio. et provinciam hic sive regionem μεσοθινίας vocabulo indicari, vix ferat continue adiuncta mentio *optimatum*, et quidem cum pronomine *ipsorum*, καὶ αὐτῶν ὀπτιμάτων. quid hic dicemus? aliud sane, postquam multa disquisivi, non occurrit nisi μεσοθινίαν hic poni pro legione quadam aut parte Romanarum copiarum ex iis conflata militibus qui Mesothinitae vulgari lingua dicebantur. hoc videtur nos docere noster auctor, dum illo c. 27 l. 4 sic loquitur ex versione nostra, de Romanis agens copiis validissimis Ioannis despotae ductui permissis: *conflabatur hic exercitus ex differentibus corporibus et velut collegiis militum .... unum erat Paphlagonicum .... aliud cum et ipsum multitudine tum vi et arte praestans bellica, ex Halizonibus, quos Mesothinitas vulgare dicat idioma.* en quid Mesothinia haec fuerit cui tunc praepositus Michaël Palaeologus ab imperatore fuerat: non regio, sed legio μεσοθινία Pachymeri dicta, compendio militariter loquentibus tum forte usitato; quale adhiberi hodieque videre me memini in narrationibus praeliorum aut oppugnationum in nostra Gallia, ubi legiones, Navarica exempli causa vel Nortmannica, Navarre et Nortmannia dici non raro leguntur. iam satis cohaeret quod additur, καὶ αὐτῶν ὀπτιμάτων, in quo modus ipse loquendi gradationem indicat. ut aliquid amplius licet in eodem genere optimates isti fuisse intelligantur. nempe non solum imperator Mi-

chaëlem Palaeologum legioni Halisonum Mesothiniae vulgo nuncupatae εἰς κεφαλὴν ἔταξεν, *meit en teete*, ut Galli hodie loquuntur, hoc est, ducem praeposuit; sed etiam, quod honorificentius fuit, subesse eidem voluit cohortem ὀπτιμάτων dictam, de qua voce vide *nis*, lector, quae paulo inferius annotabimus. non omittam admonere apud Acropolitam c. 64 Hist. μεσοθυνίαν, de qua hic actum, cum *v* scribi. codices Pachym. cum *ι* μεσοθινίαν constanter scribunt. hos nos expressimus. sic et in Tocharorum et aliis quibusdam vocabulis Acropolita a nostro differt, nec nostri P 402
iudicii est definire uter erraverit. quare rem integram relinquimus: quod reperimus damus.

Μέπε p. 216 v. 15. ait Mepe Iberiae Davidi datam in uxorem filiam spuriam coniugis despotae Ioannis. ubi quid suspicemur aliud quam supremam in Iberia potestatem vocabulo isto designari, ut sicut cralis in Serbia, sultan in Perside tunc dicebatur, qui rebus illic praecrat, sic Iberorum Asiaticorum rector *Mepe* vocaretur. de quo tamen amplius pronuntio, quoad certius eius rei testimonium suppetat *).

μεταλήψις p. 361 v. 3. ait admisses ad omnem communionem sacrorum Latinos a Graecis iussu imperatoris, reconciliationem ecclesiarum procurantis, excepta μεταλήψει, quam non quaerebant. et tamen antea dixerat eos communicasse etiam ἐν μεταλήψει τοῦ θείου ἄρτου ὃν ἀντίδωρον λέγουσιν *in perceptione sacri panis quem antidorum dicunt*. qui paniis cum repraesentaret eucharistiam, videntur etiam Latini non recusaturi eam cum Graecis percipere. nimirum μετάληψις ex usu Graecorum proprie significat sumptionem vini consecrati, sive specierum sanguinis Christi, quam ideo in communione laica Latini *non quaerebant*, οὐκ ἔχρηζον, quod ea sibi sciebant interdictum ritu Occidentalis ecclesiae. docuit me hanc proprietatem vocis μετάληψις vir pereruditus et in primis sciens Graecorum Rituum Iacobus Goar O. P, qui notis ad Liturgiam S. Ioannis Chrysost. p. 150 Eucholog. refert Graecos in ipsa altaris concha depingere imaginem Christi domini pontificiis vestibus ornati, decussatis manibus panem consecratum dextra, calicem vero sinistra preferentis, inscripto ad dexteram et sacrum Christi corpus vocabulo μετάδοσις, ad laevam vero et calicem nostra hac voce μετάληψις. hinc habemus μεταλήψεως vocabulum aliquando proprie accommodari ad perceptionem sacri calicis. dixi *aliquando*, quia praeter id quod superius, ut modo admonebam, μετάληψις adiungitur τῷ θείῳ ἄρτῳ. etiam infra c. 36 l. 6 imperator moribundus dicitur τὴν ἁγίαν μετάληψιν δέχεσθαι. videtur autem indicare illic historicus voluisse, sumpsisse tunc illum eucharistiam quo modo solebant sumere morituri apud Graecos, hoc est sub utraque specie.

*) cf. Glossarium alterum.

nam aeque, opinor, ad utramque speciem pertinent memorata paulo prius *σύμβολα τοῦ δεσποτικοῦ θανάτου*. nisi forte quis suspicetur extremo languore conflictantibus dari solitam alteram tantum speciem, nempe liquidam, quam commodius transmitterent per fauces catarrho obsessas, et ideo *μεταλήψεως* solius, hoc est vini consecrati conversique in Christi sanguinem, factam hic mentionem, quod id solum tum Augustus perceperit. nam solitos iam olim Graecos fuisse aegrotis in eum vi morbi statum redactis ut aegre panis species glutirent, ne sine viatico abirent, speciem vini ministrare solam, docet Petrus Arcudius l. 3 de concordia ecclesiae Orientalis et Occidentalis etc. p. 335.

μετόχιον p. 270 v. 21. agit de domuncula cum sacello divi Nicolai ad mare sita, quam dicit fuisse *μετόχιον τῆς Ὀξείας metochium* Oxeae insulae Propontidis, ad quam deportari iussus expatriarcha Arsenius. in ea aedicula, quippe imminente in rectissimum illuc traiectum, aut forte etiam ad monasterii Oxeensis, cui addicebatur eo relegatus Arsenius, ius dominiumque pertinente, obiter is depositus est. l. 5 c. 2 nomen idem iterum a
P 403 nostro adhibetur in his verbis: *τὴν δὲ μονὴν ἐκείνην* (loquitur de monasterio quod fuerat Blemmidae) *τῇ τοῦ Γαλησίου μονῇ ὑποτεθῆναι εἰς μετόχιον*. indicat monasterium quod fuerat Blemmidae, contributum et subiectum monasterio Galesii. aliquae religiosae familiae habent extraordinarias domos, quaedam quae vocant *hospitia*, ubi diversentur illarum ministri aut religiosi, qui negotii causa in locis illis peregrinantur. videtur quid simile voce *μετόχιον* hic designari.

μηνολογεῖν p. 319 v. 9. hoc loco *μηνολογεῖν* significat mensem apponere diplomatibus aut chartis regiis; quod sibi uni Michaël Augustus reservatum voluit, nominatim excipiens ne id Andronicus filius, quem in imperii consortium admittebat, facere se vivo posset. unde idem noster in Andronico (quod aliud opus, deo dante, mox edemus) l. 1 c. 1 narrat eum post patris Michaëlis mortem primum in scripto iussu regio mensem apposuisse: *ἅρτι πρώτως μηνολογησάμενος πρόσταγμα*. quo eodem scripto ad patriarcham perlato ait illum, cum mors Michaëlis celaretur, Pachymeri sibi ipsi forte adstanti regiam illam chartam dedisse, *ἐρωτῶν εἰ αὐτὸς ἔχοι γνῶναι διαστοχασάμενος οὗ τινὸς ἂν εἴη τὸ μηνολόγημα, quaerens num qua ipse coniectura certo posset dignoscere cuius manu expressus mensis esset*. si enim Andronici esse constaret, certum foret argumentum obiisse Michaëlem. ne autem id facile discerneretur in causa erat, quod manus et forma literarum Andronici sic congruebat cum paterna, ut nonnisi aegre etiam a perito distingueretur: *ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ καὶ παρέικτο τοῖς τοῦ πατρὸς ὡς μὴ ῥᾳδίως διαγνῶναι ἔχειν καὶ τὸν εἰδήμονα*. Gregoras (l. 4 p. 52 ed. Basil. an. 1562) referens ornatum insignibus imperii a patre Andronicum addit: *ἐπέτρεψε δ' αὐτῷ ὁ πατὴρ*

www.libtool.com.cn

καὶ δι' ἐρυθρῶν ὑπογράφειν γραμμάτων προστάγματα, οὐ μέντοι μῆνα καὶ ἴνδικτον, ἀλλὰ Ἀνδρόνικος Χριστοῦ χάριτι βασιλεὺς Ῥωμαίων. *permisit vero ipsi pater edictis subscribere rubris literis, caeterum sine mense et indictione: sed Andronicus Christi gratia imperator Romanorum.* haec Gregoras; ex quibus intelliges quid sit quod Pachymeres scripsit ὑπογράφειν βασιλικῶς *subscribere regie:* est enim id ὑπογράφειν δι' ἐρυθρῶν *subscribere rubris literis.*

μνημονεύειν καὶ μνημόσυνον p. 874 v. 17. haec offerebantur a Graecis papae, si vellet abstinere a iuvandis Latinis Constantinopolim tunc occupantibus. verbo μνημονεύειν significatur distincta mentio papae in sacris Graecorum liturgiis publice ac nominatim facienda. ipsa porro talis commemoratio τὸ μνημόσυνον absolute antonomasia compendiaria dicitur in hac historia, ut superius diximus verbo ἔκκλητον. ab hac Romani pontificis inter sacra commemoratione cur tantopere Graeci abhorrerent, causam non esse sapienter ostendit imperator, his illos urgens verbis: τίνα δ' ἔχει ἀντικανονίαν ἡ ἐπ' ἐκκλησίας ἀναφορὰ τοῦ ὀνόματος (subaudi papae), ὅπου γε καὶ μὴ πάπας ὄντας τοὺς ἄλλους ἀνάγκη μετέχειν τοιάδε τῆς κοινωνίας, τοῖς ἐκκλησιάζουσιν συνισταμένους τοῦ ἱερέως. quasi diceret: quid tantum refugitis a nominando inter sacrum papa, cum ibi multos alios, minoris utique dignitatis, nominatim exprimi usu olim legitimo invaluerit? verissima haec sunt. nam in liturgia S. Ioannis Chrysostomi haec legimus p. 78 Euchologii: ἐνταῦθα ὁ ἱερεὺς μνημονεύει ὧν θέλει ζώντων καὶ τεθνεώτων. ὑπὲρ ζώντων λέγει. ὑπὲρ σωτηρίας, ἐπισκέψεως, ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ δούλου θεοῦ δεῖνος. *hic sacerdos meminit quorum vult vivorum et mortuorum. pro vivis dicit; pro salute protectione et remissione peccatorum servi dei N.* en ut nominatim mentio fit in sacro quorumvis ad arbitrium sacerdotis. p. deinde 79: ὁ δὲ ἱερεὺς ἐκφωνεῖ. ἐν πρώτοις μνήσθητι κύριε τοῦ πανιερωτάτου μητροπολίτου ἡμῶν τοῦ δεῖνος. *sacerdos vero exclamat: in primis memento,* P 404 *domine, sacratissimi metropolitae nostri N.* quilibet igitur episcopus a sacerdote in dioecesi eius celebrante nomine expresso memoratur. quinetiam, ut mox additur, idem honos habetur simplici sacerdoti et imperatoribus. sic enim adscribitur: καὶ ὁ διάκονος πρὸς τῇ θύρᾳ στὰς λέγει τοῦ δεῖνος πανιερωτάτου μητροπολίτου ἢ ἐπισκόπου, ὅστις ἂν ᾖ, καὶ ὑπὲρ τοῦ προσομίζοντος τὰ ἅγια δῶρα ταῦτα εὐλαβεστάτου ἱερέως τοῦ δεῖνος· ὑπὲρ σωτηρίας τῶν εὐσεβεστάτων καὶ θεοφυλάκτων βασιλέων ἡμῶν καὶ πάντων καὶ πασῶν. ὁ χορός· καὶ πάντων καὶ πασῶν. *et diaconus ad ianuam stans dicit: .... et pro offerente sacra munera haec devotissimo sacerdote N. pro salute piissimorum et a deo custoditorum imperatorum nostrorum, et cunctorum et cunctarum. chorus repetit, et cunctorum et cunctarum.* quia enim impera-

www.libtool.com.cn

torum vocabulo Augustus et Augusta cum liberis eorum significabantur, addebatur ista utriusque sexus expressio.

μνία p. 293 v. 10. non solum alga et muscus, sed quidquid innatans aquis soliditatem aspectu mentitur quandam, *μνίον* vocabulo designatur, quantum ex collatis Hesychii Suidae Oppiani Nicandri et aliorum locis datur intelligi.

Μόρεον p. 180 v. 19. quae olim Peloponnesus dicebatur, eam hodie Graeci vulgo *Moream* vocant. videtur autem Pachymeris aetate τὸ *Μόρεον* dicta; unde et hanc vocem supplevimus in lacuna capitis 9 eiusdem lib. 3. ad quem locum vide notas. alicubi tamen Pachymeres *Μορέαν* scribit: sed constantius in neutro id vocabulum usurpat.

Μόσυνες p. 311 v. 12. scio alios scriptores Mosynos, non Mosynas hos populos vocare: tamen cum *Μόσυνοι* non possit esse a recto *Μόσυνος* sed a *Μόσυνες*, plus sapere quam meus auctor nolui.

Μουγούλιοι p. 344 v. 15. videtur dicere eos quos Byzantini Tocharos vocarent, ipsorum Tocharorum usu et lingua Mugulios dici consuevisse.

μυριοστύς p. 470 v. 6. hoc vocabulum *μυριοστύας* sic scribitur in duobus mss, Vaticano omittente. flectitur videlicet a recto *μυριοστύς*. quo non dubito, etsi alibi exemplum non reperi, quin Pachymeres *μυριάδα* significet, sicut c. 38 l. 6 *ἑκατοστύα* centuriam appellat, sic scribens: *ἐς ὅτι πλεῖστον συγκαῖς ἑκατοστύσι διειλήπτο*. et eius aequalis scriptor Georgius Acropolita *χιλιοστύα* chiliadem nominat in his verbis p. 4 ed. Reg.: *οἱ δὲ αὐτόμολοι πρὸς τοὺς πολεμίους χωροῦσι χιλιοστύες πολλαί*. ubi recte doctissimus interpres Leo Allatius *χιλιοστύας πολλάς* reddit: *multa millia*.

νοσιά p. 515 v. 15. vocabulum *νοσιάν* sic clare scribitur in codd. Barber. et Vatic. Allatianus autem videtur legere *νοσιάς*: sed ex caeteris quoque vestigiis titubantis illic calami satis appareret errorem esse, ac omnino rescribendum ubique *νοσιάν*. videtur autem *νοσιά* positum a Pachymere *συγκοπικῶς* pro *νοσσία*,
P 405 quae vox significat *nidum cum pullis implumibus*. perstringitur enim proverbiali similitudine confidentia Latinorum, qui Romaniam, hoc est imperatoris Constantinopolitani ditionem universam, tam facile se comprehensuros sperarent quam ludibunde a forte incurrente tollitur avicularum recens ovis exclusarum tota cum ipso nido familia.

οἰκειόχειρος p. 497 v. 2. de Muzalone malis inflexo ad obsequendum imperatori. quae sint istae *οἰκειόχειροι ἀσφάλειαι* divinandum: nam illud *οἰκειόχειρον* alibi non reperi. licet opinari voluisse significare auctorem, non solum spopondisse Muzalonem obedientiam in posterum, sed ea prompti obsequii documenta in praesens exhibuisse, quae fidem abunde facerent

www.libtool.com.cn

sponsioni et imperatori metum omnem adimerent, ne promissis ille postmodum non staret. sint ergo *οἰκειόχειροι ἀσφάλειαι* cautiones et securitates quasi dato pignore ex propriis in antecessum repraesentatis spondentis officiis acceptae.

ὀξεῖα p. 886 v. 3. duo hic sunt adiectiva feminina sine suis substantivis, supplendis videlicet a lectore, ut fit cum frigida simpliciter ponitur pro aqua frigida. voci *χρυσόπαστος* videtur ex auctoris mente subiungenda *ἐσθής* aut *ξυστίς* ex Eubulo comico, cuius Pollux initio libri sexti haec refert verba: *ταῖς ξυστίσι ταῖς χρυσοπάστοις στρώννυνται.* verbum *στρώννυνται ἐνδύῃ* convenit, quae stragulum aut instratum supremum erat aerae maximae, ut suo loco declaramus. vocabulo *ὀξεῖα* equidem *βαφήν* adaptaverim ex Eustathii loco mox describendo verbo *ὀξύλευκος:* ex quo intelligitur *ὀξεῖαν βαφήν* roseam esse tincturam.

ὀξύλευκα p. 322 v. 1. verti *e roseo candentia insignia*, doctus ab Eustathio ad Od. *κ*, ubi cum ex Chaeremone retulisset *ὅτι κοινῶς μὲν τὰ ἄνθη ἔαρος τέκνα ἐκάλεσαν, ἰδίως δὲ τὰ ῥόδα ὀξυφεγγῆ καὶ ἔαρος τιθηνήματα*, sic continuo admonet: *ἔνθα ὅρα τὸ ὀξυφεγγῆ χρήσιμον ὂν εἰς τὸ νοῆσαι τοὔνομα τῆς ὀξείας βαφῆς. ubi observa vocem ὀξυφεγγῆ utilem ad intelligendum quaenam vere sit tinctura quam ὀξεῖαν nominant.* quibus verbis satis indicat *ὀξεῖαν βαφήν* trahere aliquid e colore vigentis rosae, aut potius eundem ipsum esse. itaque iure, opinor, meo *ὀξύλευκον* sum interpretatus *e roseo candens.* neque tale fuisse imperii gradu inferiori a despota participati insigne novum est, cum et rubeus et candidus, ex quibus *ὀξύλευκος* mixtus est, ambo regiae potestatis characterem usu antiquo praeferant. utique cum purpura in veste regia, candor in diademate commendaretur. sed et habemus Pachymeris ipsius testimonium hoc confirmans l. 6 c. 84, ubi cum retulisset decrevisse imperatorem ornare Ioannem principem Lazorum, postquam ei filiam Eudociam despondisset, insignibus quae tribuerentur despotis usu aulae Constantinopolitanae, mox illa ipsa insignia despotae vocat *τὰ ἐκ πορφύρας δίχροα*, *bicoloria ex purpura*, hoc est, ut hic loquitur, *ὀξύλευκα*, *ex candido et roseo mixta.*

ὀπτιμᾶτοι p. 24 v. 16. docuit nos pridem eruditissimus Rigaltius in Glossario, quod ipse didicerat ab auctoribus idoneis ibi laudatis, *ὀπτιμάτους* vocem esse castrensem, certum genus aut ordinem militum signantem. unde tanto magis confirmantur quae de vocabulo *μεσοθυνία* legionem aut cohortem sic nominatam indicante supra suo loco diximus. omnino illo Pachymeris P 406
loco Michaëlis Palaeologi militaris Italico navata bello indicatur opera. unde illa verba *τὰ πολλὰ κατ' Ἰταλῶν πράττοντος* de industria sic verti, ut de bellicis eius quo de agitur facinoribus sermonem hic esse lector intelligat. quaenam vero et ex quo

www.libtool.com.cn

genere hominum cohors haec legiove optimatum dicta in Romano tunc esset exercitu, difficile divinatu sit in scriptorum eius temporis ea de re silentio. fieri potuit ut nobiles voluntarii et suo sumptu militantes sic appellarentur, qui optimatum vocabulum domo afferrent indicium natalium patriciorum aut census domestici. forte etiam qui militarem fortitudinem experimentis illustribus probassent, in certam honoris gratia segregati legionem hoc designabantur nomine; quomodo auctor est Olympiodorus in Excerptis Photianis *τῶν Ῥοδογαΐσου Γότθων τοὺς κεφαλώτας*, capita ipsa et praestantissimos quosque Gotthici exercitus quem ductabat Rodogaisus, optimatos sive optimates fuisse vocatos. habemus etiam ex Mauritio l. 2 strateg. c. 3 unumquemque optimatum militem sibi obsequentem secum duxisse, qui *ἅρματος armatus* dicebatur. quod ipsum argumentum est excellentioris supra vulgus militum dignitatis *ὀπτιμάτων*, ad quam respicit vox *αὐτῶν* hic a Pachymere posita, indicans superiorem honoris et dignationis gradum in praefectura optimatum supra praefecturam Mesothiniae fuisse.

οὐδέσι p. 222 v. 2. videtur hic nove usurpatum adiective vocabulum *οὐδέσι* in dat. plurali ab *οὐδείς* ad significandum viles homunculos de faece plebis ac nihili. nam *τοῖς οὐδέσι* statim opponit *μεγάλους*, sic subiungens: *μεγάλων ἐπὶ τούτοις τεταγμένων τὸ πρότερον*. l. 3 c. 18 Iosephus Galesii Germanum patriarcham alloquens ait: *καί σου ὀλιγωροῦσιν ὡς μηδενός*. hic quoque positive, ut sic loquar, usurpatur *τὸ μηδείς*: nempe non verus sed intrusus et suppositicius patriarcha Germanus habebatur. hoc exprimit noster verbo *nullus μηδείς*.

παπίας p. 350 v. 9. de magno papia sic Codinus c. 6 n. 34: *ὁ μέγας παππίας* (sic enim scribit, cum noster π simplex ponat) *εἶχε μὲν πάλαι ὑπηρεσίαν ἀνεπίγνωστον, νῦν δὲ οὐδεμίαν. magnus pappias habuit olim ministerium incognitum, nunc autem nullum.* tamen Pontanus noster ad Cantacuzenum docet ex Zonara magnum pappiam dictum iudicem illum summum ad quem commentarienses de personis reorum et numero, de qualitate delictorum, de clausorum ordinibus referre debebant.

παρακοιμώμενος p. 206 v. 2. *ὃν παρακοιμώμενος ὁ κρατῶν εἶχε*, et paulo post *καὶ τὸν παρακοιμώμενον Μακρηνόν*. apparet ex his officii aulici id vocabulum esse; unde et mox eo sine proprio nomine vir idem designatur, dum additur *ἦν δ' εὐδοκιμῶν ὁ παρακοιμώμενος*. erat nempe hic, ut loquitur Codinus, cubiculariorum et epheborum imperatoris caput: *ὁ παρακοιμώμενος τοῦ κοιτῶνος εὑρίσκεται κεφαλὴ τῶν ἐν τῷ κοιτῶνι παιδοπούλων καὶ τῶν κοιτωναρίων*. quocirca equidem praefectum cubiculi Latine dixi, licet viderem Wolfium in excerptis Gregorae subiunctis cubicularium interpretari. sed veram eius vocis notionem magis videtur Pontanus assecutus initio sui Cantacuseni,

www.libtool.com.cn

ex cuius sententia interpretor, ut dixi, *παρακοιμώμενον* hoc loco cubiculi praefectum, nempe imperatorii, sive ut interdum dicitur, sacri cubiculi. quia vero huius erat officium excubare noctu imperatori aut excubiis praeesse, *παρακοιμώμενος* vocatur plus significante vocabulo quam sonet, haud ad interpretationem suffecturo excubitoris nomine, quod aeque cuivis cohortis vigilum gregario conveniret. Pachymeres l. 6 c. 12: *ἐξ αὐτῆς πέμ-* P 407
πει τὸν τοῦ κοιτῶνος παρακοιμώμενον τὸν βασιλικὸν Βασίλειον. en ut singulari nomine effertur hoc nomen personam indicans praestantem, maiorisque dignitatis quam quantam capiat excubitoris simplex mentio. videtur officium simile eius quod in aula Romana hodie vocant *maestro di camera*, et in Gallica *premier gentilhomme de la chambre.* sed et *παρακοιμώμενον* generale interdum vocabulum esse, omnes indicans qui ex officio in cubiculo imperatorio stationem ordinariam habebant, intelligitur ex iis quae annotamus ad vocem *σφενδόνη*.

παραπληκτίζειν p. 372 v. 3. ex abunde perspecta notione vocabulorum *παραπλήξ* et *παράπληκτος* licuit significatum divinare verbi *παραπληκτίζειν* lexicographis vulgaribus indicti et tamen a Sancto Gregorio Nazianzeno usurpati, cuius locum Ioannes Parastron, qui hic loquens inducitur, tacito auctoris nomine recitat. sanctus enim ille doctor Oratione de Spiritu Sancto ante medium, cum hanc proposuisset interrogationem haeretici pneumatomachi *τίς οὖν ἡ ἐκπόρευσις; quae igitur est processio?* respondet: *εἰπὲ σὺ τὴν ἀγεννησίαν τοῦ πατρός, κἀγὼ τὴν γέννησιν τοῦ υἱοῦ φυσιολογήσω καὶ τὴν ἐκπόρευσιν τοῦ πνεύματος. edisere tu mihi ingenerabilitatem patris, et ego generationem filii enarrabo et processionem spiritus.* tum subdit: *καὶ παραπληκτίσομεν ἄμφω εἰς θεοῦ μυστήρια παρακύπτοντες. et insaniemus ambo in dei mysteria immittentes oculos.* ita scribitur hic locus in editione mere Graeca Basileensi anni 1550 p. 221 v. 4, longe melius quam in Parisiensi Graeco-latina, ubi *παραπληκτήσομεν* legitur quasi ex *παραπληκτέω*, quod rectum non est.

παροχεύς p. 153 v. 2. *τὸν μέντοι γε πρύτανιν τούτων καὶ παροχέα ὡς δυνατὸν ἐμεγάλυνεν.* ita codd. B et A. Vaticanus pro his habet *καὶ τὸν γραμματοκομισθῆν ἐμεγάλυνε.* praeterquam error est in scriptura *θ* intruso in locum *τ* in voce *γραμματοκομισθήν*, etiam videtur, ut non raro solet hic interpolator potius quam descriptor Pachymeris, aberrasse a mente auctoris: qui cum dicit *πρύτανιν τούτων καὶ παροχέα μεγαλυνθῆναι*, auctorem et praebitorem horum magnificatum fuisse ab imperatore, non vult significare ipsum praemio affecisse tabellarios, qui laetum nuntium attulerant (de mercede quippe istis liberaliter persoluta dixerat antea: *καὶ ἀντεδίδου μὲν τῶν λόγων τὰ μείζω*), sed vel agit de Caesare, qui rem tantam feliciter fortiterque peregerat, cui propterea se debere profiteretur imperator successum

www.libtool.com.cn

istum, et eius virtutem ac meritum eo nomine celebraret: vel per voces *πρύτανιν καὶ παροχία* deum indicavit bonorum omnium fontem, cui peculiariter acceptam referens tam insignem felicitatem eum magnificaverit. hoc confirmari potest ex iis quae mox subdit: *συνεκάλει πάντας εἰς εὐχαριστίαν τοῦ κρείττονος*, *provocabat cunctos ad gratias numini agendas.* et huius gratulationis occasione habita concio, quae capite sequenti recitatur, multa habet in hanc sententiam. quod hic peculiariter notandum venit, est vox *παροχεύς* posita, ut videtur, pro *πάροχος praebitor, largitor.* cuius formae exemplum haud passim reperias. legitur tamen et inferius l. 6 c. 23, ubi recitato D. Damasceni loco patrem aeternum *προβολέα τοῦ ἐκφαντορικοῦ πνεύματος* *prolatorem* sive *emissorem enuntiatorii Spiritus* vocantis, ait quosdam ut falso affictum Damasceno hoc dictum reiecisse, quosdam autem id legitimum eius sancti doctoris testimonium agnoscentes in eo vocabulum *προβολεύς* in *παροχεύς* mutasse.

P 408 *Πηλεύς* *) p. 450 v. 10. Peleum hic memorari patrem Achillis et in exemplum castimoniae propeni apparet, ut statim post Aristidem in specimen abstinentiae a furto alienissimae. non tamen occurrit adhuc mihi testimonium antiqui scriptoris istam eximiam pudicitiae laudem Peleo asserentis, cuiusmodi quodpiam obversatum animo scribentis haec Pachymeris suspicor. neque enim videlicet omnia quae ille legit in nostras venere manus; ac fortasse ne nunc quidem supersunt. quam multa enim vetustatis Graecae monumenta quingentis his fere annis, quot a Pachymeris aetate ad hanc nostram intercedunt, perire funditus contigit, aut certe hactenus *ἀνέκδοτα* servari. sed nec cuncta edita vidimus. animadverto tamen Homerum crebra quam infert mentione Pelei frugalitatis ei virtutisque laudem fere tribuere videri; quarum videlicet merito ab Actore Pthiae regnante, ad quem ex Aegina confugerat, propriis filiis praelatus generque ac regni successor electus fuerit, ut Eustathius refert ad Iliad. *β* p. 321 ed. Rom. ad quam forte historiam alluserint fabulae quae praelatum diis ipsis iudicio principis deorum in felicitate nuptiarum, concessa ipsi in sponsam Thetide quam Iupiter ipse pro se ambire potuisset, celebrant Peleum: cuius generis illa sunt Catulli:

teque adeo, eximie taedis felicibus aucte,
Thessaliae columen, Peleu, cui Iupiter ipse,
ipse suos divum genitor concesserit amores.

nec forte a genio Pachymeris multum aberraret qui suspicaretur ita meminisse illum Pelei herois inculpati, ut alluserit ad etymon nominis eius *ἐκ τοῦ πηλοῦ*, quod *lutum* significat, formati, velut innuens non magis affinem fuisse Veccum, spectatae sanctimoniae hominem, suspicionibus impudicitiae, quam si fictum ex

*) cf. Glossarium alterum.

www.libtool.com.cn

creta et luto corpus, non autem ex carne concretum habuisset. invenio allusionis non usquequaque absimilis exemplum apud Eustathium (ad Iliad. ι p. 772 ed. Rom.) explicantem dictum facetum in cauponem qui vaenale vinum turbare faecium admixtione solitus audivit a quodam: *μὴ πολει τὸν Οἰνέα Πηλέα, ne faciae Oeneum Peleum.* quod ut *εὐτραπέλως ealee* dictum ibi auctor laudat, sic enarrans: *μὴ τρυγίαν κυκῶν, καὶ τῷ κρητῆρι παραμιγνύς, μετάβαλλε τὸν οἶνον ὡς εἰς πηλόν, ᾧ δοκεῖ παρωνομάσθαι παιγνηρόνως ὁ Πηλεύς. ne faeces diluens et crateri admiscens muta vinum velut in lutum: ludicra enim paronomasia videtur verbo Peleus lutum indicasse.* haec qui non probarit, condoleat infeliciter conantibus, et meliora, si habet, suggerat grate accepturis.

πλατεῖαι ἐκπωμάτων p. 453 v. 12. quaerebam hic quid essent *ἐκπωμάτων πλατεῖαι*, quas ex aere fuisse mox indicat noster de iisdem iterum agens his verbis: *χαλκᾶς ἐκείνας πλατείας ὑποδοχάς.* solus Vaticanus *χαλκᾶς κίναπας* appellat, sed huic fides apud me quidem dudum est ex quo decoxit. certe *κίναξ* nimis generale vocabulum est; neque in tabulis aut laminis aereis commode id *frumentum coctum*, sive iam molitum, mola videlicet farris tosti, ut antiqui loquebantur, sive granis integris naturali forma, commode gestari potuit. ne multis: mihi attente consideranti hunc locum veniebat in mentem *ἐκπωμάτων πλατείας* et *πλατείας ὑποδοχάς* dici hic a Pachymere vasa mensaria quae *sottocoppe* Italis hodie dicuntur; quorum est usus in scyphis porrigendis. habent ea superne latitudinem capacem scyphorum simul multorum (unde *πλατεῖαι ἐκπωμάτων* recte vocentur), labro per circuitum ad aliquam latitudinem resupinato coronatam, innitentem pedi supposito rotundo, qui et manubrii usum praestat ministranti pincernae. eius formae lances, aut si dicere liceat, capedines, argenteae fere hodie visuntur in proce- P 409
rum conviviis: tenuiores fictilibus utuntur. aetate Pachymeris nondum Peruanis ditata metallis aereae increbuerant: sed materiae vilitas encausto picturae variae fructus autumnales assimulantis tegebatur, ut docet hoc loco noster. negari non potest quin percommoda fuerit istiusmodi vasis forma ad istas *eulogiae frumenti cocti* tum decore admovendas aris, tum inde post sacerdotis benedictionem deportandas in domos tuto, latitudine, ex qua *πλατεῖαι* dicuntur, paulisper concava, et capacis rotunditatis, facile admittente materiam talem, et a lapsu prohibente beneficio editi circum marginis, illius nempe de qua dixi, modice reductae et alte per circuitum extantis loriculae. voces quoque tum *ἐκπωμάτων* tum *ὑποδοχή* aptissime in nostram sententiam accidunt. indicant enim usum istius vasis eo facti ut pocula, *ἐκπώματα*, imposita exciperet, sic offerenda convivis manu pocillatoris. porro *πλατεῖαι* videntur substantive dici. nisi quis

www.libtool.com.cn

malit, cum sola haec vox ponitur, subaudiendam et tacite supplendam illam alteram ὑποδοχαί.

πνευματικός καὶ πνευματίζων p. 256 v. 4. Iosephum monasterio Galesii praepositum vocat Pachymeres ἄνδρα πνευματικὸν καὶ εἰς πατέρα τεταγμένον τῷ βασιλεῖ. primo aspectu vox πνευματικός hoc loco videtur idem sonare cum eo quod l. 5 c. 19 memoratur πνεύματι ζῶν *spiritu vivens*, quod ibi dicitur de monachis sanctimoniae opinione venerandis, sumpta ex Paulo apostolo formula loquendi, qualea imperator pro se adhibuit μεσίτας πνεύματι ζῶντας καὶ συνήθεις τῷ πατριάρχῃ. tamen si quis introspiciat, aliud in ea latere deprehendet haud negligendae notionis. argumento sit quod paulo post eodem capite scribitur, famam emanasse, interdictum Iosepho huic ab Arsenio patriarcha fuisse ne fungeretur officio πνευματικοῦ. Graeca sic habent: εἰς καὶ ἐπιτιμήσειν ἐφ' ᾧ μηδὲ πνευματικὸς ἀναδέχοιτο. nimirum πνευματικός est Graecis Christianis idem quod Latinis ecclesiasticis *confessarius*, ut etiam recte dudum Meursius observavit. itaque suspicor τὸ καί abundare, ut saepe alibi apud nostrum, sic in loco descripto; et cum πνευματικὸς καὶ εἰς πατέρα τεταγμένος τῷ βασιλεῖ Iosephus dicitur, nihil aliud indicari nisi eum patrem spiritualem, hoc est confessarium imperatori fuisse. ex qua observatione lux affulget posterioribus a me descriptis Pachymeris verbis. horum enim hinc patet esse sententiam, iratum imperatori patriarcham vetuisse ne Iosephus deinceps etiam privatas eius confessiones exciperet (ἀναδέχοιτο, de quo verbo quae suo loco notamus, huc confer) aut ipsum *in foro*, ut loquuntur, *conscientiae absolveret*, hactenus siquidem post anathema imperatori publice dictum, in quibusdam quae antiquus usus vetabat excommunicatis permitti, connivendum putaverat patriarcha, ut Pachymeres superius admonuit. de hoc genere videtur et hoc fuisse, nimirum tolerare ut privatim confiteretur et in foro conscientiae absolveretur. id quod nunc tandem offensus instantis Iosephi prohibuerit; et videlicet iurisdictionem abstulerit necessariam ad absolutionem valide impertiendam. unde cum nihilo secius postea Iosephus perrexisset dare, ut prius, operam confitenti Augusto, et illum videlicet de more absolvisset, ansam Iosephi criminandi Arseniani ab eo iam patriarcha schismate discissi sumpserunt, quasi attentasset rem nefariam ferendo sententiam absolutionis sacramentalis sine potestate iurisdictionis, quo modo lata talis sententia sine dubio irrita est, unde id attentasse in sacramento nihil minus sit quam sacrilegium. est autem et id extra dubium, emanare ab episcopis ordine hierarchico iurisdictionem istam. quare si eam rite patriarcha revocasset, certum erat non potuisse deinde imperatorem a Iosepho audiri aut absolvi sacramentaliter. ad id porro quid Iosephus responderet, commemorat Pachymeres, quamvis subobscure in codd. B et A. sed in

www.libtool.com.cn

Vaticano clarius, negatum nempe ab ipso factum: pertendisse, inquam, haud eo devenisse Arsenium patriarcham ut sibi iurisdictionem adimeret et omnino interdiceret absolutione imperatoris. P 410 verba haec sunt historici sub finem huius capitis: κἂν μὴ γεγονὸς ἐφημίσθη, ὡς καὶ ὁ Ἰωσὴφ πατριαρχεύσας ὕστερον, ἀπολογούμενος ὑπὲρ τοῦτο, διισχυρίζετο. sic in codd. duobus. at Vaticanus sic habet: ὅμως ὁ Ἰωσὴφ πατριαρχεύσας ὕστερον διισχυρίζετο ψεῦδος εἶναι τὸν λόγον (melius diceret τὸ λεγόμενον) ὑπὸ πολλοῖς. *Ioseph postmodum patriarchatum gerens pertendebat falsum esse quod a multis iactabatur.* nempe ut paulo superius dixerat, ὡς χωρὶς τῆς τοῦ πατριάρχου βουλῆς ἀντιποιήσοιτο (Iosephus) τῆς βασιλέως ἀναδοχῆς, sine nutu et assensu patriarchae Iosephus ingesserit se ad audiendam sacramentaliter confessionem imperatoris. φέρεται δέ, subiungit statim, καὶ λόγος παρὰ πολλοῖς, ὡς καὶ ἐπιτιμήσειεν ὁ πατριάρχης ἐκεῖνον (Iosephum) ὥστε μὴ εἶναι τοῦ βασιλέως πνευματικόν. *fertur scilicet sermone multorum patriarcham interdixisse Iosepho ne esset confessarius imperatoris.* ita clarius, ut dixi, Vaticanus paraphrastes; a quo germanam auctoris sententiam hic expressam confirmat Pachymeres ipse, prout eius contextus ab optimis codicibus exhibetur, infra l. 4 c. 28 sic de Iosepho dicens: ὃν ἀφωρίσθαι ἔλεγον ἐπὶ τῷ μὴ τὸν βασιλέα εἰς πνευματικὴν υἱότητα δέχεσθαι. quae ibi sic verti: *quod illum aiebant in excommunicationem incurrisse, sub cuius interminatione vetitum ei olim a patriarcha fuisset habere deinceps imperatorem loco spiritualis filii et illius confessiones, ut antea consueverat, in posterum accipere.* non poterit autem me quisquam, opinor, reprehendere, quod πνευματικόν confessarium interpreter, quin prius arguat vulgatum Florentinae oecumenicae synodi interpretem, qui p. 17 tomi 32 ed. Conc. Reg. illa verba τιμιώτατος πνευματικὸς κύριος Γρηγόριος sic Latine reddit: *honorabilis a confessionibus domnus Gregorius.* erat scilicet confessarius imperatoris Graecorum, qui concilio Florentino interfuit. ut omittam alia eiusdem notionis verbo πνευματικός subiectae testimonia a Meursio, ut dixi, recitata; quae si quis omnia consideraverit, nae is haud poterit iudicare addidisse me quidquam sensis auctoris mei, dum ab eo memoratam πνευματικὴν υἱότητα ad ministrationem privatam sacramenti poenitentiae et exceptionis secretarum confessionum retuli.

ποιότης p. 862 v. 3. παρ' ὃ καὶ ἡ προσηγορία τῆς ποιότητος εἴληπται. hoc est si ad verbum reddas: *iuxta quod et appellatio qualitatis sumpta est.* quid autem istud est relativo *quod* indicatum? nempe, ut apparet ex praecedentibus, obliquum adaptari et exaequari debere ad rectum, non e converso rectum ad obliquum. confido vel ex hoc loco, cui multi alii simili ἀσυστασίᾳ et insuspicabili cohaesione tenebrosi per hanc historiam occurrunt, assensurum mihi lectorem prudentem si dixe-

www.libtool.com.cn

ro Oedipum, non Davum esse oportere interpretem Pachymeris, scriptoris, si quisquam ullus, antiquarii, cuique meliori iure quam illi in quem Latinus epigrammatarius hoc versu lusit; exprobraveris:

non lectore tuis opus est, sed Apolline libris.

sed *παρέργων ἢ προοιμίων ἄλις*. opus vocat ipsum; et attentus consessus dici a me causam expectat cur in *ποιότητος* vocabulo non, ut vulgo consuevit, *qualitatem* sed *regulam* intellexerim. vereor enim ut apud plerosque satis sit allegare, quod verissime possum, manifestum ex inspectione praecedentium verborum, loci sententiam id flagitasse. non enim deerunt qui exigant etiam aberrationes et deliria scriptorum ab interpretibus exprimi; atque adeo in isto genere quam superstitiosissime ineptire fidem vocent. aio igitur opinatum esse me, vidisse aliquid uspiam Pachymerem quo motus ad existimandum sit, *ποιότητα* regulam interdum significare, istamque, ut solet, quamvis raram, notionem oblata qualicumque occasione usurpare affectasse. non est inverisimile homini obsoletorum verborum aucupi talium collectorem et enarratorem diligentem familiarem Hesychium fuisse; cuius vocabularii haud paulo correctiora Constantinopoli ante hos quadrin-
P 411 gentos annos, hoc est aetate Pachymeris, exemplaria fuisse quam illud ex quo Aldus Manutius editionem expressit suam, nemo prudens dubitaverit. suspicor itaque Pachymerem in verbo *ποιότης* apud Hesychium longe aliud legisse quam hoc ibi hodie apparens nullius pretii: *ποιότης χρῶμα ἡδονὴ νότος*. quid quaeso *νότος*, quid *ἡδονή* ad *ποιότητα*? quid illud ipsum *χρῶμα*? quam inopinatum et, ut libere dicam, *ἀπροσδιόνυσον*? ac pro illis quidem *ἡδονὴ νότος* reponendum putarim, ex iis quae ad verbum *γονικεύειν* annotavi, *ἢ γόνος, μίτος*. quod nunc attinet, *γρώμα* pro *χρῶμα* in Hesychio Pachymeriano suspicor scriptum apparuisse. *groma* vox est ex qua qui agrorum metiendorum rationem tradidere, in unum collecti corpus, gromatici scriptores, nomen invenerunt. est enim id instrumenti vocabulum ista in arte praecipui, quo ad dirigendas limitum lineas in terrarum partitione aut dimensione utebantur. *groma* sive *gruma*, ut vulgo explicant, *mensura quaedam est qua flexae viae ad lineam diriguntur*, aut, ut Nonius habet, *loca media in quae directae quatuor congregantur viae*, quod nimirum in illo centro campi dimetiendi agrimensores grumas suas intenderent, et iis adiuti vel lineas ipsi primi rectas designarent vel curvitatem prius descriptarum deprehensam corrigerent. istorum hanc actionem expressit Ennius cum *grumam dirigere* scripsit. in Glossariis veteribus ab Henrico Stephano et Bonaventura Vulcanio editis legitur *gruma γνώμων*. unde verbum *grumat*, quod ibi explicatur per illa Graeca *μετρεῖ ἐξισοῖ*. paulo post ibi ponitur *grumari κατασκέψαι Δωρῶται*. pro quo Vulcanius legi iubet *grumari*

www.libtool.com.cn
διορθῶσαι, uti et pro eo quod ibidem mox cernitur *gruma βασιλικὴ γνώμη* reponendum contendit *gruma διόπτρα τεκτονική*. videtur vocabulum istud antiquum *gruma* a priscis Latinis ex Graeco *γράμμα* formatum. est autem *γράμμα*, ut aliae glossae Graeco-Latinae veteres docent, *ὁ σταθμός scripulum*. scrupulum autem sive scripulum, ut ex Varrone et Columella libris de re rustica viri docti colligunt, mensura est adhiberi solita metiendis agris, nempe *gruma* sive *groma*, quae erat instrumentum cuius ope dirigebatur oculus ad lineas ducendas exacte rectas, promiscui usus architectis et agrimensoribus, unde *διόπτρα τεκτονική* dicta, ut vidimus. ex his liquet *groma* sive *gruma* idem esse quod *γνώμων*, *σταθμός*, *διόπτρα τεκτονική*, scripulum sive scrupulum, quae omnia vocabulis Latinis *amussis*, *normae*, *regulae* respondent, et instrumenta significant, quibus visus humanus ad diiudicationem recti a curvo aut ad exaequationem obliqui ad exacte directum utitur; ad quod cum esset usus opportunus funiculorum, etiam *γόνος*, *μίτος* hoc instrumentum dici potuit; quae verba Hesychio funem sonant agrimensorium. porro cum Hesychius, qui tam multa nobis ignota monumenta vetera viderat, alicubi forte reperisset hoc instrumentum, *γρώμαν* sive *γράμμαν* dictum, *ποιότην* aut *ποιότητα* vocari, et hoc inter notiones abstrusas vocabulorum, quales innumeras opere illo suo complectitur, exprimendum putasset, fieri facile potuit ut ex eo Pachymeres, captator cupidus verborum inusitati significatus, *ποιότητος* vocabulum hoc loco pro regula posuerit. hactenus scripta cum ostenderem Illustrissimo D. abbati Octavio Falconerio, ipsius ea limatissimo iudicio subiiciens, suggessit ille videri posse antiquum Etruscum vocabulum *Piota*, e Graeco *ποιότης* expositae hic notionis ortum, promiscuo tunc usu gentium ambarum, et Latinis sive Italis permultis Constantinopoli et in multis aliis Orientalis imperii insulis et locis peregrinantibus aut degentibus, et vicissim non paucis Graecis Pisas atque Etruriam visentibus, varia commerciorum vice. constat sane apud Dantem Alighierium, antiquum et maximi nominis poëtam Thuscum, vocem *Piota* pro pede usurpari. vide eius Infernum sub finem cantus 19. vocabuli autem *pes* et sequivalentium in cunctis linguis usus est frequentissimus ad significandam mensuram sive instrumentum metiendi. unde ille tritus Horatii versus

metiri se quemque suo modulo ac pede verum est.

eiusdem generis et nominis erant instrumenta plures simul pedes dimetientia, quae pro ratione numeri, retento pedis nomine, P 412
distinguebantur. ex his erat decempeda dimetiendis usitata porticibus ex Horatio eodem:

nulla decempedis
metata privatis opacam
porticus excipiebat Arcton.

www.libtool.com.cn

nam ut supra vidimus, architectis et agrimensoribus communia erant huiusmodi instrumenta mensurarum. quia porro plerumque fit ut mensurae nomen rei mensuratae tribuatur, et dicatur exempli gratia *pes terrae*, *palmus* sive *ulna panni* etc., ita videmus Italicum vocabulum *piota* terrae interdum tribui, forte ex dimensione agrimensoria cuius instrumentum *piota* vocaretur. *piota*, aiunt auctores accuratissimi Lexici Etrusci, *diciamo la zolla di terra che abbia seco l'erba*. ad quod citant *Pietro Vettori Trattato* VI, in haec verba: *non vengono à star molto fuor della terra per cavarsi del semenzaio con essa, cioe in una* piota etc. *piota* ergo Italice idem quod pes, unde et instrumentum agris metiendis dictum sic fuerit, et vox ποιότης Graecis aevi sequioris eadem notione usurpata, istum usum Hesychio notante et Pachymere exscribente, prout hactenus diximus, non affirmantes, sed quaerentes et quasi micantes in tenebris.

πράγματα p. 448 v. 15. hoc loco vox πράγματα similem notionem habet eius de qua annotasse aliquid memini scholiis ad Catenam Graecorum patrum in Evangelium S. Marci, brevi, nisi literae amicorum fallunt, Parisiis edendam. similem, inquam: non enim pecuniam signatam, sed signa vasa gemmas et eius generis pretiosam et speciosam supellectilem hic eo verbo designari loci sententia exigit. de re ipsa hic indicata, hoc est de clade Isaacii Augusti, cuius occasione ista venerint in potestatem Bulgarorum, dicemus in notis ad eum locum. pro voce κάλλιστα in cod. Barberino legebatur μάλιστα, sed et in eiusdem ora codicis κάλλιστα tanquam verior lectio agnoscebatur; et cum eam solam optimus et ipse codex Allatianus in contextum reciperet, non dubitavi quin praeferenda esset. Vaticanus solita securitate utramque omittit. convenit autem adiunctum κάλλιστα satis apte ad significandam speciem insignem coronae, sceptri, vasorum aureorum, torquium, monilium, gemmarum vestiumque imperatoriarum, quae hoc loco designantur verbo πραγμάτων. Galli hodie usu simili vocant *effets* res pretio aestimatas, prout distinguuntur a pretio ipso et nummis.

P 431 Πρίγκιψ καὶ Πρίντζης p. 402 v. 6. ait plurium suffragiis destinatum patriarchatui Constantinopolitano fuisse monachum nomine Principem ex familia Principum Peloponnesi. agit de eodem l. 3 c. 3 noster, dum hunc ab imperatore missum ait ad Chalaü Tocharorum Orientalium dynastam deduxisse filiam notham imperatoris ipsi Chalaü desponsam; quae tamen cum eo pervenisset, reperto mortuo Chalaü, eius filio et successori Apagae vel Apagani nupserit. verba Pachymeris sunt: τῷ μὲν Χαλαοῦ μετὰ τοῦ μοναχοῦ καὶ ἱερέως Πρίγκιπος ἐξεδίδου τὴν ἐκ τῆς Διπλοβατατζίνης ἐκ νοθείας παῖδα Μαρίαν· καὶ ὁ Πρίγκιψ ἀρχιμανδρίτης ὢν τότε τῆς τοῦ παντοκράτορος μονῆς etc. is postea creatus Antiochenus patriarcha ibidem dicitur; et res narratur

www.libtool.com.cn
l. 6 c. 5, ubi hic vir Theodosius vocatur, uti et c. 22 l. 2. ex his habemus ita fuisse peculiare *Principis* nomen dynastis Peloponnesi, ut pro vocabulo familiae adhaereret singulis ex ea domo prognatis, usu videlicet Graecorum, verum et gentile nomen illius stirpis origine Francicae vulgo nosse minus curantium, quamquam illud doctiores non nescirent. nam Georgius Acropolita, Historiae suae c. 48, Achaiae et Peloponnesi Principem *Βιλαρδουΐν Villarduinem* nominatum docet. Gregoras vero l. 7 p. 109 titulum Principis Peloponneso imperitantibus tributum ait iam a tempore Constantini Magni, uti et Athenarum dynastae nomen magni ducis et Thebarum Boeotiarum domino appellationem magni primicerii *μεγάλου πριμμικηρίου*, quae postea usu vulgi in *μεγάλου κυρίου* nuncupationem degeneraverit; obtinenti denique Siciliam regis nomen. ridicule, quasi iam tum aetate Constantini magni Sicilia, Thebae, Athenae, Peloponnesus avulsa a corpore Romani imperii dynastis propriis subessent, non modo id tolerante novae Romae conditore, sed etiam, si superis placet, istos regulos amplis honorare appellationibus curante. porro l. 8 c. 16 hanc vocem aliter Pachymeres scribit in his verbis: *καθημερηνοὺς πολέμους πρὸς τὸν Πρίντζην ἐξῆγε*. loquitur de sebastocratore fratre imperatoris circa Monembasiam quotidianis velitationibus adversus Peloponnesi Principem decernente, quem *Πρίντζην* Printzem vocat, vocabulo propius accedente ad vocem Francicam *Prince*, qua Francici tunc incolae Pelopounesi proprium dominum indigitabant.

προβολεύς p. 482 v. 4. merito hic Veccus *τὸ προβολεύς εἰς τὸ αἴτιος μετελαμβάνει*, hoc est, inesse vocabulo *προβολεύς* vim notionemque principii activi ac causae contendebat. sic enim plane eandem vocem intellexit et usurpavit Gregorius Nazianzenus Oratione de Filio, in his verbis: *καὶ τοῦτό ἐστιν ἡμῖν ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὁ μὲν* (nimirum pater) *γεννήτωρ καὶ προβολεὺς* (*λέγω δὲ ἀπαθῶς καὶ ἀχρόνως καὶ ἀσωμάτως*), *τῶν δὲ* (et filii et Spiritus Sancti) *τὸ μὲν γέννημα. τὸ δὲ πρόβλημα.* ubi clare pater *γεννήτωρ* filii aeterni, *προβολεύς* autem Sancti Spiritus dicitur, vicissim autem filius patris *γέννημα*, Spiritus autem Sanctus eiusdem *πρόβλημα*. ex quibus patet verbum *προβάλλειν* non quamcumque emissionem Latine significare, sed eam quae sit cum influxu activo coniuncta; qualis est emissio ramorum ex vivente trunco. qualium emissionum est mentio Cantic. 4 13. *emissiones tuae paradisus malorum Punicorum.* quare mihi videtur satis bene respondere Graeco huic P 432
verbo *προβάλλειν* Latinum *producere*, quod et ipsum causae notionem habet, adeo ut *προβολεύς* recte explicetur vocabulo *productor*, sicque in testimonio Damasceni pater aeternus productor Sancti Spiritus per filium dicatur. multa de vocabulis *προβολεύς* et *προβολή* eruditissime disputat Petavius noster c. 8 l. 5 de Tri-

www.libtool.com.cn

nitate et alibi in eo opere, quae videri apud eum possunt. hoc enim quod diximus, nobis pro instituto, et loci quem tractamus intelligentia, sufficit in praesens.

P 412 προσελῶντες p. 209 v. 9. remiges hos fuisse, qui προσελῶντες quasi proprio artis aut ordinis vocabulo dicebantur, et ipsa origo suadet vocis ἀπὸ τοῦ προσελαύνειν sive προσελᾶν *prorsum impellere*, et diserte noster tradit, tum hic tum c. 30 l. 5, ubi quem semel προσελῶντα dixerat, postea συνωνύμως vocat προσερέτην. Wolfius in excerptis Pachymerianis Gregoras ambiectis vitiosam huius vocabuli scripturam exprimit, ex mendoso videlicet codice, dum hanc recitat ex hoc haud dubie loco sententiam: *Gasmulicum ad bella erat animosum, Pyxylontes vero agendis remis strenui.*

προσπαίω p. 276 v. 13. vix alibi reperies προσπαίειν, etsi παίειν, uti et alia ex eo composita, frequens sit. quid aliud putemus quam metaphoram hic esse a sagitta in scopum in-

P 413 tenta et illum feriente ductam? sic enim ait fabulam incurrere in verum ac illud quasi percutere, ut sagittam scopum. simile quiddam sacrarum literarum interpretes adnotant ad illud S. Pauli ad Rom. 10 4. *finis legis Christus.* lex ibi vocatur tota historia vetus sacris libris commendata, quibus et res a patribus gestae et sacrorum apparatus ac caeremoniae traduntur, omnia Christum venturum praefigurantia. in quo allusisse apostolus putatur ad originem vocis Hebraicae *legem* significante. תורה *thora* enim a radice ירה *iarah* est, cuius prima notio est *iecit*, *proiecit.* unde eius est usus proprius in eiaculatione. 1 Regum 20 36 de Ionathane sagittam eiaculante scribitur ויהו החצי - ויהו *vehu iara hachetsi: et ipse iecit sagittam.* quo pertinere putatur multorum Psalmorum inscriptio: *in finem*, hoc est in Christum. in quem procul indicandum et quasi indigitandum pleraque ibi scripta dirigebantur. nec frustra: veritate quippe prophetiis exacte respondente, figurae in rem incurrerunt. fabulae morale praeceptum adumbrantis par ratio est. ut enim figura prophetica, cum res figurata exhibetur, προσπαλεῖν ἀληθείᾳ *in veritatem incidere* dicitur, sic et apologus, cum eo significatum officii monitum declaratur et quasi ad rem ipsam applicatur.

πρῶτος p. 298 v. 5. πρὸς τὸν πρῶτον ἐκθέμενος. hic πρῶτος absolute et substantive usurpatur pro supremo illic praeside sacrorum, nempe patriarcha.

πρωτοκήρυξ p. 476 v. 1. quem antea vocaverat δορίστικον ἐκκλησίας, nunc appellat πρωτοκήρυκα, synonymam, opinor, usurpans eam vocem pro πρωτοψάλτης. nam ut Codinus habet c. 17 n. 40, οὐ πρωτοψάλτην ἔχει ἐκκλησία ἀλλὰ δορίστικον. quibus significat praecentorem, hoc est, eum cuius officium est cantum inchoare in choro, non πρωτοψάλτην solere dici, ut res exigeret, sed *domesticum ecclesiae.* haec mihi causa fuit

www.libtool.com.cn

opponendi in versione πρωτοκήρυκος vocabulo Latinum *praecentoris* nomen.

πύλαι καὶ πύλα p. 365 v. 18. hic vocem ἀραρυίας emendavimus indicio syntaxis, cum ἀραρυίαις, quod in codd. B et A, Vaticano omittente, legebatur, quadrare ad vocem πύλας non potest. proba in hunc locum est παράφρασις Vaticani codicis his verbis: καὶ πύλας ἐν ταῖς πέτραις ἤγουν ἅλυσιν (lego ἅλυσιν) σιδηρᾶν καὶ ἰσχυρὰν κατεσκεύαζε. non ergo portae aut valvae ex ferro solidae intelligendae hic fuere: neque enim id simit rei subiectae natura. non, inquam, portui, ut domui aut conclavi obduci solidum ostium potest. qui enim aut quibus moliendi machinis tantae latitudinis postes essent, quanta explere atque obturare, quam vaste hiat, valerent totum os portus, quo magnae ac longae naves praelongos hinc inde protendentes remos, eaeque non singulares sed plures interdum simul, aditum exitumque habere commodum debeant? ergo hic noster cum πύλας dixit, intellecturum putavit prudentem lectorem tale ostium quod portui claudendo apponi posset, catenam nimirum ferream. addam hic satis raram notionem vocabuli πύλη aut πύλα, cuius usum reperi in Graeca versione Speciminis Sapientiae Iudorum, quem librum Latinitate a me donatum huic historiae imperii Michaëlis Palaeologi Augusti, a quo id opus in quadam concione allegatur, hortatu amicorum tanquam παρεμπόρευμα adiunxi. ibi in prima praefatione quae historiam inventionis et deportationis eius libri ex India in Persidem recitat, pagina codicis quo utebar Graeci nona, sic legitur: πλὴν διὰ τό σοι ἀρεστὸν λήψομαι μίαν πύλαν ἐκ τῶν ὑφασμάτων τῆς κώμης Φουϊστάν, ἵνα ἐν αὐτῇ δοξασθήσομαι πάγω δοῦλός σου ἐν πάσῃ τῇ συγγενείᾳ μου. λαβὼν δὲ ὁ Περζωὲ ἐκ τῶν βασιλικῶν ἱματίων etc. in his verbis primum occurrit P 414
quaerendum quid sit πύλα ἐκ τῶν ὑφασμάτων. nam *portae* notio, quae naturalis est πύλη, quam hic sit intempestiva nemo non videt. omnino agnoscendum est πύλα hic pro πτύλα positum a πτύσσω *plico involvo*, ut volumen aut scapus panni cuiuspiam hoc vocabulo nunc significetur. fundum habeo coniecturae Eustathium, qui ad illum versum 411 Iliadis Θ, πρώτῃσι δὲ πύλῃσι πολυπτύχου οὐλύμποιο, sic annotat p. 721 ed. Rom. παρηχητικῶς δέ πως ἢ ἐτυμολογικῶς παράκειται ἡ πύλη καὶ ὁ πολύπτυχος· παρὰ τὸ πτύσσειν γὰρ καὶ ἅμφω, ἵνα ᾖ πολύπτυχος ὁ πολύπυλος. haec ille; in quibus vides πύλην a πτύσσειν deduci, extrito subiuncto τ. addam ex occasione de panno hic memorato pagi *Phuistan*, quod in illo videlicet pago texeretur: forte inde natum vulgare nomen hodie in Gallia panni cuiusdam ex gossypio texti, quod *fustaine*, *fustanium* appellatur. ex consequentibus porro verbis intelligitur genus hoc panni regis aut regiae familiae usibus fuisse reservatum, ita ut vestiri eo nemo posset sine concessu peculiari regis. unde characterem haberet

www.libnahorn.cz

eximii honoris et apud principem gratiae indumentum tale. propterea enim addit Perzoës accipere se istam vestem ob praerogativam honoris ei annexi communi aestimatione: ἵνα, inquit, ἐν αὐτῇ δοξασθήσομαι κἀγὼ δοῦλός σου ἐν πάσῃ συγγενείᾳ μου. in quo etiam significat non sua se solius causa istum admittere honorem, sed familiae ac cognationis inde conspicuae futurae, sic ambitionis invidiam pietatis et caritatis in consanguineos laudabilis ostentatione redimens aut saltem minuens. confirmant autem quod diximus de reservatione huiusmodi panni ad usus regios, illa extrema verba: λαβὼν δὲ ὁ Περζοὲ ἐκ τῶν βασιλικῶν ἱματίων. cur enim, quae prius nominaverat ὑφάσματα τῆς κώμης Φουϊστάν, nunc ἱμάτια βασιλικά vocaret, nisi quod iis uti regi soli et familiae ipsius liceret, et si quibus privilegium idem a rege eximii honoris gratia tribueretur.

Ῥώς p. 509 v. 19. ait ducem Latinorum, quem descripsit ferum ardentem et capite rufum, hominem vastae staturae, cui erat nomen Rhos Solymas, videri nactum appellationem ex similitudine cum eo quod vocat Ῥώς *Rhos*. quid autem est hoc? an scripserit Pachymeres Ῥώς pro ῥώξ? Ῥῶς sane constanter scribunt duo codd. optimi B et A, Vaticano hoc comma omittente. atqui Ῥώς nihil, quod sciam, huc faciens significat. ῥώξ autem ex Eustathio Παρεμβολαῖς ad Od. ε p. 1638 ed. Rom. est φαλαγγίου εἶδος, species animalis noxii dicti phalangii. de hoc Plinius l. 29 c. 4: *phalangium .... est plurium generum, unum simile formicae, sed multo maius, rufo capite.* huic comparatum hunc ducem a Pachymere crediderim. dixerat enim antea et rufa eum coma fuisse et vultu rubente, quippe accenso naturali ardore. unde credibile sit vel ξ in ς scienter mutatum ab antiquario scriptore, exemplum eius mutationis alicubi forte scriptorum veterum nacto, vel errore hic librarii ῥώς pro ῥώξ positum.

Σάλπακις p. 472 v. 8. ait *Salpacin*, quod erat cognomentum Mantachiae cuiusdam ducis exercitus Persarum, Persica lingua significasse fortem.

σταυροπήγια. l. 6 titulus est capitis 11 (p. 10): ὅπως βασιλικὴ νεαρὰ προβαίνει ἐπὶ τοῖς σταυροπηγίοις. apud Matthaeum Blastarem titulus est: ὅτι μόνῳ τῷ πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως δίδοται σταυροπήγια πάντου πέμπειν. *soli patriarchae Constantinopoleos concessum esse stauropegia quocumque mittere.* tum rem ipsam sic explicat: μόνῳ τῷ πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως
P 415 ἐκ συνηθείας ἐφεῖται μακρᾶς σταυροπήγια τε διδόναι καὶ τὴν ἀναφορὰν καὶ μνημην τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ ἔχειν, οὐ μόνον ἐν οἷς πέπτηται ἰδίοις χωρίοις ὁπουδήποτε κειμένοις καὶ τοῖς ἀκινήτοις κτήμασι τῶν ὑποκειμένων τούτῳ μοναστηρίων, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς τῶν μητροπόλεων αὐτῶν ἐνορίαις, ἔνθα ἂν παρὰ τοῦ τὸν νεὼν ἀνεγείροντος δηλαδὴ προσληθείη. *soli patriarchae Constantino-*

www.libtool.com.cn

polis ex longa consuetudine permittitur stauropegia, sive crucium fixiones, *concedere et relationem ac memoriam nominis ibi habere, non solum in praediis aut terris quae peculiari iure possidet, ubicumque sita sint, et in immobilibus possessionibus subiectorum ipsi monasteriorum, sed etiam in dioecesibus metropoleon ipsarum, ubi videlicet ab aliquo templum aedificante advocatus fuerit.* ex his licebit intelligere σταυροπηγίων nomine hic significari ius supremum patriarchae in ecclesias patriarchatus sui, quo posset eximere quae loca quasve personas vellet a potestate episcopi cuiusvis, et intra fines dioeceseon suum licet antistitem habentium certa sibi monasteria vel ecclesias valeret excipere, citra nutum aut assensum proprii locorum illorum metropolitae. hanc autem potestatem videtur exercuisse patriarcha frequentius in praediis et agris sibi vectigalibus et in templis de novo erectis, quorum fundatores, ad operis amplitudinem et commendationem id rati pertinere, affectabant ut uni ἀμέσως patriarchae illa subiicerentur, a iurisdictione propriorum loci praesulum exempta. quia vero, cum locum aliquem in aliena dioecesi situm eximere ab auctoritate ordinarii et sibi reservare patriarcha vellet, id declarare solebat fixa ibi cruce cum certa inscriptione, cuius formulam videre licet apud Meursium, ideo ipsa exemptio et ius illius σταυροπηγίων verbo indicabatur. id clare patet ex hoc in quo versamur loco nostri historici. is enim cum in titulo capitis mentionem posuisset Novellae imperatoriae circa σταυροπήγια, eius Novellae sententiam in ipso capite sic refert: προβαίνει νεαρὰ βασίλειος ἄλλ' ἄττα πλεῖστα διορίζομένη καὶ τάττουσα, καὶ τὸ τὰ ὁπουδηποτοῦν πατριαρχικά, ὅσα ἐν χώραις καὶ μοναῖς, ὑπὸ τοὺς ἐπισκόπους ὦκ αἱ ἐνορίαι τελεῖν. *prodiit imperatoria Novella qua cum alia decernebantur quaedam, tum illud in primis, ut quae ubicumque cuiusque modi praedia vel monasteria patriarchico iuri reservata censerentur, ea deinceps episcopis, quorum in propriis dioecesibus illa essent sita, subiicerentur.* ita ille; quibus verbis vides declarari quid in titulo voce σταυροπηγίων intellexerit. plura de his non dico, quod et Meursius verbo σταυροπήγιον et post illum vir pererauditus Iacobus Goar O. P. p. 612 et 613 sui Euchologii copiose ac diligenter hoc vocabulum edisserant, plane in sententiam nostri Pachymeris.

στύψις καὶ στυπτηρία p. 420 v. 7 et v. 12. non dubium quin utroque hoc vocabulo alumen designetur, merx expetita ob usum celebrem in tingendis pannis laneis, ut ait hic noster, ἐπεὶ πολλῇ τινὶ χρῶνται ταύτῃ τὰ ἐξ ἰρίων ὑφάσματα. quod distinctius Plinius exequens, docet l. 35 c. 15, cum sint aluminis species duae, candidi et nigri, inficiendis claro colore lanis candidum liquidumque utilissimum esse, contraque fusco aut obscuro fuco iisdem imbuendis nigrum accommodatum. mox ibidem Plinius

www.libtool.com.cn

loca percenseat ubi alumen provenit, Pontum memorat, unde hic noster refert solitos illud per Euxinum exportare Genuenses. Phocaeae tamen non meminit, ubi fodinas aluminis ponit Pachymeres, serius videlicet detectas nec Plinii iam tum aetate celebres.

σύμβολα δεσποτικοῦ θανάτου p. 530 v. 18. manifeste in his sacra eucharistia designatur illis verbis: *σύμβολα δεσποτικοῦ θανάτου dominicae mortis symbola*, quae statim post ἅγια δῶρα nuncupat. cuius appellationis rationem nemo requi-
P 416 ret, qui meminerit illud Apostoli 1 ad Corinth. 11: *quotiescumque manducabitis panem hunc et calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis, donec veniat.* unum addo de voce σύμβολον, cum simpliciter dicitur, summam Christianorum dogmatum indicare apud hunc nostrum quoque, ut cum is mox addit moribundum imperatorem in procinctu sacri accipiendi viatici τὸ ἅγιον διεξιέναι σύμβολον, symbolum videlicet Apostolicum fidei suae profitendae recitasse. alibi saepe in hac historia symbolum Nicaenum absolute symbolum nominat. intelligebatur enim de quo diceret, ex subiecta materia, cum tractaretur controversia de additione *filioque* symbolo Nicaeno, vel si exactius loquimur, Constantinopolitano, a Latinis inserta. vide quae annotamus ad l. 6 c. 11.

συγχωρέω καὶ συγχώρησις p. 385 v. 5. ait oblatum ab imperatore sacro templo pretiosissimum altaris velum, cum absolveretur ab excommunicatione, dignum se ac tali gratulatione donum. ut hic, sic et alibi verbum συγχωρεῖν in ista notione sumitur. uti et συγχώρησις pro ipsa absolutione hoc ipso capite: ἀντείχετο ὡς λέπας ἐκείνου (Iosephi patriarchae novi, qui eum ab excommunicatione solverat) διά τε τὴν ἀπ' ἐκείνου συγχώρησιν, propter absolutionem, quam cum frustra ab Arsenio petiisset, a Germano accipiendam non putasset, denique a Iosepho tertio ab Arsenio patriarcha impetraverat.

συναπτή p. 174 v. 2. synaptae nomen Latine retinui, quia non reperio unum aliud in nostra lingua verbum quo res voci συναπτή subiecta satis exprimatur. multa de ea utiliter docet Meursius. videtur aliquid simile illi parti litaniarum nostrarum, qua deo continua serie multa commendantur, ecclesia, pontifex etc., adiuncta cuique acclamatione populi: *te rogamus audi nos.* pro quo Graecis est τοῦ κυρίου δεηθῶμεν *dominum rogemus.*

συνών p. 487 v. 16. Pachomius literator dicitur τῷ Σχοτηνιωτοπούλῳ Μιχαὴλ συνών. hic τοῦ συνεῖναι verbo non quaelibet indicatur praesentia, sed intimus convictus domesticumque in re literaria ministerium, quale divites olim exigebant ab iis quos apud se habebant, ut eorum eruditione, cum esset opus aut vacaret, iuvarentur. hi haud fere aliter quam συνόντες vocabantur, ut intelligitur ex longo et pereleganti Luciani de his libro, cuius ipse titulus (inscribitur enim περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ

www.libtool.com.cn

συνόντων) hanc quam asserimus huius vocabuli notionem demonstrat.

Συριοάννης p. 828 v. 5. agit de Ioanne duce profecto Thebas, et illic reperiente magnum dominum, quem lingua popularium ibi Syrioannem vocitatum ait, et tamen cognominem ipsi fuisse Ioanni duci. unde intelligitur additionem illam primae syllabae ad nomen istud non pertinere, sed adiunctam ei consuetudine illarum gentium originis Francicae, vel ex longa cum Francis consuetudine, nomen *Syre*, quod ex Graeco *κύριος* factum putatur, suo principi accommodantium. suspicor idem nomen, licet paulum diverse scriptum, fuisse *Συργιάννης*, quod cuidam nobili Comano in baptismo inditum refert Cantacuzenus l. 1 c. 11.

σφαῖρος Ἐμπεδόκλειος p. 203 v. 15. primo mihi loci, P 417
huius occursu venit in mentem laudari hic sententiam philosophi veteris e discipulis aut sectariis Empedoclis, cui nomen Sphaero esset. quidni enim talis appellationis quispiam dedisse operam Empedocli potuisset, cum Sphaerus alius e Cleanthis schola, noster auctor multorum operum, Diogeni Laertio memoratus sit? animadverti postea obortam opinionem eandem Hieronymo Wolfio hunc locum in sua Excerpta conferenti. sed consideranti rem attentius brevi patuit *σφαῖρον* hic pro *σφαῖρα* positum plane significare follem orbicularem, quales videmus pilas maiores spiritu confertas, quas Itali *palloni*, Galli *balons* nominant. excipiat aliquis contra non reperiri nomen istud hac forma, sed femininae ubique terminationis et generis apud scriptores classicos legi. concedo. quid tum postea? an est adeo alienum a Pachymeris more quiddam in talibus *καινοτομεῖν*? praeterea suspicari licet visum ipsi aliquem librum idonei auctoris ex iis multis qui ad nos non pervenerunt, ubi *σφαῖρος* pro *σφαῖρα* poneretur. sed verbi controversiam profligaverimus, re semel ipsa constituta. demonstrato, inquam, loci quem tractamus sententiam exigere ut *σφαῖρος* follem rotundae formae significet, simul evicerimus, istam huius vocabuli hoc loco notionem esse minime dubiam. ergo ad id nos accingamus. ait hic Pachymeres patriarcham Arsenium, postquam Michaëli Palaeologo imperatori ob excaecatum pupillum et collegam suum in imperio Ioannem puerum sacris interdixerat, dissimulasse tamen, dum quaedam fieri videret minime cohaerentia cum anathemate rite intorto. nam cum eum qui tali, ut paulo ante loquitur, *gladio Spiritus* a communione fidelium plane abscissus fuisset, nefas esset iuxta sacros canones admittere ad ullam participationem sacrorum, tamen ex eo tempore non destiterunt Constantinopolitani sacerdotes et clerici nominatim memorare in sacro choro atque inter ipsa liturgiae mysteria imperatorem licet excommunicatum, connivente ad hoc coram se usurpatum patriarcha metu maioris mali. verebatur

www.libtool.com.cn

enim ne, si et hoc vetuisset, excussa qua utcunque continebatur imperator verecundia quádam sacrae potestatis, omnia in extremam perturbationem impelleret, eveniretque tale aliquid quale in Ulyssis nave, dormiente ipso, feliciter ad portum aspirante, temeraria cupiditate comitum eius accidit, qui

ἀσκὸν μὲν λῦσαν, ἄνεμοι δ' ἐκ πάντες ὄρουσαν,
τοὺς δ' αἶψ' ἁρπάσασα φέρεν πόντονδε θύελλα
κλαίοντας γαίης ἀπὸ πατρίδος,

ut ipse Ulysses lugens Alcinoo narrat Od. ι sub initium.

utrem quidem solverunt: venti autem omnes erupere:
ipsos vero subito rapiens tulit in Pontum procella
flentes a terra patria.

eiusmodi quempiam *foetum tempestatibus utrem*, ut alicubi loquitur Horatius, hic σφαῖρον vocabulo designavit Pachymeres, eius figura imperatoris irritabilem animum adumbrans, quem iam aestuantem ira gravi ob anathema inflictum si rursus patriarcha lacesseret, periculum erat ne is totas habenas furori laxaret. audio, dicet forte quidam eruditus lector: sed tunc oportuerat hunc σφαῖρον *Ὀδύσσειον*, non *Ἐμπεδόκλειον* dictum a Pachymere. nam quid utribus Aeoliis cum Empedocle? ad haec occursurus rogo aequum arbitrum rerum informare secum ne gravetur ideam ingenii Pachymeris supra modum antiquarii; et eruditionis abstrusae, quod multis ex locis patet, ostentatoris paene putidi. ergo is non satis habens indicasse notam sibi ventorum in utres coactorum ab Aeolo et Ulyssi traditorum fabulam, etiam innuere curavit haud se ignorare quodnam esset eius fundamen-
P 418 tum fabulae. non enim de nihilo illa Homerus finxit, sed allusit in eo ad magicam vim utrium quorumdam, quibus ad ventos sopiendos praestigiatores iam olim uterentur. e quorum postea numero fuit Empedocles. hic enim inter alia magicae artis experimenta, qualium edendorum modum ac viam se traditurum iactabat, sedandorum et excitandorum ventorum arbitrariam potestatem numerat, sic in quodam poëmate discipulum alloquens:

παύσεις δ' ἀκαμάτων ἀνέμων μένος, οἵτ' ἐπὶ γαῖαν
ὀρνύμενοι πνοιαῖσι καταφθίνουσιν ἄρουραν,
καὶ πάλιν ἢν κ' ἐθέλησθα, παλίντιτα πνεύματ' ἐπάξεις etc.
sedabis indefessorum ventorum furorem, qui supra terram
ruentes flatibus devastant sata.
et rursus, si libuerit, revocata reduces eorum flabra.

quomodo autem haec praestaret, tradit Timaeus Hist. l. 18, sic recitatus a Diogene: *ἐτησίων ποτὲ σφοδρῶς πνευσάντων, ὡς τοὺς καρποὺς λυμῆναι, κελεύσας (Ἐμπεδοκλῆς) ὄνους ἐκδαρῆναι καὶ ἀσκοὺς ποιῆσαι, πρὸς τοὺς λόφους καὶ τὰς ἀκρωρείας διέτεινε πρὸς τὸ συλλαβεῖν τὸ πνεῦμα. Etesiis aliquando vehementer flantibus, sic ut fructus corrumperentur, iussis excoriari asinis, utres ex eorum pellibus factos expandit hiantes auram versus in iugis*

www.libtool.com.cn

collium et montium, quasi ad spiritum comprehendendum. innuit autem historicus hinc consecutam tranquillitatem, velut ventis in carcerem compactis. quod populus admiratus Empedocli *κωλυσανέμου ventorum inhibitoris* cognomen indiderit. Eustathius quoque *Παρεκβολαῖς* ad *Ὀδ. κ* meminit Empedoclis tanquam arte praediti ventorum compingendorum in utres eorum similes quos Aeolus Ulyssi donavit. eius haec verba sunt: *Ἀνεμοκοῖται γένος ἐν Κορίνθῳ ἀνέμους κοιμίζοντες. εἰς ὅπερ δεξιῶς λέγεται διακεῖσθαι καὶ Ἐμπεδοκλῆς, οὗ καὶ εἰς αὐτὸ τέχνη ἱστόρηται. Anemocoetae secta hominum nomen est Corinthi ventos sopientium; qua valuisse in primis peritia dicitur Empedoclea, cuius in hoc genere are ab historicis celebrata est.* ita ille, locos alludens non solum modo memoratos Timaei et Laërtii, sed aliorum etiam historicorum, puta Porphyrii, cuius in vita Pythagorae, editionis Holstenianae, typis Vaticanis, haec leguntur p. 19: *ὧν μεταλαβόντας Ἐμπεδοκλέα τε καὶ Ἐπιμενίδην καὶ Ἄβαριν πολλάκις ἐπιτετελεκέναι τοιαῦτα· δῆλα δ' αὐτῶν τὰ ποιήματα ὑπάρχειν. ἄλλως τε καὶ ἀλεξάνεμος μὲν ἦν τὸ ἐπώνυμον Ἐμπεδοκλέους.* quae postrema verba eruditissimus Holstenius sic vertit: *quin et Empedocli cognomen erat Alexanemi sive averrunci ventorum.* hanc ex veterum lectione de Empedocle famam obversantem animo Pachymeres habens, dum periculum exitiosissimae procellae prudenti conniventia vitatum ab Arsenio patriarcha, utrium Aeoli Ulyssi traditarum et ab eius comitibus ingenti pernicie ipsorum temere contrectatarum exemplo illustraret, non se tenuit quin fabulam cum historia commistam oggereret lectori, Homericos ventorum folles cum asininia a Timaeo memoratis Empedoclis utribus una mentione coniungens *σφαῖρον Ἐμπεδοκλείου*. sic quidem coniectabar. recte an secus, aequi lectoris esto iudicium.

σφενδόνη p. 469 v. 5. *καὶ τὸν παρακοιμώμενον τῆς μεγάλης σφενδόνης*. meminit huius officii Codinus c. 4, ubi tradit *τὰ τοῦ παρακοιμωμένου σφενδόνης φορέματα*, quibus is vestibus et insignibus potestatis uteretur. Gretserus noster ibi vertit: *praefecti sigilli seu annuli signatorii gestamina*, melius quam Iunius, qui *παρακοιμώμενον σφενδόνης accubitorem fundae* interpretatur, aut etiam quam interpres Iuris Graeco-Romani, cui *παρακοιμώμενος τῆς μεγάλης σφενδόνης accubitor magnae palae* dicitur. *σφενδόνη* proprie *funda* saxis iaculandis, usitatissima translatione a formae quadam similitudine ducta, palam annuli significat, ut notissimum est; nec minus perspectum obsignari literas olim solitas annuli pala certis insculpta characteribus aut formis, cerae chartis appositae impressa. hinc *σφενδόνη pala annuli*, sigillum dicitur; quod cum duplex aut multiplex P 419
imperantibus esset, maximi omnium custos *παρακοιμώμενος μεγάλης σφενδόνης* hoc loco appellatur. quare autem *παρακοιμώ-*

www.libtool.com.cn
μενος? opinor quia ex iis erat qui ex officio assidue apparere circum imperatorem aut in proximo ad subitas evocationes semper esse debebant, cubiculum principis diu fere noctuque frequentantes. vide quae diximus verbo παραχοιμώμενος.

σχολή p. 50 v. 6 et p. 353 v. 8. peculiarem, ni fallor, vim habet vox σχολῇ hoc loco, emphasim ferens cuiusdam interrogationis ironia submistae. agitur de Serbis populis, quos propria civium et popularium suorum rapere solitos, verisimile non esset ab externis per eorum fines peregrinantibus temperaturos, hac ferme sententia: qui suos diripere non dubitant, ab alienis scilicet abstinebunt? iterum in simili notione usurpatum hoc vocabulum habetur l. 5 c. 12 in his verbis: *εἰ δὲ διδοῖμεν καὶ ἔκπλητον, σχολῇ τινὰ τόσην τέμνοντα θάλασσαν τῶν δικαίων ἀφισβητεῖν. si vero et ius provocationis concesserimus, periculum fuerit scilicet ne quis tam vasto mari ius suum persecuturus Romam se conferat?* alium habeo huius idiotismi testem Symeonem Seth in Graeca ex Arabico interpretatione libri quem ipse ἰχνηλάτην vocat. hunc nos Latine redditum ad calcem harum Observationum mantissae loco damus. eius in secunda dissertatione sic Graece legitur: *εἰ γὰρ μὴ ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπολογήσηται τις, σχολῇ γ' ἂν ἑτέρου ὑπερασπίζοιτο. qui enim ne se quidem ipsum in periculo defenderit, ab eo scilicet expectetur ut fortiter pro alterius capite decertet?* in septima quoque sic regina maritum adloquitur, conquerens non communicari sibi ab eo scitu necessarium arcanum. *εἰ γὰρ ἔμοιγ' ἂν ἀποκρύψῃς, σχολῇ γ' ἂν ἑτέροις πιστεύσῃς. si enim de hoc me celas tuam coniugem, aliis id scilicet fateberis?* ita etiam loquitur Georgius Acropolita in Prooemio Historiae p. 2 ed. Reg.

σωλέας p. 173 v. 1. quid sit σωλέας, magna et perplexa quaestio est. legi accurate, diu meditatus sum, quae de hoc argumento viri doctissimi Ioannes Meursius, Leo Allatius, Iacobus Goar Ord. Praed., Iacobus Gretserus et Ludovicus Cellotius societatis nostrae scripsere. in rei deinde inquisitionem ipsius attentione longa et acri incubui. exponam hic, si potero, breviter et clare quid discussis cunctis verisimillimum compererim, lûce praesertim mihi affusa ex eruditissima diatriba illustris. Leonis Allatii ad Fabium Chisium, hodie Alexandrum VII, de hoc proprie argumento novissime et accuratissime scripta. incipio a considerazione nominis. σωλέας, sive ut Symeon Thessalonicensis dialogo de sacramentis emendatius scribit, σολέας, vel etiam ut apud Euchologium in ordinatione diaconi legitur, σολέα, non est vocabulum Graecae originis, ut omnes facile consentiunt. nec fere vidi qui dubitent quin Latinum sit, in Hellenismum, ut alia plurima, usu intrusum. si ergo disquisierimus, quid Latinis valeat *solea*, forte non fuerit id inutile ad iudicium statuendum de re ipsa voce hac indicata, quaenam tandem sit. Sextus

www.libtool.com.cn

Pompeius Festus, optimus enarrator antiquarum notionum verbis Latinis subiectarum, non sua solius sed Marci praeterea Verrii Flacci, antiquioris nec minus accurati grammatici, auctoritate significatum vocabuli *solea* nobis ediserit his verbis: *solea, ut ait Verrius, non est solum ea quae solo pedis subiicitur, sed etiam pro materia robustea* (vel ut habet alia lectio, *robusta*), *super quam paries cratitius extruitur.* Paulus hunc locum exscribens particulam *pro* negligit. sic enim habet: *solea vel ea dicitur quae solo pedis subiicitur .... vel materia robustea, super quam paries cratitius extruitur.* in margine editionum optimarum, Venetae anni 1560 ex bibliotheca Antonii Augustini, et Parisiensis Scaligerianae anni 1584, *ἀντὶ τοῦ pro* suggeritur alia lectio *per*, ex qua coniectura forte non vana ducatur, scri- P 420
ptum olim in archetypo fuisse *pes e materia robustea* etc. nam pes dicitur quod aliud sustinet, ut *pes mensae* Plinio l. 12 c. 1: *eodem ebore numinum ora specturentur et mensarum pedes.* quo sensu stereobaton pes est stylobati. Vitruvius l. 3 c. 3: *supra terram parietes extruantur sub columnis dimidio crassiores quam columnae sunt futurae, uti firmiora sint inferiora superioribus, quae* stereobata *appellantur: nam excipiunt onera.* paulo post: *extructis autem fundamentis ad libramentum stylobatae sunt collocandae, supra stylobatas columnae disponendae* etc. materiae porro mentione robustae non proprie intelligendum hic querceum lignum, sed metonymice corpus quodvis duritiei quantae opus est moli gravissimae portandae. alluditur enim in similibus origo architecturae, quae primum aevo rudiori lignis aedificabat, ex quibus querceum fundando aptum iudicabatur ob dotes quas memorat Vitruvius l. 2 c. 9 his verbis: *quercus terrenis principiorum satietatibus abundans, parumque habens humoris et aëris et ignis, cum in terrenis operibus obruitur, infinitam habet aeternitatem, ex eo quod cum tangitur humore, non habens foraminum raritates propter spissitatem, non potest in corpore recipere liquorem sed fugiens ab humore resistit.* retinebantur autem, etiam post substitutos in structuris ligno lapides, vocabula priora. ut Paulus ex Festo verbo *Rubum* tradit Robum dictum in carcere locum quo praecipitatur maleficorum genus (puta fastigium propugnaculi in praeceps imminens, unde maleficii convicti deiiciebantur, ut Manlius ex rupe Tarpeia). causam appellationis statim tradit, *quod ante arces robusteis includebantur.* hoc est, quoniam apud veteres mos erat arcium claustra ad summum usque moenium lignis roboreis extruere, inde postea quoque quam e saxis tolli propugnacula consuevere, mansit priscum vocabulum materiae, ut *robus* etiam tum fastigia aggerum ac pinnae murorum dicerentur. quamquam ipsum roboris aut robustei nomen materiae querceae proprium non est, sed coloris; unde bos *robus* sive *rubus* priscis erat. Paulus ex

www.libtool.com.cn

Festo: *Robum rubro colore, et quae rufo significari, ut bovem quoque rustici appellent, manifestum est. unde et materia quae plurimas habet venas eius coloris, dicta est* robur. *hinc et homines valentes et boni coloris* robusti. haec Festus, quae demonstrant nihil referre ad rem ipsam quae *solea* in aedificiis vocatur, ligneane sit an saxea, marmorea vel aerea structura. hactenus informatam ex originibus Latini sermonis ideam rei quae *solea* dicitur, conferamus ad usum disquisitionis praesentis, et indagemus in templis Graecorum ecquid fuerit quod in hanc formam incideret; unde statuere possimus ipsum id *αὐτόχρημα* fuisse, quod vocabulo *σωλέας* indicatur et a nostro hic Pachymere et a Graecis recentioribus passim plurimis. adyta in Christianis apud Graecos templis inde usque ab originibus religionis septa repagulis fuere, quae et gressus ab iis profanorum et oculos arcerent. ac principiis quidem exiguo defungebantur, necessarium secretum maiestati sacrorum contenti quomodocumque obduxisse. arae gradibus inferne supra solum obtendebantur e materia cancelli: hi gressus excludebant non initiatorum a sacro septo. super hos vela tendebantur: haec conspectum mysteriorum concioni adimebant. Eusebius l. 10 c. 4 de Constantino templa Christiana Graecis exstruente scribit: *τὸ θυσιαστήριον ὡς ἂν εἴη τοῖς πολλοῖς ἄβατον, τοῖς ἀπὸ ξύλου περιφράκτοις διειπόις. altare, ut esset inaccessum populo, ligneis sepsit clathris.* sic ille de cancellis memoratis, quos alii *κιγκλίδας* vocant, ut Symeon Thessalonicensis. Gregorius vero Nazianzenus singulari numero totum cancellorum septum *κιγκλίδα* vocavit illo versu

κιγκλὶς διείργουσ' οὐ βίους ἀλλ' ὀφρύας.

quia enim intra septum locus erat sacerdotibus, plerisque tunc eiusmodi ut fastu solum ac superbia, non exercitatione virtutum supra vulgus eminerent, eleganter ait cancellos, qui dirimebant sacerdotes a populo, non vitas sed supercilia discrevisse. similiter loquitur Constantinus Porphyrogenitus infra referendus. erant hi cancelli pervii portulis, per quas aditus exitusque pres-
P 421 byteris patebat. hae *καγκελοθυρίδες* Codino dictae. sed tam hae quam intercolumnia, aut spatia oculis pervia cancellorum, velis oppansis protegebantur a populi aspectu. *βηλόθυρα* his nomen, quo non tantum Codinus est usus, sed etiam Anastasius Bibliothecarius in Stephano, his verbis: *fecit et in eadem basilica egregii doctoris gentium velothyra quatuor, ex quibus unum auro textum.* paulo post velothyrorum usum qualem dicimus distinctius indicans, ait data a pontifice eodem *velothyra serica tria in circuitu altaris*, hoc est, ut apparet, intendenda tegendo ab oculis populi presbyterio, quod et in Latino ritu erat circum altare. illustrat haec omnia S. Germani locus in Mystagogia, quem ideo describam: *κιόνια ἤτοι τὰ στήθεα διαχωρίζοντα τὸ βῆμα ἀπὸ λοιποῦ ναοῦ, καὶ κάγκελλά εἰσι τῆς προσευχῆς τόπου*

www.libtool.com.cn

δηλοῦντα, ἐν οἷς σημαίνει τὴν μὲν ἔξωθεν τοῦ λαοῦ εἴσοδον, τὴν δὲ ἔσωθεν τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ὑπάρχουσαν καὶ μόνοις τοῖς ἱερεῦσιν οὖσαν ἐπιβατόν. *columellae sive thoraces separantes altare a reliquo templo, et cancelli locum orationis manifestant et signant quousque exterius ingredi populus possit, ac quod interius est, sancta sanctorum esse, locum solis pervium sacerdotibus.* in his verbis notari velim voces illas κιόνια καὶ στήθεα, quibus designantur alte extantia tigna τοῦ δρυφάκτου ἢ δικτύου *cancellati septi reticulato opere hiantis*, rimis tamen aut intervallis velorum oppansu tectis, ut diximus. atque haec prius fuere. postea invenit imperatorum magnificentia rationem ista ornandi et salvo usu religionis ac necessitate ritus in augustiorem conformandi speciem. pro cancellato e materia septo pretiosiorem e marmore aut aere, argento quin etiam et auro, illuminantibus opus gemmis quoque insertis, scenam obtenderunt sacro altari, omni architectonica elegantia visendam, columnis, signis, vasis, floribus, figuris visu pulcherrimis. Constantinus Porphyrogenitus de vita et rebus gestis Basilii Augusti, postquam retulisset eum munificentia plane regia templi, quod extruxit, parietes dextra laevaque tectorio ex argento aureis interstincto floribus et gemmis obduxisse (οἱ δὲ ἐκ δεξιῶν καὶ εὐωνύμων τοῖχοι ἄργυρον ἄφθονον καὶ αὐτοὶ ἐπικείμενον ἔχουσι, διηνθισμένον χρυσῷ καὶ τιμίοις πεποικιλμένον λίθοις καὶ μαργάρων λαμπρότησι), statim addit de sacro septo sive solea: ἡ δὲ διείργουσα τὰ ἄδυτα τοῦ θείου οἴκου τούτου κιγκλίς, Ἡράκλεις, ὅσον ὄλβον ἐν ἑαυτῇ περιείληφεν, ἧς οἱ στῦλοι μὲν καὶ τὰ κάτωθεν ἐξ ἀργύρου διόλου τὴν σύστασιν ἔχουσιν, ἡ δὲ ταῖς κεφαλίσι τούτων ἐπικειμένη δοκὶς ἐκ καθαροῦ χρυσίου πᾶσα συνέστηκεν, τὸν πλοῦτον πάντα τὸν ἐξ Ἰνδῶν περικεχυμένον πάντοθεν ἔχουσα, ἐν ᾗ κατὰ πολλὰ μέρη καὶ ἡ θεανδρικὴ τοῦ κυρίου μορφὴ μετὰ χυμεύσεως ἐκτετύπωται. *qui vero adyta huiusce divini templi separant cancelli, deus bone! quantas in se divitias continent? quorum columnae partesque imae omnes ex argento conflatae sunt, et capitellis earum superincumbens trabs tota ex puro auro constat, universas Indorum divitias omni ex parte circumfusas habens; in qua multis locis et theandrica domini forma opere chymico expressa est.* haec Constantinus; qui et alibi similia de magnificentissima decoratione templi alterius per eundem Basilium Augustum facta referens, postquam dixit et templi parietes et ipsa praesertim interiora adytorum argento auro gemmis et unionibus splendidissime incrustata, proprie addit de exteriori facie septi altare abscondentia: καὶ ἐκ τῶν ἐκτὸς διείργουσαι τὰ θυσιαστήρια κιγκλίδες καὶ τὰ ἐν αὐταῖς περίσυλα, καὶ τὰ ἄνωθεν οἷον ὑπέρθυρα χρηματίζοντα, εἴτε ἐντὸς θᾶκοι, καὶ αἱ πρὸ τούτων βαθμῖδες, καὶ αὐταὶ αἱ ἱεραὶ τράπεζαι, ἐξ ἀργύρου πάντα περικεχυμένον ἔχουσι τὸν χρυσόν. *et qui ab exteriori templi parte sanctuarium secludunt*

www.libtool.com.cn

cancelli, et in ipsis columnae, et quae super eas sunt hyperthyra, et intus sellae, ipsaeque sacrae mensae, omnia ex argento circumfusum habent aurum. ita ille; quibus similia Codinus de templo S. Sophiae memorat. res porro ipsa loquitur, et architecturae ratio exigit, isti moli columnarum et caeteri ornatus substerni basim debuisse e solo extantem; quam et Constantinus indicavit illis prioris testimonii verbis *οἱ στῦλοι μὲν καὶ τὰ κάτωθεν, columnae partesque imae omnes,* quibus exprimit eam substructionem isti scenae sustinendae quam ex Vitruvio superius vocavimus stereobata, super quae stylobata ponuntur columnarum sedes proxima. hoc autem veteri Latino verbo propriissime
P 422 *solea* est. id quod ipsi Graeci intellexerunt, superpositos isti quasi crepidini ornatus *σολίους* appellantes, vocabulo a solea cui innituntur ducto. Theodori Studitae verba haec recitat Georgius Hamartolus in Leone Armeno: *οἵ τε θεῖοι κίονες καὶ οἱ σόλιοι καλούμενοι, ἃ τὸ σεβάσμιον τοῦ ἱεροῦ διατειχίζουσι θυσιαστήριον. necnon sacrae columnae, et qui solii vocantur; quae venerandum a templo intersepiunt altare.* parem *χυριολογίαν* videtur Cedrenus affectasse, dum *τοὺς σολίας* verbo plurali vocat multa illa et varia vestibulum et quasi proscenium arae sacrae componentia ornamenta. verba eius haec sunt: *ἡ τρούλλα τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας φουρνικὴ οὖσα ἔπεσε, τόντε ἄμβωνα καὶ τοὺς σωλείας ἐξ ὀνυχίτου λίθου ὄντας συνέτριψε καὶ εἰς χοῦν ἀπετέλεσε. trulla sanctae dei magnae ecclesiae camerata in fornicem concidit, et ambonem ac soleas, qui erant ex onychite lapide, contrivit et in pulverem comminuit.* haec Cedrenus. tam erat, opinor, in ea ecclesia unus *σολίας* quam unus *ἄμβων*. cur igitur historicus *ἄμβωνος* in singulari, *σωλειῶν* in plurali meminit? quid verisimilius dicamus quam idcirco id factum, quia *σωλέαν* a *σωλείαις* aut *σωλείοις* (nam forte *σωλείους* scripserit) studuit distinguere, verisimilitudini etiam narrationis consulens. nam contritum illa ruina in minutum usque pulverem soleam, hoc est stereobata solide structa ex materia praedura marmorum aut etiam metalli, credibile minus erat: de columnis, sigillis, liliis, pomis et aliis figuris ex onychite gemma supra soleam erectis, quae cuncta *σωλείων* vocabulo intelligit, res erat a fide non abhorrens, quod ista et subtilioris formae et mollioris materiae, insuper etiam primos impetus ruentium ex fornice lapidum excepissent. non infitias iverim tamen alios passim auctores, uti et nostrum hic Pachymerem, dum *soleam* simpliciter nominant, aeque stereobata cum superpositis stylobatis, basibus, columnis, capitellis, trabe, cymatio, epistyliis, sigillis, vasis ac reliquo ex arte coronamento, una verbi notione comprehendere. quin etiam pro certo habeo, idque magnopere animadvertendum puto, non solam hanc substructionem cum suis ornamentis, *τὸ βῆμα ἀπὸ τοῦ ναοῦ*, altare ac presbyterium a templo reliquo dirimen-

www.libtool.com.cn

tem, nuncupatam fuisse *soleam*, sed id nomen praeterea extensum ad significandum aliquantum spatii soli ac pavimenti ecclesiae inter soleam et locum ubi stabat populus interiacens. quemadmodum enim *βῆμα*, quod proprie gradum sonat et altare gradibus videlicet sublatum synecdochice indicat, significabat praeterea spatium soli satis latum, quod ab infimo altaris gradu usque ad cancellos aut soleam patebat, intra quod spatium statio antistitum et sacerdotum erat, id quod extra omne dubium est, ex sexcentis passim obviis scriptorum optimorum locis manifestum: ita dicendum quoque necessario est soleae appellationem propagatam ad designandum similiter spatium aliquod soli, quod statim a solea versus populi ac concionis locum tendebatur, quo in spatio subdiaconi lectores aliique inferiores ecclesiae ministri stabant, quibus ius non esset intra sacra septa in ipso bemate aut presbyterio stare. docet hos nos clare Symeon Thessalonicensis libro de Sacr. his verbis: *ὑποδιακόνους καὶ ἀναγνώστας καθῆσθαι χρὴ ἔξωθεν τοῦ βήματος περὶ τὸν σωλέαν, ὃς δὴ καὶ βῆμα καλεῖται ἀναγνωστῶν. subdiaconos et lectores sedere oportet extra bema, circa soleam; qui et bema lectorum nuncupatur.* bema hic dici locum intra sacra septa ab altari ad cancellos pertinens nullus dubitat, quale vulgo presbyterium Latini nuncupamus. Hinc ait Thessalonicensis exclusos subdiaconos lectoresque legitimam stationem habuisse *περὶ σωλέαν circa soleam;* quem propterea soleam nuncupatum ait *βῆμα ἀναγνωστῶν*, quasi dicas *altare lectorum*, idcirco quod, ut *βῆμα ἱερέων*, nempe sacrum altare, locus erat intimus ad quem progredi sacerdotes possent sacris in eo peragendis, ita soleas meta erat ultima ministerii subdiaconorum et lectorum, quos penetrare in sacra septa nefas erat. rursus ut spatium circa aram, intra quod usque ad cancellos aut soleam sacerdotes consistebant, *βήματος* appellatione comprehendebatur, sic etiam spatium ante soleam, in quo erat subdiaconorum et lectorum statio, soleae quoque vocabulo de- P 423
signabatur, ita ut in hisce duobus soleas fungeretur ipsis vice *βήματος* et ideo *βῆμα ἀναγνωστῶν bema lectorum* vocaretur. haec sententia est verborum Symeonis, manifeste docentium illam intime admotam soleae templi partem impertiri solitam nuncupatione soleae, per extensionem scilicet popularem et minus rigida proprietate. atque hoc valet ad intelligendum id quod alibi scribit idem Thessalonicensis, libro nimirum contra Haereses: *γίνεται δὲ εἴσοδος εἰς τὸν σωλέαν ἐκ τοῦ βήματος διακόνου καὶ ἱερέως ὅλῃ φώτων. fit introitus in soleam e bemate diaconi et sacerdotis sine luminibus.* describit sacram quamdam functionem, qua mos erat prodire ex presbyterio in templi partem ei praetentam sacerdotem cum diacono. illam porro templi partem una *solea*, sive cancellis a presbyterio diremptam, *soleam* appellat. pari notione accipienda necessario vox *solea* est apud Ioannem Can-

www.libtool.com.cn

tacuzenum Hist. l. 1 c. 41, ubi describit ceremoniam coronationis Andronici Iunioris Augusti in magno templo S. Sophiae peractam. ait enim inter caetera multa supplicationem circa templum ductam a patriarcha, clero, imperatoribus et omni populo. tum in reditu versus altare, ubi ventum ad soleam esset, alios quidem omnes foris mansisse, solum imperatorem, qui coronabatur, ingressum reperisse patriarcham stantem super sacris cancellis, hoc est in ipso limine portae soleae, qua ex presbyterio in reliquum templum prodibatur. verba Cantacuzeni haec sunt: *τὸν δὲ ναὸν περιελθόντες κατὰ τὸ ἔθος ἐπειδὰν γένοιντο ἐν τῷ σολέᾳ, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἑστᾶσιν ἐκτός, αὐτὸς δὲ (βασιλεὺς) μόνος εἰσερχόμενος τὸν σωλέαν τὸν πατριάρχην ἐπὶ ταῖς ἱεραῖς κιγκλίσιν ἑστηκότα εὑρίσκει.* haec ille; quae clare indicant spatium aliquod templi sacros cancellos una ex parte contingens soleam vocatum, in quod unus imperator introierit, caeteris abstinentibus ingressu. locum autem fuisse distinctum a presbyterio manifeste patet ex eo quod progressus per illud spatium imperator patriarcham invenerit *ἐπὶ ταῖς ἱεραῖς κιγκλίσιν ἑστηκότα*, stantem super sacris cancellis, in ipso videlicet sacri septi sive presbyterii aditu. vides hic eximie concessum imperatori soli locum intra soleam, hoc est in spatio vicino sacris septis, subdiaconis et lectoribus reservato, unde populus excludebatur. eo videtur alludere quod Nicetas Paphlago scribit in vita S. Ignatii, referens praesagum somnium Bardae imperatoris, quo praemonitus fuerat de vi quae ipsi deinde per Basilium illata est: visus enim fuerat sibi videre ad se stantem in templo venientes albatos quosdam, *ὧν ὁ μὲν δέσμιον τὸν βασιλέα ἀναλαβὼν καὶ ἐπὶ τὰ δεξιὰ κατασύρων ἐξωθεῖτο τῆς σωλέας*, *quorum unus vinctum imperatorem arripiens et ad dextrum latus trahens extrudebat e solea*, proprio videlicet imperatoris intra templum loco, unde pelli omen ferebat expulsionis ab imperio. in ritualibus Graecorum libris distincta quoque reperitur cuiusdam spatii ante sacros cancellos solea vocati mentio. in ordinatione diaconi haec leges: *ἐξελθόντες δύο διάκονοι ἐκ τοῦ ἁγίου βήματος λαμβάνουσι τὸν μέλλοντα χειροτονεῖσθαι διάκονον, ἑστῶτα ἐν τῇ σωλέᾳ. exeuntes duo diaconi ex sacro bemate accipiunt eum qui ordinandus est diaconus, stantem in solea.* in ordinatione vero sacerdotis: *μετὰ δὲ τὸ πληρωθῆναι τὸν χερουβικὸν ὕμνον ἵσταται ἐν σολέᾳ ὁ μέλλων χειροτονεῖσθαι πρεσβύτερος. postquam completus fuerit Cherubicus hymnus, stat in solea qui ordinandus est sacerdos.*

Summa dictorum et sententiae de solea meae haec est, fuisse soleam Latino antiquo verbo proprie dictam substructionem stylobatis columnis epistyliis caeteroque architectonices elegantis specioso apparatu coronatam, quae in templis Graecorum magnificentius ornatis, vice ligneorum cancellorum ac velorum,

www.libtool.com.cn
aram maximam et presbyterium ab ingressu inspectuque populi tegebat; extensam quoque appellationem soleae ad spatium quoddam isti substructioni contiguum designandum. addam hic humanitatis officio instinctus non intempestivam vindicationem boni scriptoris, dum de solea non inscite nec temere disputat, ab alio magis erudito quam humano incomitiati parum civiliter. coniecturam de solea suam verecunde atque obnoxie proponit P 424
Ludovicus Cellotius noster l. 6 de Hierarchia c. 6 p. 435, in hunc modum scribens: *quid si divinet aliquis in ea planitie chori ampla et aequabili eductum aut in medio aut ad alterum latus nobilius aliquod solum omni elegantia adornatum etc. sicque soleam a solo dictum et pavimento, vel si mavis ab expansa aequabiliter et fuse exporrecta forma, qualis soleae est.* haec Cellotius; quae confido aequos omnes assensuros haud adeo esse absurda, ut a scriptore religioso tam atrociter et invidiose traducerentur. *gravius*, inquit, *hallucinatur Cellotius, qui ab expansa et exporrecta eius forma, qualis est soleae, sic dictum putat, quasi profanis soleis et non solutis calceamentis terra sancta calcanda foret.* hic vero merus est succus loliginis. quid, amabo, soleae forma ad sacri loci contaminationem pertinet? an omnes soleae profanae? etiam illae quibus pontifices sacris operantes rite utuntur ecclesiastica benedictione sacratis? videat autem qui piaculum putat ad explicandam figuram loci sacri uti similitudine soleae, quid eum statuere sit consequens de Innocentio Tertio pont. max., qui l. 1 Mysteriorum Missae, c. 35, per calceamentum pedum significari docet sacrosanctum incarnationis verbi mysterium, per quod ait *deum in Iudaea notum, et cuius in Israël magnum nomen, in Idumaeam extendisse calceamentum suum.* at etiam ex modestia Cellotii censor idem, quem honoris causa modo non nomino, ex modestia, inquam, laudabili Cellotii occasionem arripit ei acerbissime insultandi, dum sic scribit: *quid igitur solea? interrogat se ipsum Cellottius.* haeret mihi aqua, *respondet: turbida est certe, coeno et solo et sordidis eius soleis profanata.* haec catholicus et religiosus sacerdos de catholico et religioso sacerdote scribit; quae si adversus Haereticum aut Mahumetanum scriberentur, vix excusari ab inhumanitate possent. caeterum praeter votum tam stomachoso censori contigit ut quae Iesuitae libenter infligebat haud parcens verbera, in eum quem minime vellet resilirent, amicissimum sibi, nobis et cunctis merito suo caput, illustrissimum Allatium, qui doctissima dissertatione de solea, ex qua plurimum profecisse me initio sum professus, eius originem nominis quaerens, *non male*, inquit, *etiam a solea, non ut crepidam sonat, quamquam ab ea quoque non inconcinne dici quispiam autumaret.* haec ille; quibus omnia illa quae in Cellotium pariter loqui ausum intorta vidimus fulmina, in suum caput attraxisse videri poterat, nisi

www.libtool.com.cn
laureum baculum gestaret, per quem est a procellis istiusmodi tutissimus.

Ταναΐτης p. 422 v. 9. venti *Ταναΐτου* dicti meminit Procopius l. 4 secundae tetradis c. 4 p. 573 ed. Reg. his verbis: *Τάναϊν δὲ καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι καὶ τὴν ἐκβολὴν ταύτην ἐκ λήμνης ἀρξαμένην τῆς Μαιώτιδος ἄχρι ἐς τὸν Εὔξεινον πόντον .... ἀλλὰ καὶ τὸν ἄνεμον, ὃς ἐνθένδε πνεῖ Ταναΐτην προσαγορεύουσιν.* ex quibus intelligimus huius venti nomen non a vero amne Tanai sumptum, sed ab alveo quodam aut prono fluxu paludis Maeotidis in Pontum Euxinum, qui alveus etiam Tanais nominari consueverit. ab eo autem spirantem ventum, qui, ut ait noster, inter Boreales solet esse vehementissimus, Tanaitem dici.

ταρίτες p. 419 v. 21. hinc habemus naves quasdam contractae longitudinis, hoc est minus longas quam triremes, Taritas a Genuensibus iis olim utentibus fuisse vocatas. verisimile est easdem has esse cum iis quas *ταρίδας* Nicetas appellat; qua voce
P 425 *δρόμωνας* eum significasse Meursius censet. unde forte vel hic rescribendum *ταρίδες* fuerit, vel apud Nicetam *ταρίτες* emendandum. videndum etiam an non hinc emanaverit *Tartanarum*, quae hodie appellantur, nomen. caeterum si *δρόμωνες* sint *ταρίτες*, iis conveniet descriptio dromonum quae apud Procopium l. 1 de Bello Vandalico c. 11 legitur his verbis: *πλοῖα μακρὰ ὡς εἰς ναυμαχίαν παρεσκευασμένα, μονήρη μέντοι καὶ ὀροφὰς ὕπερθεν ἔχοντα, ὅπως οἱ ταῦτα ἐρέσσοντες πρὸς τῶν πολεμίων ὡς ἥκιστα βάλλοιντο. δρόμωνας καλοῦσι τὰ πλοῖα ταῦτα οἱ νῦν ἄνθρωποι· πλεῖν γὰρ κατὰ τάχος δύνανται μάλιστα. longae naves ad maritimum praelium instructae, sed unico actae remorum ordine, tectis desuper munitae, quo earum remiges quam minime telis hostilibus paterent. hoc navium genus hodie dromonas vocant. voce a cursu ducta quo illae in primis velloci valent.* haec Procopius.

ταταᾶς p. 512 v. 5. huius dignitatis cui nomen est *tatae aulae* saepe meminit Codinus in lib. de Offic. Aul. c. 2, ubi hoc officium sextum et trigesimum dignitatis ordine esse ait inter Palatina; c. 4, ubi eius habitum explicat; c. item 5, ubi observat huic officio nullum incumbere ministerium, *οὐδὲ ἔν ὑπηρέτημα κέκτηται.* nusquam autem tradit rationem nominis, aut quem ad finem instituta haec praefectura sit. *tata* Latinis iam olim puerile nomen est, quo primum ex infantia in balbutiem prodeuntes parvuli, quos vident viros, *tatas*, quas mulieres, *mammas* appellant, ut docent interpretes Martialis ad illum versum epigrammatis eius 101 l. 1:

mammas atque tatas habet Afra; sed ipsa tatarum
dici et mammarum maxima mamma potest.

suspicari ex hoc forte possumus *tatam aulae*, quem hic eunuchum videmus, fuisse praepositum educationi ac curae liberorum

imperatoris adhuc parvulorum; et propterea huius ὑπηρέτημα nullum extitisse erga imperatorem, ac ne functionem quidem immediatam ullam erga ipsos parvulos, quod munus eius esset imperare nutricibus et gerulis, qui eis addicti curandis erant. nec vana forsitan coniectura fuerit hunc Andronicum eunuchum, quod Andronico nunc Augusto, ante patris imperium nato, educando servilibus ministeriis navasset operam, ab eo iam adulto manumissum patroni nomen more libertorum accepisse, et eiusdem gratia promotum in istam honorificam praefecturam.

τεθέν p. 222 v. 11. ait: cum regio illa Maryandenorum et Paphlagoniae rebus ad victum utilibus abundaret, signatae monetae parum haberet, quod vectigalia in nummis exigerentur, coactos earum terrarum incolas fuisse, ad exacte conficiendam tributi summam, vendere scilicet vili universa quae collegerant messe ac vindemia, et sic deinde toto anno necessariis ad victum eguisse. videtur ergo hic τὸ τεθέν peculiari notione usurpatum, ad significandum quidquid reponebatur in annonam et victum familiae per annum. quamquam non diffiteor posse referri ad summam impositam per censum, cui semel exsolvendae universa annona alieno tempore vili distracta profliganda erat colonis miseris, in reliquum annum victu carituris, cui notioni magis accedit quod legitur l. 1 c. 5, τὸ λοιπὸν τοῦ τεθέντος τέλους.

Τελχίν p. 253 v. 7. Eustathius in Iliad. ν p. 941 ed. Rom. Τελχῖνας, ait, πλάττουσιν οἱ μῦθοι δαίμονάς τινας κακοποιούς. P 426
Telchinas fingunt fabulae daemonas quosdam maleficos. similia et idem alibi. Hesychius: Τελχῖνες βάσκανοι, γόητες, φθονεροί. Etymologicus: λέγονται δὲ Τελχῖνες οἱ φθονεροὶ καὶ πονηροὶ καὶ βάσκανοι δαίμονες. *dicuntur autem Telchines invidi mali, et immanes daemones.* his auctoritatibus fretus *malum et invidum daemonem* interpretatus sum hoc loco Τελχῖνα.

τόμος καὶ τομογραφεῖν p. 280 v. 16. agit de Germano, quem sub finem praecedentis capitis dixerat electum fuisse in patriarcham concordibus plerorumque antistitum suffragiis, quibus et imperatoris calculus accessit comprobantis iudicium synodi. παρὰ τῶν λοιπῶν ἠξιοῦτο τὴν τῆς Κωνσταντινουπόλεως προστασίαν ἀναδέξασθαι, σὺν οἷς καὶ ὁ βασιλεὺς τὴν ψῆφον ἀποδεξάμενος. tunc videtur electionis Germani decretum rite perlatum, quod τόμος hic dicitur usitatissima eius vocis notione in scriptis Graecorum citimae vetustatis, praesertim de rebus ecclesiasticis agentium. caeterum difficilem ad assentiendum electioni sui se praebente Germano res pendebat, quoad exoratus is tandem ab imperatore et reliquis amicis annuit. et tunc ad promulgandum decretum prius factum congregatus est coetus qui voce κοινόν hoc loco significatur, ut superius ostendimus. distulimusque huc statuendum quid hic dicatur κοινὸν ὑπὸ τόμῳ γεγονός

www.libtool.com.cn

coetus sub tomo factus. videtur significari coetum hunc vi prius iam perlati de electione Germani decreti coactum, non ut de ea deliberaret, sed ut rem statutam exequeretur et novum patriarcham quasi in possessionem sedis mitteret. suspicabar etiam ex facto quadamtenus simili, quod mox referam, patres qui in hunc coetum convenerunt exemplum scriptum decreti a se prius editi manu quemque tenuisse. sic enim actum videtur in alio ecclesiastico conventu, cuius est mentio in vita Leonis papae I, recitata tom. 7 Concil. ed. Reg. p. 50. verba haec sunt: *congregati sunt* 256 *sacerdotes et alii* 406 *episcopi, quorum chirographus cucurrit. qui congregati sunt una* cum tomo, *hoc est fide Apostolicae ecclesiae.* vides hic decretum antea de fide Apostolicae ecclesiae, hoc est dogmate catholico, perlatum tomum vocari, et hunc tomum quemque congregatorum secum habuisse; unde et hoc κοινὸν ὑπὸ τόμῳ γεγονός dici potuerit. ac quod hanc τόμου notionem attinet, actio ipsa decretum condendi alibi a nostro verbo τομογραφεῖν exprimitur. nempe l. 4 c. 29, ubi agitur de coronatione Andronici, ἐτομογράφουν δὲ inquit καὶ οἱ ἀρχιερεῖς ὑπ' ἀφορισμὸν ποιοῦντες etc. decreto videlicet synodali rite condito, antistites sub anathematis interminatione sanxerunt ratam a cunctis agnoscendam habendamque evectionem Andronici in imperium, procurante id scilicet Augusto eius patre, quippe studiosissime agente ut quam maxime firma et irrevocabilis ista eius filii esset promotio.

Τρικοκκιῶται p. 201 v. 16. ταῦτα περὶ τοὺς Τρικοκκιώτας. sic concorditer tres codices. videtur populi nomen a loco ductum, qui τρίκοκκον vel τρικόκκιον diceretur. reperi apud geographos Strabonem, Ptolemaeum, alios, τρικύριον et τρικόρνιον: sed nusquam alibi τρίκοκκον aut τρικόκκιον. verum ne quidquam immutetur, consensus codicum prohibet.

ὑποψήφιος p. 438 v. 12. hoc loco ὑποψήφιος vocatur, qui iusta ad dignitatem aliquam electivam suffragia electorum tulit, nondum tamen decretum electionis rite perlatum est. unde
P 427 iste Theodosius, in quem praeponendum throno patriarchali Theopoleos sive Antiochiae pleraeque patrum sententiae conspiraverant, erat electus tantum et quasi designatus patriarcha, nondum tamen in possessionem missus, et ἀναχηρυχθεὶς ὑπὸ κοινῷ τόμῳ, ut l. 4 c. 13 de Germano in Constantinopolitanum patriarcham prius electo scribitur, hoc est palam declaratus patriarcha, perlato et legitimis formulis rite sancito communi totius concilii de ista electione decreto, quod τόμου vocabulo significatur.

φάκελλοι p. 511 v. 11. quid φακέλλους hic putemus aliud quam Latinam vocem diminutivam ex *fascis*, quasi *fascellos* dicas, quod frequentius scribitur *fasciculos*? Synesius Epist. 133: ἅπασι γέγραφα φάκελλον ἐπιστολῶν Διογένει δοὺς. hoc

www.libtool.com.cn
est: *omnibus scripsi, fasciculum literarum Diogeni commendans.*

φατριάρχης p. 287 v. 9. verba sunt Arsenii electi patriarchatu et in insulam deportati. in his vocabulo φατριάρχης scommatice designat Germanum in suum locum intrusum; cuius nomen videtur alludere, dum φατριάρχην quasi φρατριάρχην vocat. notum enim Constantinopoli erat quid Latina vox *frater* germano synonyma sonaret, cum essent in ea urbe Latini tam multi, praesertim cum simul, ut mox admonet historicus, germanam imperatoris Eulogiam oblique perstringeret. forte etiam φατριάρχης infense dictum pro πατριάρχης, ut ad Philipp. 2 3 κατατομή pro περιτομή, φ et κ nescio quid δύσφημον trahentibus ex quadam quasi contagione φαύλου et κακοῦ.

φήμη p. 145 v. 9. ἀφικνεῖται — φήμη γε οὖσα καὶ θεὸς ἡ φήμη. ita noster recondite suo more in codd. B et A, quae V suo item more omisit. puto Pachymerem hic in mente habuisse abstrusiorem quandam notionem vocabuli φήμη *), quae cum vulgo significet indicium rei gestae humano testimonio in notitiam absentium sparsum, aliquando proprie designat nuntium non humanitus allatum rei magnae longinquis in locis actae, et statim ibi cognitae quo nulla celeritas cursorum tam exiguo spatio pervenire potuerit. exempla veteres historici multa referunt. vide Livium initio l. 45 et Plutarchum in Aemilio Paulo, ubi praeter eventum mirabilem vulgati Romae praelii, quo in Macedonia quatriduo ante debellatum fuerat cum Perseo rege, quatuor alia exempla commemorat similium casuum, et in his unum, cuius ipse Plutarchus testis fuit, aetate sua, ut ait, omnibus perspecti, de perlata Romam eadem die qua in Germania contigit, caede Antonii, et eius exercitus clade qui contra Domitianum rebellarat. simili autem ratione videtur indicare noster pervenisse ad Latinos Daphnusiam oppugnantes famam captae a Graecis Constantinopolis, quam propterea *famam divinam* vocat, καὶ θεὸς ἡ φήμη. significat etiam eam esse veram et propriam nominis φήμη notionem, Homerum, opinor, secutus, apud quem, ut Eustathius admonet, φήμη est μαντικὴ κληδών, τουτέστιν ὁ μέλλοντός τινος δηλωτικὸς λόγος, ἐξ αὐτομάτου λεγόμενος: *propheticum omen, hoc est rei futurae cuiuspiam index verbum sponte prolatum.* quia vero ad prophetiam etiam pertinet notitia rerum absentium longinquis ex locis non humana opera delata, iure suo noster etiam ad hoc Homericam vocabuli *fama* notionem transfert.

φορητὴ οἰκία p. 330 v. 15. non usquequaque, ni fallor, obvia hic usurpatur notio vocis φορητή pro eo quod, ana-

*) habuit Hesiodeum illud Θεός νύ τίς ἐστι καὶ αὐτή.

www.libtool.com.cn

P 428 logia e solutili, classicis usitata voce, ducta, fortasse Latine dicere possumus *portatilis*. hac porro circumlocutione vel σκηνὰς *tabernacula castrensia* exprimere Pachymeres voluit, vel, quod verius puto, indicare domos e materia solutiles proceribus Romanis, urbanum luxum in militia quoad possent usurpare studentibus, paratas eo artificio ut partes earum solvi seiungique commissuris et alio delatae alibi rursus compingi possent. eius generis videtur fuisse οἰκίδιον, cuius est mentio infra l. 5 c. 6, quo viso refertur obstupuisse cralis Serbiae Stephanus Uresis: ἀλλὰ καὶ τὸ θεραπευτικὸν τὸ ἐν ἐκείνοις βλέπων Οὐρέσις καὶ οἰκίδιον .... ἐπαλαστήσας φησὶν αἳ αἳ, τί ταῦτα; καὶ ἡμῖν οὐ συνήθης αὕτη ἡ δίαιτα etc. quae indicant eum ista specie quasi nimii luxus offensum. aliquid etiam simile fuerit σκηνικὴ νεὼς ἐκ πέπλων στιβαρῶν μετάξης, quam monachus nomine princeps, deducens ad Chalaü Tocharorum principem sponsam filiam imperatoris ὑπὸ μεγάλαις φαντασίαις καὶ ἁβρότησι συνάμα καὶ πλούτῳ παντοδάπῃ, circumtulit ad ostentationem magnificentiae, ut l. 5 c. 3 narratur.

φρέριος p. 360 v. 18. οὓς φρερίους αὐτοὶ λέγουσιν, ἀδελφούς. religiosos videlicet, quos *fratres* vocare iam tum apud Italos invaluerat. Galli sive Franci, ex qua gente plurimi Constantinopoli et passim per Orientem degebant, fratres *frères*, ut hodie, dicebant; unde Graeci vocem φρερίους formarunt. usurpat porro noster hoc vocabulum et alibi saepius. erant hi plerique e sacris familiis SS. Francisci et Dominici; quamquam et Melitenses equites apud Cantacuzenum frerios videmus dictos.

φυλακὴ ἡμέρας p. 245 v. 1. ut nox, ita et dies in custodias quatuor dividebatur, trium quamlibet horarum. hoc secutus φυλακήν hoc loco verti *trihorium*, quam vocem meminisse me legere apud auctorem satis antiquum nec indiligentem Latinitatis Ausonium in Mosella. Vaticanus post verba quae descripsi glossema suum quoddam infercit non valde accuratum, sic exprimens hunc locum: πρώτη τοίνυν φυλακὴ τῆς ἡμέρας, οἷον εἰπεῖν ἐγγὺς εἶναι τέσσαρας ὥρας τῆς ἡμέρας. quid ita vero? nonne potuit auctor indicare voluisse initium custodiae sive trihorii, non autem ultimam eius partem contiguam horae diei quartae? immo vero clare significat de principio, non de fine primi diei trihorii se loqui, dum mox post recitata verba subiungit ὑπεραναβαίνοντος τὸν ὁρίζοντα τοῦ ἡλίου, quae in B et A codd. leguntur, et licet in V non compareant, non videtur tamen dubium quin sint γνήσια. indicant autem, id quod ibi narratur, contigisse paulo post exortum solis, hoc est hora prima diei. l. 4 c. 8 nomen hoc idem φυλακὴ nocturno tempori, cui magis convenit, aptatur in his verbis: καὶ δὴ τὴν πρώτην φυλακὴν τῆς νυκτὸς ἐκείνης. ubi nemo non videt, qui quidem totum locum attente inspexerit, nam

www.libtool.com.cn

pro καί fuisse reponendum, ut fecimus; etsi in eo mendo tres codd. convenirent.

φώσσωνες. l. 5 c. ultimo ter usurpatur hoc vocabulum, et tertio loco apponitur adiunctum ὠργυιωμένοι, ut non sit dubium quin Pachymeris haec scribentis obversaretur animo locus ille Lycophronis in Alexandra,

ἄφλαστα καὶ φώσσωνας ὠργυιωμένους.

Isaacius Tzetzes, scholiastes eius obscurissimi poëmatis, sic ibi enarrat hanc vocem: φώσσωνας τὰ λαίφη, τὰ ἄρμενα, παρὰ τὸ φῶ τὸ λαμπρύνω· λευκὰ γάρ. ἢ παρὰ τὸ φυσᾶσθαι ὑπ' ἀνέμου φυσσῶνες. ubi vides φώσσωνας vela navium esse, sic dicta vel quod candeant naturali colore lineae telae, a verbo φῶ, quod candere significet, vel quod inflante vento tumeant, a verbo φυσ- P 429
σάω, quod est inflare. eodem recidunt quae in eam vocem annotant Eustathius et Hesychius. nos Graeco poëtico vocabulo Latinum item poëticum opposuimus, cum alicubi φώσσωνας *carbasa* vertimus.

χρόνος p. 35 v. 21. hic manifeste sumitur χρόνος pro ἔτος. item l. 4 c. 21: τὸν εἰκοσιτέταρτον τῆς βασιλείας χρόνον ἐδήλωσεν ἄντικρυς. ubi agit de numero literarum nominis Michaëlis Palaeologi, cui si adiungantur literae cognominis eius minus noti Manuëlis, fient elementa viginti quatuor totidem ei annos imperii ominantia, ut eventus ostendit. nam hic imperator c. ultimo l. 6 24 annis imperasse traditur his verbis: βασιλεύσας δὲ ἡμερῶν δεουσῶν εἴκοσι τὰ εἴκοσι τέσσαρα, nempe ἔτη, quod nomen prius posuerat. quare debet resolvi diphthongus ου in nomine Μανουήλ, et pro duobus distinctis elementis computari, ut numerus ex mente auctoris constet. non omittam autem monere totum hoc comma de cognomine Manuëlis et praesagio ex eo ducto annorum imperii Palaeologi ab Allatiano et Vaticano codicibus abfuisse, in solo comparere Barberino. saepe alibi Pachymeres χρόνον ponit ἀντὶ ἐνιαυτοῦ aut ἔτους, praesertim hoc loco c. 20 l. 5: οὔπω χρόνος τετέλεσται, et l. 6 c. 10: ἤδη δὲ χρόνων παρῳχηκότων τεττάρων.

χρυσόσυρμα p. 387 v. 11. de Ioanne despota deponente pileum insigne despoticae potestatis, et alium eius loco vulgarem imponente capiti. Codinus Curopalata de officiis c. 3 p. 12 ed. Paris. anni 1625: τὰ σκιάδια τῶν γαμβρῶν τοῦ βασιλέως δεσποτῶν ὄντων χρυσοκόκκινα συρματίνα, ἔχοντα σταυροὺς μαργαριταρεῖνους καὶ γύρους. *pilei generorum imperatoris, si sint despotae, aurei et coccinei coloris sunt et fimbriati, habentque cruces ex margaritis et gyros seu circulos.* en pileus despotae aureus et fimbriatus. hunc ideo noster uno vocabulo χρυσόσυρμα nuncupat hoc loco, dum illum vulgari et privato mutatum ait a Ioanne de-

www.libtool.com.cn
apota. igitur τὸ ἐκ non materiam hic indicat pilei communis, sed terminum unde transierit ad vulgarem pileum is qui antea uti solitus esset aureo fimbriato. sic Virg. 3 Aen.

quos hominum ex facie dea saeva potentibus herbis
induerat Circe in vultus et terga ferarum.

χωλαί p. 404 v. 4. χωλάς τε ῥυσάς τε παραβλωπάς τ' ὀφθαλμώ. sic enim ex Homero correximus, cum in mss ὀφθαλμῶν legeretur. non intelliget haec scripta de Vecco pro reis solicite agente, qui locum Homeri obversatum animo Pachymeris scribentis oculis et ipse lector non subiecerit aut memoria revocaverit. Iliadis decima Phoenix inter alia multa quae allegat Achilli flectendo, proponit deorum exemplum exorabilium in veniam culparum, dum precibus conveniuntur:

οὐδέ τέ σε χρὴ
νηλεὲς ἦτορ ἔχειν. στρεπτοὶ δέ τε καὶ θεοὶ αὐτοὶ ....
καὶ μὲν τοὺς θυέσσι καὶ εὐχωλῇς ἀγανῇσι
λοιβῇ τε κνίσῃ τε παρατρωπῶσ' ἄνθρωποι
λισσόμενοι, ὅτε κέν τις ὑπερβήῃ καὶ ἁμάρτῃ.

tum et de Litis filiabus Iovis addit

καὶ γάρ τε Λιταί εἰσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο,
χωλαί τε ῥυσσαί τε παραβλῶπές τ' ὀφθαλμώ.

tales deas ingeniose finguntur ad vim beneficam misericordiae exP 430 primendam, eximere poenae satagentis convictos criminum, et horum angores in se suscipientis: de quibus multa erudite Eustathius disputat ad eum locum. Homerum noster suo genio indulgens hic exscripsit, nihil solicitus de lectore parum forte versato in Homeri lectione, sic nempe solitus passim intexere orationi suae crudas ignotasque innominatorum auctorum χρήσεις, quasi praescripsisset in vestibulo sui operis simile aliquid eius quod in foribus scholae Platonis legebatur: οὐδεὶς πάντων ποιημάτων τε καὶ συγγραμμάτων ἀρχαίων ἀμύητος εἰσίτω. porro sicut Λιτάς, quasi dicas *supplicationes*, Homerus προσωποποιεῖ εἰς σχῆμα παλιπωρίας, sic et in speciem obsequii obnoxii abiecteque per adulationem demissi subornat blanditias Martialis, dum scribit Ep. 72 lib. 10:

frustra blanditiae venitis ad me
attritis miserabiles labellis ....
iam non est locus hac in urbe vobis.
ad Parthos procul ite pileatos,
et flentes humilesque supplicesque
pictorum sola basiate regum etc.

ψωμίζεσθαι χρυσοῖς p. 129 v. 5. nimirum invadentes Persidem Tochari Chalypham illic dominantem avarum et divitem auro liquefacto in os eius infuso necaverunt; quod noster obscure

www.libtool.com.cn

dicit ψωμίζεσθαι χρυσοῖς, quasi diceres *offis aureis in os ingestis pasci.* sed rem uti se habuit, declarat Vaticanus Paraphrastes hunc locum sic exhibens: *ὁ μὲν Χαλυφᾶς χρυσοῦ ζέοντος κατὰ λάρυγγος ἐκείνου χυθέντος ἐτελεύτα. Chalypha quidem auro fervente in guttur eius infuso mortuus est.* quod ita gestum adstipulatur Marinus Sanutus l. 3 partis 13 c. 7 sic scribens: *capti Calyphae gutturi liquatum aurum iussit* (Haolonus) *infundi, avaritiam exprobrans, quia cum immensis affluerat thesauris, cupiditate detentus pro salute sua eos expendere renuit.* haec Sanutus.

ὠάτον p. 405 v. 9. non alibi repereram ὠάτον pro ὑπερῶον, coenaculo aut aula superiori camerata ovali forma. quid enim hic aliud intelligamus?

ὠργυιωμένοι p. 424 v. 16. ait immissam a tergo navi Genuensi plenis velis elabenti onerariam Catalanam, quae ventum ei a puppi suorum velorum oppansu interciperet ac sic sufflaminaret impetum ruentis. ὠργυιωμένους Tzetzes ad Lycophronem interpretatur ἐκτεταμένους, ἡπλωμένους *extensa et explicata vela.* subditque continuo ἐτυμολογίαν in hunc modum: *ἢ ἀπὸ τῆς ὀργυιᾶς, ἤτοι τῆς ἐκτάσεως τῶν χειρῶν. ἢ καὶ ἀπὸ τοῦ ὀργῶ τὸ ὁρμῶ. ὀργᾶν δὲ τὸ ἐκ γῆς συντόμως ὀρύειν τι τῶν φυτῶν ἢ τῶν βοτανῶν.* ita ille; qui statim addit scribi debere ὠργυιωμένους adiuncto ι ad υ secundae syllabae; unde nos codicem nostrum, qui ὠργυωμένους scribebat, correximus. ὠργυιωμένους, ait Tzetzes, *μετὰ προσγραφῆς τοῦ ι δεῖ γράφειν.* vides hinc obiter familiarem Pachymeri fuisse Lycophronem, genio videlicet conciliante σκοτεινὸν σκοτεινῷ. et illum quidem nostrum, qui omnium scriptorum tenebras in suum opus congerere studeret, non temperaturum arbitror, si qua occasio daretur, etiam πελαργοχρῶτας καὶ φαλακραίας κόρας et ἀπαρκτίας πρηστῆρος αἴθωνος πνοάς, quae Lycophron habet ibidem unde ὠργυιωμένους exscriptum est, in scriptione hac sua ponere, quam tam demum elegantem et eruditam visum iri credidit, si omnium inligi metuentium scriptorum griphos et noctes avide conquisitas ostentaret, parum pensi habens quas cruces lectoribus aut interpretibus suis figeret.

www.libtool.com.cn

PETRI POSSINI E S. I.
OBSERVATIONUM PACHYMERIANARUM
LIBER II.
COMPLECTENS NOTAS.

IN TITULO OPERIS.

P 433 PACHYMERIS. cum varii varie Graecum nomen *Παχυμερής* Latine efferant et inflectant, alii Pachymeram, alii Pachymerium, alii aliter vocantes, mihi commodius et expeditius visum est inflexione uti Latina nominum classis tertiae. quin id sit simplicius et ad usum facilius, nemo negaverit. iure autem fieri, exemplis adstruitur. nam Ulysses, Socrates, Demosthenes, similia plurima mere Latine ab omnibus flectuntur, nullo respectu ad inflexiones Graecas istorum nominum. quis enim unquam adumbrare curavit Latino sono genitivum *Δημοσθένους* aut accusativum *Δημοσθένη* balbutiendo *Demosthenus* aut *Demosthene*, Romana Minerva invitissima? hoc etsi parvum dictu, necesse visum hic profiteri.

MICHAELIS. quotus hic inter imperatores Constantinopolitanos Michaël fuerit, non erit inutile semel statuere. primus ad imperium hoc nomen pertulit Michaël Curopalata cognomento Rhangabenus, laudatissimus princeps, anno Christi 811. secundus homo scelestissimus Michaël Balbus, e carcere ubi ad vivicomburium servabatur, vi ad solium erupit anno Christi 820. tertius Michaël Porphyrogenitus Theophili imperatoris filius cum matre Theodora imperium tenuit, magno rei publicae et ecclesiae malo: fuit enim, ubi adolevit, impiissimus. coepit dominari anno Christi 842, male periit 867. anno inde Christi 1034 Michaël Paphlago a patria dictus, adulter Zoës Augustae, Romano eius viro strangulato imperium arripuit, et tenuit annis fere octo. moriens successorem habuit Michaëlem cognomento Calephatem, eius nominis quintum, qui post annum a Zoë, quae illum promoverat, imperio et oculis privatus locum cessit Constantino Monomacho anno Christi 1042. quatuordecim post annis Michaël cognomento Stratonicus sextus eius nominis coronatur Au-

gustus: sed mox anno 1057 Isacio Comneno ultro concedens abdicavit principatum. anno Christi 1071 Michaël cognomento Parapinaceus, filius Constantini Ducae imperatoris, mortuo Romano Diogeni successit, septimus inter Augustos Byzantinos Michaël; quem inter et hunc nostrum cum nemo sic appellatus imperaverit, Palaeologus, cuius hic historiam damus, numerandus erit Michaël VIII.

Palaeologi. natus hic anno Christi 1224 ex Andronico P 434
Palaeologo magno domestico, matre Palaeologa Irenes et Alexii Palaeologi despotae filia. haec Irene, Michaëlis avia materna, filia fuit Angeli Comneni, quo imperante Constantinopolis capta est a Latinis. dedit is eam coniugem Alexio Palaeologo (ut Phrantzes habet: Acropolita Andronicum appellat), quem et despotam creavit et imperii successorem designavit. sed is brevi est mortuus, unica ex coniuge filia suscepta, quae Andronici Palaeologi magni domestici uxor, Michaëlis Palaeologi mater fuit. quare is a patre iuxta matreque Palaeologi appellationem tulit, διπλοπαλαιολόγος propterea vocatus, ut Phrantzes habet c. 1. idem tradit Gregoras l. 3 p. 32. sed et Comnenus a matris avo Angelo Comneno imperatore dictus, ut Phrantzes ibidem docet; ac passim ita vocatur ab Acropolita scriptore ipsi faventissimo. unde crediderim affectasse Michaëlem ante imperium dici Comnenum, quod eam rem velificari ambitioni suae crederet. sed et huius posteros ob nobilitatem inclytae tot Augustis familiae Comnenorum appellatione gloriatos ostendunt inscriptiones Michaëlis et Andronici Iuniorum a Pontano descriptae Notis ad Phrantzen. hunc porro nostrum Michaëlem, postquam ad imperium pervenit haud magnopere curasse Comnenum dici, licet intelligere ex Pachymere, qui ei familiaris, et sub eius filio Andronico Seniore, non sine cura demerendae regnatricis domus gratiae, scribens, nunquam eum alio gentili quam Palaeologi nomine designat.

Historia Rerum. duas historias separatis voluminibus et titulis Pachymeres reliquit, ut in codicibus optimis Barberino et Allatiano distinctissimae leguntur. licet Vaticanus paraphrastes, qui multa contraxit, quaedam addidit, pleraque mutavit, ambas in opus unum conflaverit; cui forte similis fuerit Augustanus ille codex, unde sua excerpta Wolfius sumpsit: nam et is unam ex duabus Pachymeris historiam videtur agnoscere. nos priorem Michaelis VIII Palaeologi acta exequentem modo damus, alias, deo volente, Andronicum eiusdem scriptoris, sive de gestis Andronici Senioris libros VII, in lucem emissuri.

p. 11 v. 1. *Constantinopolitanus genere, ortus et educatus Nicaeae.* Pachymeres huius Histor. p. 148 v. 7. testatur patrem suum Constantinopolitanum civem fuisse, exulare a patria coactum ob Latinos ibi dominantes. sane cum idem Pachymeres hic doceat se annum aetatis undevigesimum agente pulsos Constantino-

poli Latinos, et libro harum Observ. 3 demonstraturi simus receptam e Latinis urbem recuperasse Graecos octo et quinquaginta annis postquam amiserant, facile potuit nasci Nicaeae Pachymeres patri quinquagenario, qui usque ad annum aetatis undecimum in paterna domo Constantinopoli educatus ob exosam Latinorum ibi dominationem Nicaeam migraverit. tradit enim Acropolita Historiae suae c. 6 Latinos urbe capta liberam Graecis dedisse facultatem vel ibi manendi vel alio migrandi: *τῆς πόλεως κυριεύσαντες οἱ Ἰταλοὶ ἄδειαν δεδώκασι τοῖς ταύτης οἰκήτορσι, τοὺς θέλοντας μένειν τε καὶ ὑπὸ χεῖρας εἶναι αὐτῶν, τοὺς δ' ἀκωλύτως ἀπέρχεσθαι ὅπη ἂν βούλοιντο.* mox addit plerosque illustriorum clam aut palam abiisse, quorum e numero fuisse Pachymeris patrem verisimile est.

v. 3. *clero adscriptus.* in Graeco legitur apud optimos codd. B et A *θείῳ σωθεὶς κλήρῳ*, prout expressimus. nempe *σώζεσθαι* aliquando est appellere aut pervenire. Codinus c. 22 de sponsa imperatoris: *κατὰ τὴν ἡμέραν καθ' ἣν μέλλει ἀποσωθῆναι εἰς τὴν πόλιν. quo die perventura in urbem est.* Vaticanus iam hinc incipiens obscuriora clarioribus mutare *θείῳ κλήρῳ δοθεὶς* posuit.

p. 12 v. 8. *ut doctus quidam asseruit.* apparet ex illis
P 435 verbis *διὰ τὸ φανέντα κρύπτεσθαι* etc. doctum hunc Sophoclem esse, cuius in Aiace *μαστιγοφόρῳ* illa extat celebris de tempore sententia:

ἅπανθ' ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος
φύει τ' ἄδηλα καὶ φανέντα κρύπτεται.

p. 14 v. 4. *istud argumentum praeoccupatum ab aliis.* videri potest innuere Nicetam Choniatem, qui et urbis expugnationem a Latinis et res aliquot post eam annorum, prout geri videbat, scripsit. Georgium quidem Acropolitam Logothetam et Nicephorum Gregoram ne innui hoc loco a Pachymere putem facit, quod Gregoras post Pachymerem scripsit: Acropolita vero licet aliquanto senior Pachymere, iunior tamen fuit quam ut res Theodori Lascaris prioris spectare praesens potuerit, quas ex fama et monumentis in historiam digessit. hoc ex eius historia clare discimus. scribit enim ille ibi c. 29 p. 25 ed. Reg.: *τότε καὶ αὐτὸς πρὸς τῶν γονέων ἐκ τῆς Κωνσταντίνου ἀπεστάλην τῷ βασιλεῖ ἑκκαιδεκάτης* (videtur legendum *ἑκκαιδεκαέτης ὤν*) *tunc et ipse a parentibus ex urbe Constantinopoli missus eum ad imperatorem sexdecim annos natus.* apparet doctissimum interpretem legisse *ἑνδεκαέτης* pro *ἑκκαιδεκαέτης*: vertit enim *undecim annos natus.* sed quod addit statim auctor se *ἐγκυκλίου ἀπηλλαγμένον παιδεύσεως* perfunctum iam tum studiis fuisse humaniorum literarum, magis, ni fallor, congruit cum aetate annorum sexdecim. parum enim est verisimile undecennem puerum grammaticam, rhetoricam, ipsam philosophiam, cum artibus quatuor huic sub-

www.libtool.com.cn

iectis, arithmetica musica geometria et astronomia, satis perceptas habere potuisse. *παίδευσις* siquidem *ἐγκύκλιος* tot illa complectebatur, ut ex Ioanne Tzetze intelligitur, sic de his scribente Chiliad. 11 sect. 367:

ἐγκύκλια μαθήματα καλοῦνται
ὁ κύκλος τὸ συμπέρασμα πάντων τῶν μαθημάτων,
γραμματικῆς, ῥητορικῆς, αὐτῆς φιλοσοφίας,
καὶ τῶν τεσσάρων δὲ τεχνῶν τῶν ὑπ' αὐτὴν κειμένων,
τῆς ἀριθμούσης, μουσικῆς καὶ τῆς γεωμετρίας
καὶ τῆς οὐρανοβάμονος αὐτῆς ἀστρονομίας.

fateor interdum solam grammaticam *ἐγκυκλίου παιδεύσεως* mentione designari *κατὰ κατάχρησιν, οὐ λόγῳ δὲ κυρίῳ*, ut idem Tzetzes ibidem loquitur; nec eo infitias videri posse locutum eo sensu Acropolitam, dum de illa quam percepisse iam tum se ait encyclica doctrina statim subdit *ἣν γραμματικὴν κατονομάζουσιν οἱ πολλοί quam plerique grammaticam nominant*, praesertim cum paulo post, c. nimirum 32, idem adiungat se hortatu imperatoris Ioannis, ad quem missus fuerat, *ὑψηλοτέρᾳ τῶν λόγων παιδεύσει καὶ λογικοῖς παιδεύμασιν* operam dedisse, magistro Theodoro Exapterygo. verum haec non obstant iam positis, cum sit vero similius *γραμματικῆς* vocabulum non *καταχρηστικῶς* sed *κυρίως* ibi Acropolitam usurpasse, ac non alterius generis disciplinas sed maiorem in iam degustatis progressum in schola Exapterygi quaesisse, quippe a quo, ut ipse mox addit, septem annis nihil nisi *τῶν ποιημάτων σαφήνειαν καὶ τῆς τῶν λόγων τέχνης διδασκαλίαν* perceperit, quorum neutrum encyclicae limites excedit. denique sexdecim natum annos se in Ioannis aulam admissum satis manifeste demonstrat Acropolita, dum c. 32 primam rem omnium quae ipsi in comitatu Ioannis Augusti contigerunt, memorat sui traditionem in disciplinam Theodori Exapterygi, quem se audire cepisse ait *ἑπτακαιδέκατον ἔτος ἄγοντα decimum septimum agentem annum:* quodsi iam undecimo aetatis ad Ioannem venisset, oportuisset eum ibi sex totis annis sine ulla occupatione desedisse. pro certo igitur habendum sexto decimo aetatis anno cepisse Acropolitam Ioanni Augusto adhaerere. quo autem id eiusdem Ioannis imperii atque adeo Christi anno contigerit, explorandum nunc est. adventum in aulam Ioannis suum P 436
in id tempus incidisse narrat Acropolita, quo tempore Roberto Latinorum imperatore mortuo Ioannes olim Ierosolymorum rex Constantinopolim est evocatus ad res illic moderandas, quoad Balduinus puer in aetatem imperio idoneam adolevisset. Robertus autem anno Christi 1228 aut sequenti est mortuus; unde Ioannis Brennensis ex Italia, ubi Gregorio Nono militabat, Constantinopolim appulsus ad Chr. 1229 aut 1230 pertinet, quando Ioannes Batatza, qui anno Christi 1222 Theodoro Lascari suo socero successerat, octavum aut nonum imperii annum numera-

www.libtool.com.cn
bat. nec res igitur Theodori Lascaris, nec primi decennii Ioannis Batatzae acta, scribi ex oculata notitia ab Acropolita potuere. quare alios nobis incognitos talium eventuum *αὐτόπτας* historicos hic innuere Pachymerem agnoscendum est.

p. 14 v. 10. *commissis invicem Mercurio et Latona.* alludit pugnam deorum ab Homero celebratam Iliad. *υ*, ubi cum alii aliis dii diis adversi comparantur, tum par infestorum invicem numinum Mercurius et Latona, ille Graecis haec Troianis militans producitur.

Λητοῖ δ' ἀντέστη σῶκος ἐριούνιος Ἑρμῆς.

etsi autem, quomodo scribitur Graece, *Λητοῦς* sive Latonae nomen nihil commune cum *Λήθῃ* oblivione habere videatur, certum tamen atque adeo vulgare Graecae literaturae non rudibus est Latonam ad noctis et oblivionis significationem allegorice trahi. *ὡς ἡ Λητὼ* (ait Eustathius ad Iliad. ξ p. 989 ed. Rom.) *οὐ μόνον εἰς λήθην ἀλληγορεῖται, ἀλλὰ καὶ εἰς νύκτα τὴν τῷ ἀέρι Διὶ προσήκουσαν ὅτε μὴ φωτὶ καταλάμπεται, οὐκ ἄν εἴη τις τῶν περὶ λόγους ἀγνοῶν. Latonam symbolice designare non solum oblivionem, sed et noctem aëri Iovi convenientem quando luce non illustratur, nemo ruditorum ignoraverit.* inde ad versum superius descriptum ex Iliad. *υ* idem enarrator doctissimus hoc observat (ed. Rom. p. 1197) *Λητοῖ δέ φησιν ἀντέστη σῶκος ἐριούνιος Ἑρμῆς· οἵπερ αὖθις ἠθικῶς ἐκλαμβάνονται, ἡ μὲν εἰς Λήθην, ὁ δ' εἰς λόγον μεταγόμενοι.* haec ille, quae indicant ingeniose adumbratam ab Homero, isto infesto invicem incursu Mercurii et Latonae, certamen quoddam orationis et literarum per Mercurium designatarum, adversus ignorantiam transactarum rerum oblivione mortalibus induci solitam, dum *historia*, ut eleganter scribit Anna Comnena in praefatione ad Alexiadem, *ad Letheum quemdam torrentem obiicitur velut invictae soliditatis moles, praecipitem quodammodo inhibitura lapsum temporis, certe prohibitura ne quae in eo gesta sunt omnia irreparabiliter oblitterentur* etc. *ἀλλ' ὅ γε λόγος τῆς ἱστορίας ἔρυμα καρτερώτατον γίνεται τῷ τοῦ χρόνου ῥεύματι, καὶ ἵστησι τρόπον τινὰ τὴν ἀπάθειαν τούτου ῥοήν, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ γινόμενα πάντα ὁπόσα συμπεριλήψε συνέχει καὶ περισῴζει καὶ οὐκ ἐᾷ διολισθαίνειν εἰς λήθης βυθούς.* haec ibi Anna; quae emendatiora quam in editis, ope optimi codicis a me post editionem visi, libenter hic descripsi.

c. 3. quae hic Pachymeres tradit de angustiis in quibus fuerunt qui praeerant reliquiis Graeciae post captam a Latinis urbem, Theodorum potissime Lascarim Ioannis Batatzae decessorem et huius ipsius Ioannis prima principatus respiciunt tempora. vide de his Acropolitam capite praesertim tum historiae suae tum chronici compendiarii septimo.

c. 5. quod innuit hoc cap. Pachymeres de Chadeno ab imperante iam Michaële Palaeologo misso ad censum agendum praesidiariorum montes Persis obiectos tuentium, non reperio distin-

www.libtool.com.cn

ctius alibi explicatum a nostro. tantum de causis gratiae Chadeni apud Michaëlem, quas se alibi dicturum hic significat, invenio c. 11 huius libri Chadenum hunc dum iussu Theodori Augusti suspectum illi Palaeologum Thessalonica vinctum abduceret, hu- P 437
mane ac clementer, quoad potuit, dirum imperium exercuisse. unde pronum creditu est, utcunque id noster diserte nusquam alibi expressit, Michaëlem, ubi est ad imperium evectus, eo nomine se gratum Chadeno praebuisse, adhibendo eum familiariter, et eius opera primis administrationis rei publicae functionibus utendo. cum autem referat noster p. 98 v. 15 Palaeologum statim atque declaratus imperator est, antequam coronaretur, Philadelphiam cum copiis progressum, inde accersivisse praesidiarios confinium Persidi montium et res illius limitis ordinasse, credibile est ex iis quae hic scribuntur, usum eum in toto illo negotio et consilio et ministerio Chadeni. quamquam huic coniecturae videtur intercedere, quod noster hoc loco indicat istam vexationem custodientium montes Persidi oppositos, a Chadeno persuasam Michaëli Palaeologo iam imperanti, ad posteriora recuperatae Constantinopoli pertinere tempora. quare nisi prolepsis hic quaedam agnoscitur, quaerendum alibi est quando contigerit quod nunc refertur. frustra autem tota hac Michaëlis historia quaeretur, Pachymere fortassis oblito promissum exolvere, aut se defunctum satis rato qualicunque indicatione rei eius alieno loco praemissa.

c. 6. rem dictu parvam, sed admonitu forte non prorsus inutilem brevissime transigam. pronum est docto Graece lectori, dum in hoc capite *μαχουμένων* bis leget, suboriri suspicionem editi mendose loci, cum auctor, prout caeteri solent fortasse, *μαχομένων* scripserit. atqui constantissime ac clarissime in codicibus antiquissimis, praesertim Barberino cui potissimum adhaesimus, *μαχουμένων* scribebatur. nempe Pachymerem hic quoque loqui cum vulgo piguit, recordantem apud Homerum Od. λ v. 402 se legisse *μαχεούμενον*, Od. ω v. 114 *μαχεούμενοι*, Iliad. α v. 345 *μαχέοιντο*, et alibi similia.

p. 21 v. 1. *qui filiam nepotis eius* (hoc est Ioannis patris Theodori) *ex fratre matrimonio sibi iunxerat Michaël Palaeologus.* haec distinctius narrantem audire operae pretium est Georgium Acropolitam oculatum gestorum testem. ergo is Historiae suae c. 51 p. 55 ed. Reg. sic scribit: *καὶ ὁ βασιλεὺς* (nempe Ioannes Augustus Theodori pater) *τὸν Κομνηνὸν ἐνεδέξατο Μιχαήλ, καὶ ζεύγνυσιν αὐτῷ εἰς γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ τοῦ σεβαστοκράτορος Ἰσαακίου τοῦ Δούκα ἐγγόνην τὴν Θεοδώραν, ἣν μόνην ὁ πατὴρ αὐτῆς καταλελοιπὼς ὁ τοῦ σεβαστοκράτορος υἱὸς Ἰωάννης ἔτι ἐν μείραξιν ὢν τὸ χρεὼν ἐξεμέτρησε.* ita ille. ex his habemus Ioannem Ducam sive Batatzem Augustum purgato satis a criminibus impactis et recepto in gratiam Michaëli Palaeologo, quem

www.libtool.com.cn
Acropolita Comnenum vocat, dedisse uxorem fratris sui sebastocratoris Isaacii Ducae neptim Theodoram, cuius pater Ioannes Isaacii filius in adolescentia praereptus acerba morte unicam eam prolem reliquerat uxori suae Eudociae Ioannis Angeli filiae, quae Eudocia florente licet aetate viro amisso, laudabili religionis exemplo in viduitate deo serviens permansit; unde haud vane opinatur Acropolita partem praemii divinitus tributi virtuti eius videri potuisse tam felix coniugium filiae per id ad imperium mox evehendae.

v. 2. *magni conostauli dignitate.* videtur haec dignitas Michaëli Palaeologo collata occasione nuptiarum modo memoratarum, ab ipso earum conciliatore Ioanne Augusto. nam Theodorus huius successor iniquiore fuisse visus in Michaëlem semper est animo quam ut in eum ornandum tam profusus esset, alioqui solitus, ut c. seq. Pachymeres observat, dignitates eiusmodi tribuere novis potius hominibus quam principibus regii sanguinis, quorum erat deprimendo supercilio intentus.

P 438 v. 5. *vota eius generis mente clam intima subsidentia* etc. his exprimere conatus sum illud subobscurum ἐξ ὧν ὑποκαθημένων εἶχε, sententia, ut spero, ab auctoris sensu non abhorrente. sed deinceps circa similis perplexitatis locs, qualia passim occurrunt in hoc scriptore, nihil morabor lectorem in his notis; quibus tantum necessaria, idque brevissime, indicare propositum est. quod rem ipsam attinet, qua de hic agitur, certum est Michaëlem Palaeologum iam a puero titillatum imaginationibus imperii, conscientia natalium Augustorum et praesaga indicatione auguriorum excitatis. non semel illi narraverat soror Eulogia lactentem adhuc ipsum non ad aliam facilius obdormiscere naeniam solitum, quam ad eam quae Augustum quondam illum invectum iri Constantinopolim per portam Auream caneret. refert id noster p. 128 v. 12. vocem MARPOV de coelo missam contextam e sex literis quae Michaëlem Augustum Romanorum Ocyus Vocandum significarent, a Thessalonicensi antistite laetus audierat, ut narratur hoc p. 28 v. 9 et 17. denique tacitus, sed gratulans gaudensque intime omen captaverat ex cantu fortuito Chadeni proximum ei vaticiniorum regnum spondentium eventum augurante, prout ibidem p. 80 v. 19 legitur. iuveni denique solerti forti generoso altos afflabat spiritus Irenes aviae maternae primogenitae Alexii imperatoris ius ad imperium paterna designatione in virum eius prolemque propagandum. nam huic, ut refert Gregoras l. 3 p. 32, Augustus genitor rubrarum crepidarum usum decreverat, quod prole carens mascula virum eius ac sobolem cernere principatus hereditatem omnino vellet. nec erat qui non videret talis indolis, tantae nobilitatis adolescentem tali rerum statu haud absurde in magnas assurgere spes posse. quare Ioannem Batatzen, praeclaris alioqui Michaëlis faventem dotibus,

www.libtool.com.cn

abstinuisse ab eo evehendo, metu ne is successibus insolesceret usque ad ambitum supremae potestatis, narrat Acropolita c. Hist. 50, significans Irenem Theodori Iunioris Lascaris primogenitam Michaëli fuisse destinatam ab avo coniugem, sed ei timenti quod dixi, tutius deinde visum non admovere sibi tam intime suspectae ambitionis virum. denique ista suspicio fons omnium quas est imperante Theodoro plurimas passus, miseriarum Palaeologo Michaëli fuit, hoc ideo loco, unde eius incipit historia, merito a Pachymere indicatus, cum ex eo plerarumque mox referendarum rerum argumentum processerit.

p. 22 v. 3. *singularis certaminis experimento.* hinc habemus apud Graecos quoque imperatores invaluisse usum purgandi dubias delationes permisso aut etiam praescripto inter accusatorem et delatum certamine coram arbitris. verisimile est istum morem in Orientem invectum a Francis, qui occasione sacrarum Expeditionum eo profecti longo illic tempore perstiterunt. in antiquiori enim memoria Graecorum aut Romanorum haud facile quidquam tale repereris. inter Francos autem usitatissimum id olim fuit, ut passim apparet ex veteribus historiis res eorum tractantibus. hic ritus, de quo fuse disserit noster Delrio Disquisit. Magic. tom. 2, merito deinde abrogatus est ut iniustus et immanis, confixus ideo gravissimis decretis Iulii Secundi summi pontificis, cuius Bulla extat ea de re edita mense Aprili ann. 1508, Concilii Tridentini sess. 25 de reform. c. 19, Gregorii 13 Constitutione quae incipit: *ad tollendum etc.* edita 9 Dec. an. 1582. quibus dudum antea praeiverat Nicolaus I, cuius de hoc statuta inserta corpori iuris leguntur 2 q. 4 et 15 q. 6 c. 2.

v. 6. *cumque diu nullus esset qui pro tam suspecto* etc. haec brevius perstringit noster, quod ad imperium Ioannis pertinerent, cum ipse in fine praecedentis capitis et huius initio significaverit se ab imperio Theodori suae historiae principium ducere. longe autem fusius distinctiusque istam totam Michaëlis accusationem ac periculum exponit ex oculata notitia Georgius Acropolita Hist. c. 50 et 51. quem consule.

p. 24 v. 4. *Prothieracarium.* fuisse hunc locum praeci- P 439
puae dignitatis, praeterquam hinc patet, cum imperator hominem impenso sibi carum in eum promoverit, etiam intelligi potest ex numero ingenti ministrorum ei subiectorum, cuius indicium habemus ex eo quod refert Acropolita Hist. c. 61 his verbis: *αὐτίκα γὰρ τοὺς ἐξυπηρετοῦντας τοῖς βασιλεῦσιν ἐν θήραις ταῖς τῶν θηρῶν ἄγραις ἐλάφων τε καὶ ὀρίων, καὶ τοὺς δ' ἱεράκων θηρεύοντας, πάντας ἁπαξαπλῶς στρατιωτικοῖς συντέταχε τάγμασι, καὶ ἦν τὸ συνηγμένον πλῆθος πολύ.* haec ille, ex quibus prudens quivis potest cognoscere ingentem fuisse multitudinem servientium imperatori in venationibus cervorum aprorumque, praesertim autem in aucupio per accipitres, quando ex iis ad militiam translatis magnus exercitus momento conflatus extitit.

www.libtool.com.cn

c. 9. De fuga Michaëlis Palaeologi in Persidem hoc capite narrata plura refert Georgius Acropolita tunc apud imperatorem Theodorum agens, quando is est ad ipsum nuntius allatus. operae pretium lectori fuerit videre et cum his nostri conferre quae ille narrat c. Hist. suae 64. ubi etiam obiter observare poterit, quae in Glossario verbo *μεσοθυνία* notavimus de legione aut cohorte isto nomine appellata, non solum Acropolitae ipsius, sed et doctissimi eius interpretis auctoritate confirmata. nam illa Historici Graeca verba, *πρὸς τῶν στρατάρχούντων ἐν Βιθυνίᾳ καὶ Μεσοθυνίᾳ*, sic reddit illustrissimus Allatius: *a cohortium Bithynicarum et Mesothyniae praefectis.*

p. 25 v. 19. *cum hostibus Sultanis congressus fortissime se gerit.* longe haec fusius ac diligentius Acropolita pertractat toto c. 65, qua occasione, quos ducens, quanta prudentia ac fortitudine, quo denique successu adversus Tacharios (sic enim appellat Acropolita quos noster Tocharos) pro Sultane rem gesserit Michaël Palaeologus, exponens.

p. 26 v. 7. *reversum benigne excipit.* reditum Michaëlis Comneni ad imperatorem Theodorum breviter memorat Acropolita c. 69, uti et Gregoras l. 3, neuter interpositorum in eam rem Iconiensis episcopi officiorum mentionem faciens, fortasse quod illa, ut alia multa rerum Michaëlis, nostro melius perspectarum, ignoraverint.

p. 26 v. 18. *Michaëlis despotae nothus et obscurus filius.* haec copiosius distinctiusque referuntur a Georgio Acropolita ex oculata paene notitia: nam is huius in Occidentem expeditionis Michaëli Palaeologo comes fuit, etsi non eodem loco pugnavit, in alia divisarum copiarum parte rem gerens. quia vero ille quaedam aliter ac Pachymeres narrat, equidem Acropolitae potius hic quidem credendum puto, quippe qui eius, uti dixi, negotii pars fuerit, quam nostro qui res tunc actas ex fama, nec ea satis explicata, videtur accepisse. prima discrepantia in nomine ducis hostium est, quem noster Manuëlem vocat. contra Georgius Acropolita Hist. c. 71 Theodorum appellat. sic enim ibi scribit: *ἦν δὲ ὁ ῥηθεὶς τοῦ ἀποστάτου Μιχαὴλ νόθος υἱὸς Θεόδωρος erat autem is quem dixi defectoris Michaëlis nothus filius Theodorus.* dixerat vero antea ducem copiarum Michaëlis despotae rebellis occurrentem Michaëli Palaeologo hasta percussum ab eo et equi sella excussum: *ὁ μὲν οὖν Κομνηνὸς Μιχαὴλ* (nam ut supra monui, Michaëlem Palaeologum Acropolita semper Comnenum vocat) *τῷ πρώτως ἐρχομένῳ ξυναντήσας βάλλει τῷ δόρατι καὶ ῥίπτει τῆς ἐφεστρίδος.* sed leve id discrimen vocabuli videri potest, praeut in re ipsa dissentit ab Acropolita Pachymeres, siquidem hic non Theodorum a Palaeologo impulsum hasta et loco motum, sed vice versa Palaeologum a Theodoro, ut patet ex his verbis: *ὅτε καὶ ὁ τοῦ δεσπότου Μιχαὴλ ἐκ νοθείας σκότιος παῖς Μανουὴλ*

τυχὼν ἐκεῖσε σὺν ἱκανῷ στρατεύματι, καὶ συμπλακεὶς τῷ πολέμῳ, P 440
τὰ πρῶτα μὲν ὁμόσε χωρήσας τῷ ἡγεμόνι τῷ πόντῳ συνωθεῖ καὶ ῥίπτει etc. addit a restituto in sellam, unde fuerat deiectus, Palaeologo nothum Michaëlis despotae filium letali percussum ictu nequivisse parem reponere; quae significant manu et ferro Palaeologi cecidisse Theodorum sive Manuëlem istum nothum. id vero pernegabit qui mecum existimaverit Acropolitae potius credendum, tantum non his praesenti, quippe huius socio militiae. is enim diserte affirmat excussum sella Theodorum moxque e lapsu sublevatum accurrisse ad Comnenum et suppliciter deprecatum necem. Comnenum autem ignorantem quis hic esset, tradidisse ipsum Turco cuipiam, qui eum interfecit. τοῦ πτώματος γοῦν ἀναστὰς οὗτος (Theodorus nothus) προσέδραμε τῷ Κομνηνῷ Μιχαήλ, καὶ ἐδυσώπει μὴ φονευθῆναι. ἠγνόει δὲ τοῦτον ὁ Κομνηνός, καὶ ὅσης ἦν οὐκ ἠπίστατο. παραδίδωσι γοῦν αὐτὸν Τούρκῳ τινί, καὶ ὃς πεφόνευκε τοῦτον. porro quod σκότιον obscurum hunc Michaëlis despotae filium noster dicit, ad illegitimorum natalium ignominiam pertinet, quam idem et alibi, ut infra p. 85 v. 4 solet ista tenebrarum mentione designare, alludens, opinor, Homeri locum Iliad. ζ de Bucolione Laomedontis filio notho:

Βουκολίων δ' ἦν υἱὸς ἀγανοῦ Λαομέδοντος
πρεσβύτατος γενεῇ. σκότιον δέ ἑ γείνατο μήτηρ.

ad quem locum vetus scholiastes: σκότιον ἐκ λαθραίας μίξεως τὸν λάθρα γεγενημένον καὶ οὐκ ἐκ τῆς κατὰ νόμον γαμηθείσης, τὸν ἐξ ἀδῳδουχήτων γάμων. ubi eleganter causam innuens cur obscuri dicantur illegitimi, id indicat ex eo factum quod non ex coniugio solemni facum genialium praelatione illustrato sed furtivo captatis tenebris concubitu nati sint. istius originationis verbi σκότιος illegitimis aptati, quod ἐξ ἀδῳδουχήτων γάμων orti sint, auctorem Eustathius p. 622 ed. Rom. allegat Apionem veterem magni nominis grammaticum.

c. 11. Quae hoc capite narrantur de capto vinctoque per Chadenum Palaeologo, deque praesagiis imperii ea occasione illi oblatis, eorum nec vola nec vestigium cernitur apud Acropolitam; opinor ideo quod ille per id tempus in expugnatione Prilapi castri captus et longo tempore custodia detentus ab hostibus, ut ipse docet Hist. c. 62, ista non viderit. Gregoras quoque de his tacet, multo leviori, ut ex caeteris apparet, tinctus notitia rerum Michaëlis Palaeologi, quas qui plenius hoc nostro tradiderit, frustra quaeretur.

c. 12. De morbo et morte Theodori pauca paene perfunctorie scribit absens tunc ab aula Georgius Acropolita, in his immorari potissimum solitus quae spectavit praesens. brevissime item id transigit Gregoras.

p. 33 v. 7. *in innoxia pertractatione ferri candentis.* id ferrum in Graeco vocat Pachymeres μύδρον ἐκ πυρὸς ἤδη ζέοντα.

www.libtool.com.cn

potuit sufficere vox μύδρος, quam vetus scholiastes Sophoclis interpretatur πεπυρωτωμένος σίδηρος, et Hesychius σίδηρος πεπυρωμένος: sic enim rescribendum pro πεπυρωμένως. fuit haec prava sine dubio innocentiae probandae ratio, merito in iure Canonico proscripta cap. *conuelueti*, cap. *Mennam* 2 q. 5 et cap. *delicti* extra. de purgatione vulgari, cap. *sententiam* ext. nec eam noster probavit, sed tantum retulit quid fieret, etiam alibi, nempe l. 2 c. 1, gratulans tanquam emendato rei publicae statu quod ista desiissent fieri. Michaël quippe Palaeologus ante imperium adhuc despota, coepit abolere usum adigendi homines ad istud periculosum experimentum, quod iam privatus praedamnaverat. refert enim Acropolita Hist. c. 50 p. 58 ed. Reg., cum Phocas Philadelphiensis metropolita iussu imperatoris Ioannis
P 441 Batatzae Michaëli Palaeologo perduellionis suspecto purgationem per ferrum candens praescripsisset, sic eum alloquens δεῖ σε τῷ μύδρῳ τὴν ἀλήθειαν παραστήσασθαι, respondisse Michaëlem: ἐγὼ μὲν ἁμαρτωλός εἰμι ἄνθρωπος καὶ τερατουργεῖν τοιαῦτα οὐ δύναμαι. εἰ δέ μοι συμβουλεύῃ μητροπολίτης ὢν καὶ θεοῦ ἄνθρωπος τοντὶ διαπράξασθαι, ἔνδυσαι μὲν αὐτὸς τὴν ἱεράν σου κᾶσαν στολήν, καθὼς εἴωθας ἐν τῷ Θείῳ εἰσέρχεσθαι βήματι καὶ ἐντυγχάνειν θεῷ, εἶτα δὴ ταῖς σαῖς χερσὶν ἐκπύρωσόν μοι τὸν σίδηρον, αἷς τοῦ Θείου ἐφάπτῃ θύματον.... καὶ ταύταις δὴ ταῖς ἱεραῖς σου χερσὶν ἐπίθες τῇ χειρί μου τὸν σίδηρον etc. petebat nimirum ut antistes prius ipse ignitum ferrum nuda manu otiose tractatum in suam deponeret. quod metropolita recusans hunc morem esse negat Romani aut ecclesiastici usus, sed barbaricum, excusans ineluctabili se imperatoris auctoritate ad istam illi purgationem indicendam adigi; quam tamen Michaël recusavit constantissime. videri potest ex reliquiis hoc superfuisse ethnicae, et quidem perantiquae, superstitionis. nam Sophocles heroicis iam temporibus Oedipodarum Thebis regnantium exerceri solitum indicat, dum in Antigona facit unum custodum quos rex Creon apposuerat cadaveri Polynicis ut sepeliri prohiberent, postquam id ab Antigona opertum humo fuerat, factum regi referentem, et magnopere excusantem id citra suam et sociorum conscientiam actum, haec dicere:

ἡμεῖς δ' ἕτοιμοι κᾶν μύδρους αἴρειν χεροῖν,
καὶ πῦρ διέρπειν καὶ θεοὺς ὁρκωμοτεῖν,
τὸ μήτε δρᾶσαι μήτε τῷ ξυνειδέναι
τὸ πρᾶγμα βουλεύσαντι μήτ' εἰργασμένῳ.

offert se et socios ad contrectandum ferrum candens in probationem innocentiae: scio ex vetustissimis eius loci scholiastis unum hoc ad quandam iurisiurandi ceremoniam referre. sic enim ibi annotat; εἰώθασι γὰρ οἱ ὀμνύοντες ταῦτα ποιεῖν. μύδρους γὰρ αἴροντες ἐπαρῶνται μένειν τὰ ὅρκια ἕως αὐτοὶ φανῶσι, καὶ ῥίπτουσιν αὐτοὺς εἰς θάλασσαν. *solent enim* (inquit) *iurantes sublata*

www.libtool.com.cn

ferri massa et in mare iactata protestari mansuram ipsis iuratorum fidem, quoad id pondus e mari emerserit. quod nunquam scilicet futurum sit. ita ille; quod ferri posset si μύδρος non significaret, ut ipse docet, πεπυρακτωμένον σίδηρον. nam quid ardor hic faceret, ubi pondus solum in massa ferri requirebatur? quare verior est altera, quam mox subiicit, sententia. εἰώθασι δὲ ὀμνύοντες καὶ πίστεις διδόντες μύδρους βαστάζειν καὶ πῦρ ὑπερβαίνειν· τοὺς γὰρ μὴ ἐνόχους τῷ ἁμαρτήματι ὄντο καὶ ἐν τούτοις μὴ ἀλγεῖν. *soliti sunt iurantes et fidem dictorum facere studentes ferri massas ignitas portare et super prunas ambulare, existimantes citra sensum doloris id facturos eos qui nullius sibi conscii fraudis sint.*

v. 8. *quod sanctum vocabant.* etiam Acropolita loco laudato, p. 53, ferrum candens quo ad eiusmodi purgationes utebantur ἅγιον *sanctum* vocari solitum indicat. in Gallia tamen *iudicium* appellabatur, ut intelligimus ex formula quadam purgationis istiusmodi illic usitatae, quam profert Petrus Loyerius ex S. Mauritii Andegavensis tabulario, et ex eo recitat Delrio tomo 2 Disq. Mag. l. 4 c. 4 q. 4 sect. 3. ubi legitur: *sponte sua se iudicium portaturum manu sua obtulit,* et infra: *post iudicium portatum Tetbaldus ille, deo propitiante, illaesus et sanus omnino apparuit. viderunt autem iudicium portari vel manum tertia die de more reguardari fere universi homines etc.*

v. 9. *triduo prius custoditus et manu involuta* etc. hoc ipsum est quod modo innuebat formula Andegavensis, illis verbis *manum tertia die de more reguardari.*

v. 13. *ignitum globum.* sic μύδρον hic verti, quod non solum materiam ignitam sed figuram orbicularem aut sphaericam ea voce indicari quidam veterum significent, ut Anaxagoras apud Laërtium l. 2, dum solem vocabat μύδρον διάπυρον. unde crediderim massas istas ubi μύδροι vocabantur, nempe in Graecia, globosae formae fuisse, non nescius alibi, ut in Germania massas candentes alterius figurae ad eiusmodi probationem adhibitas, nimirum vomeres; qualium sex candentium arreptu portatuque in- P 442
noxio S. Chunegundem, uxorem S. Henrici imperatoris, virginitatem probasse memorant Annales Boiorum l. 9.

v. 14. *nuda manu.* Supina scilicet. quod significans Pachymeres superius posuit χειρὶ κύψαντες.

v. 15. *in aetatem iam tum puberem adultus.* Pachymeres ubi Constantinopolim venit, statim ab ea e Latinis recuperata, undeviginti annos erat natus, ut ipse ait l. 1 c. 1. contigit id anno 1261, ut l. 3 dicemus. quatuor aut quinque ante hoc annis imperante Theodoro hae probationes per ferrum candens Nicaeae frequentabantur, ubi eas ille 14 aut 15 iam annorum adolescens spectare potuit.

www.libtool.com.cn

v. 15. *quosdam citra ullam defunctos noxam candentis metalli tactu.* hoc fiebat, si tamen magicae artes aberant, deo miserante infelicem innocentum necessitatem, non autem approbante perversum usum talia iubentium. vide, si lubet, apud Cantacuzenum l. 3 c. 27 p. 439 ed. Reg. mirum exemplum mulieris adulterii reae, sed poenitentis, quae sic se innocentem viro probavit. et alia quadamtenus similia apud Caesarium l. 3 Miraculorum, quae inde recitat Delrio loco iam indicato p. 321 ed. Lugd.

c. 13. ubi legitur in nostris editis *οἷς ὁ λόγος σκούδασμα.* cod. Barb. aliam suggerebat lectionem non improbabilem *τὸ σκουδαξόμενον.*

c. 14. quod duo codd. optimi Barber. et Allat. habent, *καὶ ἀλαστήσας πρὸς ἐκεῖνον οἷον*, Vatic. reddit *καὶ οἷον θυμούμενος.* nempe *ἀλαστέω* minus usitata vox visa a paraphraste aut interpolatore potius quam exscriptore in tritiorem usu notioremque mutata est, prout passim deinceps idem solet. quae singillatim notare nimis longum foret.

c. 16. huius concionis a Muzalone protovestiario habitae sententiam breviter comprehendisse visus est Nicephorus Gregoras l. 8 p. 30, dum sic scribit: *ταῦτα δὲ οὐκ ἐλελήθει Μουζάλωνα δεινὸς μὲν γὰρ ὁ ἀνὴρ καὶ πρότερον ἦν ἐς τὸ συνιέναι τοιαῦτα. τότε δὲ καὶ τῶν πραγμάτων ζεόντων καὶ ἀγωνίαν μεγίστην τῇ τούτων ψυχῇ προξενούντων, συνετώτερος αὐτὸς ἑδόκει πολλῷ ἑαυτοῦ. καὶ δὴ τὴν ταχίστην ἐς βουλευτήριον ἅπαντας μεγιστᾶνας συνηθροικὼς δεξιάν τε ἐδίδου τοῖς ὅλοις, καὶ ἀπὸ τοῦ ἥττονος προύφερε τὴν ὁμιλίαν, καὶ δῆλος ἦν παραχωρήσων ἀσμένως τῷ βουλομένῳ τὴν ἐπιτροπὴν τῶν τε κοινῶν πραγμάτων καὶ αὐτοῦ δὴ τοῦ παιδὸς τοῦ βασιλέως.* haec ibi. ex quibus patet Georgium Muzalonem protovestiarium bene intelligentem quanta in eum flagraret invidia, ad principes in senatum convocatos cum submisse atque obnoxie locutum, tum serio deprecatum nimios honores quibus esset homo novus nobilissimis praelatus, ultro abdicationem administrationis reipublicae et tutelae pueri Augusti obtulisse. unde apparet vel hanc esse ipsam *αὐτόχρημα* Muzalonis orationem, cuius exemplum Pachymeres nactus huic loco inseruerit, vel si ab ipso conscripta est Pachymere, apte ab eo ad verum efformatam. Acropolita de his silet, ac solitam diligentiam remittere videtur in istis initiis imperii Michaëlis, vitans, ut opinor, tanquam scopulum nefariam oppressionem pupilli Ioannis, ne imperatorem Michaëlem, cuius nunquam sine elogio meminit, vituperare cogeretur. quae ratio fortasse illum impulit ad metam historiae suae figendam in recuperatione urbis, quae Ioannis excaecationem haud longo spatio praecessit, ut libro 3 harum Observationum demonstrabimus. nec abest a verisimili sensisse
P 443 Acropolitam, quippe hominem politicum in paucis, quam esset

www.libtool.com.cn

merito suspectus Michaël Palaeologus procuratae clam eversionis ac caedis Muzalonum, cuius ideo catastrophes apparatus ac causas disquirere curiosius omiserit in opere ad gratiam, ut apparet, Palaeologae familiae tunc regnantis edito. suspicionis eius (praeter Cassianam coniecturam ex successu petitam, quae si eum onerabat cuius fructu ac bono maximo amoti e medio Muzalones fuerint, neminem magis infamabat quam Michaëlem, cui aditus ad imperium hoc facto patuerit) etiam fundamentum aliud Pachymeres suggerit, p. 55 v. 3 in hunc modum scribens: *αἰτίαν δὲ ἔσχεν εἰς τοῦτο, ὡς ὁ τῶν πολλῶν λόγος ἔχει, ὁ τούτων τῆς φάλαγγος ἐξηγούμενος, ὃς καὶ πάλαι μὲν ὡρμημένους αὐτούς, τότε δ' ἐξαφθέντας πλέον ἀνεθέντας τοῦ φόβου, καὶ δρασείοντας τὰ ἀνήκεστα, ἐξ ἑτοίμου ἠρέθισε τὸν φόνον ἐπιτολμῆσαι καιρὸν ἔχοντας. καὶ ὁ λόγος ἐκ τῶν ὕστερον φέρει τὸ πιθανόν· οὐδὲ γὰρ ἀτόλμων, εἰ μή τινας προβιβάσεις εἶχον, ἀλλοεθνεῖς ὄντες καὶ τὸ πλέον ἐπήλυδες* etc. quae significant iactatum iam tum arcanis susurris plerorumque, caedem Muzalonum ab Italica maxime militia patratam haud sine conscientia et tacito impulsu ducis huius generis militum videri attentatam. non ait hic quidem nominatim quis iste dux fuerit. sed superius p. 21 v. 3 iam dixerat Italicas omnes copias Michaëli Palaeologo, ut magno conostaulo, fuisse subiectas. unde constat hoc loco designatum Michaëlem, tacito tamen eius nomine, ad vitandam scilicet offensionem imperantis domus.

p. 49 v. 10. *cuius uxoris avunculum se meminerat.* coniugem protovestiarii Muzalonis Gregoras l. 3 p. 29 solum ait ex imperatorio genere fuisse: gentem non exprimit. diligentius noster iam superius p. 24 v. 1 scripserat fuisse illam Cantacuzenam ex patre, Michaëlis Palaeologi sorore genitam, nomine Theodoram. vere ergo scribit noster et hic et sub finem p. 62 v. 20 Michaëlem Palaeologum *θεῖον*, hoc est avunculum fuisse uxoris Muzalonis. quamquam mihi posteriorem locum interpretanti patrui vocabulum pro avunculo excidit; quod precor lectorem ne corrigere gravetur.

p. 50 v. 10. *ibi fatalis necessitas causam absolvit.* mentio hic fatalis necessitatis ad mortis inevitabilem certitudinem pertinet, non autem, opinor, ad astruendum impium dogma libertatem arbitrii, quam doctrina Catholica tueri iubet, exterminans perperam asserta causarum aeternarum obvia quaeque ineluctabiliter rapientium invicta quadam vi. si tamen hic aut alibi noster historicus aut ipse affirmat quidpiam aut alios aientes refert, in quo eius proscripti ab ecclesia erroris vestigium aliquod deprehendatur, meminerit lector Catholicus nihil praeiudicare contra orthodoxam veritatem quaslibet schismaticorum opiniones. nam ut in praefatione praemonuimus, hic scriptor schismaticus est.

www.libtool.com.cn

c. 19. Quae urbs scenam dederit huic tragoediae, nec noster nec Acropolita nec Gregoras clare, dum eam narrant, exprimunt. fuisse autem Magnesiam ex duobus argumentis colligimus. prius est quod c. 15 refert Pachymeres, mortuo Theodoro Augusto eius filium ab eius tutore Muzalone deductum in munitissimam arcem ad Hermum Magnesiae. quare cum manifestum sit ex ipsa relatione rei nono die a Theodori obitu gestae, non longe abfuisse Ioannem pupillum a loco ubi Muzalones interfecti sunt, oportet id factum non procul ab urbe Magnesia. aliud argumentum sumimus ex templo Sosandrorum, ubi piaculum illud patratum est. de quo sic scribit Gregoras l. 2 p. 21, de Ioanne Duca sive Batatze et eius coniuge Augusta Irene: *ἐδείμαντο δὲ καὶ ναοὺς ἀμφότεροι λίαν περικαλλεῖς, πλείστοις ἀναλώμασιν μεγίστας καὶ ποικίλας τὰς*
P 444 *τούτων οἰκοδομὰς κατασκευακότες, ὁ μὲν βασιλεὺς τόν τε περὶ τὴν Μαγνησίαν εἰς ὄνομα τῆς Θεομήτορος Σώσανδρα καλούμενον, καὶ τὸν ἐντὸς τῆς Νικαίας εἰς ὄνομα Ἀντωνίου τοῦ μεγάλου.* en templum Sosandrorum dictum aedificatum magnificentissime a Ioanne Batatze Augusto *περὶ Μαγνησίαν* circa Magnesiam, hoc est, ut opinor, in suburbano eius civitatis extra eius muros. nam hoc exigit antithesis cum alio in honorem S. Antonii Magni, *ἐντὸς τῆς Νικαίας* intra urbem Nicaeam ab eodem structo.

p. 62 v. 13. *impune velut e Mysis praedam congerebant* etc. sic expressimus Graeca illa *καὶ λείαν Μυσῶν τἀκείνων ἐκόμων.* notum Graecorum adagium est *Μυσῶν λεία;* in cuius enarratione assentior potius Zenobio et Suidae passive id de Mysis praedae sine vindice expositis interpretantibus, quam Diogeniano Mysos praedatores vicinorum sine auctore idoneo inducenti.

p. 59 v. 22. *calceum in mortuo nigrum.* existimarant hunc Theophylactum grammaticum esse protovestiarium Muzalonem, ideoque illum occiderant. sed cum mortui calceos nigros animadvertissent, errasse se agnoverunt. nimirum, ut docet Codinus de Offic. c. 4 p. 16 ed. 1 Paris. *τὰ ὑποδήματα αὐτοῦ (πρωτοβεστιαρίου) πράσινα.* hinc intelligitur in caeteris indumentis nihil tum eximium protovestiario fuisse, quo a privato discerneretur. in quo postea mutatum quidpiam. ut enim observat idem Codinus c. 2 p. 8, Michaël primus e Palaeologis imperator prasina indumenta, quae insigne prius fuerant protosebasti, ad protovestiarium transtulit. *σημείωσαι ὅτι βασιλεὺς Μιχαὴλ τῶν Παλαιολόγων πρῶτος, ἀπὸ τοῦ πρωτοσεβαστοῦ τὰ πράσινα ἀφελών, ἐφόρεσε ταῦτα εἰς τὸν ἀνεψιὸν αὐτοῦ Μιχαὴλ τὸν Ταρχανειώτην, τιμήσας πρωτοβεστιάριον.* ita ille.

p. 81 v. 26. *Theodori.* de hoc Theodoro videndus Acropolita, multa de illo his quae hic indicantur consentanea variis historiae et chronici sui locis referens. agit et de illo Gregoras l. 2 p. 11 et 12, ubi etiam adscivisse ipsum sibi nomen imperatoris tradit his verbis *καὶ βασιλείας ἑαυτῷ περιτίθησιν ὄνομα;*

www.libtool.com.cn

quorum sententiam non satis expressit interpres, dum vertit *sibi regium nomen adsciscit:* satis enim ex consequentibus apparet se illum pro imperatore gessisse, et talem consuetis ritibus inaugurari se curasse a Bulgariae episcopo, ut mox docet idem Gregoras; cui noster consentiens paulo inferius, hoc capite, id factum ab Achridensi episcopo, cui Iacobus nomen erat, tradit. nempe Achris Bulgariae metropolis erat.

c. 31. Victoria hoc capite narrata, qua Princeps Achaïae a Romanis ducibus captus est, proditione Ioannis nothi, confuse ab Acropolita c. 82 et a Gregora l. 3 p. 35 memoratur. clarissime omnium eam noster exponit, indicatis eius causis, quarum praecipua fuit contumelia Ioanni notho illata, quam ille proditione ultus suis foederatis magnam improviso cladem intulerit. illud tantum a nostro praetermissum hoc loco, sed positum postea c. 13 l. 2, opportune suggerit Acropolita, tres Romanorum duces, quibus hic successus contigit, Ioannem Michaëlis Augusti fratrem, Constantinum Tornicium et Alexium Strategopulum in praemium victoriae fuisse ab imperatore auctos honoribus: Ioannem enim prius sebastocratorem despotam creatum, Tornicio vero antea magno primicerio sebastocratoris titulum collatum. denique *τὸν Στρατηγόπουλον Ἀλέξιον* (verba sunt Acropolitae) *μέγαν δομέστιχον ὁ αὐτοκράτωρ τετιμηκώς, δι' ἀποστολῆς τετίμηκε Καίσαρα. Strategopulum Alexium prius a se honoratum magni domestici* P 445 *officio, Caesarem absentem dixit, et istius ipsi dignitatis misit insignia.* hic Caesar paulo post captus ab hostibus, ut cap. sequenti noster tradit, sed pace facta liber dimissus, urbem Constantinopolim postea recepit e Latinis. post quod iterum captus, et in Italia detentus custodia, inde permutatione cum domina Anna restitutus est patriae.

p. 91 v. 10. *modulatam tussim* Graece *ἐμμελὲς βήττειν.* consuetae adulatorum voces. Iuven. Sat. 3: *laudare paratus si bene ructavit* etc.

p. 92 v. 23. *nemo contactu ferri candentis* etc. sustulit adhuc despota, sed inhians imperio Michaël iniquum usum adigendi accusatos dubiorum criminum ad innocentiam probandam ancipitibus experimentis Monomachiae aut contactus massae candentis; de quibus nos supra ad p. 33 v. 7.

p. 94 v. 26. *vicit tamen divina praedestinatio* etc. in evectionibus hominum ad regna peculiarem semper intervenire dei providentiam, quae nullum eo perduci patiatur non ante sibi designatum, pro certo et vulgo noto proponit ipse Michaël infra p. 254 v. 11 his verbis: *καὶ θεόν, εἴπερ τινὶ ἄλλῳ μεγίστῳ, καὶ καταστάσει βασιλείας συνιέναι πιστεύομεν* etc.

p. 95 v. 4 sqq. Quod hic dicitur, solutum a synodo antiqui religione iurisiurandi Michaëlem, quibus exprimitur verbis, non videtur aliud sonare quam declarasse ipsos quid in re esset, et

www.libtool.com.cn

consultos ut doctores respondisse non videri vinculum prioris illius sacramenti ad hoc tempus ac rerum articulum extendi, quamquam si Graeci isti et tunc ab ecclesiae Romanae communione discissi antistites aliquam sibi iurisdictionem et potestatem ultra fas et Canonum praescriptum attribuerent, minime id mirum esset, cum talia iamdudum impune peccare soliti essent. ergo et hoc, ut alia quae non pauca in hac historia occurrent schismatici auctoris vitium redolentia, citra praeiudicium et cum cautione debita legantur.

c. 8. Loca quae hic citat Pachymeres ex Homero leguntur in Iliad. ι v. 440: *νήπιον, οὔπω εἰδόθ' ὁμοίου πολέμοιο*, et Iliad. δ v. 320: *ἀλλά σε γῆρας τείρει ὁμοῖον*. ad quem postremum locum vetus scholiastes, quem Didymum quidem putant, sic annotat: *ἰστέον δ' ὅτι ὁ ποιητὴς πανταχοῦ τὸ ὁμοῖον ἐπὶ τοῦ φαύλου λαμβάνει. sciendum poetam ubique simile pro malo sumere.* idem tradit et Eustathius ad eum locum p. 476 ed. Rom., addens et haec: *Ἁπλῶν γοῦν καὶ Ἡρωδιανός φασιν ὅτι οἱ γλωσσογράφοι ὁμοῖον κατὰ διαίρεσιν φασὶ τὸ κακόν* etc. ibi videnda.

p. 104 v. 25. *quod omnino futurum est nulla posse prudentia praeverti.* semel superius monui, si haec ad astruendam pravam de fato humanam libertatem perimente doctrinam cui-
P 446 piam pertinere videantur, erroribus auctoris accensenda, ut nihil contra veri certique dogmatis praescribere auctoritatem queant.

p. 113 v. 21. *Nicetas episcopus Heracleae mitteretur.* Graeca: *πέμπουσι τοὺς περὶ τὸν Ἡρακλείας Νικήταν.* haec sunt ex cod. Allatiano et ei consentiente Vaticano. nam Barberinus habebat *πέμπουσι τοὺς περὶ τὸν Νικομηδείας Ἰωάννην.* tamen idem codex lectionem Allatiani annotabat in margine, uti et Allatianus vicissim lectionem Barber. quare cum illi duo ambigui essent, suffragio Vaticani lis dirempta est; et omnium iam consensu probatam cunctis restitui lectionem, ex ipsius forte auctoris correctione ortam, qui quod prius posuerat, emendans mutaverit. certo pronuntiaremus de re, si constaret utra in civitate, Heraclea an Nicomedia, esset monasterium S. Diomedis, cuius hic mentio.

p. 115 v. 19. Quod candelabrum repetitur ab Arsenio in signum abdicati honoris patriarchalis, inde videtur factum, quod apud Graecos insigne potestatis episcopalis candelabrum haberetur. nam et in Apocalypsi septem episcopi Asiae septem candelabrorum symbolo designantur; et ubi ex his uni Ephesino comminatio intentatur eripiendi honoris, ea exprimitur his verbis: *movebo candelabrum tuum de loco suo, nisi poenitentiam egerit.* Apocal. 11 5. ne vero quis ad hodiernam nostratium consuetudinem haec exigens forte arbitretur candelabrum hic intelligi quale praeferri a ministro celebrantibus episcopis solet, argenteo manubrio cereum ardentem portans, quod vulgo in Italia *bugiam* vocant et inter episcopalem supellectilem censetur: ne inquam id habere locum

www.libtool.com.cn

possit, obstat, quod candelabrum cuius hic et in locis Apocalypseos laudatis est mentio, non cereum funale praetulit, sed vas olei, sive lampadem intra quam oleo innatans ellychnium flammam conceptam pinguis liquoris succo aleret. tale quippe fuit candelabrum tabernaculi veteris Exod. 25 31, et quae ad huius exemplum candelabra decem aurea fecit Salomon et posuit in templo, 2 Paralip. 4 7. itaque et in Apocalypsi candelabra haec λυχνίαι vocantur, quod cerigeris instrumentis, opinor, non convenit, uti nec quae hic Graece legitur vox λαμπαδοῦχον. argenteum vero illud cerei gestatorium a Graecis recentioribus videtur μανουάλιον potius dictum. Nicetas in Isaacio et Alexio: τά τε μανουάλια καὶ κανδήλας. Anna Commena l. 15 μανουηλίμ appellat candelabrum ante imperatorem praeferri solitum, cum funali scilicet et cerea candela. quod si candelabrum quoque pontificibus praelatum, usu similium rerum vocabula vulgante, reperiatur μανουάλιον et ipsum dictum a Philotheo in Diaconico, tamen non illi cereus sed lampas imponebatur, ut idem ibi observat, καὶ ὁ διάκονος (inquiens) ἵσταται δεξιόθεν αὐτοῦ κατέχων μανουάλιον μετὰ λαμπάδος ἡμμένης. proprium ergo videtur ecclesiastici et episcopalis candelabri lampadem cum oleo gestare. unde forte apud Zachariam Prophetam c. 4 oliverum cum candelabro mentio iungitur. huc crediderim allusisse Synesium, dum episcopatum ἐλαίου et ἐλαίας, *olei* et *olivae* symbolis adumbravit. scribens enim ad amicum qui sui rationem absentis haberi comitiis episcopalibus cupiverat, nec compos optati erat factus, serumque nec spei affine iam id votum erat, quod omnibus vacuis sedibus positi praesides episcopi fuissent, id ipsum indicat aenigmatice his verbis: ὃ γὰρ ἔλαιον σύ τε ἀξιοῖς etc. et paulo post οὐδ' ἐλαία τίς ἐστιν ἐνοφθαλμισμάτων ἐστερημένη .... ἐφ' ᾧπερ ἂν ὁ ἡδὺς φίλος ἐγκεντρισθείη. at melius fuerit totam istam Synesiani vere characteris epistolam, quae inter editas non comparet, ex optimo Vaticano codice hic describere, adiuncta nostra interpretatione Latina. sic igitur habet:

Σ Τ Ν Ε Σ Ι Ο Τ P 447

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ρκγ.

πρός τινα τῶν ἑταίρων ἐπισκοπὴν ἐκ μακρόθεν αἰτήσαντα, μετὰ τὴν τῶν ἐπισκόπων ἀποκατάστασιν.

Τὸ σοφώτατον γράμμα, τὸ μάλα μὲν ἐμμελές, μάλα δὲ βραχύ, ἀλλὰ καὶ μάλα λιγύ, ὃ δή τοι ὁ θαυμαστός σοι νοῦς ἀπέτεκεν, ἡμῖν

S Y N E S I I

EPISTOLA CXXIIII.

in cod. Vat. num. 93.

ad quendam familiarium qui episcopatum absens ex longinquo petierat, post constitutos in ecclesiis vacantibus episcopos.

Sapientissimum scriptum, cum valde concinnum, tum valde breve, sed et valde argutum, quod Tibi mirifica mens peperit, ad nos delatum

www.libtool.com.cn

κομισθὲν ὤνησέ τε τὰ μέγιστα, καὶ ἥσεν ἅμα διπλῇ. τῷ τε πρὸς ἀρίστου, καὶ κομιδῇ τῶν ἐπαινετῶν ἑταίρου, καὶ τῷ μετὰ συγνῆς ὅτι δημιουργηθῆναι τῆς χάριτος. οὐ μὴν δ' ἀλλὰ καὶ πρὸς ἄλλο τι μεῖζον ἠρέθισέ που καὶ τολμηρότερον, ὃ τάχ' ἄν, εἰ μὴ πόθος δήπουθεν παρελθών, ἅτ' εὖ ἔχων καὶ τὰ πόρρω διεστῶτα συνάπτειν, καὶ τὰ πρὸς ἄλληλα ἐναντίως ἔχοντα πολλάκις συμφέρειν, συγνώμην τῷ πράγματι παραιτήσοιτο, μετὰ τῶν νεμεσᾶσθαι δικαίων οὐ πολλῷ δεήσει τοῦ ἡμᾶς στῆσαι. πρὸς ποῖον; ἴσως ἐρεῖς, τὸ πρὸς τηλικοῦτον ἄνδρα, μούσαις, οὐκ οἶδ' εἴ τις, τετελεσμένον (ὃν ἂν ἰδὼν Δημοσθένης, μεθ' ἡμῶν, εἶπεν, Ἑρμοῦ λογίου τύπον εἰς ἀνθρώπους ἥκειν) γλῶτταν ὡς ὁρᾷς ἀντιδοῦναι τὴν ἡμετέραν, τὴν πάλαι μὲν οὐδ' ἄκρῳ λιχανῷ τοῦ κρείττονος μετασχοῦσαν, νῦν δὲ καὶ λίαν ἠγροικισμένην, ἢ μόγις ἂν οἶδε καὶ τὴν σκάφην σκάφην λέγειν. κοινοῦμαι γάρ σοι καὶ πάθος ἐχεμυθούμενος ἰδίως ἐμοί, καὶ νῦν μᾶλλον οὕτω κινδυνεῦον κύριον, ὡς εἵμαρτο, γίγνεσθαι. τοῦτό σοι καὶ ταλανίζειν ἡμᾶς αὐτούς, ἀλλ' οὐκ εὐδαιμονίζειν πεῖθον, οἷς οὐδὲ συμμίξαι τῷ γέγονε βελτίστης ὄντι μοίρας ἀπολῳ σοι (ἵνα ἡμῶν τι τοῦ βαρβάρου μέρους ἐντεῦθεν τυχὸν ἀποσμιλευθείη, καὶ οὕτω τοῦ μακροῦ γράσου τὰ ἡμῶν ἑκσταίη κατὰ βραχύ) νῦν ὅτι μὴ κατὰ καιρόν σοι τὸ ζητούμενον ἀνεφάνη, μᾶλλον τοῦ προτέρου ταλανίζειν παρέχεται. ὃ γὰρ ἔλαιον, σύ τε ἀξιοῖς, κἀγὼ βούλομαι, ἢ τοῦτ' εἰπεῖν, δι' εὐχῆς εἶχον, πρὸς τοιοῦτόν τινα διαβῆναι, κατὰ χώραν μεμενηκός, ὡς ἡ τῶν πραγμάτων ἔδωκε φύσις, ἐπὶ τὰ πρὸς χρείαν κατέστη.

delectavit maxime, placuitque duplici simul nomine: quod et ab optimo eodemque laudatissimo sodale et quod cum plurima conditum extaret gratia. quin et paene provocavit ad aliud quid maius audaciusque tentandum, quod utique, nisi amor vetus, utpote vim habens longe dissita coniungendi adversaque invicem plerumque conciliandi, veniam facto deprecaretur, parum abfuit quin nos in eorum ordinem redigeret, quibus iure meritoque succenseatur. ad quidnam? fortasse quaeres: nempe ad, cum tanto viro, haud scio an non interius quam quivis alter Musis initiato (quem si videat Demosthenes inter nos, dicat Mercurii facundi simulacrum ad nos venisse) comparationem et commutationem attentandam nostrae huius quam vides linguae, nec olim exquisitioris elegantiae vel per summi explorationem digiti gustu imbutae et nunc longa rusticatione sic agrestis redditae, ut vix sciat scapham scapham dicere. confiteor enim Tibi vitium tacitum et clam in sinu habitum, nunc ita invalescens fato quodam meo, ut periculum sit ne in solidum mei deinceps dominetur. habes unde persuadearis miserari nos potius quam felices praedicare; quibus ne contigerit quidem cum quoquam ex optimo illo vestro genere ac ordine politissimorum congredi, cuius usu attritusque nos e faece barbarorum abradere aliquantulum possemus de pingui hoc succido pastoritii horroris, quo vestrum, delicate mundorum, nitorem offendimus. sed maiorem ista priori miserandi ac dolendi causam offeret, quod modo accidit: petitionem videlicet tuam ad tempus non occurrisse. nam oleum quod tu petis, et ego velim, aut, ut vere dicam, in votis habui, ad aliquem istuc talem qualis tu es transire, detentum in loco, prout rerum natura tulit, collatum in usum est. adeoque nec oliva iam

τοίνυν οὐ δ' ἴλαλα τίς ἐστιν ἐνοφθαλμισμάτων ἐστερημένη (ἀνάσχου γάρ μου καὶ μικρὸν τῇ κοινῇ γλώττῃ χαρισαμένου) ἐφ' ᾗπερ ἂν ὁ ἡδὺς φίλος ἐγκεντρισθείῃ. πεπλήρωται γὰρ ἑκάστη, καὶ καρ- P 448
ποδοτεῖν ὡς οἷόν τε ἤδη ἀπάρχεται. καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα. τἄλλα δὲ καὶ ὁ παρὼν δῆλα θήσει. καὶ ὅπως ἅπερ ἤτησας οὐκ ἔσχε καιρόν, τάχ' ἄν σοι διατρανώσαιτο. ἔρρωσο καὶ εὐθύμει φιλοσοφίας ἁπάσης ἀντιποιούμενος.

super ulla est, supra quam inoculationi locus vacet (sine enim me exiguum quid linguae communi indulgere) cui dulcis amicus inseratur. plena enim unaquaeque est, iamque fructum edere pro se singulae inceptant. haec quidem hactenus. caetera tabellarius praesens exponet et quomodo quae postulasti opportunitatem non invenerint, utique ad liquidum edisseret. vale et bono animo incumbe in dudum captum ad omnem philosophiam impetum.

c. 19. Valde videtur notandum somnium hoc propheticum oblatum Ioanni Vecco, et testimonium quod illius fidei ac veracitati Pachymeres, illi alias, ubi de conciliationis ecclesiarum negotio agitur, parum aequus, reddit, dum eum φιλαληθῆ εἰς πίστιν τῶν λεγομένων fuisse dicit, hoc est veritatis amantem, et cui tuto quod affirmabat crederetur. unde intelligimus quae ille deinde multa magnaque pro Latinis contra Graecos scripsit et dixit, quam ab omni exceptione fraudis et fuci aliena debeant haberi.

p. 124 v. 22. *in suburbio.* forte aptius scripsissem *in suburbano.* nam suburbium videtur locus urbi admotior quam hic indicatus, quippe ad septimum situs lapidem. nondum tamen me ipse condemno, qui sciam in maximis et regiis urbibus suburbia interdum ad decem et ultra milliaria extendi continua fere serie villarum. Romae sane longiuscule procurrisse ab urbe suburbia iam tunc aevo Ciceronis, indicio est quod legimus Philipp. 12: *hisce ego me viis committam, qui Terminalibus nuper in suburbium, ut eodem die reverterer, ire non ausus sim?* utut de hoc sit, illud quidem certum est, Hebdomon, de quo noster hoc loco, nomen fuisse suburbani Constantinopoli disiuncti miliaribus septem, prout erudite demonstrat Nicolaus Alamannus Notis ad c. 15 Historiae arcanae Procopii, ex Socrate Sozomeno et Idatio.

c. 24. Postquam res Persica, quod hic narratur, succubuit Tocharis, videtur contigisse quod noster p. 18 v. 20 retulit, ut pugnaces quidam Persae parere Tocharis dedignati, arces Romani limitis vexare ceperint, quas et tandem expugnarunt.

p. 134 v. 8. *non inde ad proprium victum eumere.* Graecis illis respondentia: φέροντας δ' ἔξωθεν ἐπιτάττων σιτίζεσθαι. haec videntur a paraphraste Vaticano non intellecta, ut non raro alias aberrat. pro his enim sic ponit: φέροντας δ' ἔξωθεν τὸ μὲν ἀρκοῦν τοῦ σίτου χρῆσθαι, τὸ δὲ πλέον πάλιν ἀποτίθεσθαι. atqui τὸ ἔξωθεν ex mente auctoris ad σιτίζεσθαι refertur; ut volue-

vit Ioannes imperator baiulos frumenti reponendi in arcibus nihil inde obiter minuere ad proprium victum, sed iis aliunde assignari unde in tali via ac ministerio vescerentur.

p. 140 v. 4. *idem ille Cutritzaces.* mentio Cutritzacis in Graecis editis non comparet: illa enim expressa sunt ex cod. Bar-
P 449 ber. et Allat., quorum in neutro legitur. supplevit autem recte Vaticanus: est enim ad sententiam explicandam necessaria. ille sic habet: ὅμως αὐτὸς οὗτος ὁ Κουτριτζάκης τὸν τόπον καλῶς ἐπιστάμενος. ex quo nos totum locum sic restituendum putabamus: τοῖς ὑποβαλλομένοις προσέχων, ὁμοῦ γὰρ αὐτὸς οὗτος ὁ Κουτριτζάκης εὖ εἰδὼς τῶν τόπων συνήει. quae inserere contextui non ausi tamen interpretando expressimus: manifeste quippe manca est codicum aliorum lectio, nec sensum per se commodum efficit.

p. 139 v. 18. Iam quod hic noster *inevitabilis efficaciae* esse ait *decreta providentiae*, si cui videantur ad damnatam fatalis necessitatis doctrinam spectare, repudientur et corrigantur a prudente lectore iuxta placita orthodoxi dogmatis.

p. 141 v. 23. *monasterium ad Fontem situm.* hunc fontem et locum describit Procopius l. 1 περὶ κτισμάτων c. 3, dum templi in honorem deiparae ibi a Iustiniano conditi meminit his verbis: ἕτερον δὲ ἱερὸν αὐτῇ (τῇ Θεοτόκῳ) ἐν χώρῳ καλουμένῳ πηγῇ ἀνέθηκεν. ἐνταῦθά ἐστι ὄασος κυπαρίσσων, λειμὼν ἐν ἀπαλαῖς ταῖς ἀρούραις τεθηλὼς ἄνθεσι, παράδεισος εὐφορῶν τὰ ὡραῖα, πηγὴ ἀψοφητὶ βλύζουσα γαληνὸν τὸ ὕδωρ καὶ πότιμον. haec ille: quae sic Latine sonant ex eleganti interpretatione Claudii Maltreti nostri: *eidem* (deiparae) *templum aliud condidit* (Iustinianus) *apud Fontem: sic locum appellant; in quo opacissimum est cupressetum; floribus molli solo surgentibus pratum vernat; pomis exuberat viridarium; fons tacita scaturigine lenem et dulcem aquam effundit.* templum, ut alia pleraque, custodiendum est traditum monachis, quibus domicilium adstructum hic monasterium Fontis dicitur. erat autem id situm, ut idem Procopius paulo post docet, prope portam Auream, ἄγχιστά πη τῶν χρυσῶν καλουμένων πυλῶν. haec est *porta Fontis*, cuius paulo inferius Pachymeres meminit. idem alibi, nempe p. 160 v. 5, χρυσέαν πύλην Aurcam portam appellat. auctor Pandectae Hist. Turc. c. 200 Selybriae portam dictam quoque ait: *inde* (inquit) *pervenitur ad decimam sextam, videlicet Silybriae vel Selybriae portam*, quae a priscis χρυσῆ πόρτα *vel Aurea porta nominabatur. nam extra portam hanc est hodieque Fons, qui* χρυσοπηγή *vel aureas fons a Graecis antiquo nomine dicitur, celebris in eorum historiis, quae saepenumero palatii* πηγῆς *sive fontis mentionem faciunt, et templi deiparae virginis ad* πηγήν *sive fontem.* ita ille.

p. 150 v. 14. In his Graecis verbis καταστάντος κατὰ χώραν ὑπνούντων, etsi ex codd. optimis Barber. et Allat. cum fide ex-

www.libtool.com.cn

pressa sunt, mendum inest non dubium. quid enim illuc facit vox ὑπνούντων locum occupans vocabuli, quod respondeat participio καταστάντος? recte igitur et ex meliori, opinor, exemplari pro ὑπνούντων Vaticanus ponit πνεύματος, sensu iam plano, quem et nos in interpretatione tenuimus. quae sequuntur in iisdem codd. B et A, desperatam perplexitatem habent, auctore, ut solet, tam in delectu quam in collocatione verborum obviam facilitatem sedulo fugiente. Vaticanus ea compendio et clarius de suo exprimens sic habet: εἴτ' ἐάν τι περὶ τὰ αἰσθητὰ συμβαίη, μὴ καταστάντος κατὰ χώραν τοῦ πνεύματος, εἰ μὲν ὁμαλόν ἐστι καὶ τῶν συνήθων τὸ ἀντιλαμβανόμενον αἴφνης ἀκουσθέν, οὐ τοσοῦτον γίνεται τὸ βλάβος περὶ τὸ λογιστικόν. εἰ δὲ λυπηρὸν ἢ χάριεν τὸ ἀντιλαμβανόμενον εὐθέως ἀκουσθὲν παρὰ πᾶσαν προσδοκίαν, τεθορυβημένων τῶν αἰσθήσεων ἔκπληξιν ἀπεργάζεται. ita ille mutans et contrahens pro arbitrio. nos auctorem ipsum exhibemus, et quam fidelissime ac clarissime conamur reddere.

p. 160 v. 20. *postquam diu clausa permanserat aperta est* P 450
porta Aurea. sic reddidimus quod in Graeco legitur, ἠνοίχτο ἡ χρυσέα πύλη χρονία. ita clare exprimunt optimi codd. B et A. Vaticanus autem pro χρονία ponit μόλις. unde intelleximus velle auctorem significare post longam denique expectationem patuisse illas diu obseratas fores. more videlicet pomparum solemniorum, quibus, ut Tertullianus de mysteriis scribit initio libri adversus Valentinianos, *cruciantur aditus*; quod referri potest ad moras in vestibulo haerentium. paulo post idem memorat *suspiria portarum*, iuxta lectionem cuiusdam codicis non usquequaque fortassis improbabilem, etsi merito viri docti praetulerint *suspiria epoptarum:* nam videri potuit velle auctor exprimere suspensam inquietudinem expectantium ad portas et ad optatam eorum patefactionem suspirantium. admonet autem, opportune ad quod dicimus, noster imperatorem peculiari studio curasse ut quam maxime augusta sanctaque haec ceremonia sui solemnis in urbem regiam ingressus evaderet. quam in rem inter caetera diuturnam istam adhibuit moram portae Aureae aperiendae, ante quam clausam persistentem aliquot dies cum comitatu substitit; et ipso triumphalis introitus non ante meridiem pandi voluit, ut paulo post dicitur. nec est incredibile tantam a Michaële solemnitatem in suo isto per portam Auream ingressu affectatam, quod eam sibi adhuc lactenti praedictam audisset, narrante ipsi Eulogia sorore. vide rem descriptam supra p. 128 v. 11.

p. 163 v. 9. *quos allatrari cum apparerent.* sic expressimus quod Graece ἐκείνους δ' ὑλακτουμένους τῷ πλήθει. quamquam non dissimulo, ex quo iam haec sic erant edita, observasse me in codice antiquo ἠλαττομένους pro ὑλακτομένους. est quidem sine dubio mendosum illud vocabulum, ut ibi scriptum vidi cum o parvo in tertia syllaba, cum ab ἐλαττόω ἠλαττωμένους flecti

www.libtool.com.cn

oportuerit. caeterum si cui magis haec placet lectio, referendum pronomen ἐκείνους ad Venetos et Pisanos erit, quos, quia minori numero essent quam ut ab iis timeri seditio posset, haud gravate pateretur imperator intra urbis moenia degere, cum a Genuensibus multitudine metuendis turbas aliquas timens minime tutum existimaret iis domicilia in urbe tribuere. quare, ut deinde c. 35 scribitur, ipsos primum Heracleam Thraciae submoverat, sed postea mutata sententia eos in suburbium Galatam transtulit. non poenitet quidem me prioris iam editae lectionis, quae sententiam haud inverisimilem exprimit: tamen si quis erit cui plus arrideat altera, is ad eam conformare interpretationem Latinam in hunc modum poterit: *caeterum Genuensibus satis fidere non poterat intra urbem degentibus, quod multi essent nec cum aliis communiter viverent* *). *Pisanos et Venetos multo inferiores numero intra moenium ambitum domos habere haud aegre sinebat.*

p. 173 v. 11. χειροτονηθεῖσιν. hanc vocem sic emendavimus, necessaria ut putabamus ratione, cum in archetypis clare legeretur χειροθετηθεῖσιν.

c. 8. Quos hoc capite noster Aethiopas appellat, hi erant Saraceni Aegypto per id tempus imperitantes, cum quibus et S. Lu-
P 451 dovico Francorum regi et aliis principibus Christianis Ierosolymam et alia Palaestinae loca occupantibus graves dimicationes fuerunt. aperit autem hic clare Pachymeres originem famosae militiae Mammaluchorum, conflatae ex mancipiis maiori ex parte Scythicis, quae puerili aetate ex Euxino in Aegyptum deportata ibi educarentur et adolescerent in milites fortissimos, magno Christianorum damno, nec minori culpa Christianorum Constantinopoli dominantium, quibus erat facillimum istud exitiosum Ierosolymitano regno commercium intercipere, nisi avaritia, ambitio, avita aemulatio Latinorum plus apud eos quam religionis rationes valuissent; quare merito Pachymeres capitibus 4 et 5 sequentibus hoc factum improbat.

p. 180 v. 19. *tres reginae.* hoc est tres regiae virgines: nam ex regibus natas reginas nuncupari usus iam olim invaluit, cuius exempla passim occurrunt.

v. 24. *Maio de Belicurto.* indicat forma nominis Francum hunc fuisse, suadetque idem, quod Peloponneso sive Moreae, unde hic ortus dicitur, Franci tum imperitabant.

p. 181 v. 3. *Vintimilia.* nota haec est appellatio antiquae ac praenobilis familiae Genuensis, hodieque, ut opinor, superstitis.

p. 183 v. 26. *in purpura.* vides hinc non satis fuisse, ut quis Porphyrogenitus diceretur, natum fuisse ex patre iam impe-

---

*) *nec — viverent.* immo *et illis utrisque etiam coniunctis numero superiores.*

www.libtool.com.cn

rii compote, ut plerique hactenus sunt opinati, purpurae nomine intelligentes pannum purpureum quo exciperentur partus Augustarum. requiritur enim praeterea nasci intra domum quae *πορφύρα purpura* vocabatur. haec pars erat imperialium aedium Constantinopoli; unde Constantinopolim migrasse prius oportuerat parentes Constantini, ut is Porphyrogenitus nasci posset. itaque Andronicus, etsi natus esset, ut Pachymeres videtur voluisse, imperii patris anno primo, quod discutiemus l. 3 c. 8, non tamen esse vere Porphyrogenitus potuit, quod extra Constantinopolim sit natus, uti nec Theodorum iuniorem Lascarim, etsi principio imperii patris Ioannis Batatzae natum, Porphyrogenitum usquam dictum legimus. nimirum haec nomenclatio ducebatur ex loco partus, domo cui purpura erat nomen, sita Constantinopoli, in quam partui vicinae Augustae immigrare erant solitae. Anna Comnena l. 6 p. 166 vocat *οἴκημα ἀφωρισμένον πάλαι ταῖς τικτούσαις τῶν βασιλίδων*, et addit *πορφύραν δὲ τοῦτο οἱ ἀνέκαθεν ὀνομάζουσιν, ἐξ οὗ καὶ τὸ τῶν πορφυρογεννήτων ὄνομα εἰς τὴν οἰκουμένην διέδραμεν.* describit eam domum alibi Anna, l. videlicet 7 p. 190, et ei nomen factum ait a colore marmoris ex quo erat structa, quod dicit fuisse Roma portatum ab imperatoribus, quando sedem imperii Byzantium transtulerunt. haec verba Constantinum Magnum indigitant. et memini legere aliquid apud Aelium Lampridium in Alagabalo, quod trahi ad istam translationem adstruendam possit. verba Lampridii haec sunt: *stravit et saxis Lacedaemoniis ac Porphyreticis plateas in palatio quas Antoninianas vocavit, quae saxa usque ad nostram memoriam manserunt* (scribit haec auctor sub Constantino, cui hunc ipsum librum dicat) *sed nuper eruta et exacta sunt.* ita ille. quidni vero nos suspicemur eruta et Byzantium translata iussu Constantini eo migrantis, aut potius credamus Annae id affirmanti?

p. 188 v. 4. *quo in genere Laconibus plurimis.* Graeca hic in codice optimo B, quem, ut saepe dixi, fundum editionis habuimus, mutila erant. hunc enim in modum ibi legitur *ὅπου γε καὶ Λάκωσι πλείστοις ὕστερον ἐκ τοῦ ..... ἀφιγμένοις.* codex A habet *ὕστερον ἐκ τῆς πόλεως ἀφιγμένοις*, ubi merito quaeras ex qua urbe advenisse hi Lacones dicantur. sane urbis nomine, cum sine addito ponitur apud hos scriptores, Constantinopolim intelligi res ipsa loquitur. ex urbe autem Constantinopoli quis persuadere sibi possit dici venisse istos, qui potius hic in eam transmigrasse memorentur? itaque recte Vaticanus paraphrastes sic hunc locum effert: *ἐντεῦθεν καὶ Λάκωσι πλείστοις ὕστερον εἰς πόλιν ἀφιγμένοις.* unde fortasse corrigendus sit Allat. codex, reposito *εἰς τὴν πόλιν* vice *ἐκ τῆς πόλεως*. sed haec non sufficiunt sanando vulneri exemplaris archetypi. nam in eo articulus masculinus aut neuter *τοῦ* indicat, id quod statim deest P 452

www.libtool.com.cn
feminini generis non esse. ipse igitur se suppleat B codex, qui cum p. 180 v. 19, consentiente sibi Allatiano, scribat *ἀπὸ τοῦ Μορέου*, suggerit nobis quid post haec sua verba *ἐκ τοῦ* ..... exscriptor omiserit spatio relicto. Vaticanus loco illo tertium se adstipulatorem addit, nisi quod *Μοραίου* scribit pro *Μορέου*. profecto ex Moreo sive Morea, hoc est Peloponneso, venisse Laconas oportuit, cum ibi sit Laconica. translati autem inde tunc videntur, quando, ut infra p. 205 v. 4 noster scribit, *ἄκρα Πελοποννήσου ἀμφὶ Μονεμβασίαν σὺν Σπάρτῃ καὶ Λακεδαίμονι ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐγένοντο*.

p. 192 v. 10. *Dacibyzae dictam.* videtur Pachymeres et hic et inferius, p. 198 v. 15, praetereaque p. 307 v. 11, Nicetiatarum castrum cum Dacibyza confundere, quae tamen Acropolita distinguit, sic scribens c. 37 Hist. p. 32: *καὶ παραμείψας τὸν χάρακα ἐπόρθησε τὴν Δακιβύζαν πρὸ καιροῦ καὶ κατέσχε ταύτην, προσέτι καὶ τοῦ Νικητιάτου φρούριον*. forte utrique arci commune *Νικητιάτου* nomen fuerit, alteri autem earum proprium *Δακιβύζης*; unde *Νικητιάτων*, plurali numero, noster posuerit.

p. 214 v. 3. *προσπίπτειν τῷ τῆς Ῥώμης πάπᾳ*. verba sunt imperatoris, quibus offensus duritie Arsenii patriarchae, sibi confitenti crimen et offerenti se paratum ad satisfactionem et poenam canonicam, poenitentiam et spem reconciliationis contra canones negantis, ait tempus esse recurrendi ad Romanum pontificem, ad quem videlicet agnoscebat antiquum ius esse provocandi ab iniquis iudiciis summorum etiam patriarcharum. et modus loquendi significat viguisse adhuc illam, etiam in Graecia schismate a Latinis divulsa, opinionem atque sententiam, quippe fundatissimam in sacro dogmate et in omni memoria ecclesiasticae antiquitatis.

p. 216 v. 21. *ἐκείνη δ' ἐκ νοθείας*. res hic narratur tam incredibilis ut mendum codicis primum legens suspicarer, nec inducere possem in animum uxorem despotae Ioannis, fratriam imperatoris, matronam eius loci, non solum ex adulterio peperisse sed palam viro tolerante educasse filiam spuriam, quae postea, Ioanne scilicet ipso despota et fratre ipsius Augusto conciliantibus, Iberiae principi collocata sit. tantumne tam impune mulieribus ibi licuit? verum conferens alios codices rem ubique constanter in eundem modum expressam reperi. disertius etiam in Vaticano, qui ubi de Ioannis despotae castimonia dixisset *ἐκήνθει δὲ καὶ τὸ σῶφρον ἐκείνῳ, ὡς οὐδέποτε ἀκουσθῆναι αὐτὸν ἑτέρᾳ γυναικὶ χρήσασθαι ἢ τῇ ἰδίᾳ καὶ μόνῃ*, subiungit *ἀλλ' ἐκείνη οὐκ ἦν ὡς ἐκεῖνος* (vides unde ducta sint illa interpretationis verba, *multum illi dissimilis*) *ἀλλὰ καὶ θυγάτριον ἀπεγέννησε*
P 453 *νόθον ἐκείνου στρατείαις προσέχοντος. at illa non erat sicut ille, sed et filiolam genuit notham illo bellis gerendis attendente.* caeterum quod attinet ad huius ex adulterio natae puellae nuptias

www.libtool.com.cn

ab imperatore conciliatas cum Mope Iberiae principe, agnoscere in hoc licet artem politicam adhiberi solitam a Constantinopolitanis imperatoribus, deliniendi barbaros, quibus expugnandis se impares sentiebant, nuptialibus pactis. audiamus ea de re Cantacuzenum l. 1 c. 39, ubi agit de Moesis affinitate conciliatis Andronico iuniori: *μάλιστα δὲ αὐτοὺς ἐξημέρου καὶ φιλίως διετίθει πρὸς Ῥωμαίους τὸ ἐκ τῶν βασιλικῶν οἴκων γυναῖκας ἄγεσθαι ἑαυτοῖς. περιμάχητον γὰρ αὐτοῖς τὸ τοιοῦτο.* et paulo post: *ὃ δὴ καὶ οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς εἰδότες παρθένους τὴν ὄψιν διαπρεπεῖς, οὐκ εὖ γεγονυίας μόνον ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀσήμων γενῶν, ἐν τοῖς βασιλείοις ἐκτρέφοντες, ὡς θυγατέρας ἑαυτῶν, ὁπότε δέοι, τοῖς Σκυθῶν σατράπαις κατηγγύων.* *maxime vero ipsos deliniebat et conciliabat Romanis, quod ex imperatoria familia uxores nanciscerentur. hoc enim ipsis in primis expetibile videtur et contentione quantavis emi dignum.* post aliqua: *id quod Romanorum imperatores cum intelligerent, virgines forma praestantes, non modo legitime ex nobilibus natas sed et ex parentibus plebeii generis genitas, in palatio alebant, quas, ubi res posceret, filiarum appellatione honestatas Scytharum satrapis desponderent.* haec ibi. cuius moris exempla in hac nostra historia plura extant. sic enim supra p. 174 v. 14 ad Chalaü principem Tocharorum Michaël Palaeologus imperator filiam suam notham Mariam mittit coniugem, quae Chalaü mortuo eius filio et successori Apagae nupsit. et mox p. 180 v. 11 Nogae Tocharorum Occiduorum regulo alia eiusdem imperatoris filia notha Euphrosyne vocata collocatur. sic denique hic dynastae Iberorum puella adulterio uxoris despotae Ioannis nata coniungitur, ut alia praeteream multa similia.

p. 223 v. 20. Cometa, cuius hic meminit Pachymeres, toto terrarum orbe spectatissimus et scriptorum illius aevi monumentis celebratissimus fuit. de illo enim agunt Theodor. in Vita Urbani IV, Supplementum Parisiense Rigordi c. 175, Villanius l. 6 c. 7, S. Antonin. tit. 19 in fin., Bernardus Guido in Chronic., Magnum Chronicum Belgicum in Urbano IV, Palmerius in Chronic. etc. relatorum ab his summam sic colligit Henricus Spondanus in Contin. Annalium, anno 1264 (nam eo anno hic Cometa est visus) n. 8. *cometes visus est, qui ab Oriente surgens usque ad medium hemisphaerii versus Occidentem comam protrahebat, et Iulio Augusto ac Septembri mense (fere a solstitio aestivali usque ad aequinoctium autumnale) insigni magnitudine fulgens, ac speciem ingentem edens, omnes mortales in sui admirationem adduxit, in Graecia et Syria praesertim, ubi etiam cum horrore mortalium visus dicitur.* hactenus Spondanus ex priscis auctoribus, quibus contrarium noster Pachymeres affirmat, dum hic scribit *ex occidente in ortum effulsisse a vere usque ad autumnum.* Graeca sic habent: *ἀστὴρ κομήτης ἐκ δύ-*

www.libtool.com.cn

σεως κατὰ τὸ ἑωθινὸν ἐξέλαμπεν ἔξ ἥρος εἰς φθινόπωρον. in duobus a reliquorum quos nominavimus indicio recedit. prius est, quod ab Occidente versus Orientem motum cometen dicat, alterum quod a vere usque ad autumnum, cum illi contra testentur ab Oriente in Occasum processisse, et circa solstitium aestivum coepisse apparere. in hac controversia ut facile adstipulemur pluribus contra unum, facit quod etiam aliunde comperimus Pachymerem *παχυμερέστερον* in huius cometae observatione versatum. id enim testificatur quidam eruditus, ut apparet, eius lector, qui codicem hunc ipsum, quem fundum editionis habuimus, oculis subiectum habens tenere se non potuit quin e regione huius loci ad marginem adscriberet rubrica haec ipsa verba: *ὁ δὲ τοῦτο παριστορεῖ· ὁ γὰρ κομήτης, ὡς ἡμεῖς αὐτωπτεύσαμεν, ἐξ ἀνατολῆς τὴν κίνησιν ἐποιεῖτο, περί που τὰς Ὑάδας φαινόμενος. ἦν δὲ καπνώδης, δίχα διαιρούμενος. οὐδὲ τοῦτο παριστορεῖ. ἔως δὲ βορειότερον· ὁ γὰρ βοῦς τῶν βορείων ἄστρων, ὅπου καὶ αἱ Ὑάδες.* haec sic Latine sonant: *aliter hoc ac revera se habuit refert historicus. nam cometa quo de agitur, prout nos propriis*
P 454 *oculis observavimus, ab Oriente movebatur circa Hyadas apparens. erat autem fumosus, divisus bifariam. in illo quidem haud aberrare a vero dixerim, quod in boreali parte indicat apparuisse: Taurus enim, in quo sunt Hyades, boreale signum est.* hactenus censura marginalis; quae quod ait indicasse Pachymerem in boreali parte cometen apparuisse, e titulo capitis sumptum est, ubi in Graeco legitur *περὶ τοῦ φανέντος κομήτου ἐν βορρᾷ*, quibus congrue c. 25 initio scribit noster, Macedonibus et Thracibus ad Septentrionem Constantinopoli obversis visum esse cometen infausta minari, quas minas postea Sultan Azatinus, qui provinciarum illarum vastationi causam dedit, in rem deduxerit; quae significant in Septentrionali coeli parte cometen visum. porro ex hac nota obiter colligo codicem hunc quem Barberinum a posteriori possessore dicimus, e Graecia delatum in bibliothecam Urbani Octavi *τοῦ μακαρίτου*, videri ex primis fuisse qui per urbem Constantinopolim vulgati sunt ab ipso auctore suam historiam edente, viventibus adhuc multis qui rerum hac historia narratarum *αὐτόπται* fuerant; quorum unus lapsum historici in relatione huius phaenomeni ex suo oculato testimonio redarguere potuerit. qui idem quod verbum in titulo capitis positum nomine auctoris ipsius citat, ut vidimus, argumentum nobis suggerit opinandi titulos capitum ab ipso Pachymere inditos et conscriptos, ut in Barb. codice et inde in hac editione nostra Graece comparent, fuisse, contra quam suspicari forte aliquis posset ex eo quod in Allatiano codice alioqui optimo et perantiquo, non legantur. suadet haec mentio nobilis cometae, et tempus quo haec scribebam mense Aprili anni 1665, similibus phaenomenis suspensum, ut hic aliquid de cometis dicam ab his quin-

www.libtool.com.cn
que retro mensibus magna passim hominum admiratione et expectatione spectatis. prior mense Novembri superioris anni 1664 coepisse apparere dicitur: sed a paucis tunc notatus, mense Decembri celebritatem est adeptus, tota tunc Europa, prout e scriptis undecumque vulgatis intelligitur, observatissimus. vidimus et nos illum Romae saepe otioseque cum bis ter ulnarum coma, orbe stellas primae magnitudinis ad oculi iudicium aequante, fulgore subpallido micantem, cursu errantem desultorio, mutatis in dies locis. scripsere de illo plurimi huius aevi praestantes astronomi, qui mea nomenclatione non indigent, fama sua clari. duos tamen memorabo instinctu grati animi, quod ii suos mihi eius argumenti commentarios donarunt, D. Ioannem Dominicum Cassinum et R. P. Iacobum Grandamy soc. nostrae, quorum ille Romae, hic Parisiis suas de isto cometa lucubrationes ediderunt. addam universam eius observationis historiam paucis comprehensam a nostris mathematicis Ingolstadiensibus, qui ad me miserunt. *anno* 1664 *cometa exeunte Novembri, ut aliunde nuntiatur, iam exortus, Ingolstadii* 18 *Decembris* 6 *mat. primo nobis visus est, infra tropicum Capricorni sub rostro Corvi, barba directe a sole versus occasum hiemalem protensa et late qua terminabatur diffusa.* 19 *nubes.* 20 *Dec. intra Craterem et Corvum.* 21, 22, 23, 24 *nubes.* 25 *Dec.* 4 *mat. infra ventrem Hydri, qua ei Crater insistit, sub eod. trop. comparuit. caput hac die apparenti diametro fere par Veneri, barbam albicanti luce splendidam ad* 30 *gradus evibrare visum.* 26, 27, 28, 29 *nubes.* 30 *Dec.* 9 *vesp. in Lepore velut crinitus apparuit: nam ob lunae vicinitatem cauda videri non potuit. porro eundem hunc cum priore cometa esse, confirmant observationes Trident. quae* 28 *Dec. eum prope Canem maiorem, celeriori quam initio motu progressum, ex matutino vespertinum, ex barbato caudatum evasisse testantur.* 31 *Decemb. inter Leporem et Eridanum, iam multum supra Tropicum evectus conspiciebatur. anno* 1665 1 *Ianuarii,* 12 *noctis, ad australem, et eadem die* 9 *vespertina ad borealem Eridani ripam constitit.* 2 *Ianuarii prope os Ceti.* 3 *Ian. Ceti mandibulam attigit, cyrma Orienti obversum trahens.* 4 *Ian. aequatorem superavit.* 5 *Ian.* 6 *vesp. in caudae medio prope nucleum cometae lucida Ceti, Menkar dicta, clare resplenduit. quod etiam Leodii, Olomucii, Viennae, Mantuae, Pragae, Lucernae, Tridenti sub idem tempus observatum est. unde colligi potest cometam hunc carere parallaxi sensibili, adeoque luna inferiorem non esse. quantum vero supra lunam elevatus sit,* P 455 *ob parallaxium incertitudinem evidenter demonstrari nequit.* 6, 7, 8, 9, 10 *Ianuarii per caput Ceti tarde progressus,* 11 *prope anteriores Arietis pedes comparuit, cauda breviore versus oculum Tauri exporrecta.* 12 *Ian. in genu Arietis.* 13 *et deinceps usque ad* 4 *Februarii lentius in dies inter pectus Arietis et Li-*

www.libtool.com.cn
num Piscium progressus, corpore multum imminuto ac syrmate breviori effulsit. 4 Februarii postremo caudatum licuit instrumentis observare. visus tamen porro nobis est instar stellae nebulosae 5, 7, 10 et 11 Februarii inter cornua Arietis et Linum Piscium. deinceps vero etiam ab acutissime videntibus deprehendi amplius non potuit. hinc constat cometam hunc maximam zonae torridae partem perlustrasse, adeoque maiori Africae et magnae Asiae ac Armeniae parti, nunquam tamen Europae verticalem incessisse. hactenus astronomi nostri Ingolstadienses de priori cometa. posterior circa kal. Aprilis ostentandi sui fecit initium contrario priori exortu et motu, cauda longiori densiorique, de quo videnda quae cum alii alibi viri doctissimi, tum iidem prius memorati Cassinus Romae, Grandamy noster Parisiis in lucem ediderunt. desiit apparere a sole absorptus circiter diem 19 Aprilis, quo die cum S. D. N. Alexander VII hic Romae in Basilica S. Petri solemnissima ceremonia B. Franciscum de Sales episcopum Genevensem rite sanctorum albo adscripsisset, visa mihi est haec *συγκρίσια* novi indigetis superum choris inserti et evanescentis cometae argumentum non illepidum epigrammatis, et remisi me libenter e tristitia morosae occupationis in non intempestivum lusum, his extemplo versiculis paugendis:

Cum superum, Francisce, tibi tribuuntur honores,
abscondit tetricum sponte cometa *iubar.*
erigor augurio; nec iam portenta minasque
tot crinitarum duco timenda facum.
averruncus adest noxarum, et sancta sacerdos
qui novus ingreditur, monstra luenda piat.
sume animos, coeli spectris exterrita tellus:
stat tibi certa salus, *dum tenet astra SALES.*

p. 229 v. 3. *fatum triste.* Graece *μοῖρά τις δυσκρίς.* fatimentio si cui hoc loco et aliis huius operis similibus videatur ullam affinitatem habere cum pravo et haeretico dogmate libertatem humanam sui compotem negante, reiiciendum esset cum caeteris erroribus huius scriptoris. vide quae monuimus ad p. 104 v. 25 et p. 139 v. 18.

p. 251. oratio imperatoris hoc capite relata obscurissima in Graeco est. Vaticanus paraphrastes pro ea quod voluit supposuit. ego coniectura mentem auctoris, ut spero, assecutus partim versione, partim, ubi aliter non potui, paraphrasi eam exposui quam potui clarissime.

p. 257 v. 11. *noctu post finem hymnodiae.* nam, ut in Glossario verbo *ἀκάθιστος* innuimus, tota nox patriarchae, clero, imperatori et populo stantibus illo festo pervigilabatur, continua decantatione psalmorum et hymnorum, quae ut tandem sub diluculum desiit, hunc loco et tempore captato accusator Arsenii libellum delationis obtulit Augusto.

www.libtool.com.cn

p. 259 v. 7. vox *ἐκκλείοιντο* emendata a me est ex coniectura, cum cod. B haberet *ἐγκλείοντο*, A vero *ἐκκλίνοιντο*, Vaticanus porro libertate solita pro eo verbo poneret *ἀποστήσονται*. sententia vero loci manifeste postulat *ἐκκλείοιντο*. P 456

p. 261 v. 4. *imperatori tribui principem locum in cognitione rerum ecclesiasticarum.* iam monui in Glossario verbo *ἐπιστημονάρχης* cognitionem istam meri fere testimonii, non iurisdictionis aut decisivae potestatis esse. sic enim Constantinus Magnus Nicaenae, Marcianus Chalcedonensi, alii aliis imperatores synodis intervenerunt; missis etiam, cum interesse ipsi non poterant, delegatis a se; quod in recentioribus quoque conciliis, puta Tridentino, servatum scimus, ut in eo legatis imperatoris, regum ac caeterorum principum saecularium locus tribueretur, non cum iure ferendi ad decisionem dogmatum suffragii, sed ut testes essent actorum primique cognoscerent vulganda postmodum in populos, interimque auctoritate ac potestate principali libertatem securitatem otium decernentibus patribus facerent. sic in collatione Carthaginensi, ubi causa Donatistarum tractabatur, *cum episcopis ingressus est* (verba sunt epitomae Baronianae Spondani ann. 411 n. 4) *etiam Marcellinus in locum ad collationem paratum; qui quidem non solum tribunus militaris erat, sed et notarius, hoc est a secretis imperatoris, ut constat ex titulo epistolae catholicorum ad ipsum ante collationem scriptae. nec tamen in illa collatione iudicis simpliciter, sed cognitoris nomen prae se tulit. ita enim nominare consuevit antiquitas iudices saeculares, quorum arbitrio cuncta disponerentur, sed ita ut integrum iudicium episcopis relinquerent, nec aliquid ipsi sibi usurparent nisi quod ad pacem ac quietum congressum pertineret, utque in omnibus pacta conventa conservarentur; in quibus rite ordinandis eidem interloquendi facultas esset; atque demum cuius alterutrius partis potiora iura essent, ex aequo pronuntiare deberent. ut de his omnibus constat cum ex ipsis actis praesentis collationis, tum ex aliis diversarum synodorum, ac praesertim Oecumenicarum gestis.* ita Baronius apud suum epitomatorem. ex quibus cuivis esse planum poterit quatenus se extendat haec *ἐπιστημοναρχία*, princeps cognitio rerum ecclesiasticarum laicis principibus concessa per canones et antiquum usum, de qua hic mentio.

p. 272 v. 18. *cui se ipsum manu propria Athanasium inscripserat.* Athanasius nomen erat quod Andronicus iste Sardensis episcopus assumpserat, cum abdicato episcopatu monasticum habitum induerat, prout superius narratum est c. 181. 2. porro is speraverat fieri posse ut suae istius monasticae professionis abolita memoria in coetum, ut prius, episcoporum admitteretur: nec enim erat facile rem sub paucis actam testibus probare. verum prolata epistola quam ipsius esse nota manus proderet, cu-

www.libtool.com.cn
ius in titulo more antiquo suum praescribens nomen Athanasium se ipse pro Andronico vocaverat, argumentum id irrefragabile visum monachatus Andronici, cui nec ipse qui ei favebat patriarcha resistere ausus conatum remisit iuvandi eius, qui sua se ipse scriptura convinceret.

p. 281 v. 24. *sinistra de Germano iudicia.* hoc loco Pachymeres inter enumerandas odii popularis in Germanum causas unam ex praecipuis omittit, quod paci ecclesiarum studeret, unde postmodum ab imperatore Romam legatus negotium concordiae ibi confecit, prout noster narrat p. 384 v. 15. quare ad hoc totum conciliationis ecclesiae Graecae cum Latina negotium
P 457 vel plurimum ipse contulit. nam et in concilio Lugdunensi comparuit, ut in eius sacrae oecumenicae synodi Actis notatur sess. 4. porro antequam ad haec adhiberetur, observaverat videlicet imperator propensionem eius ad Latinos, observaverant et alii, qui addicti schismati ob id ipsum eum pessime oderant et eidem postea imputarunt quidquid in hoc genere contra eorum votum contigit. Anonymus ineditus, cuius exemplum extat apud ill. Allatium in opere de Translationibus episcoporum, spiritu schismatico aestuaus, haec scribit: *ὁ Ἀδριανοπόλεως Γερμανός, ὁ ἐπικληθεὶς Μαλχουτζᾶς, ὃς καὶ λατινόφρων γέγονε καὶ κατὰ τῶν εὐσεβῶν διωγμὸν ἐκίνησε μέγαν. Adrianopoleos Germanus, cognomento Malchutzas, qui et cum Latinis sensit et contra pios* (immo impios schismaticos) *persecutionem movit magnam.*

p. 282 v. 20. *Germani alterius.* fuit hic retro quintus in serie patriarcharum Graecorum. nam Germanus Adrianopolitanus successit Arsenio, Arsenius Manuëli, Manuël Methodio, Methodius Germano Nauplio. hunc potius ut hic innui putem quam alium longe antiquiorem, sanctum Germanum scriptis editis notum, qui anno Christi 714 kal. Augusti Ioanni Constantinopolitano patriarchae successit, suadet adiunctum *μακαρίτης*, quod de mortuis non vetustissimae memoriae a Graecis usurpatur.

p. 296 v. 4. *μὴ ἅψῃ, μὴ θίγῃς.* verba sunt ex S. Paulo ad Coloss. c. 2 v. 21. quae Graeci usurpabant in occasionibus aversandae communionis eorum quos heterodoxos aut schismaticos putabant. saepius usurpantur in hac historia; de quo semel admonuisse satis visum est.

p. 304 v. 9. Illa Graeca verba *ὅσα καὶ ἀσφαλῶς ἀνοφήνασθαι, quae secure ostenderentur*, utcunque Latine reddens expressi: erant enim in utroque optimo codice, licet ea Vaticanus, ut pleraque non intellecta sibi, transilit. caeterum fateor me haud satis percipere quid velint. nisi forte significent Germanum liberaliter largiri solitum egentibus ex iis quae in manus et potestatem eius veniebant, nisi talia essent quae peculiaribus ex causis donasse invidiosum esset. puta si cum ipse episcopus aut patriarcha fuit, ex oblationibus ad se delatis ea daret consumen-

www.libtool.com.cn

da pauperibus, quae qui offerrent appendi tholis sacris aut in thesauro ecclesiastico servari voluissent, moleste laturi si ea teri manibus et consumi usu egentium viderent.

p. 311 v. 17. *Μαρυανδηνοῦ θρηνητῆρος.* alludunt haec adagium vetus, cuius mentio fit versu 686 Stromatei proverbiorum antiquorum apud Andream Schottum nostrum in Collectione Graecorum Paroemiastarum. versus ille sic sonat:

Μαρυανδηνῶν μέμνησο θρηνητηρίων.

origo forte adagii fuit quod apud illam Maryandenorum gentem funera ambitiosius celebrarentur, moestissimo cantu, tibiis et id genus organis adhibitis. unde in proverbium abierint *Μαρυανδηνὸς θρηνητήρ* et *Μαρυανδηνὰ θρηνητήρια.*

p. 313 v. 23. *Athanasio audita.* dixerat paulo ante hunc fuisse Alexandrinum patriarcham. hic videtur successisse Nicolao, cuius mentio est libri huius c. 9. ex huius capitis verbis habemus Pachymeri *σύγχρονον* et familiarem fuisse quendam Athanasium patriarcham Alexandrinum, qui sine dubio is fuerit cuius hortatu se Pachymeres ipse profitetur, in titulo paraphrasis suae ad epistolas Dionysii Areopagitae, opus illud aggressum. P 458
hoc ideo monui, quia video nostrum Antonium Possevinum putasse ibi nominari magnum Athanasium; de quo si ageretur, recte iuberet Possevinus deleri illam inscriptionem ut mendacem.

p. 314 v. 2. Si hoc capite et alibi hoc libro noster historicus parum reverenter loquitur de monachis Graecis, offendere catholicum lectorem non debet, cum ii plerique schismatici fuerint et Romanae ecclesiae Latinoque nomini infensissimi, quos potius a Graeco et schismatico scriptore ut turbulentos et contumaces traduci, pro testimonio causae orthodoxae favente accipiendum est.

p. 316 v. 4. *Georgio Acropolitae.* habemus huius eruditissimi viri historiam et chronicon; scimus ex aliis multa de eius vita et rebus gestis, nec tamen uspiam invenimus idoneum fundamentum illum insimulandi laxioris conscientiae. quare suspicor ex odio in eum schismaticorum hanc calumniam natam. cum enim ille homo pereruditus et recti ac liberi iudicii ex lectione patrum veterum, uti et Veccus, agnovisset causam Latinorum, quos sine causa sui Graeci aversarentur, iustiorem esse, uti et fidem circa dogma de S. Spiritus ex patre filioque processione orthodoxum, totus ex animo incubuit in negotium conficiendae pacis ecclesiarum, fidelem in eo ac non parum utilem operam imperatori navans. qui et in solemni legatione ad Gregorium X papam eum inter saeculares principem misit, ut Pachymeres docet p. 384 v. 15, et eundem cum expatriarcha Germano comparere vice sui in Lugdunensi concilio voluit, ut ex Actis eius concilii sess. 4 constat. hinc videlicet exosus hic schismaticis non modo contumelias ab iis, sed vexationes etiam gravissimas est passus, post Michaëlis

www.libtool.com.cn

Palaeologi mortem praevalentibus apud Andronicum infensis paci. qui postquam eam ab illo abrogandam abrumpendamque curarunt, etiam ei suaserunt ut Acropolitam, unum ex columinibus catholicae partis, in carcerem conderet. istam ille iniuriam quam forti animo, quam invicta constantia tulerit, docet epistola Demetrii Raülis Cabacis ad filium Manuëlem Graece, sed stylo semibarbaro, scripta, ex qua nuper edita ab ill. Allatio (in doctissimo opere Exercitationum in Creyghtonum p. 616 et seq.) auctoris verbis, ut ab eodem viro magno Latine redduntur, referam plane heroicum huius viri factum, quo abunde purgabitur calumnia hic ei impacta laxioris conscientiae. sic igitur ait: *post multos elapsos annos, cum adhuc senior* (Georgius Acropolita hic noster) *in exilio et carcere perduraret causa legationis propter unionem cum catholica ecclesia, alloquitur imperator D. Andronicus filium illius caeterosque senatus principes, ante eum in consilio assidentes, "principes, videturne vobis bonum ut magnum logothetam huc adductum pertentemus, an nobiscum conveniat? post tot carceris et exilii annos forte nobis obtemperabit, et coniunctis sententiis nobiscum concinet in hoc ecclesiarum discidio, et vitabit rerum asperitatem, et quod ter tanto melius est, libertate perfruetur, et addecentiori cura illius valetudini indulgebitur." omnes uno ore responderunt "bonum est, domine, et executioni mandetur. immo iussa tua nulli noxia sunt." sic itaque cum respondissent, imperator mandavit ut adduceretur; eoque praesente, ut mitius negotium disponeretur, sic exorsus est orationem imperator. "agnoscisne principem illum, quisnam ille sit?" et digito monstravit filium eius. respondit ille imperatori "non agnosco. si quid vero argumentari et coniectura persequi datur ex loco in quo considet, princeps est tui sancti imperii honoribus decoratus. at quinam ille sit nondum capio." respondit imperator "filius tuus est, dominus Theodorus magnus logotheta." abiecta omni cunctatione filius assurgens nudato capite patrem aggreditur, et salutem ultro citroque pater et filius sibi dederunt. tum rursus imperator orationem ad eum direxit: "magne logotheta, res ita ceciderunt coëgeruntque ut tibi haec tristia et in magnum malum evaderent.*
P 459 *quare modo visum est mihi et hisce rerum gubernatoribus, ut te huc adductum alloqueremur de ea re quae nobis bona atque honesta videtur, si tamen tua voluntas non abnuit nos audire, ut una mente atque sententia nobiscum convenias circa ecclesiae dissidia. hoc enim mihi et filio tuo magno logothetae bonum reputatur et decens, ut nobis obtemperes: et omnia vulnera ac tristia, quae necessitate temporis in te illata sunt, sanabimus." hic porro ad imperatorem ita effatur: "sancte domine, quaecumque ad me enuntiasti percepi. verum nunc respondeo et refero quod mihi in animo fixum est. iustius est et aequius ut sancta*

www.libtool.com.cn

regia tua maiestas mei domini imperatoris patris tui sententiam subsequatur, et filius meus dominus Theodorus meam, quam nos vestram." *et nihil ultra retulit. sed nec qui imperatoris nutus secundabant principes, nec ipse imperator verbum expressit, iustitia ratione generositate et magnificentia in ruborem suffusi, omnia siquidem, dummodo iustum ac decens salvum esset, nihil reputabat.* haec ibi; quae videat et iudicet aequus lector an sint hominis *κατημελημένως τῶν εἰς συνείδησιν ἔχοντος, minimum pensi habentis in rebus gerendis quid fas et officium moneret;* quod falso videlicet ei noster imponit hoc loco. sed ne cuipiam videamur suspiciosius agere cum Pachymere, qui quod alias fuerat notare potuerit, cum mutabiles sint mores hominum, dicamus sane, si negligentior rationum officii vixit unquam Georgius Acropolita, tum necesse est id fuisse, quando addictus adhuc schismati adhaerebat erroribus Graecorum: postea quidem quam ecclesiae Latinae reconciliatus est, tantum profecisse illum apparet ut culmen ipsum Apostolicae perfectionis attigisse videatur.

p. 317 v. 23. *Eudocia magno apud urbem domino elocata est.* quis iste magnus dominus in urbe? inferius p. 328 v. 4 scribitur de Ioanne duce, eum obsessum in urbe cui nomen Patrae, cum noctu sufugisset venisse Thebas, et ibi reperisse magnum dominum, *τὸν μέγαν κύριον.* sic vocatum apparet Thebarum principem Latini generis. dici ergo potest Eudociam tertiam filiam Lascaris Augusti magno domino principi Thebarum, huius forte quem Ioannes dux ibi reperit patri aut patruo, fuisse collocatam, matrimoniumque id celebratum in urbe Constantinopoli, ubi tum is princeps fuerit in comitatu imperatoris Latini rerum illic potientis, ita ut *τὸ κατὰ τὴν πόλιν* ad locum nuptiarum sit referendum, non ad magni domini potestatem, quasi is eam in urbe Constantinopoli exerceret ei dominando, sed quod ibi degens titulo sui peculiaris dominii alibi siti, nempe Thebis, insigniretur. pari exemplo ipse hic imperator Michaël unam e filiabus Theodori Augusti Maio Belicurtio principi Peloponnesio coniunxit, alteram comiti Vintimiliae Genuensi, ut vidimus l. 3 c. 6. istis porro principatibus per Orientem ex ruinis imperii Romani subnascentibus suae quaedam propriae appellationes erant, quas ab imperatoribus se accepisse gloriabantur. in quo affectabant antiquissimos quosque allegare privilegiorum et honorum istiusmodi largitores, more hominum sua semper facere augustiora satagentium. itaque ad Constantinum usque Magnum quidam retro nitentes in ista iactatione pertingebant, auctorem illum suis maioribus talium fuisse nominum ferentes; quod etsi ridiculum dictu, cum Constantini Magni aevo nec longe postea istae adhuc minutae dynastiae constitutae fuissent, haud tamen aspernatus est Gregoras, apud quem haec legimus l. 7 p. 109:

www.libnol.com.cn

ὁ δὲ Ῥωσσικὸς τήν τε στάσιν καὶ τὸ ἄξίωμα τὸ ἐπὶ τῆς τραπέζης παρὰ τοῦ μεγάλου κεκλήρωται Κωνσταντίνου. ὁ δὲ Πελοποννησιακὸς τὸ τοῦ Πρίγκιπος, ὁ δὲ τῆς Ἀττικῆς τε καὶ Ἀθηνῶν ἀρχηγὸς τὸ τοῦ μεγάλου δουκός, ὁ δὲ τῆς Βοιωτίας καὶ τῶν Θηβῶν τὸ τοῦ μεγάλου πριμικηρίου, ὁ δὲ τῆς μεγάλης νήσου Σικελίας τὸ τοῦ ῥηγός, καὶ ἄλλοι ἄλλα. *Rossicus statum et dignitatem praefecti mensae a magno sortitus est Constantino, Peloponnesiacus vero principis titulum, Atticae autem et Athenarum dynasta nomen magni ducis. at qui Boeotiae et Thebis praeest, magni primicerii titulum obtinuit, uti et regis, qui magnam insulam Siciliae habet in potestate, et alii alia.* ita ibi Gregoras, qui paulo post addit de Thebano dynasta quae singulariter ad rem nostram faciunt: τὸν γάρ τοι τῆς Βοιωτίας καὶ τῶν Θηβῶν ἀρχηγόν, ἀντὶ μεγάλου πριμικηρίου, μέγαν κύριον ὀνομάζουσι νῦν, εἰς τοῦτο παρενεχθέντες ἐκ τοῦ παρενεχθῆναι τὴν πρώτην συλλαβήν. videtur velle usu et vulgi corruptione tunc invaluisse ut dux Thebarum, qui olim magnus primicerius esset dictus πριμικήριος, sensim compendio κήριον *cerium* pro primicerio vocitatum, ac denique in voce κήριος secundam literam mutatam, ut κύριος pro κήριος diceretur, et adiuncta quam semper habuit appellatione magni, μέγας κύριος *magnus dominus.*

P 460

p. 324 v. 22. videri potest haec scribens Pachymeres in animo habuisse illos versus Euripidis:

φιλεῖ τι πόλεμος οὐ πάντ' εὐτυχεῖν,
ἐσθλῶν δὲ χαίρει πτώμασιν νεανίων,
κακοὺς δὲ μισεῖ. τῇ πόλει μὲν οὖν νόσος
τόδ' ἐστί, τοῖσι δὲ κατθανοῦσιν εὐκλεές.

p. 334 v. 6. ἄλλως ἔγνω παρακαλεῖν καὶ θερμῶς ἱκετεύειν. fateor hic clare non dici deum invocatum a despota, quod tamen in interpretatione posui. coniectura tamen non vana est id quoque verbis illis παρακαλεῖν et ἱκετεύειν significare voluisse μυστηριώδη hunc quendam et lucifugam scriptorem, sensa sua in suae mentis penetralibus introspici potius quam signis expressa intelligibilibus extare in suis paginis gaudentem, praesertim cum alias Ioannem despotam impense a religione commendaverit, et mutatio quae contigit, divini auxilii non frustra implorati fidem fecerit.

p. 340 v. 6. εὖ γὰρ Ἡρακλείτῳ εἰρῆσθαι. ad intelligendam hanc Heracliti sententiam, quam noster suo indulgens σκοτεινῷ genio Heraclitea prorsus obscuritate hic involvit, fateri debeo lucem mihi opportune praelatam a paraphraste Vaticano, qui hunc locum sic exprimit: καθὼς γὰρ Ἡράκλειτος ἔλεγε, τὰ πράγματα ἐν ῥοῇ καὶ ἀπορροῇ. ὥσπερ οὖν ἔστιν ἐπὶ τοῦ παραῤῥέοντος ῥεύματος δὶς βάψαι τὸν δάκτυλον ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς ὕδατος, οὐδὲ στάσιν εὑρεῖν ἔνεστι τῶν πραγμάτων δίκην ἀείῤῥου ῥεύματος παρατρεχόντων. haec ille; quorum auxilio confido me

www.libtool.com.cn

verum auctoris sensum interpretando expressisse. mitto quaerere unde istas Diogeni Laërtio (quod quidem repererim) ignotas Heracliti et Cratyli gnomas hauserit Pachymeres; qui utique vidisse multa potuit monumenta Graecorum, quae nos latent: et fuisse diligentem antiquitatis investigatorem satis apparet.

p. 342 v. 4. *monasterio deo*, qui est, *sacro* (*nam haec erat peculiaris domus eius nuncupatio*). Graece: *τῇ μονῇ τοῦ ὄντος θεοῦ* (*τῷ γὰρ ὄντι κυρίως προσανέκειτο*). his, ni fallor, significatur, istud in quo Blemmidas degebat, monasterium peculiariter nuncupatum fuisse *θεῷ τῷ ὄντι*. alluditur ad illud Exodi 3 14, iuxta LXX, dei ad Moysen *ἐγώ εἰμι ὁ ὤν*. unde est P 461
et Apoc. 1 4: *χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ τοῦ ὁ ὤν* etc. proprius nimirum character naturae dei, quatenus comparatur cum creatis, est semper et necessario existere. huic ergo principi quasi dei attributo singulariter dicatum voluerat Blemmidas suum monasterium.

p. 342 v. 5. *εἰς περιποίησίν τε*. agit de centum libris auri P 483
(nam Vaticanus diserte habet *ἑκατὸν λίτρας χρυσίου*) quas Blemmidas testamento legabat monasterio in quo degebat, *εἰς περιποίησιν*: quae tamen summa post eius mortem, nulla ratione testamenti habita, *προσανετέθη τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ εἰς περιποίησιν*, ut paulo inferius dicitur hoc eodem capite. qua notione usurparet Pachymeres in his duobus locis vocem *περιποίησις*, quaerenti mihi occurrit Hesychius qui *πλεονασμὸν* eam interpretatur. nam in eius lexico sic legimus hodie: *περιποίησις πλεονασμὸς κτῆσις*. forte alias legebatur *πλεονασμὸς κτήσεως*, abundantia possessionis, novum bonum accedens ad prius parta, et augmentum superveniens possessioni antiquae, velut adventitium peculium veteri patrimonio superadditum. id erudite vulgatus interpres Ephes. 1 14 expressit vocabulo *acquisitionis*. quod ibi *κυρίως*, *in stricta proprietate*, sumendum, ut sonet quidpiam superadiunctum antea quaesitis. quare frustra argutatur novator interpres, et qui eum laudat Henricus Stephanus in Thesauro Graecae linguae, dum instincti uterque libidine calumniandi veterem usu ecclesiae probatam novi Testamenti versionem, contendunt *περιποίησιν* illo apostoli loco sonare *assertionem* sive *vindicationem*, quod quam sit ineptum patebit ex consideratione verborum Sancti Pauli. sunt autem haec: *ὅς ἐστιν ἀρραβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν εἰς ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως*. quae sic vulgatus vertit: *qui* (nimirum Spiritus Sanctus) *est pignus hereditatis nostrae in redemptionem acquisitionis*. nempe, ut enarrat Chrysostomus hunc locum, his qui fidem et caritatem habent, iam nunc datur ius ad hereditatem, cuius repraesentatur pignus et arrha: quin et eius quasi substantia confertur infusione gratiae habitualis, qua constituimur filii dei. desunt tamen nobis adhuc multa ut perveniamus ad perfectionem speratae felicitatis. gratia igitur

www.libtool.com.cn

habitualis *κληρονομίας* hereditatis vocabulo signatur: dona autem nondum habita necessaria perducendis nobis ad finem ultimum consummatae beatitudinis, *περιποιήσεως acquisitionis* indicantur verbo. ista dona velut in aliena manu posita redimenda nobis sunt, hoc est emerenda et impetranda bonis operibus et precibus. ne autem desperemus ea impetrare ac promereri nos posse, datur
P 484 nobis eorum praesens pignus Sanctus Spiritus, idemque efficacissimus adiutor ad operandum quod a nobis exigitur, ut plenam salutem assequamur. iuxta hunc sensum quam recte cohaereant verba apostoli videt profecto prudens lector; simulque intelligit quam nullam commodam sententiam efficiat Genevensis expositio. quae est enim *redemptio assertionis aut vindicationis?* at *acquisitionis*, hoc est, rei nondum possessae adiungendae ad id quod iam habemus, facile quivis perspicit fieri *redemptionem* posse, hoc est, parari eam et quasi emi persoluto pretio idoneo. certe Latinis scriptoribus primae classis *acquirendi* verbum hanc ipsam quam exposuimus notionem habet augmenti et additionis super prius possessa cumulatae. Cic. epist. 7 l. 3: *postea vero quam ita accepi, ita gessi imperia maxima, ut mihi nihil neque ad honorem neque ad gloriam acquirendum putarem.* idem in Catilin. *nam mihi quidem ipsi quid est quod iam ad vitae fructum possit acquiri.* ut similia omittam multa passim obvia. haec satis sunt ad evincendum contra cavillationes novatorum, veterem interpretem vulgatum non potuisse melius exprimere vim Graecae vocis *περιποίησις* quam ei, ut fecit, opponendo vocabulum *acquisitio;* nec nos quod noster hoc loco historicus *εἰς περιποίησιν* attributum dicit, male declarasse verbis illis *in augmentum fundationis* etc.

P 461 p. 548 v. 24. *ne umbram quidem ullius munitiunculae.* in Graeco *μηδὲ φρουρίου σκιάν.* haec alludunt ad vocem *μεσημβρείας* mox positam. quae nomen quidem erat notae urbis, de qua hic agitur. sed quod tam prope accederet ad vocem *μεσημβρία* ut idem esse videretur. sonat autem *μεσημβρία* meridiem. ibi latet antithesis ad *σκιάν umbram.* id etsi dictu parvum, admonuisse oportuit, ne lectorem hic offenderet intempestiva et *ἀπροσδιόνυσος* visa umbrae mentio.

p. 549 v. 3. *ὁ δὲ Μύτζης.* ut quae hoc capite referuntur intelligantur, repetendum ex superius sparsim narratis a Pachymere et ex Gregora est, Ioannem imperatorem, quem Pachymeres hic Ducam vocat, Cantacuzenus in praefatione historiae Batatzam, cui Theodorus Lascaris prior dotale imperium transmiserat, data ei in uxorem Irene filia, filium et successorem imperii habuisse Theodorum, Lascarim a matre dictum, nepotem Theodori Lascaris primi. huic desponsam Helenam Asanis Bulgarorum regis filiam narrat Gregoras l. 2 p. 13. cuius soror Mytzae coniux fuit, ut nos docet Pachymeres hoc loco, Mytzam

www.libtool.com.cn

et Theodorum Lascarim συγγάμβρους vocans. ex hoc Theodori Lascaris secundi matrimonio natam Irenem idem Ioannes Ducas Theodori pater adhuc vivens Constantino collocavit huic, de quo hic noster, qui partem generis ex Serbia trahebat. recte autem vocat Constantini coniugem Irenem ἐχγόνην Asanis, hoc est neptem, quippe ex Helena genitam, Asanis filia.

p. 360 v. 2. *cardinales quae vox* etc. Pius II oratione ad cardinales, quae extat comment. l. 4, sic eos compellat: *vos veri mundi cardines, supra quibus militantis ostium ecclesiae volvendum ac regendum est.* ostium autem papa vocatur ut Christi vicarius, qui de se ipso dicit Ioannis 10 9: *ego sum ostium!* quod de auro hic scribitur ad cardinales misso ut papam quo volebat imperator flecterent, accipe ut scriptum a schismatico res Latinorum et negotiationem quae nunc inchoabatur conciliationis ecclesiarum infamare conante suspicionibus calumniosis. quare is auctoritatem in hoc quidem non habet, cui tuto inniti credendo prudens possit. nec opus erat imperatorem, haud alioqui prodigum, pecunia emere consensum pontificis aut cardinalium in reconciliationem ecclesiarum, quam illi semper, ut etiam noster alibi non dissimulat, summis votis optaverant, ultro parati pro ea quidvis pacisci. ad impetrandum vero a pontifice ut Caroli regis adversum se expeditionem prohiberet, quod facile crediderim prae omnibus voluisse Michaëlem, satis ipse intelligebat fore verum suum in pacem ecclesiarum procurandam declarasse studium. denique hic tantum qualicumque fide Pachymeres affirmat oblatum ab imperatore cardinalibus aurum, acceptum ab iis non asserit. et fuisse scimus aliunde illo aevo cardinales aliquos tam sanctos, qui abstinentiam Fabricii, Samnitum aurum aspernantis, in se desiderari non sinerent.

p. 361 v. 10. *regii archidiaconus cleri.* saepius in hac historia Pachymeres indicat fuisse domesticos cleros principum. sic superius, c. 22 l. 4, scribit Iosephum, antequam monachus fieret, lectoris officium exercuisse in clero domestico dominae Irenes. haec fuit prior uxor imperatoris Ioannis Ducae saepius memorati in historia Georgii Acropolitae. sic de Pinaca Heracleota capite mox 24 ibi narrat, quando ei ereptus honor est, ipsi alioqui debitus, consecrandi patriarchae Iosephi, datum in solatium ut in palatio sacris operaretur; quae res, ut ibidem notatur, magnis auctoramentis quaestuosa erat. sic et in aulis Christianorum Occidentalis ecclesiae imperatorum ac regum videmus templa ipsorum domestica suos item cleros et omnis ordinis ministros iam olim habere. ut de aliis sileam, id prolixe docet Historia Sanctae Cappellae domus Regiae Franciae dudum edita magno volumine. P 462

p. 363 v. 21. *defuncti cadaver pro merito animae* etc. satis haec consentanea iis quae Franci scriptores tradunt de morte

www.libtool.com.cn
et funere sancti regis Ludovici, ex quibus compendio refert Spondanus anno 1270 num. 4: *sacra eius ossa carne denudata lotione mundissima, pannis sericis cum aromatibus involuta, in loculo reservata fuisse, deferenda ad ecclesiam S. Dionysii* etc. *carnem vero et intestina a Carolo eius fratre a suo nepote Philippo rege impetrata, honorifice in Siciliam delata, et reposita in ecclesia Montis Regalis monasterii ordinis S. Benedicti prope Panormum.* huc respicit mentio a nostro facta *loculorum pretiosorum* in plurali numero: duo enim fuerunt, quorum altero S. Ludovici ossa in Galliam portata sunt, altero intestina et carnes in Siciliam translata.

p. 365 v. 22. verti argentum vivum ἄργυρον ὑγρὸν χυτόν, imitatus Aristotelis interpretes l. 1 de Anima, qui sic Latine reddunt ἄργυρον χυτόν. quod et ὑγρόν recte a nostro dicitur: est enim humor liquidus, *et liquor aeternus*, ut Plinius loquitur Nat. Hist. l. 33 c. 6 et 8, *guttis dividi facilis et lubrico humore confusens.* hydrargyri, quod vulgare huius rei nomen scio, vocabulo abstinui propterea quod cum huius liquoris duplex genus sit ex Plinio ibidem, alterum naturale alterum factitium, hydrargyri appellatio potius, ut idem tradit c. 8, factitio tribuitur. de priori vero hic agere Pachymerem, suadetur ex effectu deprimendi fundi maris, quem ei tribuit consentanee iis quae de eodem tradit Plinius loco iam laudato, c. 6 l. 33; ubi sic scribitur: *est et lapis in his venis* (argenti), *cuius vomica liquoris aeterni argentum vivum appellatur, venenum rerum omnium. exest ac perrumpit universa permeans tabe dira.* ita ille; unde facile potest intelligi cur aptum iudicatum sit exedendo perrumpendoque et sic altius excavando fundo portus, de quo hic historicus. qui gratiam iniisset a lectoribus, si distinctius modum enarrasset, quo haec depressio fundi portus per argentum vivum facta est. credibile quippe est peculiarem quandam ad id artem et certas forte machinas adhibitas, quae ignotae hodie sint, usui futurae si scirentur.

p. 368 v. 6. *verum illis ut non placebat — principi.* haec et quae mox subiicit superbam ignavam contumacem Graecorum antistitum in schismate pertinaciam declarant; quos et se cum illis paria sentiens hic historicus traducit, dum obnoxios principi vili assentatione, contra mentem et sensum intimum, signi-
P 463 casse ait sibi vel maxime placere id ipsum a quo impotenter abhorrebant; quod immane quantum ab evangelica sinceritate ac generositate alienum est.

v. 10. *in semel adita possessione auctoritatis independentis* etc. per gradus ad istam usurpationem auctoritatis independentis Graeci Constantinopolitani processerunt. primum pertaesi Byzantinae humilitatis, qua olim in ecclesiarum ordine infimo metropolitam Heracleae Thraciae superiorem agnoverant, ut ipse

www.libtool.com.cn

ultro Pachymeres fatetur p. 305 v. 7, facile impetrarunt flagranti apud omne Christianum nomen novi sui conditoris Constantini Magni gratia, ut in censum maiorum ecclesiarum, quae postea frequentius patriarchales vocatae sunt, referrentur. quem nemo ipsis honorem invidit, quoad sibi praescriptos in eius usu limites perrumpere aut transilire sunt conati. cum enim sacra Nicaena synodus locum ipsis quartum inter quinque maiores assignasset, ipsi aequum censentes novam Romam et imperii sedem alteram etiam in ecclesiastica dignitate ἀμέσως admoveri Romae veteri, nihil non moverunt quo assequerentur ut Alexandrino et Antiocheno patriarchis, quorum ille secundus hic tertius a Romano patriarcha ab omni retro antiquitate numerati fuerant, praeponerentur, et secundum protinus a papa auctoritatis ecclesiasticae gradum insisterent. atque hoc ipsum palam primo petere non ausi tantum expugnarunt, suum nacti tempus quo erat Constantinopolim anno Christi 381 synodus coacta, ut ab ea decernerentur sedi Constantinopolitanae τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς. id universim et ambigue dictum cum longo tempore nemo putasset pertinere ad abrogationem Nicaeni canonis, quo erat, ut diximus, secundus et tertius a Romana sede dignitatis locus Alexandrino et Antiocheno thronis rite sancitus, tandem in Chalcedonensi magna synodo Anatolius Constantinopolitanus patriarcha magno ambitu obtinuit, frustra reclamantibus sedis apostolicae legatis, ut statueretur Constantinopolitanae sedi primum post Romanam locum esse tribuendum. qua de re factus certior S. Leo tunc pontifex Romanus intempestivam ambitionem haud perfunctorie retudit, scriptis ad Anatolium literis, quibus sic illum increpat. *post illa itaque ordinationis tuae non inculpata principia, post consecrationem Antiocheni episcopi, quam tibimet contra canonicam regulam vindicasti, doleo etiam in hoc dilectionem tuam esse prolapsam ut sacratissimas Nicaenorum canonum constitutiones conareris infringere, tanquam opportune se tibi hoc tempus obtulerit quo secundi honoris privilegium sedes Alexandrina perdiderit et Antiochena ecclesia proprietatem tertiae dignitatis amiserit, ut his locis iuri suo subditis omnes metropolitani episcopi proprio honore priventur. quibus inauditis et nunquam ante tentatis ita praeveniris excessibus, ut sanctam synodum, ad extinguendam solum haeresim et ad confirmationem fidei Catholicae studio Christianissimi principis congregatam, in occasionem ambitus trahas, et ut conniventiam suam tibi det impellas, tanquam refutari nequeat quod illicite voluerit multitudo, et illa Nicaenorum canonum per Spiritum vere Sanctum ordinata conditio in aliqua unquam sit parte solubilis* etc. pergit enim ibi fuse S. pontifex pari gravitate prave attentatam castigare novitatem. ac quoniam Anatolius sibi faventem Constantinopolitani supra memorati canonis interpretationem ambitioni

www.libtool.com.cn

suae praetendebat, hunc praetextum sic paulo post submovet. *persuasioni enim tuae in nullo penitus suffragatur quorundam episcoporum ante sexaginta, ut iactas, annos facta subscriptio nunquamque a praedecessoribus tuis ad apostolicae sedis transmissa notitiam, cui ab initio suae caducae dudumque collapsae sera nunc et inutilia subiicere fomenta voluisti, eliciendo a fratribus speciem consensionis, quam tibi in suam iniuriam verecundia fatigata praeberet.* post quae quasi sententiam pronuntians ultimam et litem decretorie finiens, haec addit: *non convellantur provincialium iura primatuum, nec privilegiis antiquitus institutis metropolitani fraudentur antistites. nihil Alexandrinae sedi, quam per Sanctum Marcum evangelistam Beati Petri discipulum meruit, pereat dignitatis; nec Dioscoro impietatis suae pertinacia corruente, splendor tantae ecclesiae*
P 464 *tenebris obscuretur alienis. Antiochena quoque ecclesia, in qua primum praedicante Beato apostolo Petro Christianum nomen exortum est, in paternae constitutionis ordine perseveret, et in gradu tertio collocata nunquam se fiat inferior.* nec contentus S. Leo ipsum Anatolium redarguere, scripsit ad Marcianum Augustum instanter orans ut auctoritatem operamque suam interponeret ad coërcendum Anatolium ne sic in illicita prosiliret. ex ista epistola, quae in ed. Rom. 57 numeratur, quaeque in synodo Romana sub Bonifacio II ab Holstenio edita pag. 107 et seq. legitur, haec sunt: *apud Christianum et vere religiosum verequo orthodoxum principem loquor. multum Anatolius episcopus proprio detrahit merito, si illicito crescere optat augmento. habeat, sicut optamus, Constantinopolitana civitas gloriam suam, ac protegente dextera dei diuturno clementiae vestrae fruatur imperio. alia tamen ratio est rerum saecularium alia divinarum; nec praeter illam Petram, quam dominus in fundamento posuit, stabilis erit ulla constructio propria. perdit qui indebita concupiscit. satis sit quod praedicto vestrae pietatis auxilio, et mei favoris assensu, episcopatum tantae urbis obtinuit. non dedignetur regiam civitatem, quam apostolicam non potest facere sedem; nec ullo speret modo, quod per aliorum possit offensiones augeri. privilegia enim ecclesiarum sanctorum patrum canonibus instituta, et venerabilis Nicaenae synodi fixa decretis, nulla possunt improbitate convelli, nulla novitate mutari. in quo opere, auxiliante Christo, fideliter exequendo, necesse est me perseverantem exhibere famulatum, quoniam dispensatio mihi credita est, et ad meum tendit reatum, si paternarum regulae sanctionum, quae in synodo Nicaena ad totius ecclesiae regimen spiritu dei instruente sunt conditae, me, quod absit, connivente violentur, et maior sit apud me unius fratris voluntas quam universae domus domini communis utilitas. et ideo sciens gloriosam clementiam vestram ecclesiasticae studere*

concordiae, et his quae pacificae congruunt unitati piissimum praestare consensum, precor et sedula suggestione Vos obsecro, ut ausus improbos, unitati Christianae pacique contrarios, ab omni pietatis Vestrae abdicetis assensu, et fratris mei Anatolii nocituram ipsi, si perstiterit, cupiditatem salubriter comprimatis. annuisse porro S. Leonis postulato Marcianum Augustum ipse S. Leo significat, alia post ad eundem epistola scripta, quae inter editas, opinor, 60 est, et refertur in Collectione Romana Holstenii a p. 127. incipit: *Literarum clementiae Vestrae multiplex gratia debita a me veneratione suscepta est, et gratulanter agnovi quam piam curam Christianae religionis, ut consuestis, habeatis, cum inter domini sacerdotes eam vultis firmare concordiam, quae et universali ecclesiae et divino apta sit cultui.* Paulo post: *nam et Vestra mansuetudo insinuationem meam tam libenter accepit, ut et semper scribere dignaretur, et haec ageret, ut quae nunc correcta sunt Vestrae gloriae debeantur.* correctum esse iam testatur, cooperato in id Augusto, et revocatum quod temere Anatolius attentaverat perturbando ordinem sedium et Constantinopolitanam secundam a Romana numerando. ex his apparet sententiam rescripti Marciani, quod non extat, eam fuisse qualem, qui viderat, expressit Gelasius: *probari sibi observantiam S. Leonis de custodia canonum paternorum, et sibi placere ut et fides Nicaena suam obtineat firmitatem et privilegia ecclesiarum illibata permanerent.* qua re deterritus Anatolius humiliter et obnoxie S. Leoni scripsit, significans se desistere a proposito. extat haec epistola in Collect. Rom. a p. 132. ex qua hic exscribam quae ad demonstrandum quod dixi pertinent. primum ibi profitetur universim se, quaecumque imperata ei forent Romani pontificis literis, paratum esse obedienter exequi; in quo ineat tacita declaratio revocati prioris sui consilii circa desiderium gradus secundi post Romanam sedem, quod id clare improbatum in S. Leonis scriptis ad se literis viderat. eius haec verba sunt: *nam penitus absit ut ego eis, quaecumque mihi fuissent mandata per literas, adversarer.* deinde distinctius circa factum, de quo agebatur, excusat in hunc modum: *de his autem quae Constantinopolitanae gratia sedis sancita sunt in Chalcedonensi nuper universali synodo, pro certo Beatitudo Vestra hoc habeat, nullam esse culpam in me, homine qui semper otium et quietem, in humilitate me continens, ab ineunte mea aetate dilexerim: sed Constantinopolitanae ecclesiae* P 465 *reverentissimus clerus est, qui hoc habuit studium, et istarum partium religiosissimi sacerdotes, qui in hoc fuere concordes et sibi pariter adiutores.* mox autem quodcumque tentatum in hoc genere fuerat irritum agnoscit ex quo illud Romanus pontifex improbasset. sic enim continuo subiungit: *cum et sic gestorum vis omnis et confirmatio auctoritati Vestrae Beatitudinis fuerit*

www.dlib.gr.com

reservata. ita ille, satis iudicans nihil consecutam novi iuris aut loci Constantinopolitanam sedem per Chalcedonensem canonem, qui ut vim haberet confirmari debuerit a Romano pontifice, cum eum tamen ille reprobaverit. ubi est ergo illa possessio independentis auctoritatis, aut quo iure ac quando inita, quam se tueri certos hic Graeci schismatici affirmant? sane illi fundum unicum aut praecipuum *αὐτονομίας* istius, et liberae ab omni Romanae sedis iurisdictione potestatis, Chalcedonensem istum canonem praedicant. audiatur pro omnibus Anna Comnena l. 1 Alexiadis p. 31 ed. Reg. *καὶ μάλιστα ἡ ἐν Χαλκηδόνι σύνοδος εἰς περιωπὴν μεγίστην καὶ πρωτίστην τὸν Κωνσταντινουπόλεως θρόνον ἀναβιβασαμένη, τὰς ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν διοικήσεις ὑπὸ τοῦτον ἐποίησε.* sic Anna ex codice pleniori, cuius mihi post editionem copia contigit. itaque in tota ista prensatione summi honoris caput ipsum spei ac summa fiduciae Constantinopolitanis in canone Chalcedonensi repositum fuit. desperatissima igitur causa ipsorum est et prorsus insana petitio, cum ante omnia de primatu in universum orbem ne per somnium quidem Chalcedonensis canon cogitet; tum id ipsum quod agere voluit, ut sedem Constantinopolitanam ex quarto in secundum promoveret gradum, reclamante Romano pontifice irritum et effectu cassum manserit. ac licet temporibus Iustiniani seri successores Anatolii, quo iure quave iniuria, Alexandrino Antiochenoque patriarchis praepositi legantur in Novellis illius imperatoris, tamen id citra praeiudicium primatus Romanae sedi competentis factum manifeste declarat ipse Iustinianus in suo codice I. *cognoscere*, ubi de Romano pontifice loquitur his verbis: *nec enim patimur ut quidquam eorum quae ad ecclesiasticum pertinent statum, non etiam ad eiusdem referatur Beatitudinem, cum ea sit caput omnium sanctissimorum dei sacerdotum.* haec ille; ad quae sic annotat, alioqui expers Romanae communionis, Hugo Grotius, in Sparsione Florum p. 314: *haec perpetua fuit piorum principum sententia ad tuendam ecclesiae unitatem perquam necessaria. idem dicunt Valentinianus et Placidia in Actis ante concilium Chalcedonense, iudices a Martiano dati, et ipsa synodus Chalcedonensis 4 act.* 16. *adde Novellam* 131. quare aliam suae *auctoritatis independentis* Constantinopolitani confirmationem quaerant. nam haec quidem qua se una niti fatentur, e canone Chalcedonensi, palam *οἴχεται*, ne ipsis quidem (tanta vis veritatis est), etiam postquam Photiano schismate frontem perfricuerunt, dissimulare interdum valentibus. quid enim aliud indicat id quod superius hoc ipso est capite narratum, congregatam sub Ioanne Duca imperatore Graecorum synodum decrevisse legationem ad papam, qua functi re ipsa sint episcopi duo, Sardensis Andronicus et Cyzicenus Georgius, per quam profiterentur *se paratos obsequi pontifici Romano eiusque in sacra*

www.libtool.com.cn

liturgia mentionem rite facere, si is societatem abrumperet cum Latinis urbem Constantinopolim tenentibus etc. neque enim, dum hoc pollicebantur, novum ius se conferre Romano antistiti putabant, sed vetus et ab ultima firmatum antiquitate agnoscere. quid aliud demonstrat quod p. 214 v. 3 Michaël Palaeologus Augustus ad synodum Graecorum antistitum perorans, ubi esset questus de duritie canonibus damnata patriarchae Arsenii negantis sibi poenitenti reconciliationem, tanquam ex doctrina quae in confesso apud omnes esset, ait *tempus esse procidendi ad pedes papae Romae sedentis, et ab eo suppliciter petendi salutare peccati remedium.* nisi certum et nemini dubitabile ius esse, si quando Constantinopolitanus patriarcha a regula disciplinae veteris deflexerit, provocandi ad pontificem Romanum et ab eo rite petendi sumendique quae iniuste a Constantinopolitano sint negata. non igitur legitima possessio haec fuit, sed iniquissima usurpatio *auctoritatis independentis*, quam se tenere ad extre- P 466
mum velle hîc schismatici testantur. sed qui ex ipsis aut eorum posteris postea resipuerunt, eam abdicarunt, ut professi deinde sunt in concilio Florentino sess. 25 p. 516 ed. Reg. his verbis: *περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ πάπα ὁμολογοῦμεν αὐτὸν ἄκρον ἀρχιερέα καὶ ἐπίτροπον καὶ τοποτηρητὴν καὶ βικάριον τοῦ Χριστοῦ, ποιμένα τε καὶ διδάσκαλον πάντων Χριστιανῶν, ἰθύνειν τε καὶ κυβερνᾶν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ. de primatu papae confitemur ipsum summum pontificem et dispensatorem, et locum tenentem ac vicarium Christi, pastoremque et doctorem omnium Christianorum, regereque ac gubernare ecclesiam dei.* cum quo ipsis permissum est, dissimulante propter bonum pacis ecclesia, ut suum Constantinopolitanum patriarcham Alexandrino praeponerent, prout ibidem statim addunt: *σωζομένων τῶν προνομίων καὶ τῶν δικαίων τῶν πατριαρχῶν τῆς ἀνατολῆς, τὸν Κωνσταντινουπόλεως δεύτερον εἶναι μετὰ τὸν πάπαν, εἶτα τὸν Ἀλεξανδρείας* etc. *salvis privilegiis et iuribus patriarcharum Orientis, ut Constantinopolitanus secundus sit a papa, deinde Alexandrinus* etc.

v. 12. *cauponum et illiberalis sortis homuncionum.* idiotas Latinos et prae se viles superciliosissimi et fastu inani turgidi schismatici habebant, ideoque illis quamvis manifesto iure debitam subiectionem negant, immane quantum a Christiana humilitate abhorrentes, quae piscatores ab initio philosophis praetulit. sed istam superbiam iusta ultio excepit, ut qui subiici apostolicis Christi vicariis contumaciter spreverint, tyrannis barbaris miserrime nunc serviant.

p. 366 v. 18. *quia contingebat frequenti pontificum morte alios ex aliis papas fieri.* vere hoc dictum. nam per haec tempora *βραχυβιώτεροι*, ut sic loquar, quam fere alias Romani pontifices fuere, siquidem Alexander IV sex tantum annos vixit, Urbanus vero IV tres, nec multo plus Clemens IV, Gregorius X

www.libtool.com.cn

tres cum dimidio, Innocentius V quatuor mensibus, Hadrianus V sequimense non toto, Ioannes XXI novem mensibus, Nicolaus III non totis tribus annis. sed et in hoc erat aliquid quo Graeci agnoscere possent meliorem ecclesiae conditionem ac statum apud Latinos quam apud ipsos. etenim cum non minus fere crebras patriarcharum mutationes Constantinopoli contingeret fieri quam paparum Romae, discrimen erat tamen, quod papae mortis necessitate mutabantur, patriarchae Constantinopolitani arbitrio imperatoris amovebantur et subrogabantur. itaque paucis huius principatus annis Arsenius primo, dein Nicephorus, tum denno Arsenius, mox hoc relegato Germanus, hoc detruso Iosephus, post istum depositum Veccus fuerunt patriarchae. ut fere non minus Michaëli Palaeologo conveniat, quod Ephraemius in catalogo patriarcharum Constantinopolitarum de Isaacio Angelo scripsit:

ἐκκλησίας ἔθιμα καινουργῶν φύρων,
ὃν μὲν καθιστὰς πατριαρχῶν ἐς θρόνον,
ὃν δ' ἐξάγων αὖ, καὶ μόνῃ προαιρέσει.

p. 372 v. 7. *attentatae additionis ad symbolum.* magnopere se ostentant in hac passim historia schismatici Graeci ex hoc loco, quasi, quidquid de dogmate processionis Spiritus Sancti ex patre pariter ac filio statuatur, fugere Latini nequeant quin saltem temeritatis manifestae teneantur, quod symbolo Constantinopolitano vocem *filioque* non dubitaverint adiungere. quare necessarium existimo demonstrare, quod clare me facturum spero, nullam in hoc temeritatem fuisse. id, ni fallor, assequar duobus capitibus tractandis, quorum prius *historiam* et *factum*, alterum *ius facti*, rationes scilicet ob quas Latini id citra ullam iustam reprehensionem agere potuerunt, dilucide ac breviter exponet.

Historia eius additionis sic se habet. cum exortis post Arianas
P 467 tempora novis haeresibus Eunomii Macedonii et aliorum S. Spiritus divinitatem oppugnantium, quasi ex eo, quod de filio solo diserte fuisset in magna synodo Nicaena definitum consubstantialem eum patri esse, de Spiritu Sancto sequeretur, minime illum a patre procedere, celebratum est Constantinopoli concilium generale secundum, indictum a Damaso papa, convocatum a Theodosio seniore Augusto, in quod convenerunt centum quinquaginta episcopi anno Christi 381. ibi damnata Pneumatomachorum blasphemia, visum est patribus apponendum aliquid Nicaeno symbolo, quod istam deinceps haeresim perimeret. haec igitur verba ei adiuncta tunc sunt: *et in Spiritum Sanctum dominum et vivificantem, qui ex patre procedit, qui cum patre et filio simul adoratur et conglorificatur, qui locutus est per prophetas.* satis hoc visum ad praesentem usum. sed cum insanire nihilominus Eunomiani pergerent, sequi ex statuto dogmate filium filii Spiri-

www.libtool.com.cn
tum Sanctum esse cavillantes; quod autem satis constaret unicum esse consubstantialem patri filium, Spiritum Sanctum, qui filii filius esset, a divinitatis participatione removendum et ad creaturarum classem submovendum omnino esse: quidam ut isti argumentationi occurrerent, negare coeperunt Spiritum a filio procedere, sic, ut ipsis videbatur, plausibilius reiecturi Eunomianum sophisma, recitatum a S. Basilio in opere contra Eunomium his verbis: *ἀλλὰ λέγεις· εἰ θεοῦ μὲν εἰκὼν ὁ υἱὸς υἱοῦ δὲ τὸ πνεῦμα, καὶ εἰ θεοῦ μὲν λόγος ὁ υἱός, ῥῆμα δὲ υἱοῦ τὸ πνεῦμα, διὰ τί μὴ υἱὸς υἱοῦ τὸ πνεῦμα εἴρηται; τούτῳ γὰρ ἰσχυροτάτῳ πρὸς ἀσέβειαν ἐχρήσω. ἢ γὰρ υἱὸν ἢ κτίσμα πελεύεις νοεῖν, καὶ ὅτι μὴ υἱὸς ὠνόμασται, διὰ τοῦτο κτίσμα εἶναι βλασφημεῖς.* verum adversus hanc imperitissimam responsionem reclamarunt, praesertim in Occidente, Catholici, utrumque iuxta orthodoxum canonem ex aequo profitendum affirmantes, et procedere Sanctum Spiritum ex patre simul et filio, et tamen eum nec patris nec filii filium esse. ac perseverantibus Graecis quibusdam in negando Sanctum Spiritum a filio procedere, et in sui erroris confirmationem symbolum Constantinopolitanum rapientibus, in quo solum diceretur Spiritum ex patre procedere, theologi passim orthodoxi, praesertim Romae ac per provincias Latini ritus, contestabantur ita dici in Constantinopolitano symbolo Spiritum a patre procedere, ut non excludatur consortium filii, cui pater omnia sua communicet praeter esse patrem, ac consequenter spirationem quoque activam conferat, qua ille fiat secum unum Spiritus Sancti principium; quare cum Sanctus Spiritus a patre non quomodocumque sed per filium, ut patres quidam Graeci loquerentur, procedat, vere et ad auctorem sensum explicari Constantinopolitanum symbolum, quo loco ait Spiritum Sanctum a patre procedere, adiungendo eum a filio quoque produci. ferventibus hisce dissidiis per hunc modum, addi coepit symbolo a Latinis verbum *filioque*, voce tantum tenus, in disputationibus de isto dogmate. eoque pertinere arbitror, quod Iosephus episcopus Methonensis in libro contra Marcum Ephesium testatur, auctorem laudans Aristinum historicum, mox a secunda generali synodo, iam tum tempore Damasi papae, additamentum vocis *filioque* non modo a Latinis factum sed a Graecis quoque orthodoxis fuisse comprobatum; quippe consciis eam veram fuisse Constantinopolitanorum patrum symboli auctorum sententiam.

Res in eo statu mansisse videtur per annos fere 400 usque ad tempora secundae Nicaenae synodi, quae fuit generalis septima, anno Christi 787 celebrata. tunc enim primum ex verbis in scripta promota est additio, siquidem eius oecumenicae sacrae synodi actione 7 recitatum extat Constantinopolitanum symbolum his plane verbis: *credo in Spiritum Sanctum ... qui ex patre et ex filio procedit.* Graece *ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορευό-*

www.libtool.com.cn

μενον. scio Graecos in Florentino concilio sess. 6 contra hoc excepisse, codices eorum antiquos continentes acta Nicaenae 2 synodi symbolum sine additione illorum verborum καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ *et ex filio* exhibere. sed iis, ut ibidem refertur, tunc Latini re-
P 468 sponderunt habere se antiquum Graecum codicem, in quo additio manifeste compareret, sicut et in interpretationibus Latinis iam olim editis eius sacrae synodi. verba ipsorum Graecorum hoc quod dico testantium haec sunt sess. 6 concil. Florent. tom. 32 ed. Reg. p. 84. τούτου τοῦ ὅρου ἑβδόμης συνόδου παρ' ἡμῶν ἀναγινωσκομένου, προσκομίσθη παρὰ Λατίνων βιβλίον ἕτερον παλαιὸν γεγραμμένον, τὸν αὐτὸν ὅρον τῆς συνόδου ταύτης περιέχον, ἐν ᾧ εὑρέθη προσκείμενον ἐν τῇ Θεολογίᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος, εἰς τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ. et addit Graecos illum suae linguae codicem cum admiratione spectasse, et probum specie manusque perantiquae reperisse. eademque de re p. deinde 86 referuntur Iuliani cardinalis verba haec ad imperatorem Graecorum: γαληνότατε βασιλεῦ· τὸ προκομισθὲν παρ' ἡμῶν σύμβολον ἐν τῇ ἑβδόμῃ συνόδῳ ἐστὶν ἐν βιβλίῳ παλαιοτάτῳ, καὶ ἀδύνατον ὑπονοῆσαι γενέσθαι τινὰ ἐναλλαγὴν ἐν αὐτῷ. ἔχομεν δὲ ἱστορικὸν ἄνδρα παλαιὸν καὶ σοφόν, γεγραφότα περὶ πολλῶν ἄλλων, καὶ δὴ καὶ περὶ τούτου διειληφότα ὅτι τὸ σύμβολον οὕτως ἐξετέθη καὶ ἀνεγνώσθη παρὰ τῆς ἑβδόμης συνόδου. *serenissime imperator: prolatum a nobis symbolum in septima synodo est in libro antiquissimo, nec cogitari aut excipi cum fundamento potest alteratum aut corruptum id exemplar fuisse. habemus autem historicum, priscum hominem et sapientem, qui cum de aliis plurimis scripsit, tum de hoc proprie de quo nunc agitur, affirmavit symbolum sic expositum et lectum apud septimam fuisse synodum.* ex his habemus satis certo constare Nicaenam secundam synodum generalem septimam, revera disertam professionem processionis Sancti Spiritus ex filio Constantinopolitano symbolo addidisse, utcumque Graeci quidam codicibus corrumpendis eius rei famam obruere sint conati. quare Latini deinceps synodi oecumenicae auctoritate freti, non solum ut antea voce tenus, sed scripto iam quoque vocabulum *filioque* symbolo inserere potuerunt. nondum tamen audebant symbolum cum ista additione inter sacra canere; qui restabat tum adhuc in istius additionis progressu gradus tertius. Romani pontifices cum et constare de dogmate processionis S. Spiritus ex filio viderent, et symbolum ipsum haberent diserta eius rei professione auctum, palam propositum a generali synodo, minus necessarium putabant id addi cantato in ecclesia symbolo, quod satis aliunde in eo intelligi confidebant. extat istius eorum tali de re iudicii monumentum illustre in primis, quod hic recitari e re puto. anno Christi 809 celebrata est Aquisgrani praesente imperatore Carolo Magno frequens synodus Gallicanorum

www.libtool.com.cn
patrum; qui accurate disputata contra Graecos controversia de processione Spiritus Sancti, cum de re ipsa ut oportuit definierunt, certissime tenendum produci Spiritum Sanctum a filio quoque, tum ut contrarium errorem pertinacia Graecorum late grassantem eliderent, petendum a pontifice censuerunt ut symbolum cum additione vocis *filioque* cantari in ecclesia iuberet. pervenerunt ad Leonem Tertium legati hoc postulantes a synodo et imperatore missi. quibus Leo respondit, quod ad dogma quidem attineret: *ita sentio, ita teneo, ita cum his auctoribus et sacrae Scripturae auctoritatibus. si quis aliter de hac re sentire et tenere voluerit, defendo; et nisi conversus fuerit et secundum hunc sensum tenere voluerit, contraria sentientem funditus abiicio.* quod autem de iubendo cantari in ecclesia symbolo cum additione *filioque* rogabatur, negavit sibi videri concedendum. et instantibus legatis per haec ipsa verba: *si sciret paternitas tua quanta sunt hodie millia id scientium quia cantatur, qui nunquam sciturі essent nisi cantaretur, fortasse nobiscum teneres, et id tuo etiam consensu ut cantaretur acquiesceres:* respondit Leo: *interim assentio. verum tamen quaeso responde mihi. num universa huiusmodi fidei mystica sacramenta, quae symbolo non continentur, sine quibus quisque, qui ad hoc pertingere potest, Catholicus esse non potest, symbolis inserenda, et propter compendium minus intelligentium, ut cuique libuerit, addenda sunt?* aliquanto post legati sic aiunt: *ergo ut video, illud a Vestra paternitate decernitur, ut primo illud de quo quaestio agitur, de saepe fato symbolo* (quod nempe legitur in ecclesia) *tollatur, et tunc demum a quolibet licite et libere, sive cantando sive tradendo, discatur et doceatur* (extra cantum videlicet ecclesiasticum, qui inter sacra fit). ad quae papa reposuit: *ita procul dubio a nostra parte decernitur; ita quoque ut a vestra assentiatur, a nobis omnimodis suadetur.* haec ex actis illius Aquisgranensis concilii, a Sirmondo tom. 2 conciliorum Galliae editis, descripsimus. in quibus observari operae pretium sit, usurpari quidem iam tum in Gallia coeptum ut symbolum cum additione vocabuli *filioque* in ecclesiis inter sacra caneretur. id enim innuunt illa verba legatorum: *si sciret paternitas tua quanta sunt hodie millia id scientium quia cantatur.* sed hunc morem a Romano pontifice nondum tunc fuisse approbatum ipsi qui usurpabant norant, dum eius approbationem petunt. et quidem hic pontifex Leo III adeo fuit in hoc proposito fixus, ut, quod Petrus Lombardus l. 1 Sententiarum dist. 11 testatur, transcriptum symboli sine additione *filioque*, quale nimirum in missa cantari omnino volebat, reliquerit in tabula argentea post altare Beati Pauli. P 469

Perventum tamen aliquando ad istum tertium progressus in additionis negotio gradum fuisse manifestum est, ut nimirum,

www.libtool.com.cn
etiam approbante pontifice Romano, symbolum cum additamento *filioque* inter sacra caneretur. a quo autem id primum pontifice fuerit admissum, incertum est. Nicolaum et Adrianum quidam nominant. sed Andreas Rhodius causam Latinorum agens in concilio Florentino de utroque negat, quoniam neutrum eo nomine Photius accusaverit, neutiquam de re tali, si esset vera, taciturus. addit idem Andreas conc. Flor. sess. 7 p. 122 ed. Reg. *ἡ Ῥωμαϊκὴ ἐκκλησία ἠναγκάσθη βλέπουσα τὸν ἐπικείμενον μέγαν κίνδυνον· ἐψάλλετο γὰρ ἤδη ἐν ταῖς Γαλλίαις καὶ Ἱσπανίαις. ὥστε ἤρεσεν ἐκείνῳ τῷ ἄκρῳ ἀρχιερεῖ, μετὰ συνεδρίου πολλῶν πατέρων δυτικῶν τῶν γεγονότων οὐ μικροῦ ἀξιώματος ἢ ὀλίγου ἀριθμοῦ, ἀναπτύξαι ἐκεῖνο ὃ λέγομεν, καὶ ὡς ἐν τῷ συμβόλῳ ψάλλομεν.* *coacta est ecclesia Romana* (admittere ut caneretur symbolum cum additione *filioque*) *cum magnum videret impendere periculum: iam enim canebatur in Galliis et Hispaniis. quare placuit summo illi pontifici, cum multorum Occidentalium patrum consessu, qui nec dignitate tenues nec modici erant numero, illud explicare quod dicimus et sicut in symbolo canimus.* hoc est, decernere ut deinceps vox *filioque* symbolo in ecclesia cantato adderetur. quis fuerit iste summus pontifex non indicatus hic nominatim, adhuc investigandum superest. Baronius ad annum Christi 888 (p. 696 ed. Rom. anni 1602) refert in sua bibliotheca Vallicellana asservari volumen antiquum Graeci auctoris Anonymi, qui distincte affirmat additionem vocis *filioque* ad symbolum quod canitur in ecclesia, primum admissam et decretam a Christophoro papa.

Hic Christophorus, ut idem Baronius alibi docet, Romanam sedem invasit anno Christi 907, deiecto ex ea et detruso in carcerem Leone V, eamque per sex menses tenuit. post quos expulso et in vincula coniecto Christophoro Sergius III iterum apostolicum thronum insedit, in eoque perstitit usque ad mortem suam, quae contigit triennio post, anno Christi 910. mihi non videtur inverisimile Andream Rhodium Graecum hominem eiusdem istius Graeci commentarii, cuius exemplar habuit Baronius, notitiam habuisse; adeoque memorem quid ibi legisset, ea quae descripsimus in concilio dixisse. abstinuisse autem a mentione distinctiori papae Christophori, vel quod putaret scriptorem illum Graecum in eo errasse, confundendo eum cum suo successore aut potius expulsore Sergio; vel quod utriusque istorum tam maculosa vita, tam foeda memoria esset, ut in consessu tam gravi, cui praesertim interessent multi parum aequi Romanae ecclesiae, illa infelicissimorum eius temporum probra refricare memorando non duceret opportunum. recitat idem Baronius ad annum Christi nongentesimum nonum, qui fuit secundus Sergii III, concilium celebratum in pago sive provincia Suessionensi, in loco Troaleio dicto, praesidente Herveo archiepiscopo Rhemensi,

www.libtool.com.cn
anno, ut ibi in fronte scribitur, *dominicae incarnationis nongentesimo nono, indictione duodecima, sexto kalendas mensis Iulii.* P 470
in quo praesidens synodo archiepiscopus post multa quae proponit alia ibi tractanda, hoc quoque de controversia processionis Spiritus Sancti memorat, his verbis: *sane quia innotuit nobis sancta sedes apostolica adhuc errores et blasphemias cuiusdam vigere Photii in patribus Orientis, in Spiritum Sanctum, quod non a filio, nisi tantum ex patre procedat, blasphemantis, hortamur vestram fraternitatem ut una mecum, secundum admonitionem domini Romanae sedis praesidis, singuli nostrum perspectis patrum Catholicorum sententiis, de divinae Scripturae pharetris acutas proferamus sagittas, potentes ad conficiendam belluam monstri renascentis et ad terebrandum caput nequissimi serpentis.* haec ibi; quae Baronius descripsit ex codice Antonii Augustini, accepto ex bibliotheca S. Remigii Rhemensis. ex his licet suspicari, increbrescentibus per Hispanias et Gallias disputationibus de dogmate processionis Spiritus Sancti ex patre simul et filio, consultam de more sedem apostolicam mandasse inquisitionem in synodis provincialibus de ista quaestione fieri; ac perlatis postea, ut est verisimile, patrum votis, damnatam haeresim Graecorum, et ad eam extirpandam, prout patres etiam Aquisgranenses iudicaverant, utile iudicantium addi symbolo in ecclesiis cantato vocem *filioque*, annuisse denique Romanum pontificem, *cum magnum videret impendere periculum*, ut loquitur Andreas, et multi magnae auctoritatis Occidentales patres id necessarium iudicarent. et ita deinceps communi decreto per totum Occidentem symbolum cum additione *filioque* in missa cantatum; aut potius cum id antea per Galliam et Hispaniam voluntaria ecclesiarum et episcoporum devotione usurparetur, assensu denique Romani pontificis est firmatum.

Dedimus hactenus historiam additionis vocis *filioque* ad Constantinopolitanum symbolum, articulis temporum et progressionis gradibus distinctam; ex cuius vel simplici expositione confido apparere innocentiam et aequitatem eius facti, ut paene potuerim lucrifacere operam secundi ex propositis capituli tractandi, quo sum pollicitus demonstraturum me iustis et idoneis de causis istam esse a Latinis additionem factam. nam primum quidem additionis modum et gradum, quo magistri et theologi Catholici allegatum in praesidium erroris a negantibus Sanctum Spiritum a filio procedere testimonium Constantinopolitani symboli, patris solius in productione S. Spiritus disertam mentionem facientis, sic explicabant ut filium cum patre conspirantem intelligi oportere contenderent, ac sic voce tenus vocem *filioque* symbolo adderent, quis iure possit reprehendere, cum ea non tam additio quam expositio fuerit, rem proferens illic absconditam, non intrudens aliunde importatam? Andreae episcopi Rhodi

www.libtool.com.cn

hac ipsa de re in concilio Florentino sess. 6 disputantis probatus eius sacrae synodi assensu syllogismus huc facit: οὐδεμία ἔκθεσις, ἀνάπτυξις ἢ σαφήνειά τινος ἐπιστήμης ἢ μαθήματος ῥηθείη ἂν προσθήκη. ἀλλὰ τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ λεγόμενον ἐν τῷ συμβόλῳ ἐμπεριέχεται τῇ καὶ τοῦ πατρὸς φωνῇ, ἐξήγησις ὂν αὐτοῦ καὶ ἀνάπτυξις. οὐκ ἄρα ἐστὶ προσθήκη. *nulla expositio, explicatio aut declaratio doctrinae cuiuspiam aut dogmatis recte vocetur additio. atqui vox* filioque *verbo tenus adiuncta symbolo iam prius in eo continebatur, latens et subintellecta in ipsa mentione patris; cuius abstrusi sensus haec tantum enarratio et explicatio est. non est igitur additio.* scio Graecos schismaticos contra excipere, vetitum esse nominatim apponere quidquam symbolo etiam expositionis causa. sed eos submovet idem Andreas Rhodius diserte negans id unquam fuisse prohibitum. verba eius haec sunt concil. Florent. sess. 7 p. 107 tomi 32 Conciliorum ed. Reg. ἀφ' οὗ ἔπεται ὅτι ἡνίκα συμπεραν θῇ τὸ σύμβολον, καὶ κωλύεται τὸ προσθεῖναι, νοεῖται ὅσον πρὸς τὸν νοῦν καὶ πρὸς ἑτέραν διάνοιαν· ὅσον δὲ πρὸς διασάφησιν, οὐδέποτε ἡ ἐκκλησία τοῦτο κεκώλυκε, *unde sequitur prohibitionem addendi, quae consummato iam symbolo est apposita, intelligendam esse de additione novi sensus diversaeque sententiae: nam additionem quae ad meram declarationem pertinet, nunquam prohibuit ecclesia.*

Secundus additionis gradus auctoritate synodi Nicaenae secundae, generalis septimae factus apologia non indiget. quotus enim
P 471 quisque non sentit nihil minus iuris oecumenico concilio Nicaeno secundo fuisse declarandi aliquid in symbolo Constantinopolitani oecumenici secundi, quam ipsi Constantinopolitano secundo fuerat apponendi verba quaedam symbolo prius edito a Nicaena prima generali magna synodo? apposita vero iam symbolo per generalem synodum voce *filioque*, quin illam cantare quoque inter sacra continuo potuerit citra reprehensionem ullam ecclesia Romana, dubitare nemo poterit qui reputet nullam fingi probabilem rationem posse, cur symbolum a Constantinopolitana secunda generali editum synodo recte in cantum ecclesiasticum sit receptum; idem symbolum auctiori et explicatiori editione vulgatum a Nicaena secunda generali septima synodo, nefas fuerit ecclesiasticis aptari modulis, et in choro, dum sacra peraguntur, audiri. dicent fortasse genus mendacii fuisse symbolum quasi a Constantinopolitanis secundae synodi patribus editum cantare, cum additamento tanto posterius illi a septima generali synodo inserto, ex quo non iam amplius id secundae synodi symbolum esset, sed aliud septimae. respondeo: si multa verba a secunda generali synodo symbolo Nicaenae primae generalis addita non obstiterunt quominus id symbolum Nicaenum vocari perseveraret, cur unius quadrisyllabae vocula additio impediet ne vere idem symbolum Constantinopolitanum ut antea possit dici? Nicaeno symbolo

www.libtool.com.cn

Constantinopolitani centum quinquaginta patres adiunxerunt, post illa verba *credo in Spiritum Sanctum*, haec *dominum et vivificantem, qui ex patre procedit, qui cum patre et filio simul adoratur et conglorificatur, qui locutus est per prophetas.* et tamen symbolum sic auctum Nicaenum nihilominus deinceps Catholici dixerunt. Durandus in Rationali Divin. Offic. l. 4 c. 25, postquam apostolicum et Athanasianum symbola memorasset, subiungit: *tertium est Nicaenum, quod Damasus papa ex constitutione universalis synodi apud Constantinopolim celebratae instituit.* similiter Magister Sententiarum l. 1 dist. 11 et Alexander Alensis par. 3 quaest. 69 membro 5 symbolum quod in missa cantatur Nicaenum ac Nicaenorum patrum vocant. huius ratio est quod additio Constantinopolitanorum patrum nihil novum intulit Nicaeno symbolo, sed quaedam quae in eo latebant explicatius protulit. hoc affirmat S. Gregorius Nazianzenus, unus e 150 Constantinopolitanis patribus, scribens ad Cledonium: ἡμεῖς, inquit, τῆς κατὰ Νικαιαν πίστεως τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐκεῖσε συνελθόντων ἐπὶ καθαιρέσει τῆς Ἀρειανικῆς αἱρέσεως οὐδὲν οὔτε προστιμήσαμέν ποτε οὔτε προτιμᾶν δυνάμεθα, ἀλλ' ἐκείνης ἐσμὲν πίστεως σὺν Θεῷ καὶ ἐσόμεθα. tantum addit se cum suis in illa sacra synodo collegis articulatius exposuisse, quae minus sufficienter, habita ratione deinde subortarum haeresum, de Sancto Spiritu declarata a Nicaenis fuerant. προσδιαρθροῦντες τὸ ἐλλιπῶς εἰρημένον περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. in quae Nazianzeni verba scholiastes eius Elias sic recte commentatur. τῷ μὲν σώματι τῶν λέξεων παρελέλειπτο, τῇ δὲ ψυχῇ (λέγω δὴ τὰ τῶν νοημάτων) οὐδαμῶς. διὸ καὶ ὁ ἅγιος οὐ τὸ παραλελειμμένον ἀλλὰ τὸ ἐλλιπῶς εἰρημένον τοῦ σώματος λέγει διαρθροῦν ἤτοι ἐξακριβοῦν καὶ διαμορφοῦν. haec ille; quibus significat non sensibus aut quasi animae symboli Nicaeni defuisse aliquid, dicere Gregorium theologum, sed sono verborum ac veluti corpori etc. unde sequitur additionem identitati non obstare. idem nunc pari iure dicimus. quam voculam Nicaena secunda synodus generalis septima symbolo a Constantinopolitana generali secunda edito addidit, ea cum extranea non fuerit, sed ex visceribus ipsius symboli doctrinae ac Constantinopolitanorum patrum sententiae eruta, non facit ut post huius epenthesim symbolum aliud diversum id debeat censeri. nullum ergo fuerit mendacium, id Constantinopolitanum ut antea vocare. quod vero ecclesiae Galliae et Hispaniae cantare symbolum in sacro cum additione *filioque* per se instituerunt, id nimirum sibi licere credidere, postquam ista additio per generalem septimam synodum comprobata et usurpata fuerat. unde, ut superius vidimus, Leo Tertius pontifex id factum non ut nefarium damnavit, sed tantum ut ab eo desisterent P 472
suasit propter causam quam ibi commemorat. sed illa Romani pontificis moderatio, ut tunc fuit laudabilis, sic postea per Grae-

www.libtool.com.cn
corum schisma haeresi cumulantium pervicaciam evasit intempestiva. etenim illi abstinere a cantu symboli cum additione *filioque* pro signo profitentium suam de processione Spiritus Sancti ex patre solo haeresim habebant. sic Photius Leonem Tertium tanquam sibi consentientem in ista blasphemia laudat, quod nimirum ille noluisset cantari symbolum cum additamento *filioque*. coacti ergo vere sunt, ut loquitur Andreas Rhodius superius relatus, Romani pontifices cantari iubere symbolum tali additione auctum, iusto metu gravis scandali, tum apud Latinos, quorum ecclesiae pleraeque iam ultro cantum illum usurparant, tum apud Graecos, qui eius rei omissionem in erroris sui patrocinium trahebant. et tamen vel sic coacti temperarunt Graecos ipsos adigere ad id symbolum cum pari additione in ecclesia cantandum. licet non deessent fervidiores, qui id Graecis iniungi suaderent, contra quos videtur Ioannes Parastron, missus Constantinopolim a Gregorio X, ille verba a Pachymere hoc capite recitata protulisse; per quae suadere studet Italis *ut dimisso amotoque additionis ad symbolum* (a Graecis videlicet exigendae) *scandalo, cum fratribus, quos viderent palam Graecis conciliari, vera ita demum coalitura pace, vellent.* uti et vicissim Graecos mox ipsos hortatur ad admittendas et satis accipiendas excusationes quas Latini allegarent pro additamento ad symbolum, hoc est pro eo quod symbolum voce *filioque* auctum in suis ecclesiis cantarent, prout iustis et necessariis de causis maiores ipsorum id instituissent. praestitisse mihi videor quod promiseram, et satis evicisse nullam in facto additionis vocis *filioque* ad Constantinopolitanum symbolum temeritatem Latinorum posse notari, sed summam potius et Romani pontificis et ecclesiarum Occidentis apparere cum fundatissima ratione moderationem ac sapientiam, in necessitate obsistendi grassanti haeresi temperantium tamen id a Graecis exigere, quo illos exasperandos et quadam exprobratione praeteriti erroris confundendos intelligebant, et ista benigna accommodatione studentium eos ad unanimam ecclesiarum allicere concordiam.

p. 390 v. 17. *τὸ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ τοῦ θεοῦ.* aliquid quodammodo simile dictum Abraamo a deo reperitur Genes. 12 2: *benedicam benedicentibus tibi* etc. caeterum verba, ut hic iacent, potius sumpta videntur ex Genes. 27 29: *qui benedixerit tibi, sit ipse benedictus, qui maledixerit tibi, maledictionibus repleatur.* sed haec non dicuntur a deo Abraamo, sed ab Isaaco Iacobo, ut forte hoc sit *μνημονικὸν σφάλμα* Pachymeris.

c. 20. Quando contigerit hoc capite narrata incomitatio rhetoris ecclesiae Holoboli ostendemus infra in Chronologicis l. 3 harum Observationum c. 5 n. 6. nunc occasionem non omittam demonstrandi Vaticanum paraphrastem nequaquam ipsum

www.libtool.com.cn
fuisse Pachymerem, qui aliam quasi editionem sui operis commutans plurima vulgaverit; id quod virum doctissimum suspicatum video. si enim is ipse esset, non ita manifeste a se ipso dissensisset, ut hic facit. cum enim in nostris optimis B et A codd. Pachymeres hoc loco habeat πλὴν οὐκ ἐπὶ τούτου τοῦ καιροῦ γεγονὸς ἀλλὰ πρότερον, paraphrastes sic hunc locum effert πρότερον μὲν συμβὰν μετὰ τὸ ἐξορισθῆναι πατριάρχην Ἀρσένιον. ita ille. et mox ut sibi cohaereat, ubi conventus est mentio habiti congregatis episcopis cum patriarcha, imperatore praesente, Vatica- P 473
nus patriarcham tunc fuisse Germanum diserte tradit contra manifestam Pachymeris sententiam, qui nihil omnino de conciliationis ecclesiarum negotio tractatum, quamdiu patriarchatum tenuit Germanus, tradit. nec potest esse dubium quin patriarcha illic tacito indicatus nomine Iosephus fuerit; sub quo demum tractatio concordiae ecclesiarum moveri coepta est. et quidem Iosepho patriarchatum gerere incipiente nondum fuisse deformatum infami supplicio Holobolum, manifeste patet ex cap. huius libri 12, quo narratur imperatorem ursisse patriarcham (Iosephum videlicet) et quosdam ex clero ad assentiendum paci quam tractabat cum ecclesia Romana, suffragantibus in hoc ipsi archidiacono Meleteniota, Georgio Cyprio protapostolario, et hoc ipso Holobolo, quem inde patet nondum male multatum ab imperatore, quinetiam in gratia tunc apud eum fuisse, donec eam illo ipso conventu imprudentia sua perdidit. alibi etiam observavi scriptorem hunc a Pachymeris, quem interpolat, mente aberrare. sed hoc in specimen talium abunde sit hic memorasse.

p. 393 v. 6. *poenitere se prius actorum.* quid viderat Holobolus de novo ut mutaret sententiam, et ex probante consilium reconciliandarum ecclesiarum repente in eius pacis adversarium mutaretur? nihil sane nisi se minus honorifice quam vellet tractatum ab Augusto; quam ille, ut putabat, contumeliam perseverentia in schismate et pervicacia ulcisci studuit. en quo spiritu Graeci schismatici ferrentur. non eos ratio, non auctoritas, non veritatis cura, sed ambitio et superbia privataeque rationes praecipitabant, ipso iis addicto historico fatente. non ita Ioannis Vecci ex adversario in fautorem Latinorum mutatio contigit superius c. 25 narrata, ille siquidem quoad putavit causam Graecorum veritate niti, modeste restitit imperatori usque ad perpessionem carceris, ubi vero per otium lectis patrum libris clare vidit potius ius esse Latinorum, statim agnitam veritatem est professus et constantissime defendit.

p. 394 v. 18. *intestinis ovium ipso adhuc fimo refertis impliciti onustique.* etsi hanc foedam traductionem damnatorum per urbem καινὸν θρίαμβον Pachymeres vocat, praecesserant tamen eius exempla Constantinopoli. vide Annam Comnenam, quid

www.libtool.com.cn
ipsa simile viderit, referentem l. 12 Alexiadis p. 363 ed. Reg. ubi peculiariter in rem nostram notat eos qui hoc modo circumducebantur habuisse capita intestinis boum oviumque quasi ad ridiculum ornatum cincta: *τὰς δὲ κεφαλάς*, inquit, *ἐντοσθίοις βοῶν καὶ προβάτων ταινίας δίκην κοσμήσαντες*. in optimo ms Pagetiano, cum quo editam iam Alexiadem contuli et plus quam mille locis emendavi, legitur *καταποσμήσαντες*.

p. 397 v. 13. *πρὸς Μεθώνην γίνονται*. sic contextus trium simul codicum: sed in Barberino supra *Μεθώνην* adscriptum in glossae modum *Κορώνην* legimus. hoc ab erudito lectore additum putamus ad praevertendam ambiguitatem, quae posset obiici minus cautis a vocabulo *Μεθώνης*. isto enim nomine est urbs Thraciae apud Suidam et Stephanum; item alia Macedoniae in Magnesia, cuius meminere Thucydides, Strabo, Stephanus, Plinius etc. Methonen etiam in Thessalia memorat Hesychius, illam forte de qua Seneca choro actus 4 Troadum his versibus

an frequens ruscis levibus Methone,
quae sub Oetaeis latebrosa silvis etc.

nulla porro harum in hunc locum quadrat: non enim provectos a Malea Laconiae promontorio Hellespontias ventus plenis velis per totam noctem impellens, quod hic dicitur, appellere retro potuit in Macedoniam aut Thraciam. est ergo haec *Μεθώνη* quam Pausanias *Μοθώνην* scribit, Messeniae urbs maritima in modico promontorio, cui adversum aliud angusto sinu diremptum Corone
P 474 insidet, alia urbs, cuius propterea mentionem opportune suggerit glossema non inutile ad determinandum de qua Methone hic agatur: nam in hanc non inverisimilis cursus a Malea fuit vento qui ab Hellesponto vehemens spirasset. hodie hae civitates nomen fere antiquum in mappis recentioribus obtinent, signatae vocabulis *Modon* et *Coron*. porro qui sinum Modonem inter et Coronem situm intrat, is ut Methonem sic et Coronem tenuisse dici potest, ut nihil glossator auctori contrarium alleverit.

p. 420 v. 11. *cui Manuëli nomen erat Zachariae filio*. puta haec Manuëlis et Zachariae vocabula praenomina fuisse hominum quibus commune foret *Cataneae* gentis nomen. hoc enim dicendum necessario videtur, ut Pachymeres cum Gregora cumque Duca Michaëlis nepote, cuius historiam vir doctissimus Ismael Bulialdus ante hos annos quindecim primus edidit, conveniat, siquidem illi ambo docent Michaëlem Palaeologum hunc nostrum concessisse Phocaeam Cataneis. ac Gregoras quidem sub initium libri 11 p. 289, agens de Catane Phocaeae principe, et eum Mitylenem tunc occupasse referens in eamque immigrasse, praesidio tamen valido Phocaeae relicto, statim subdit: *πλῆρος δ' αὐτῷ περιελθὼν ἦν ἀπὸ προγόνων ἡ Φώκαια πρὸς τοῦ βασιλέως καὶ πάππου τοῦ βασιλέως υφιαὶ δοθεῖσα ἐπιτροπῆς ἕνεκα καὶ χειμα-*

www.libtool.com.cn

τῶν τινὸς πορισμοῦ. διὸ καὶ κατὰ χρόνους τακτοὺς οἱ ταύτης ἐφορείαν διαδεχόμενοι γράμμασι βασιλικοῖς ἀνανεοῦντες ἀεὶ διετέλουν τὴν δόσιν τοῦ κλήρου etc. quorum summa est, Catanem, qui sub Andronico iuniore princeps Phocaeae erat, eum principatum obtinuisse hereditario iure transmissum a suis maioribus, quibus illum imperator proavus Andronici iunioris (fuit is Michaël Palaeologus prior) certis legibus in feudum, ut loquuntur, concessisset. quare quoties in eo principatu filii patribus succederent, diploma imperatoris impetrare illos oportebat, quo in istius dynastiae legitimam possessionem mitterentur. ita ibi Gregoras. Ducas autem c. 20 Hist. p. 89 ed. Reg. sic habet: *ἐν ταῖς ἡμέραις δὲ τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ τοῦ Παλαιολόγου, τοῦ πρώτως βασιλεύσαντος ἐν Παλαιολόγοις, ἦλθόν τινες Ἰταλοὶ αἰτοῦντες τὸ ὄρος* (agit de monte Phocidis) *δοθῆναι αὐτοῖς, καὶ λαμβάνειν κατ' ἔτος τὸ συμφωνηθέν. imperante Michaële Palaeologo, eo qui primus in domum Palaeologam imperium intulit, venerunt quidam Itali petentes montem Phocaeae sibi dari sub pensitatione annui tributi.* haec Ducas, qui quamquam hic non nominat istos Italos, paulo inferius tamen indicat eos e gente Catanea fuisse, dum scribit *ἦσαν δὲ οἱ ῥηθέντες τῆς πόλεως* (*νέας Φωκαίας*) *κτήτορες ἐκ τῶν Κατανέων Γενουῖται, Ἀνδρέας καὶ Ἰάκωβος* etc. *erant autem memorati urbis novae Phocaeae domini e Cataneis Genuenses Andreas et Iacobus*, posteri videlicet illorum aut illius qui cum Michaële Palaeologo priori de montis Phocaeae dominio transegerat. unde intelligitur hunc cuius meminit hoc loco Pachymeres, qui primus montem Phocidis beneficio imperatoris obtinuit, Manuëlem Cataneam fuisse vocatum, filium Zachariae Cataneae sive Catanei. reperimus et Catelusios vocatos: nam qui multi in historiis citerioris aetatis Catelusiorum appellatione memorantur, ex eadem cum Cataneis esse familia certo colligitur ex collatione variorum locorum Villanii, Laonici et aliorum historicorum qui res quingentorum retro annorum scripto complexi sunt. nec nova res est mutari aliquid in nominibus magnarum domuum, cum olim sciamus Cloantos in Cluentios, Lamos in Lamias, Clausos in Claudios et Clodios, Hortensios etiam in Hortalos transisse, nullo id in argumentum trahente familiae diversae; ut omittam similia plurima passim observata in memoria recentiorum adeoque hodie vigentium stirpium. non enim his immorari locus aut praescriptae brevitatis sinit modus, quem quidem iam excessisse me paululum sentio, scilicet officio elatum grati animi erga familiam nobilissimam, cuius vetera illustrissimaque extant erga meam patriam Galliam fidei benevolentiaeque non vulgaris monumenta. Rufus quippe, aliis Ruffinus, Catanea, cognomento de Volta, P 475
Philippi Augusti Galliae regis archithalassus fuit, et eum post expugnatam Acconem deportavit in Apuliam, ut Rigordus docet in libro de Gestis Philippi Augusti p. 142. Salvator etiam Vitalis in

www.libtool.com.cn

Chronico Corsicae tradit, in expeditione S. Ludovici qua cepit Pelusium, unum ex eadem stirpe Cataneorum de Volta inter duces exercitus fuisse. anno item Christi 1396, cum Genuensis res publica in gravi suo periculo necessarium censuisset subiicere se imperio Caroli VI regis Galliae, missus ad illum communi consilio Damianus Cataneus summa prudentia parique felicitate negotium confecit, relato domum ex regia gratia titulo atque honore mareschalli Franciae. perseveravitque affectus in posteris non sine mutuae regum benevolentiae signis illustribus; quale fuit quod Ludovicus XII, solemni pompa Genuam invectus, villam Laurentii Catanei eius invitatu humanissime visit, delectatum se hospitio gratissime praeferens. quare in occasione legationum ad reges Franciae Catanei a Genuensibus plerumque, ut ibi gratiosi, legebantur. sic anno 1499 Christophorus, anno 1511 Thomas Catanei, anno 1513 alius item Cataneus, legati Genua in Galliam venisse reperiuntur.

v. 12. *aluminis fodinae.* quis hic labor esset et quantum ex eo lucrum, discimus ex Duca, qui domicilium se habuisse in ista nova Phocaea profitens, quae refert spectasse oculis creditur. *Ἐν τῇ Φωκίδι τῇ κατὰ τὴν Ἰωνίαν ὄρος ἦν ἐν ᾧ μέταλλον στυπτηρίας ὑπάρχει· καὶ ὁ λίθος ἅπας τῆς ἀκρωρείας πυρὶ προσομιλήσας, εἶτα ὕδατι, ὡς ψάμμος γίνεται. τὴν δὲ ἀπὸ τοῦ λίθου γενομένην ψάμμον εἰς λέβητα βάλλοντες σὺν ὕδατι, καὶ καχλάζοντος οὐ τόσον, ἡ βληθεῖσα ψάμμος διαλύεται· καὶ τὸ μὲν παχὺ καὶ οὐσιῶδες αὐτῆς ἐν τῷ ζωμῷ μένον ὡς γάλα τυρῶδες, τὸ ξηρὸν καὶ γεῶδες αὐτῆς ἔξω ῥίπτουσιν ὡς ἄχρηστον· τὸν δὲ ζωμὸν εἰς σκάφας κενώσαντες ἄχρις ἡμερῶν τεσσάρων παραδρομήν, εὑρίσκεται ἐν τοῖς ἄκροις τῶν ὑποδοχῶν ἀγγείων πεπαγομένος ὁ ζωμὸς καὶ ὑπερανυγίζων ὁμοίως κρυστάλλῳ* etc. hoc est ex versione Bulialdi: *in Phocide, quae Ioniae adiacet, mons erat metalli aluminis ferax; cunctique lapides, qui in vertice montis, in ignem primum, postmodum in aquam missi in arenam comminuuntur. haec ex istis lapidibus collecta in cacabum aqua mixta demittitur, ac ubi parum aqua iniecta ferbuit, arena liquefit. quod densum est eius, offae simile, ad modum lactis in caseum coagulati servatur: quod durum et terrestre, ut inutile abiicitur. offa vero illa in vasa diffusa per quatuor dies in eis subsidit; posteaque circa oras summas vasorum concreta splendensque ad instar crystalli reperitur* etc. satis enim haec sunt ad indicandum istius hic memorati laboris modum. quaestuosae porro distractionis huius mercis causam Ducas mox memorat, quod alumen tinctoribus necessarium sit. *Ἔστι δὲ ἀναγκαῖον χρῆμα βαφεῦσι.* quae confirmant id quod noster paulo inferius scribit: *inde siquidem vim inferre magnam illi* (Genuenses) *consueverant istius mercis* (aluminis) *vendibilis in primis, quoniam plurimus, prout hodieque cernitur, eius usus est in pannis e lana texta colore va-*

rio fuerandis. his omnibus addo Cataneorum imperitantium Phocaeae mentionem etiam extare apud Cantacuzenum l. 2 c. 29 p. 290 ed. Reg. ubi eandem, ut apparet, rem narrans quam superius retulimus e Gregora, Mitylenes videlicet occupationem per Cataneos Phocaeae regulos factam, in eo videtur a Gregora discrepare, quod factum id Dominico Cataniae Andreae filio tribuit, non autem ipsi Andreae et Iacobo eius fratri. verba Cantacuzeni haec sunt: *ἠγγέλλετο ὡς Δομίνικος ὁ Ἀνδρέου τοῦ Κατανία, ὃς τῆς νέας Φωκαίας ἦρχε βασιλέως παραδόντος κατὰ χάριν, τοῦ πατρὸς αὐτῷ ἀποθανόντος κληρονόμος τῆς οὐσίας κατάστας, πλούσιος δὲ ἦν, τοῖς χρήμασι φυσηθεὶς Λέσβον διανοηθεὶη Ῥωμαίων ἀφελόμενος ἰδίαν ἑαυτῷ περιποιήσασθαι ἡγεμονίαν* etc. quae ibi pergit narrare, quibus egregie confirmantur quae de Phocaeae dominis beneficio imperatorum Palaeologorum Cataneis diximus, necessario ad supplendam in hoc loco nostrae historiae *ἀπαρέπησιν* Pachymeris, familiae nomen omittentis in memorando Manuële Zachariae filio, primo Phocaeae possessore ex concessione Michaëlis Palaeologorum primi Augusti. P 476

p. 421 v. 14. Vocem *ἐνσκευασάμενοι* ex margine in contextum intuli, expuncto *νηΐσάμενοι*, verbo nihili.

p. 429 c. 2. Quae hoc cap. narrantur de Maria regina Bulgariae in avunculum imperatorem, odio pacis ecclesiarum ab eo procuratae, concitare Sultanem Syriae conante, facile ostendunt pravum schismaticorum animum; uti et quae capite sequenti, et deinceps narrantur, quam crudelis impia facinorosa haec mulier fuerit demonstrant; quare illa protectrice schismatici rebelles glorientur licet, digno patella operculo.

p. 436 c. 5. Quae hic narrat Pachymeres, se adhibitum ab imperatore ad clam explorandum ecquid Theodosius monachus, si Antiochenus patriarcha fieret, obstiturus esset negotio conciliationis ecclesiarum, rem illam ex Augusti sententia gessisse, ostendunt hunc nostrum, etsi tacito iudicio animi schismati faveret, ut multa demonstrant huius historiae loca, tamen imperatoris consiliis eius generis haud palam adversatum. immo suspicari forte non immerito possemus eum vivente Michaële vere et ex animi sui sententia favisse paci, sed eundem historiam deinde hanc scribentem sub Andronico, qui se iterum a Romana ecclesia abscidit rescissis paternis actis, servisse tempori revolutum in familiares errores.

p. 440 v. 13. *ex canonibus quondam a Sisinio perlatis*. non est hic Sisinius ille antiquus Constantinopolitanus patriarcha, qui anno Christi 426 Attico successit, ut narrat Socrates l. 7 c. 26, sed alius, ut apparet, longe posterior, qui anno Christi 995 Nicolao Chrysobergi suffectus est. nam hunc Ioannes Curopalates

www.libtool.com.cn

in Hist. ad ann. mundi 6503 testatur canones de matrimoniis sanxisse.

v. 18. *gradus affinitatis.* Anna filia Michaëlis Augusti, sponsa destinata Michaëli despotae, quarto consanguinitatis gradu contingebat Annam alteram, filiam sororis patris sui, nuptam Nicephoro despotae, Michaëlis despotae germano; et quia Nicephorus et Anna coniuncti matrimonio pro uno censebantur, etiam Nicephoro et consequenter Michaëli eius fratri totidem affinitatis gradibus admovebatur. porro Michaël Annae uxori sui fratris affinitatis gradu secundo iungebatur, quia suo germano eius viro secundo consanguinitatis gradu iunctus erat. affinitatis quippe gradus, ut theologi et iuris Canonici consulti haec tractantes docent, pari passu sequuntur gradus consanguinitatis. ut ergo consanguinitatis primus gradus est qui parentes inter et liberos intercedit, secundus fratrum ad fratres, tertius fratris sororisve filiorum ad patruos avunculos amitas et materteras, quartus consobrinorum ad consobrinos, ita et affinitatis numerantur totidem; quales revera in hac filia Michaëlis Augusti respectu sponsi ei destinati Michaëlis despotae numerabantur. unde ex hac parte, ut ait historicus, quatuor erant *συνοικεσίου* sive affinitatis gradus, ex parte vero sponsi ipsius Michaëlis despotae respectu fratris eius Nicephori et eius coniugis Annae natae ex sorore Michaëlis Augu-
P 477 sti, duo; quia ut consanguinitatis gradu secundo connectebatur frater fratri, ita secundo pariter affinitatis gradu coniungebantur levir et fratria. haec mens huius loci est; circa quem notanda venit duplex Graecorum illius temporis a Latinis hodiernis discrepantia. prior est quod, ut hinc apparet, apud Graecos tunc affinitas affinitatem pariebat, cum in usu iam ecclesiae Latinae nihil prohibeat quominus aliquis ducat uxorem sororem uxoris fratris sui: altera quod in numerandis cognationis et affinitatis gradibus parentes nunc non imputentur, sed primus gradus constituatur in fratribus, cum, ut numerat hoc loco noster, necesse sit primum gradum respectu patris ac matris poni, secundum respectu fratrum ac sororum. sic enim tantum Nicephorus despota, qui filiam sororis imperatoris in matrimonio habebat, ab ipsius imperatoris filia quarto affinitatis gradu distare poterat, prout hic dicitur.

p. 448 v. 22. *quando ducente Isaacio Augusto* etc. rem hic indicatam fuse narrans Georgius Acropolita (Historiae suae c. 11 p. 10 ed. Reg.) in summa docet Isaacium Augustum in Bulgaros, qui auctore rebellionis Asane a se defecerant, expeditione suscepta, Asanem cum praesidiis arta obsidione cinxisse intra oppidulum Strinobum dictum, *ἐντὸς τοῦ πολιχνίου οὗ δὴ τὸ ὄνομα Στρίνοβος.* videtur amplificata deinde ab Asane victore haec civitas, quippe quam noster Ternobum vocans, regiam Bulgariae urbem fuisse non semel indicat. pergit Acropolita dicere, cum

www.libtool.com.cn

in extremo discrimine res Asanis et Bulgarorum essent, quos ne in Isaacii Angusti potestatem mox venirent nulla res prohibere humanitus poterat, exisse ab urbe obsessa quendam specie transfugam, qui trepide imperatori nuntiaret mox irrupturos in eius castra maximo numero Scythas; quo ille indicio perculsus noctè repente obsidionem solvens fugit ab oppido postridie dedendo, et eiusdem proditoris etiam in fugae via consilium fraudulentum sequens se suosque coniecit in angustias, ubi mox plurimi a paucis misere oppressi sunt Bulgaris, qui ex composito in circumventos irruentes Romanos plerosque caedunt, imperatore cum non multis aegre se in tutum recipiente, omni apparatu et imperatoria supellectili hostibus relicta. *οἱ δέ*, ait Acropolita, *διασωθέντες μετὰ τοῦ βασιλέως γυμνοί τε ἦσαν καὶ ὀλίγοι πάνυ. ἐντεῦθεν ἐφυσιώθη τὸ τῶν Βουλγάρων φῦλον λείαν πολλὴν ἐκ τῶν Ῥωμαίων κερδῆσαν, ἀλλὰ δὴ καὶ ἐκ τῶν βασιλικῶν παρασήμων τὰ τιμιώτερα· τάς τε γὰρ τοῦ βασιλέως πυραμίδας ἀνελάβοντο καὶ φιάλας τῶν ἐπισήμων καὶ χρῆμα εἰς πλῆθος καὶ αὐτὸν δὴ τὸν βασιλικὸν σταυρόν* etc. haec sunt quae noster hic vocat *ipsa insignia imperii.* in quibus quod *τὰς τοῦ βασιλέως πυραμίδας imperatoris pyramides* Acropolita numerat, lucem accipit ex alio eius loco, Hist. c. 40 p. 36, ubi de Theodoro Angelo imperii insignia deponente sic scribit: *τὰ μὲν γὰρ ἐρυθρὰ πέδιλα ἀπεβάλλετο καὶ τὴν περιμάργαρον πυραμίδα, εἰς ἣν καὶ λίθος ὑπερκάθηται κόκκινος, βασιλικὰ ταῦτα σύμβολα.* hoc est ex versione doctissimi interpretis: *namque rubri calcei dimissi, et unionibus interstincta pyramis, super quam lapis rubeus emicabat, quae imperatorum insignia sunt.*

c. 10 et 11. Quae hic narrantur de Vecco libere causam pauperum iniuste oppressorum agente cum Augusto, a quo ea occasione pessime tractabatur, palam ostendunt quam ille vir alienus ab omni adulatione fuerit, et quam certum sit, ea quae pro ecclesia contra Graecos schismaticos egit dixit scripsit, purgata videri debere a suspicione fuci ac fraudis. de stauropegiis fuse agimus in Glossario, ubi et vide de Colybis capitis 12.

p. 458 v. 13. *me neutiquam passurum addi symbolo* etc. P 478
nunquam exegerunt Latini a Graecis ut particulam et ipsi *filioque* symbolo Nicaeno adderent, modo fidem ipsam processionis Sancti Spiritus ex patre et filio tenerent, et Romanam ecclesiam fatentur non peccasse cum ad declarandum expressius dogma verbum illud *filioque* symbolo addidit. haec duo si praestent, qui e schismate Graecorum redeunt, nihil aliud ab iis requirendum sanxit etiam Clemens VIII, cuius ea de re decretum memini me legere apud Possevinum in Apparatu. vide quae superius annotavimus ad c. 11 l. 5. nihil ergo mirum si Michaël imperator gnarus quid vere Latini peterent, et videns spargi a schismaticis in populum vanos metus, quasi iussurus statim papa foret ut in

www.libtool.com.cn

omnibus Graecis ecclesiis symbolum deinceps cum additione vocum vocabulo *filioque* acquivalentium cantaretur, praemunit animos, profitens se neutiquam id passurum. consentanee his et Graeci loquuntur in concilio Florentino sess. 25 p. 508 ed. Reg. τὸ τῆς προσθήκης, ἡμεῖς οὐ δεξόμεθα πώποτε ταύτην, ἀλλ' ἐγκωροῦμεν ὑμῖν ἔχειν ταύτην ἐν ταῖς ὑμῶν ἐκκλησίαις, οὐ μὴν ἐν ταῖς τῆς ἀνατολῆς. καὶ λέγομεν ὅτι ἀνάγκης κατεπειγούσης ἀνεπτύξατο τὸ σύμβολον· καὶ οὐ λέγομεν τὴν ἐκ τοῦ υἱοῦ φωνὴν ἢ ἑτέραν πίστιν ἢ προσθήκην τινά, ἀλλ' εὐσεβῆ, καὶ σαφήνειαν τοῦ ἡμετέρου συμβόλου. καὶ εἰσὶ τὰ σύμβολα ἀμφότερα εὐσεβῆ, καὶ ὁμονημένα λέγεσθαι ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ, καθὼς ὑμεῖς λέγετε, καὶ ἐν τῇ ἀνατολικῇ, καθὼς αὐτοὶ ἡμεῖς λέγομεν. καὶ οὕτω γενέσθω ἡ ἕνωσις. *de additione: nos illam nunquam admittimus, sed eam vobis in vestris ecclesiis habere permittimus, non autem in Orientalibus; dicimusque symbolum a vobis explicatum necessitate cogente; et vocem illam* ex filio *non esse aliam fidem aut aliquod additamentum, sed piam et nostri symboli explanationem; et esse utrumque symbolum pium et eiusdem sententiae, ut in ecclesia Romana recitetur sicut vos dicitis et in Orientali ut nos ipsi dicimus, atque ita faciendam unionem.*

p. 460 v. 8. οὐ προῐσχετο ὅλως αὕτη τῶν ἱερῶν πραγμάτων ἀνάξιον. hinc apparet existimasse Graecos in formula abdicationis aut depositionis alicuius ex episcopali dignitate necessario, ut valida censeretur, exprimi debere, eum qui deponitur indignum eo loco et ineptum officio esse. quae causa fuit Nicetae episcopo Heracleensi misso a synodo ad Arsenium patriarcham, postquam is ab ecclesia fugiens in monasterium recesserat, ut ab eo cessionem patriarchatus exigeret, causa, inquam, haec ei fuit instandi ut in formula abdicationis, quam Arsenius libenter dabat, exprimeretur indignum eum sacerdotio fuisse, ἀνάξιον τῆς ἱερωσύνης, idque εἰς τὸ τῆς παραιτήσεως εὔλογον, *ut videretur idonea cessionis causa*, prout narratur a nostro p. 115 v. 5.

p. 461 v. 19. *is erat tunc Urbanus.* demonstrabimus inferius l. 3 c. 10 in Chronico, ad annum 1279, non Urbanum tunc fuisse papam, sed Nicolaum III, ut memoriae aut calami lapsus hic agnoscendus sit, errore tamen in omnia exemplaria diffuso.

p. 467 v. 5. δῶρα μὲν δέκτο. sumpta haec ex Homero Iliad. β v. 420: ἀλλ' ὄγε δέκτο μὲν ἱρά, πόντον δ' ἀμέγαρτον ὄφελλεν. unde et correximus quod in ms vitiose legebatur ὤφελλεν.

P 479 p. 469 v. 17. *oraculum insculptum marmori* etc. hoc oraculum Gregoras describit l. 5 p. 67. nos hic illud ex margine codicis Barberini repraesentamus cum nomine auctoris a Gregora taciti, etiam paulo auctius. nam haec verba καὶ τὸ παρ' Ἡρακλείου πολίχνιον apud Gregoram non comparent.

www.libtool.com.cn

Οὗτος ὁ χρησμὸς Παυσανίου προέδρου.
Τῆς δὲ πόλεως Τράλλεων τὸ κάλλος χρόνοις ἐσεῖται σβεννύμενον. τὸ δὲ πολλοστὸν ταύτης καταλειφθὲν ἐν ὑστάτοις ἐκφοβηθήσεται) Gregoras legit ἐκβοηθήσεται) ἔθνει ἀνάρχῳ, ἀλωθήσεται (Gregoras ἁλώσεται) δὲ οὐδαμῶς. εἶτα ἀνακαινισθήσεται παρὰ δυνατοῦ Νικωνύμου, ὃς ὀκταπλῆν ἀγλαῶς ἐνάδα (Gregoras ἐννάδα et in margine ἐννεάδα) βιώσει δίσκων, καὶ τρὶς ἑπτὰ κύκλων πόλιν Ἀττάλου λαμπρυνεῖ, καὶ τὸ παρ' Ἡρακλείου πολίχνιον· ᾧ καὶ πόλεις ἑσπέριαι ὑποκύψουσι, καὶ ἀγέροχοι ὑποκλιθήσονται παιδικῶς.

Hoc est oraculum Pausaniae praesidis.

Urbis vero Trallium decor temporibus erit extinctum. tenues tamen eius reliquiae in ultimis exterrebuntur a gente sine principatu: at nequaquam capientur. renovabitur autem a potente cui a victoria nomen. qui octuplex splendide novenarium vivet discorum, et ter septem orbium civitatem Attali illustrabit, et quod ab Heraclio oppidulum; cui et urbes Occiduae subiacebunt, et feroces subiicientur pueriliter.

Verti, ut in oraculis fieri debet, κατὰ πόδα, ad verbum, singulos exprimens apices. iudicium de ipso vaticinio, verumne sit an fictum, quod suspicatos et Pachymerem et Gregoram video, tum si verum, quo eius ἀπόβασις pertineat, lectori relinquo integrum.

p. 470 v. 7. *in fatis erat.* vide quae notavimus ad p. 104 v. 25 et p. 139 v. 18, item ad p. 229 v. 8; quibus haereticam doctrinam fatalis necessitatis liberum arbitrium perimentis reiecimus, si forte hic illam scriptor schismaticus indicatam vellet.

p. 478 v. 28. *edicti sententia.* videtur hoc edictum imperator inchoasse ab illis S. Gregorii Nazianzeni verbis quae sic in oratione contra Eunomianos leguntur p. 195 et 196 ed. Graec. Basileens. μνημονευτέον γὰρ θεοῦ μᾶλλον ἢ ἀναπνευστέον. quod deinceps hic historicus culpat orthodoxum patriarcham Veccum, quia is scriptis refellere schismaticos sit aggressus, schismaticae loliginis succus est, nullo satis specioso tectorio lividam malignitatem velans. itaque oblitus quam magnifice antea praedicaverit nobilem et liberam Vecci indolem ab omni adulandi servitute disiunctissimam, nunc, si superis placet, eum exhibet Persa quovis abiectiorem in assentando, prodigum titulorum, et nihil sibi facientem reliqui in extollendo honoribus indebitis Ephesinum, cuius opera egeret, antistitem, quo ita sibi eum devinceret. *scribit*, inquit p. 479, *ad Ephesinum, eumque, ut ipsa inscriptione demereretur, non simpliciter ἱερώτατον, qui solet titulus episcopis tribui, sed πανιερώτατον in fronte literarum nuncupat.* ita Pachymeres; qui videtur haec scribens nunquam legisse librum in Graecia notissimum, Liturgiam Chrysostomi. in qua sacerdos celebrans voce sublata dicit μνήσθητι, κύριε, πανιερωτάτου μη-

www.libtool.com.cn

τροπολίτου ἡμῶν τοῦ δεῖνος: *memento, domine, πανιερωτάτου metropolitae nostri N.* et iterum mox *τοῦ δεῖνος πανιερωτάτου μητροπολίτου ἢ ἐπισκόπου ὅστις ἂν ᾖ, N. panhierotati metropolitae aut episcopi, quicumque sit.* quodsi sacerdotem facientem ad aram, et in sacro ornatu Christi personam repraesentantem, non dedecet *πανιερωτάτου* deferre titulum cuilibet episcopo, quis patriarchae privatas literas ad Ephesinae antiquissimae et honoratissimae sedis antistitem danti putet vitio vertendum si tali eum
P 480 titulo compellaverit? ergo alia quidem schismatici obiiciant Vecco, si habent: *αὕτη γὰρ ἡ μήρινθος οὐδὲν ἔσπασε.*

p. 482 v. 18. *enimvero scandalorum* etc. satis audacter, ne dicam impudenter et impie, schismaticus hic scriptor sanctos ecclesiae patres *scandalorum magnorum* causas dedisse ait, dum sacrum dogma de processione Spiritus Sancti ex patre per filium, hoc est simul etiam ex filio, recte et orthodoxe explicant. quanto sapientius faceret, si cum Vecco, quem hic immerito culpat, exerentem se veritatem, quam prius ignoraverat, admitteret, et cum Latinis profiteretur rem a suis ipsis Graecis patribus, ut fatetur ipse quoque, manifeste traditam.

p. 484 v. 16. *illi ergo ambo soli gloriam* etc. quod hic vides laudari pertinaces in schismate usque ad perpetiendam effossionem oculorum, imputa vitio historici palam, ut dictum est, schismati addicti. et pertinere huc puta sapiens effatum Sancti Cypriani, haereticos, qui pro sui erroris defensione dira mortemve paterentur, non gloriam martyrii mereri, sed poenam luere perfidiae.

p. 495 v. 27. Constantinum Acropolitam *a patre magno logotheta acceptum.* videri poterit cuipiam Georgium Acropolitam magnum logothetam hoc tempore iam fuisse mortuum. id enim ex duobus hic positis potest astrui. prius est Constantinum hunc aversum se a pace ecclesiarum palam tulisse; quod non est verisimile facturum eum, si pater eius, pacis eius quasi auctor et studiosissimus, viveret. alterum, imperatorem Constantino succensentem eo nomine rem ad patrem iuvenis non detulisse et si filium castigandum non commisisse. sed ad primum dicimus mirum non esse Constantinum a patre dissensisse, cum superius Pachymeres docuerit in singulis ferme tunc familiis paria contigisse. certe in ipsa imperatoria videmus Eulogiam Michaëlis Augusti germanam carissimam palam in ipsum ob pacem factam insurrexisse, et alios consanguineos etiam usque ad carceres excaecationes et necem ipsam pertinaces in schismate fuisse. ad secundum respondeo forte abfuisse tunc ab aula Georgium magnum logothetam, legatione aliqua vel provinciali praefectura alibi usquam detentum. supervixisse porro illum Michaëli, et ab Andronico propter legationem ad papam et ad concilium Lugdunense

www.libtool.com.cn

pro causa pacis obitam in carcerem coniectum, disertissime tradit idoneus auctor Demetrius Raüles Cabaces ex Plethone Gemisto, qui videre potuit quae dicit, cum Constantinopoli sub Michaële et post hunc sub Andronico vixerit, etiam a Pachymere memoratus. vide quae notavimus ad p. 314 v. 2.

p. 496 v. 5. *in Acropolita quidem ulciscendo iram in potestate habuit.* scio visum iri cuipiam Graeca illa καὶ κρείττων τῶν κατ' ἐκεῖνον τὸν θυμὸν ἦγε non id quod sonat versio, sed quasi contrarium sonare. verum adversativa quae mox sequitur, τῷ δὲ Μουζάλωνι καὶ λίαν χολούμενος, hoc intelligi quod expressimus in prioribus verbis indicat, quantumvis illa huc invita pertrahantur, plane siquidem significare vult auctor diverso ac fere contrario modo se gessisse Augustum cum duobus hisce, Constantino Acropolita et Theodoro Muzalone; quare diserte affirmans effusam in hunc ab eo totam acerbitatem irae, hoc ipso necessitatem nobis imponit intelligendi mitius egisse cum altero, et in eo multando iracundiae fraenum attraxisse, utcunque id non clare archetypa exprimant. quamquam si quis penitius introspiciat, confido deprehensurum etiam ad expressam a nobis sententiam Graeca satis posse accommodari *).

p. 498 v. 18. *ad Montem Nigrum.* supplevi ad illa Graeca P 481
πρὸς τὸ μέλαν vocabulum ὄρος *montem.* erant enim in Monte Nigro monachi plurimi, et ad capessendam monasticam professionem accommodatus ille locus. itaque illic monachus olim vixerat Germanus postea patriarcha, ut noster docet p. 280 v. 9. Theodosius item princeps, deinde patriarcha Antiochenus, ut habetur l. 5 c. 24. poterat et ad τὸ μέλαν subintelligi σχῆμα, quod vestis monachorum per Orientem nigra esset: sed verbum καταφυγεῖν commodius refertur ad locum quam ad vestem. nec obstat coniecturae quod hic dicitur, exactum a Cotanitza (haud dubie ab Augusto) ut statim vestem sacram indueret. nam hinc potius apparet petitam nomine Cotanitzae ab imperatore facultatem eundi ad Montem Nigrum: sed hunc veritum ne is sic dimissus alio abiret, exegisse ut statim se alligaret monastica professione sacro habitu inducto. quod ille nil recusans fecit.

p. 505 v. 20. *ut imperator cum suis .... anathemati subiicerentur.* recitatur ab Odorico Raynaldo haec excommunicationis in Michaëlem Palaeologum sententia ad annum 1281. ubi quamquam culpatur Palaeologus quod pacta ex fide circa concordiam ecclesiarum non explesset, haud tamen facile adducor ut credam, quod illic vir ille doctissimus videtur opinari, culpam imperatoris in eo sitam, quod, sicut promiserat, non effecisset

*) cf. Obs. ad Andronic. l. 2 c. 1.

www.libtool.com.cn

ut Graeci particulam *filioque* symbolo adderent. non enim reperimus id ab eo exactum aut ipsum recepisse; annotavimusque superius ad c. 15 huius libri, ecclesiam Latinam satis habuisse, si Graeci dogma ipsum processionis Spiritus Sancti etiam ex filio profiterentur, et Latinos agnoscerent iusta ex causa declarationis expressioris verbum illud symbolo Nicaeno addidisse, non praecipiendo ut ipsi pariter illud adderent. fuere autem alia quibus merito suspectus aut etiam convictus fictionis videri potuit Palaeologus; puta vexationes Vecci orthodoxi patriarchae, quae illum ad ultro abdicandam dignitatem coëgerunt, narratae a Pachymere hoc libro a c. 10 ad 14. et quod aut nescivit aut dissimulavit noster, coniuratio imperatoris Michaëlis cum Siculis et Petro rege Aragonum contra Carolum Apuliae et Siciliae regem a sede apostolica probatum, cuius Gregoras meminit et alii temporum illorum scriptores relati in Annalibus Ecclesiasticis ab Spondano et Raynaldo ad annum 1280 et sequentem. quo pertinet quod istam in Michaëlem excommunicationis sententiam perlatam instante Carolo rege historici rerum illarum memorant, ut ibi licet videre. cogitasse autem Palaeologum hoc suae damnationis nuntio perculsum cuncta quae pro concordia ecclesiarum hactenus egerat rescindere, quod hic noster affirmat, non est prorsus inverisimile in homine quem apparet politicis maxime rationibus et metu infensae sibi potentiae Caroli regis ad istam tractationem adductum. tamen id enim non fecisse testatur hic noster. et ipsi Graeci schismatici persuasum habuerunt ipsum usque ad mortem in fide concordiae perstitisse; quae causa ipsis fuit eum honore sepulturae fraudandi.

p. 521 v. 16. *Acropolita magnus logotheta dum viveret.* haec indicant scripsisse ista Pachymerem sub Andronico, et quidem multis annis post mortem Michaëlis Augusti. nam Georgius Acropolita mortuus est in carcere, in quem coniectus fuerat ab Andronico sub initium eius imperii, quod schismaticis assentiri nollet, in eoque constans perseveravit per plures annos, repudiata libertate et restitutione in integrum oblata ei ab imperatore
P 482 si deficere a communione Romana vellet, in qua denique diem obiit confectus aerumnis dei causa toleratis. vide quae superius notavimus ad c. 28 l. 4.

p. 531 v. 15. *τὴν ψυχὴν ἀφίησιν.* post haec Vatic. cod. haec subiungit: *ὁ μηδὲν τὸ παράπαν πώποτε τεθνήξεσθαι προσδοκήσας, διὸ καὶ ὅρκους τοὺς ὄνομα θεοῦ φέροντας εἰς οὐδὲν ἐλογίζετο, καὶ ἀδικίαν καὶ φόνους καὶ τιμωρίας ὡς πάνυπος πρᾶξιν ἡγεῖτο· ὅμως ἔκειτο νεκρός, καὶ δάκρυσι τῶν οἰκείων ἐβρέχετο. qui nunquam se moriturum crediderat, ideoque iuramenta dei nomen ferentia nihili duxerat, iniurias vero, caedes et supplicia saeva, quasi non iis homines sed culices laederentur, exercuerat.*


www.libtool.com.cn

is tamen iacebat mortuus et lacrimis domesticorum rigabatur, haec cum in neutro codicum optimorum reperiantur, non putamus esse Pachymeris, sed interpolatoris et paraphrastae, quem scimus et alia praeter auctoris mentem inseruisse. moderatior est enim noster historicus quam ut sic atrociter insultasse putandus sit mortuo principi, cuius bona malaque libere, sed citra malignitatem in hac historia expressit. magna et vera laus est Michaëlis Palaeologi inter multa, quae nec dissimulari nec probari possunt, perperam facta, pacem et concordiam ecclesiarum indefesso ad extremum studio ursisse. et merito eum hac praecipue re Ioanni Batatzae praecelluisse Georgius Metochita affirmat oratione prima historica. ait ibi eum magna spe generosae indolis, cum cura peculiari ad summa quaeque educatum sub Ioanne Batatza, non parvo etiam ipsius principis favore, *πᾶν ἐν ἀριστοβουλίαις καὶ ἀριστοπραξίαις κατῳρθωμένον αὐτῷ cuncta eius rectissime consulta optimaque acta imitando expressisse*, *καὶ ἐκμαγεῖον γεγονέναι τῶν τούτου πλεονεκτημάτων et ad vivum expressam imaginem evasisse decorum illius*. mox addit eundem Ioannem longe a Michaële superatum, praesertim eo quod, quam ille solum cogitaverat et mentione dumtaxat prima informaverat ecclesiarum pacem, hic consilio conatu perseverantia denique peregit, et factam, quoad in vita perstitit, tenuit. quare totis habenis albas idem Metochita eloquentiae quadrigas in eius laudes velut in campum rhetorum Marathonium admittit, *οὗτος*, inquiens, *ὁ κλεινὸς ἐν αὐτοκράτορσι Μιχαήλ, τὸ μέγα τῆς ἑώας καὶ ἑσπερίου λήξεως ὄνομα, μᾶλλον δὲ τῆς οἰκουμενικῆς τετραμερείας, τὸ φοβερὸν καὶ ἀγακλεὲς περιθρύλλημα, ὁ τὴν εὐσεβείαν ἀρραγής, ὁ θερμὸς τὴν πρὸς θεὸν πεποίθησιν καὶ ἀδίστακτος, ὁ παρ' ὅλον αὐτοῦ τὸ βιῶσιμον πρόβλημα τὴν εἰλικρινῆ πίστιν ποιούμενος καὶ ὅσα τῆς ἀμωμήτου πίστεως σύμβολα πρὸ παντὸς ἔργου πρὸ παντὸς διανοήματος καὶ βουλεύματος ἐν παντὶ τρόπῳ τε καὶ καιρῷ, ἐν ταὐτῷ τῷ καθεσθῆναι καὶ ἀναστῆναι καὶ μέχρις αὐτοῦ τοῦ τυχόντος κινήματος ἢ βαδίσματος, ἡ ἀκάματος φρήν, ὁ μεγαλόνους ἄνθρωπος καὶ οὐράνιος, ὁ μεγαλουργὸς καὶ μεγαλεπήβολος, ὁ Κομνηνοφυὴς Παλαιολόγων βλαστός, καὶ σύμπαν ἀξιοθαύμαστος. inclytus in imperatoribus Michaël, magnum Orientalium et Occiduorum tractuum nomen, aut potius quatuor mundi cardinum terror et gloria, pietate constantissima, fiducia in deum ardente pariter et immutabili; qui per totam vitam scopo illustri sibi proposito fidei sincerae, cuncta quae ad hanc conducerent, quae illam quomodocumque referrent, prae omni opere cogitatione consilio, omni modo et tempore, sedendo, surgendo, in omni motu ac passu spectavit amplexusque est. indefessa mens, magnorum homo sensuum, coelestis, magna operatus, ingentia conatus; Comnena mixtus stirpe Palaeologorum surculus, plane admiratione dignus.* haec ibi Georgius Metochita; quae nos encomia

www.libtool.com.cn

laudati auctoris, orthodoxi quippe confessoris, qui tetrum a schismaticis carcerem pro fide apostolica Romana multis annis usque ad mortem invicta constantia sustinuit, mortuo imperatori nostro pro funebri laudatione impendimus, sic prout possumus ἀντισηχοῦντες *compensantes* conviciorum plaustra, quae passim in eum effundunt Graeci schismatici et Latini haeretici, perfectam ab eo ecclesiarum Orientalis cum Occidua conciliationem livore Satanico indignantes.

P 483 p. 532 v. 2. *sigillum quod adhibere obsignando consueverat.* codex Barberinus formam effingit huius characteris in hunc modum.



praeter eam porro quam affert hic Pachymeres huius *ΙΙΪ* triplicati rationem, ex divina praenotione exitus Michaëlis Palaeologi petitam, fuisse aliam oportuit in mente ipsi Michaëli, utique ignaro diei ac loci suae mortis, cum eam ultro ac libens assumpsit. patarim equidem eum per istud tertio repetitum *ΙΙΪ* voluisse indicare id quod initio huius libri monuimus, esse se Palaeologum non ex patre solum sed etiam ex matre, ac propterea maiori litera *ΙΙΪ* in medio posita se ipsum repraesentasse, aliis duabus a dextra et sinistra parentem utrumque significantibus. nam Palaeologum significare ista *ΙΙΪ*, indicat litera Λ in ventre medii posita.

www.libtool.com.cn

PETRI POSSINI E S. I.
OBSERVATIONUM PACHYMERIANARUM
LIBER III.

CAPUT I.

De nominibus mensium a Pachymere usurpatis.

Quae noster historicus, praeter morem usumque caeterorum, in mensibus appellandis novat, ea etsi videri poterant ad grammaticam pertinere rationem, hic tamen exponenda potius quam in Glossario putavi, quia errorem in chronologia obtrudere lectori poterant nisi de iis praemoneretur. cum enim quis exempli gratia legeret inauguratum imperatorem Michaëlem Neomenia Hecatombaeonis, vix posset, veris ac vulgatis praeoccupatus notionibus, aliud animo subiicere quam Iunii aut Iulii mensis id kalendis factum. atqui erraret ita credens toto coelo, et brumam in solstitium aestivum, Ianuarium in Quintilem temere transferret. edisseratur hic igitur in limine Pachymeriana nomenclatio mensium, ne qua cuipiam in hoc genere hallucinatio obrepat. P 485

Ἑκατομβαιὼν. p. 96 v. 15 *ἑκατομβαιῶνος νουμηνία.* in margine utriusque codicis B et A notatur *Ἰανουαρίου.* quod solum in contexta Vaticanus exprimit. idemque constanter observatur ubicumque alias *ἑκατομβαιῶνος* nomen ponitur. *ἑκατομβαιών* vocabulum antiquum est primi mensis in anno Attico, ab hecatombis sive sacrificiis centum boum, quae auspicandis anni novi kalendis solemni ritu fiebant, deductum. verus in coeli ratione situs huius mensis, ut fuse demonstrat doctissimus Petavius tota descriptione anni Attici, praesertim c. 11 l. 1 de doctrina Temporum, fuit circa *τροπὰς θερινάς, solstitium aestivum.* unde Graeci auctores classici, qui res Romanas tractarunt, hecatombaeonem cum mense Iuliani anni Innio fere comparant, Ianuario autem Iuliano potius Gamelionem opponunt. recentiores autem

www.libtool.com.cn

ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ. p. 257 v. 5 *βοηδρομιῶνος ἑστωμένου.* uterque cod. B et A in ora libri *Ἀπριλλίου*, Vatic. *τότε τοίνυν Ἀπριλλίου ἀρχομένου.* Boëdromionem tertium fuisse mensem in anno Attico demonstrat Petavius l. 1 de Doct. Temp. c. 11 testimoniis Aristotelis Theophrasti et Plinii. sed cum tertium locum iam occupasset Pachymeris iudicio Cronius, quartum illi assignavit, aut aliud est secutus quod nos latet. de re ipsa constat, hic Iuliani anni Aprilem intelligi, cum describatur festum *ἀνάθιστον* dictum, Iciunio verno celebrari solitum, sabbato videlicet quintae hebdomadae quadragesimae, ut ostendimus in Glossario verbo *ἀνάθιστος.* quo die Pascha illo anno fuerit, et consequenter in quem Aprilis res hic narrata inciderit, dicemus infra, ubi de characteribus chronologicis huius historiae agetur.

ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ. p. 403 v. 7 *εἰκοστῇ μὲν καὶ ἕκτῃ Πυανεψιῶνος.* e regione vocis *Πυανεψιῶνος* codd. B et A habent *Μαΐου*, quod V de more in contextum recipit. nec dubium relinquitur ex charactere mox expresso festi instantis Pentecostes, ut inferius demonstrabimus, quin Maius hic mensis indicetur. unde corrigendum videtur quod p. 270 v. 10 scribitur *πυανιεῶνος*: est enim ibi in margine vox *Μαΐου*, antiqua manu, cui glossema recentioris manus subiungitur *μεταγενεσιεῶνος.* res porro ipsa et loci sententia, ut l. 3 Observationum c. 5 clare demonstramus, omnino Maium exigit.

ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝ. p. 403 v. 9 *δευτέρᾳ δὲ μαιμακτηριῶνος.* in margine duo codd. *Ἰουνίου.* tertius ut solet id nomen contextui inserit nec festum Pentecostes in secundam illo anno Iunii incidens, ut suo loco docebimus, dubium relinquit quin Iunius Pachymeri *μαιμακτηριών* sit. *τὸ ὅτι* tenemus: *τὸ διότι*, ut in caeteris, quaerendum. Davi enim sumus, non Oedipi*).

P 488 *ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ.* p. 286 v. 19 *ὁ ἀνθεστηριών.* e regione in margine *Ἰούλιος.* V id solum in contextu habet. antea p. 149 v. 3 *ἑορτῇ τῆς θεομήτορος Ἄννης μηνὸς ἀνθεστηριῶνος.* rursus p. 483 v. 15 *τότε τοίνυν δωδεκάτῃ ἀνθεστηριῶνος μηνός.* utrobique codd. de more *Ἰούλιον* annotant. Augusti mensis Pachymerianum nomen in hac historia, quod meminerim, non extat**).

ΓΑΜΗΛΙΩΝ. p. 395 v. 2. *γαμηλιῶνος μηνός.* codd. B et A e regione adscribunt *Σεπτεμβρίου*, silente praeter morem V, qui hoc comma transilit. antea p. 299 v. 8 *μὴν δὲ ἐφεστήκει τότε Γαμηλιών, ἦγετο δὲ ἡ τοῦ τιμίου σταυροῦ ἑορτή.* festum exaltationis S. crucis 14 Septembris etiam a Graecis celebratum. consueta et ibi codd. admonent. sed satis ex Festi mentione intelligitur September.

---

*) cf. Glossar. alter. v. *Μαιμακτηριών.*
**) cf. Glossar. alterum v. *Ποσειδεών.*

www.libtool.com.cn

ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ. p. 394 v. 19 *ἐλαφηβολιῶνος ἕκτῃ μηνός.* suggerunt, ut solent, codd. B et A in margine Latinum mensis nomen *Ὀκτώβριον*, Octobrem, quem et ipse locus per se indicat, cum in eo affirmetur praecedentem *ἀμέσως* mensem fuisse Gamelionem, quem certo vidimus Septembrem esse.

ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ. p. 318 v. 17 *μηνὸς μουνυχιῶνος.* codd. B et A *μουνιχιῶνος* glossema solitum adscribunt, Romanum mensis eius vocabulum exprimens, *Νοεμβρίου Novembris.* quod vero initium id fuisse anni verba illa *ἐπιόντος ἔτους* indicant, referendum ad indictionem, quae peculiare anni principium ducebat a Septembri, cum alioqui civilis anni caput in kal. Ianuariis fixum esset.

ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ. nomen hoc apud Pachymerem ultimi mensis est Decembris, ut intelligitur ex verbis p. 305 v. 2 *ὁ βασιλεὺς τοῦτον προβάλλεται μηνὸς σκιρροφοριῶνος εἰκοστῇ ὀγδόῃ.* ad marginem e regione in cod. B scribitur *Δεκεμβρίου*, uti et p. 532 v. 8, ubi de imperatore scribitur *θνήσκει δὲ σκιρροφοριῶνος ἑνδεκάτῃ*, in margine *Δεκεμβρίου.* quod utrobique V in contextum recipit.

CAPUT II.

Initium imperii Theodori Lascaris Iunioris, unde haec historia procedit, rationibus chronologicis et coelesti charactere demonstratur.

I. Non possumus ex opportuniori epocha huius historiae caput ducere quam ex initio principatus Theodori Lascaris eo nomine secundi, filii et successoris in imperio Ioannis Ducae, Batatzae cognominati. insigniora enim quaeque de Michaële Palaeologo adhuc privato hic narrata hoc Theodoro imperante contigerunt, cuius praematurum obitum statim fere Michaëlis eiusdem in imperium evectio excepit. scio sub Ioanne quoque nonnihil eius generis c. 6 l. 1 memorari: verum et id obiter insinuatum dumtaxat quasi praetexitur operi; et illud ipsum iure imputari Theodoro potuit tantum non imperanti et apud parentem seniorem eo gratiae ac potentiae gradu nitenti, qualem per erat unigenito virilis adepto plenitudinem aetatis, haud dubio successori declarato P 489
et iam nunc fere collegae tribui. recte igitur noster initio modo laudati capitis 7, velut historiam inde suam auspicans scribit, imperante Theodoro Lascari post patrem, Michaëlem Palaeologum semper obnoxium affectati regni suspicionibus fuisse, quo ex fonte malorum omnium, quae tunc est passus, causae fluxerint. ut ergo limen quasi praestruamus historiae quam illustratum imus, ante omnia elaborandum nobis est in constituendo praecise tempore, quo cepit Theodorus Lascaris Iunior habenas imperii tractare. negligentius in hoc definiendo et quasi de suo nomine *πα-*

www.libtool.com.cn

γνμερέστερον videtur noster historicus defunctus. sed habemus quos adhibeamus subsidio locupletes auctores duos, Georgium Acropolitam et Nicephorum Gregoram: quorum prior accuratissimus et praesens inspector, quas narrat, rerum c. 52 Hist. prioris p. 56 ed. Reg. sic scribit: *ἐτεθνήκει βασιλεὺς Ἰωάννης τῷ υἱῷ αὐτοῦ Θεοδώρῳ τὴν βασιλείαν καταλελοιπὼς τριάκοντα καὶ τρία ἔτη διανύοντι. τοσοῦτος γὰρ ὁ χρόνος αὐτῷ ὁπόσος τῆς πατρικῆς βασιλείας ἐτύγχανε· σχεδὸν γὰρ τῇ πατρικῇ ἀναρρήσει καὶ ἡ γέννησις ἐκείνου ξυνέδραμεν.* hoc est: *obierat Ioannes Augustus, filio suo Theodoro imperium relinquens annum agenti tertium et trigesimum aetatis. vitae enim eius tempora principatus paterni spatium aequabant, quod ferme cum patris acclamatione ortus ipsius concurrisset.* haec ille, quae totidem verbis repetit in secundo opere, cui *Chronicon compendiarium* titulus est, numero item 52 p. 137 ed. Reg. Nicephorus Gregoras l. 3 p. 24. ed. Basil. de Ioannis morte et Theodori successione sic habet: *ἦννε δὲ ἔτος, ὁπότε ἐτελεύτα, ἑξηκοστόν, ὁπότε δ' αὐτὸς τὰ τῆς αὐτοκρατορίας ἐνεκειρίστο σκῆπτρα, ἕβδομον ἤδη καὶ εἰκοστόν, ὡς μόνα τὰ τῆς αὐτοκρατορίας αὐτοῦ γίνεσθαι ἔτη τρία καὶ τριάκοντα, ὁπόσα δὴ καὶ υἱὸς αὐτοῦ καὶ τῆς βασιλείας διάδοχος ἦννε Θεόδωρος· ὁμοῦ τε γὰρ αὐτὸς ἐξ ὠδίνων εἰς φῶς προήγετο μητρικῶν, καὶ ὁμοῦ τὰ τῆς αὐτοκρατορίας σκῆπτρα ὁ πατὴρ ἄρτι ἐδέδεκτο.* *agebat autem annum, quando est mortuus* (Ioannes) *sexagesimum aetatis, quando vero sceptra imperii in manus sumpsit, septimum iam et vigesimum, ut soli eius imperii numerentur anni tres et triginta, quot tunc vitae filius eius et successor in principatu explebat Theodorus: simul enim hic materno partu in lucem productus est, simul pater ipsius imperii recens accepti moderari sceptra coeperat.* ita Gregoras; qui mox adiungit Theodorum haud assumptum in consortium imperii a patre adhuc vivente ob causas quas ibi memorat, consensu procerum et exercitus imperatorem fuisse salutatum.

II. Neuter horum praecise annum expressit in aera Graecis vulgari, quo mors Ioannis et Theodori successio contigit. verum Georgius Acropolita cum initio suae historiae expugnationem Constantinopoleos a Latinis insignierit anno mundi 6711 et tempora inde diligenter numeraverit, facultatem offert certo investigandi annum quem quaerimus, obitu Ioannis, inauguratione Theodori notabilem. scribit is c. 4. suae hist. p. 4 edit. Reg. in hunc modum: *ἑάλω παρὰ τούτων (Λατίνων) ἡ Κωνσταντίνου, ἔτους μὲν ὄντος ἀπὸ γενέσεως κόσμου ϛψια, ιβ' Ἀπριλίου ἄγοντος. τῷ γὰρ ἑξῆς ἔτει Μαΐου ὄντος τῇ πόλει προσώρμησαν· ἐν ἕνδεκα δὲ μησὶ συνέβη γενέσθαι τὴν πόρθησιν.* *capta ab iis* (Latinis) *Constantinopolis est anno ab orbe condito* 6711, *die* 12 *Aprilis. anno quippe* 10 *mense Maio admoverunt se civitati, undecim vero post mensibus direptionem fieri contigit.* anni aerae Graecorum, ut inter

www.libtool.com.cn

peritos convenit, reducuntur ad annos aerae Christi vulgaris subtractione annorum 5508: tot enim praecessisse mundi annos expletos Graeci putant ante kalendas Ianuarias proxime secutas Christi domini natalem diem. ex hac methodo conficitur expugnatam a Latinis Constantinopolim anno Christi 1203, duodecima Aprilis. duos inde fere annos ἀναρχία et rerum confusio miserrima inter Graecos fuit. quibus exactis acclamatur imperator Theodorus Lascaris gener Isaacii Angeli, et a Michaële Autoriano patriarcha rite coronatur. Georgius Acropolita c. 6: *δύο γοῦν παραδραμόντων ἐνιαυτῶν, καὶ ὡς δεσπότου παρὰ πάντων φημιζομένου τοῦ Λασκάριος, ἐπεὶ συνδρομὴ γέγονε κατὰ Νίκαιαν ἀπὸ περιφανῶν ἀνδρῶν καὶ τῶν λογάδων τῆς ἐκκλησίας, σκέψις τούτων ἐγένετο, ὅπως βασιλεὺς φημισθείη ὁ δεσπότης Θεόδωρος.* P 490 paulo post: *ψηφίζεται οὖν πατριάρχης Μιχαὴλ ὁ Αὐτωριανὸς..... ὃς καὶ τὸν δεσπότην Θεόδωρον τῷ βασιλικῷ διαδήματι ἐταινίωσεν.* haec ibi. contigisse oportet electionem et evectionem Theodori anno Christi 1205, circa mensem Aprilem. inde ineunt eius imperii anni, quos idem Acropolita octodecim numerat p. 17, sic scribens: *ἦν δὲ ὁ βασιλεὺς Θεόδωρος ὁ Λάσκαρις, ὁπότε τὸ τέλος ἔσχε τοῦ βίου, τῶν μὲν τεσσαράκοντα πέντε ἐτῶν ὑπερέκεινα, ἐλάττων δὲ τῶν πεντήκοντα, βασιλεύσας ἐκ τούτων ἔτη ιη.* hoc est: *erat autem imperator Theodorus Lascaris, quando vivendi finem fecit, aetatis quidem annorum supra quadraginta quinque, minor tamen quinquagenario. ex his annos octodecim imperando exegerat.* ita ibi. iam si mille ducentis quinque aerae Christianae annis alios octodecim adiungimus, efficiemus annum Christi 1223, quo currente contigerit mors Theodori Lascaris et generi eius Ioannis Ducae Batatzae successio in eius locum, ita ut idem annus utrique communis fuerit.

III. De Ioannis porro Ducae principatus et vitae spatio sic refert idem diligentissimus scriptor Acropolita Hist. p. 56: *καταλαμβάνει τὸ Νύμφαιον, καὶ ἐν μὲν τοῖς βασιλικοῖς οὐκ ἀπῆλθεν οἰκήμασιν, ἐν δὲ τοῖς ἐγγύς που τῆς χώρας βασιλείοις κήποις τὰς ἀναπαυτικὰς σκηνὰς ἐνιδρύσατο. ἔνθα καὶ τὸ χρεὼν ἐλειτούργησε τρίτῃ Καλάνδων Νοεμβρίου, ἑξήκοντα καὶ δύο, ὡς οἱ τὰ περὶ αὐτοῦ ἀκριβέστερον εἰδότες ἔφασκον, ἔνη βιώσας, ἐξ ὧν τριάκοντα καὶ τρία βεβασίλευκε.* hoc est: *pervenit Nymphaeum, nec ibi tamen in aedes imperatorias divertit, sed in suburbanis regiis hortis Augustale fixit. ubi et naturae debitum exolvit, tertio kalendas Novembris, cum vixisset annos, ut peritiores rerum eius tradunt, sexaginta duos, ex quibus tres et triginta in imperio transegit.* sic ibi. addantur ergo anno Christi 1223, illo ipso annumerato 33 imperii Ioannis: conficitur annus Christi 1255, cuius sub finem Octobris idem Ioannes diem obierit. de successione porro Theodori materno nomine dicti Lascaris in patris Ioannis Ducae Batatzae imperium, ex Gregora itemque Acro-

polita habemus, acclamatum eum quidem a proceribus et exercitu imperatorem statim post patris obitum, inauguratum tamen in ecclesia solemni ritu serius fuisse, propterea quod patriarcha qui ceremoniam perageret nullus tum erat. etenim, ut Acropolita scribit p. 57, *πέφθακε ὁ πατριάρχης Μανουὴλ μικρόν τι τοῦ βασιλέως Ἰωάννου προτελευτῆσαι. Manuël patriarcha paulo ante Ioannis Augusti mortem decesserat.* accesserunt deliberationis in quaerendo digno morae, et post designationem Nicephori Blemmidae huius recusatio, sub hanc consultatio nova; et post multos singillatim expensos, qui variis de causis non placuerunt novo principi, electio monachi Arsenii evocatioque ex monasterio sito ad Apolloniadis lacum, inde huius sacrorum ordinum expertis initiatio per gradus a diaconatu ad patriarchatum una hebdomade deproperata. haec facile totum Novembrem partemque Decembris tenuerunt, ita ut coronatio solemnis novi Augusti per novum patriarcham rite perpetrari vix potuerit ante festa Natalitia, et credibile est ipso Christi natali, quo die auspicatior reperiri alius nequiret, sacram istam ceremoniam peractam.

IV. His ita positis, quae partim certissima diserta testificatione Acropolitae tunc viventis et praesentis ac Gregorae compertissima ex recenti memoria scribentis, partim, quod attinet ad circumstantiam diei Christi natalis ad Theodori coronationem electi, in silentio scriptorum ex serie naturali rerum verisimillima sunt, offert nobis quidam alioqui perintricatus et obscurus Pachymeris nostri locus occasionem minime spernendam insigniendi luculento coelesti charactere frontem hanc ipsam et quasi capitalem epocham huius quam edimus historiae. ponit auctor noster l. 1 c. 13 haec ipsa plane verba de quadam eclipsi solis quae Theodori praematurum obitum praesagierit: *ὃ δὴ καὶ προσήμανέ τι σημεῖον· ἥλιος γὰρ ἐκλελοίπει ἐφ' ὥραν τρίτην τῆς ἕκτης ἡμέρας, καὶ βαθὺ σκότος τὸ πᾶν κατειλήφει, ὥστε καὶ ἄστρα φανῆναι κατ' οὐρανόν. καὶ δὴ ἁρπάζεται καὶ πρὸ ὥρας ἀνὴρ βασιλικῶς μὲν καὶ γεννηθεὶς καὶ τραφείς* etc. haec ad verbum scru-
P 491 pulosissima fide sic Latine sonant. *quod et praesignificavit signum quoddam. sol enim defecerat ad horam tertiam sextae diei, et densae tenebrae cuncta comprehenderant, adeo ut apparerent stellae per coelum. itaque praeripitur acerba morte vir regie quidem et natus et educatus* etc. haec in excerpta sua Pachymeriana congerens Wolfius sic effert: *sub obitum Theodori Lascaris sexto die sol per horam obscuratus est, tenebraeque operuerunt omnia, adeo ut stellae in coelo apparerent.* Henricus Spondanus in continuatione Annalium Baronii ad ann. 1259 num. 13 scribit sub obitum Theodori Lascaris Iunioris *solem per horam obscuratum esse, ita ut stellae apparerent.* sumpsit id nimirum ex Wolfio. Odoricus Rainaldus num. 54 an. 1259, mortem Theodori referens, eiusdem meminit eclipsis, quam sexto ab eius obitu die contigisse

www.libtool.com.cn
sit, auctorem laudans Pachymerem. at hic, licet diei sextae meminerit, haud tamen eam numerandam dixit ab obitu Theodori, sed potius indicavit contrarium, eo ipso quod praesignificatam illa eclipsi Theodori mortem asserit; ad quod necesse fuit eclipsim morte fuisse priorem. errandi occasionem viris hisce magnis Pachymeres praebuit perfunctorie ac perplexe deliquium istud solis memorans, sine certa anni mensis diei, ut in his assolet, indicatione, quinetiam alieno id loco referens, et iustam obiiciens legenti causam opinandi illud paucis diebus antequam Theodorus moreretur visum, cum aliunde compertum sit nullam toto illo anno 1259, quo certo constat obiisse Theodorum, solis eclipsim Nicaeae aut locis finitimis videri potuisse. quare non immerito Sethus Calvisius in Chronologia anno Christi 1255 Wolfiana Pachymeris excerpta falsi arguit, quae reprehensio etsi, ut modo fatebar, ipsum amplectitur Pachymerem, tamen, ne iniusti simus, partem eius ipsi quoque suam debemus Wolfio aspergere, qui *sub obitum Theodori* defecisse solem de suo adiecit, cum id Pachymeres non scripserit. nam quod ex occasione obitus Theodori meminerit istiusmodi eclipsis, quis non videt quam infirmum argumentum sit opinandi eam tunc visam?

V. Ego vero dum caeteram indolem lucifugae cuiusdam, ambagiosae ac σκοτοδασυπυκνότριχος, ut Gelliano et Aristophaneo verbis utar, Pachymerianae dictionis cogito, dumque praeterea mente amplexus simul cuncta quae hic referuntur singillatim expensa colligo, mihi videor animadvertere indiciis haud vanis voluisse nostrum historicum saltem obscure innuere, si minus clare praedicare, deliquium solare, quod hoc loco memorat, longe ante hoc tempus, in quo narrando versatur, patratum et spectatum fuisse. argumentum sic sentiendi primum sumo ex plusquamperfecto tempore quod in verbo bis affectat, non scribens ἐκλέλοιπεν ἥλιος sed ἐκλελοίπει, et statim post σκότος τὸ πᾶν κατελῆφε sed κατειλήφει. *defecerat*, inquit, *sol*, *non autem tunc defecit*; et tenebrae universa *obduxerant*, multo scilicet prius, non autem *tunc obduxerunt*. quodsi quis quaerat quanti temporis intervallum haec verbo indicata praecessio postulet, reputet quaenam eventa praesignata fuisse isto portento auctor censeat. satis fuse ac distincte persecutus mala quae Theodori principatum infestarunt, morbum prope continuum, suspiciones acres et miseras, aversionem principum ab ipso, brevitatem spatii educendo in robustam aetatem heredi locum negantem, praeter caeteros tumultuosos motus rebellionum et bellorum toto illo nec pleno quadriennio semper undique coorientium, totum id infortuniorum textum relativo ὅ indigitavit Pachymeres, dum scribit ὃ δὴ καὶ προσήμανε *quod et praesignificavit*. cum vero sit manifestum praesignificationem necessario anteriorem esse re praesignificata, quis non intelligit oportuisse signum istud circa ipsa imperii Theo-

www.libtool.com.cn

dori principia conspectum? quid illa sextae diei mentio? nonae evidenter exigit insignem aliquam unde numeretur epocham? ea porro cum Theodori mors esse non possit, quippe quae praesignificari signo posterius edito nequierit, restat ut eiusdem solemnis inauguratio intelligenda sit, natali, ut diximus, Christi, 25 Decembris die anni 1255, celebrata. et commodum ab ista ipsa die quae sexta illuxit, trigesima Decembris illo eodem anno 1255 et feria fuit quinta, cum illo anno periodi Iulianae 5968 cyclus so-
P 492 lis 4, litera Dominicalis C fuerit, die, inquam, 30 Decembris, 6 a coronatione Theodori manu Arsenii patriarchae in ecclesia facta, anno 1255, eclipsis solis visa Nicaeae ingens est, eadem hora quam notavit Pachymeres post meridiem tertia, cum tenebris densissimis toto aëre, et apparitione stellarum in coelo, ut patet ex eius deliquii exactissimis calculis, quos sequenti mox capite dabimus. totam hanc coniecturam ac ratiocinationem eo pluris facio quod mei ingenii non est. cum enim diffisus facultati meae viros duos mihi amicissimos et astronomiae peritissimos de hac eclipsi consuluissem, Ioannem Baptistam Ricciolum et Iacobum Grantami, ambo convenerunt in affirmando nullam anno Christi 1259, quo est Theodorus Iunior Lascaris mortuus, solis eclipsim, qualem Pachymeres describit, spectari Nicaeae potuisse. alter vero illorum, Iacobus Grantami, benignissimo mihi gratificandi studio totam intricatissimi huius loci perplexitatem insigni, mea causa elucubrato, commentario explicuit, id ipsum quod hic compendio proposui uberius et accuratius adstruens. id praeclarum viri longe doctissimi, et de me supra quam praedicare possim optime meriti, opus quale accepi erudita ipsius exaratum manu deinceps hic adscribam.

CAPUT III.

Iacobi Grantami e societate Iesu dissertatio de eclipsi solis a Pachymere notata. ad Petrum Possinum eiusdem societatis.

I. Eclipsis solis supra ex Pachymere descripta non minores in historia temporum et astronomicis legibus tenebras parit, quam dicitur in aëre obscuritatem fudisse et lumen plane totum solis extinxisse: aër enim tecto a luna sole aliqua saltem stellarum luce fulgebat, et quae in terra gerebantur non omnino invisibilia et intractabilia fiebant: descriptio autem illa sic obscurare videtur historiam, ut nullam ei penitus fidei lucem aut aspectum veritatis relinquat. mors imperatoris ponitur anno in autumnum vergente: *τοῦ δ' αὐτοῦ χρόνου πρὸς τὸ φθινοπωρινὸν ἀποκλίνοντος μεταλάττει τὸ βιοῦν ὁ κρατῶν.* praenuntia affigitur solis defectio tanta ut profundae tenebrae omnia tegerent et stellae in coelo lucentes apparerent: *ὃ δὴ καὶ προσήμαινέ τι σημεῖον. ἥλιος γὰρ* etc., ut

www.libtool.com.cn

supra. tempus quod assignatur sub horam tertiam diei sextae, ἐφ' ὥραν τρίτην τῆς ἕκτης ἡμέρας, tenebras magis quam lucem offundit, et dum terminos neque initiorum neque finium praescribit narratio, tam liberum errandi locum facit quam docendae veritati viam occludit.

II. Quamobrem, ut in his tenebris lux aliqua veritatis, si quae insit, agnoscatur, ante omnia constituendum quo anno et quo anni tempore vivendi finem fecerit imperator is de quo Pachymeres hic agit. facem praefert huic historiae obscuritati Georgius Acropolita c. 52, auctor accuratus et nobilis, qui summa diligentia res sui temporis certis notis quasi veris coloribus pari elegantia ac fide depinxit.

Is ergo mortem duorum imperatorum Ioannis Ducae et Theodori Lascaris filii eius ita describit, ut annum et anni mensem clare exprimat. ait enim de Ioanne, obiisse illum diem extremum 3 kal. Octobris annos natum duos et sexaginta, ex quibus triginta tres regnaverat. ἔνθα, inquit, id est ad Nymphaeum ubi Ioannes vitam finivit, καὶ τὸ χρεὼν ἐλειτούργησε τρίτῃ Καλανδῶν Νοεμβρίου, ἑξήκοντα καὶ δύο, ὡς οἱ τὰ περὶ αὐτοῦ ἀκριβέστερον εἰδότες ἔφασκον, ἔτη βιώσας, ἐξ ὧν τριάκοντα καὶ τρία βεβασίλευκε. idemque paulo post repetit de anno regni 33, cum ait ἐτεθνήκει μὲν ὁ βασιλεὺς Ἰωάννης τῷ υἱῷ αὐτοῦ Θεοδώρῳ τὴν βασιλείαν καταλε- P 493
λοιπὼς τριάκοντα καὶ τρία ἔτη διανύοντι. τοσοῦτος γὰρ ὁ χρόνος αὐτῷ ὁπόσος καὶ πατρικῆς βασιλείας ἐτύγχανε.

III. Hic porro 33 imperii et mortis Ioannis annus erat Christi 1255, ante receptam a Graecis anno 1261 Constantinopolim, sextus, ante mortem Theodori Ioannis filii, quartus, ut constat ex Duca Michaëlis nepote Hist. c. 2 et ex mox dicendis magis adhuc patebit.

De Theodoro vero idem Acropolita haec habet ib. c. 74: ἐκεῖνος μὲν οὕτω βιώσας καὶ μήπω ὅλους τέσσαρας ἐνιαυτοὺς αὐτοκρατορήσας, κατὰ Νοέμβριον γὰρ ἄρξας ἐν Αὐγούστῳ μηνὶ τὸ τέλος ἔσχηκε τῆς ζωῆς. ubi manifeste et quartus annus imperii nondum finitus, et initium regni mensis Novembri, et finis vitae Augustus exprimuntur; eaque totidem verbis idem auctor in Chronico compendiario repetit; quibus Nicephorus Gregoras l. 2 in fine omnino consentit in annis triginta tribus tum imperii patris, tum vitae filii cum imperium a patre suscepit, tum etiam in quatuor annis imperii Theodori non integris, cum asserit eum l. 3, cum trigesimum sextum vitae annum ageret, defunctum: ἕκτον καὶ τριακοστὸν ἀπὸ γενέσεως χρόνον ἀμείβοντι νόσος ἐνσκήπτει τῷ βασιλεῖ χαλεπὴ καὶ βαρεῖα καὶ ὅπλα φάναι θανάτου φοροῦσα.

IV. Est ergo mortuus Ioannes Ducas anno Christi 1255, in fine Octobris, et Theodorus Lascaris eius filius anno 1259, mense Augusto. quae nota temporis recte convenit cum ea quam expri-

www.libtool.com.cn
mit Pachymeres scribens Theodorum imperatorem vitam cum morte commutasse anno ad autumnum inclinante.

Sed de eclipsi solis, et tanta quanta a Pachymere describitur, vel eo anno vel in morte Theodori vel in autumno facta, auctor alius nullus meminit, et fieri ullam potuisse leges astronomicae non permittunt. novilunia enim anni 1259 aut ecliptica nulla fuere, aut non Constantinopoli ac locis vicinis, et auctores chronologi et annalium scriptores, qui solis eclipsim paene totalem referunt ad annum Christi 1259 in morte Theodori, non tabulas astronomicas sed auctorem Pachymerem sequuntur. ita enim Odoricus Raynaldus ad annum Christi 1259, narrata Theodori morte in mense Augusto, ait paragrapho 54: *sexto ab eius obitu die tradit Pachymerius insignem solis defectionem fuisse, adeo ut unius horae spatio densissimae horrerent tenebrae stellaeque in coelo apparerent.* ita Henricus Spondanus ad eundem annum; ita alii, qui huius defectionis meminere, Pachymeris auctoritate se tectos putant sine alio examine, et errant, et alios in errorem inducunt.

Acutior aliis Sethus Calvisius in Chron. an. 1255 Pachymeris fragmenta erroris arguit, quod eam solis eclipsim in obitu Theodori indicaverint, quo anno et sequentibus nulla talis inveniatur, et eam putat accidisse in morte Ioannis Ducae, post eius obitum die 6, 30 Decembris.

Sic Calvisius, ex parte quidem vere, ut ab auctore in rebus astronomicis bene versato, sed ex parte contra historiae veritatem manifeste pugnantia. certum enim est iam paulo ante prolatum Pachymerem loqui de obitu Theodori in mense Augusto, anno, ut ipse ait, ad autumnum inclinante; quo non quadrat mors Ioannis, quae in 30 Octobris incurrit, ut etiam paulo superius docuimus. deinde quid spectaret ad mortem Theodori, quam describit aperte Pachymeres, narratio tam accurata eclipsis solis factae in morte patris quatuor fere ante annos, nulla alia patris mentione habita aut id exigente causa rationabili? quomodo denique eclipsis, quae contigit 30 die Decembris, dici potest accidisse sexto die post mortem Ioannis, qui vitae diem extremum habuit 30 Octobris?

Haec igitur Calvisii animadversio non tollit aut minuit quaestionis difficultatem, sed auget potius, et ita implicat ut insolubilem facere videatur.

Sic igitur Pachymerem intelligendum arbitror, ut revera mortem Theodori describat, factamque vere asserat inclinante ad autumnum anno, sed eclipsim solis designet non quae in obitu eius-
P 494 dem Theodori facta sit (id enim textus non dicit; et inepta ea esset ad praesignificationem, de qua in eo mentio est), sed quae initio imperii eiusdem Theodori, quasi praenuntia brevis et infelicis eius regni, quod non multo plus triennio stetit, et in conti-

www.libtool.com.cn
nuis belli motibus et morbi molestissimi saepe repetitis gravissimis tentationibus actum cum vita finitum est anno aetatis 86 nondum completo.

Quae tamen cum non satis distinguat Pachymeres, et statim post descriptam mortem Theodori de illa eclipsi sermonem inferat, nihil de initio imperii significans, iustam certe non aliud attendentibus erroris causam dedit. at si quis rem attente consideraverit et cum historia illius temporis contulerit, in iis tenebris lucem inveniet. sic autem eam explico.

Theodorus vivendi finem fecit anno Christi 1259, mense Augusto. historiae totius haec fides est, de qua dubitare non licet. Pachymeres id asserit, cum ait factum vergente in autumnum anno, nempe inter solstitium aestivum et aequinoctium autumnale. Theodorus initium regnandi fecit anno Christi 1255, patre mortuo sub finem Octobris, non declarato filio successore, qui ideo tardius electus, elevatus in clypeo, unctus et coronatus est, tum propter diversa populi studia, tum ob Manuëlis patriarchae paulo ante mortui desiderium, Nicephori in eius locum electi modestiam in recusanda dignitate, ac Arsenii tandem vocati ad unguendum et coronandum imperatorem longiorem moram, quae omnia fuse describunt Nicephorus Gregoras initio l. 2 et Georgius Acropolita c. 53. Theodorus statim initio regni infestis bellis contra Bulgaros et Thessalos usque ad vitae exitum infeliciter occupatus est: difficillimis negotiis implicatus, suspicionibus et humore melancholico ad quaedam sua maiestate indigna etiam adversus aulicos dignitate et fide erga eum praestantes perpetranda adductus, vixit miserabiliter. Theodorus longa tandem macie confectus, toto corpore exangui, frustra tentatis omnibus humanis remediis, extra regiam, in gravi luctu poenitentiae et habitu religioso, dolens quod Christum deseruisset, regno simul et vita privatur in aetatis flore, anno tantum sexto supra trigesimum, imperii quarto. Theodorus vehementer anxius de fide et amicitia Michaëlis Palaeologi, filiolo ad imperii gubernacula inepto sub hominis obscuri et sub patriarchae tutela, ad invidiam dignitatis, qua brevi deiectus est, relicto, testamentum condidit in gratiam tutoris illius Muzalonis, quem Romanarum rerum dominum constituebat, quoad filius ad perfectam venisset aetatem, cum gravissima procerum offensione, quam secuta est imperii perturbatio et in Michaëlis familiam transitio crudelissima. fuit hic miserrimus Theodori regni et vitae status et luctuosa mortis conditio, quam brevius Nicephorus, fusius Acropolita describit, qui cum imperii logotheta existeret, frequens imperatori ratione officii aderat, et quae praesens fieri videbat magna fide et diligentia narrat.

VI. Haec igitur voluit insinuare Pachymeres, cum scripsit infelicis regni et luctuosi obitus Theodori praenuntiam extitisse defectionem solis horribilem, quae sub initium regni eius facta est,

www.libnoble.com

hora tertia post meridiem, sexto die, videlicet post eius coronationem et unctionem solemnem.

Etenim, si coniecturae non improbabili locus datur, videtur facta coronatio Theodori ipsa solemni festivitate nativitatis Christi domini, sive ut ex luce diei celeberrimae aditus ad imperium clarior existeret, sive ut inde felicitatis augurium sumeret imperator, quod regnandi principium duceret ab eo tempore quo Christus initium vivendi fecisset; quo sane modo et ratione gentes et ecclesiae nobilissimae anni exordium a Christi natalibus auspicantur.

Utut sit de ipsa mente imperatoris, certe eius consilia non mediocriter turbare visa est defectio solis tam insolens, tam cito post eius coronationem facta. visa est enim iuxta tabulas astronomicas die 30 Decembris. visa sereno coelo, prout innuitur ex notata ab historico apparitione stellarum. visa hora post meridiem
P 495 tertia, ante solis occasum fere integra luce deficiente, stellis in coelo velut in profunda nocte toto crepusculi tempore in densis terrae tenebris apparentibus. visa insuper est sexta die post imperatoris coronationem, quo praecipue tempore de eo consilia et omina futuri eventus, non sine multo in omnem partem sermone, agitabantur.

VII. Et hinc patet quamobrem Pachymeres eam eclipsim ut funestum imperii portentum in ipso aditu, id est sexta die post Theodori coronationem, considerandam dederit, ut quasi ex funerea face praeeunte non diuturni imperii male ominosa significatio caperetur; qualis augurationis et exemplum in vetustioribus historicis Pachymeres non unum habuit, et recentiores quoque idem videmus imitatione celebrasse, saltem dum ex officio referunt iudicia vulgi hominum in tales fere praesagitiones proni, quoties istius generis coelestia portenta sub principatuum auspicia incurrunt.

Ex hoc sunt genere quae apud Iulium Capitolium in Gordiano Tertio leguntur. ubi enim hunc coepisse imperare retulit historicus, statim adiungit: *sed indicium non diu imperaturi Gordiani hoc fuit, quod eclipsis solis facta est, ut nox crederetur neque sine luminibus aocensis quidquam agi posset.* ita ille, solis defectionem innuens quae anno Christi 237, 12 Aprilis, Romae visa hodieque ex tabulis deprehenditur. Sextus item Aurelius Victor anno u. c. 1062, cum narrasset pacem inter Augustos Constantinum et Licinium factam, adscitis in consortium imperii Caesarum nomine utriusque liberis Crispo et Constantino filiis Constantini et Liciniano filio Licinii, adiungit: *quod equidem vix diuturnum neque his qui assumebantur felix fore, defectu solis foedato iisdem mensibus die patefactum.* contigit ea eclipsis anno Christi 317, 20 Decembris. ita etiam non ita veteri patrum nostrorum memoria observant historiae Gallicae scriptores anno Christi 1544, quo natus est Franciscus Secundus Valesius, quarto

www.libtool.com.cn

post eius nativitatem die horribilem solis eclipsin contigisse, eodemque anno tres lunae insignes defectiones visas, easque prodigia magnum dedisse astrologis indicandi et scribendi argumentum. unde natum eiusdem principis emblema, tribus lilii floribus e terra emergentibus, sole desuper et luna oppositis, cum hac inscriptione *inter eclipses exorior*.

Sed iam tempus est demonstrandi positis ex arte astronomica calculis quam apte ad id quod indicavimus tempus accidat istud indicatum a Pachymere deliquium solare.

VIII. EPILOGISMUS

defectionis solis quae contigit anno Christi 1255, 30 Decembris, iuxta tabulas Rudolphinas subsidiarias Keplori ad meridianum Nicaenum in Bithynia revocatas.

Novilunium medium.

	D.	H.		
Decembris	29	15	18	45

tempus proximae apogaeitatis solis.

	D.	H.		
Iunii	13	14	58	26
intervallum a novilunio medio	165	23	39	41
	S.	G.		
motus intervallo respondens	5	13	0	32
tollendus a loco apogaei solis	2	29	50	17
primus locus solis	9	16	49	45
prima distantia luminarium sole longius progresso	0	5	32	20

P 496

tempus proximae apogaeitatis lunae.

	D.	H.		
a prima die Ianuarii etc.	385	18	20	4
intervallum a novilunio medio	4	4	34	52
	S.	G.		
motus intervallo respondens	1	21	15	39
locus apogaei lunae	7	20	1	46
primus locus lunae	9	11	17	25

tempus prosthaphaereticum addendum novilunio medio, horae 11. 41. 55.

Novilunium verum.

	D.	H.		
Decembris	30	3	0	40

Correctio.

	S.	G.		
secundus locus solis	9	16	52	48
secunda distantia luminarium			31	18
luna longius progressa.				

www.libtool.com.cn

tertius locus solis	9	16	49	55
secundus locus lunae	9	17	24	1
secundum tempus prosthaphaereticum		H.		
tollendum		1	8	50
tertius locus lunae	9	16	49	55
correctio tollit a novilunio vero		1	8	50
aequatio vero temporis			7	52

Novilunium verum correctum, et perfecte aequatum.

	D.	H.		
Decembris	30	1	48	58

tempus verae synodi in meridiano tabularum.

	D.	H.			
Decembris die	30	1	48	58	post merid.
ad meridianum Nicaenum magis					
Orientalem		1	34	0	
adde					
vera synodus Nicaeae	30	3	22	58	
Decembris die.					


Locus verae synodi.

	S.	G.		
	9	16	49	55
		Grad.		
eius ascensio recta		228	16	0
		H.		
Nicaeae post meridiem		3	22	58
		G.		
quibus respondet in aequatione		50	43	0
P 497 iisque additis ad ascensionem rectam modo positam pro loco verae synodi, fit ascensio recta puncti culminantis		G.		
eclipticae seu meridiei Nicaeae		338	59	0
huius ascensionis punctum culminans	S.	G.		
sive meridies in ecliptica	11	7	15	36
huius puncti declinatio australis		8	53	0
addita elevationi poli Nicaeae		41	26	0
dat distantiam puncti culminantis ecliptica a vertice		50	19	0
angulus ecliptica et merid.		68	7	0
distantia puncti culminantis ecliptica	S.			
a vera synodo	1	20	25	41

puncto culminante magis Orientali et in semicirculo ascendente. ideoque nonagesimus gradus eclipticae, respectu puncti culminantis, ponitur in Oriente; et synodus in Occidentali quadrante ecli-

www.libtool.com.cn


pticae fieri dicitur. ex quibus fiunt et solvuntur trianguli ZNC et ZNS. in quibus



		G.			
ang.	N	90	0	0	
ang.	C	68	7	0	
latus	CZ	50	19	0	
	CS	50	25	41	
	NZ	45	34	0	
	NC	24	11	0	
	NS	74	37	0	
	SZ	79	18	0	distantia lunae a vertice
ang.	S	46	37	0	angulus parallacticus.

unde nascuntur tres priores parallaxes in synodo vera Nicaeae.

altitudinis	58	0
latitudinis	42	58
longitudinis	41	1



		H.			
primum tempus parallacticum		1	25	0	
adde ad veram synodum	30	8	22	58	
quia fit synodus in quadrante Occidentali eclipticae					
fit visa synodus minus accurata	D.	H.			
Nicaeae	30	4	47	58	post merid.

IX. Huc usque ducta eclipsis in horizonte Nicaeno caduca invenitur deficiente calculo ea de causa, quod sol et luna tempore visae synodi minus accuratae, id est paulo ante quintam pomeridianam, sub horizontem iam descenderant, depressa etiam profundius luna quam debuerat propter parallaxim altitudinis, quae in quadrante Occidentali eclipticae sidus deiicit, et tardius P 498
in Occidentem toto tempore parallactico apparens reddit. hac igitur de causa ultra veram synodum eclipsis observari non potuit


www.libtool.com.cn

Nicaeae in Bithynia, ubi Pachymeres sola eius initia descripsit. quamobrem ut integra habeatur, et perfectus eius epilogismus certis suis limitibus tam in quantitate quam in duratione definiatur, mutandus est secundum leges artis loci meridianus et assumendus occidentalior, in quo tota eclipsis eadem observari potuerit eodemque fluxu temporis quo Nicaeae eius initia supra horizontem videbantur. sic enim fiet ut qualis etiam Nicaeae partim visa partim latens reipsa extiterit, ex observatione alibi facta, ubi tota visa fuerit, tam certo quam facile intelligatur.

Sumo igitur meridianum triginta gradibus, hoc est duabus horis, Nicaeno occidentaliorem, in eodem tamen parallelo seu pari elevatione poli, ad eumque accommodo quae iam supra de Nicaeno dixi, additis propriis quae ad ipsum singulariter pertinebunt.

	S.	G.		
locus verae synodi	9	16	49	55
eius ascensio recta		288	16	0
	D.	H.		
tempus verae synodi Nicaeae	30	8	22	58
in dato meridiano	30	1	22	58
		G.		
respondent in aequatione Grad.		20	44	30
quibus additis ad ascensionem rectam synodo verae convenientem		288	16	0
fit ascensio recta puncti culminantis eclipticae in dato meridiano		G. 309	0	30
	S.	G.		
et punctum culminans	10	6	36	8
eius puncti declinatio Australis		18	42	0
addita elevationi poli Nicaeae		41	26	0
dat distantiam puncti C a ver.		60	8	0
angulus eclipticae et meridiani		75	27	0
distantia puncti culminantis eclipticae a vera synodo	0	19	46	13

puncto culminante magis orientali quam synodo. ideoque ut supra, synodo in occidentali parte eclipticae, et in semicirculo ascendente puncto culminante positis. unde trianguli ZNC et ZNS. in quibus




		G.			
ang.	N	90	0	0	
ang.	C	75	27	0	
latus	CZ	60	3	0	
	CS	19	46	13	
	SZ	66	44	0	distantia lunae a vertice
	NZ	57	40	0	
	CN	23	37	0	
ang.	S	66	1	0	parallacticus.

www.ibtool.com.cn

unde nascuntur tres priores parallaxes in synodo vera in dato meridiano

altitudinis	54	0
latitudinis	50	0
longitudinis	21	0




primum tempus parallacticum minus accuratum			45	35	P 499
adde ad veram synodum mens. Decembris	D. 30	H. 1	22	58	post merid.
fit synodus visa minus accurata in dato meridiano Decembris	30	2	8	33	
locus lunae in synodo visa minus accurata in dato meridiano fit ex parallaxi longit.			21	0	
et motu solis			1	49	
respondente primo tempori parallactico			45	35	
additis ad locum verae synodi	S.	G.			
locus verae synodi	9	16	49	55	
motus lunae primo tempore parallactico			22	49	
locus lunae in synodo visa minus accurata	9	17	12	44	
primum tempus parallacticum			45	35	
habet in aequatione respondentes gradus		11	23	45	
quibus additis ad ascensionem rectam puncti culminantis ecliptica in synodo vera		309	0	30	
fit ascensio recta eiusdem puncti culminantis ecliptica in synodo visa minus accurata		320	24	15	
	S.	G.			
punctum culminans ecliptica	10	12	4	0	

www.libtool.com.cn

declinatio australis	17	14	0
adde elevationem poli Nicaeae	41	26	0
distantia puncti culminantis a vertice	58	40	0
angulus meridiani et eclipticae	73	44	0
distantia puncti culminantis a luna 0	24	51	16


unde trianguli in semicirculo ascendente et quadrante occidentali eclipticae in synodo visa minus accurata.



		G.		
ang.	N	90	0	0
ang.	C	73	44	0
latus	CZ	58	40	0
	CS	24	51	0
	NZ	55	4	0
	CN	24	42	0
	SZ	68	11	0 distantia lunae a vertice
ang.	S	62	2	0 parallacticus.

ex quibus tres posteriores parallaxes in synodo visa minus accurata in merid. dato.

altitudinis	55	0
latitudinis	49	0
longitudinis	24	0



comparandae parallaxes longitudinis.

prima in synodo vera	21	0
secunda in synodo visa minus accurata	24	0
differentia motu crescente	3	0
ideo tollenda est haec differentia a prima parallaxi	21	0
restant	18	0
qui est motus lunae visus respondens primo tempori parallactico	45	35

per quem invenitur tempus synodi visae accuratae per hanc ana- P 500
logiam.
ut motus lunae visus 18 0 ad primum tempus parallacti-
cum 45 35
ita prima parallaxis longitudinis 21 0 ad secundum tem-
pus parallacticum 53 10
adde ergo pro conditione quadrantis occidentalis, in quo fit sy-
nodus, hoc tempus prosthaphaereticum 53 10

	D.	H.		
ad veram synodum	30	1	22	58
fit visa synodus accurata Dec.	30	2	16	8

in meridiano dato post meridiem.

latitudo lunae.

	S.	G.		
locus lunae in synodo vera in dato me-ridiano	9	16	49	55
adde pro conditione quadrantis occi-dentalis eclipticae verum motum lu-nae respondentem secundo tempori parallactico			26	27
fit locus lunae in synodo visa accurata	9	17	16	22
ex hoc tolle locum nodi ☊ corr.	3	25	0	2
restat verus motus latitudinis	5	22	16	20
qui demptus a sex signis dat distantiam a proximo ♉		7	43	40
unde vera latitudo borealis sive arcus inter centra			42	31

comparandae parallaxes latitudinis in meridiano dato

prima in synodo vera	50	0
secunda in synodo visa minus accurata	49	0
differentia	1	0

motu decrescente
tertia parallaxis latitudinis habetur per hanc analogiam
ut primum tempus parallacticum 45 35
ad hanc differentiam 1 0 sive 60
ita secundum tempus parallacticum 53 10 ad differentiam
primae et tertiae parallaxis latitudinis 1 10
hanc differentiam 1 10, quia motus fit decresc.
tolle a prima parallaxi latitudinis 50 0
restat tertia parallaxis latitudinis 48 50
ab hac tertia parallaxi latitudinis 48 50
tolle veram latitudinem, minorem vi-delicet a maiore 42 31
restat visa latitudo 6 19
ex boreali facta australis propter excessum tertiae parallaxis lati-tudinis supra visam latitudinem.

www.libtool.com.cn

quantitas eclipsis.

ex summa semidiametrorum		30	48
tolle visam latitudinem		6	19
restat quantitas eclipsis		24	29
in scrupulis	1469		
quae multiplica per	6		
habes	58814	(9	
P 501 quae divisa per semidiam. solis	931		
dant digitos 9, et ex residuo fiunt	86		

quantitas ergo est digiti 9, 86.

Duratio eclipsis.

Petitur ex scrupulis mediae durationis cum motu horario lunae in incidentia et emersione compositis.


summa semidiametrorum	30	48	1848	
arcus inter centra	6	19	379	
summa			2227	33477202
differentia			1469	31670218
			summa	65147420
			media pars summae	32573710
scrupula mediae durationis	30	9	1809	

	ad incidentiam locus lunae una hora ante visam synodum accuratam.				ad emersionem locus lunae una hora post synodum accuratam.			
	S.	G.			S.	G.		
	9	16	44	52	9	17	47	52
ascensio recta puncti culminantis eclipticae		306	36	15		336	36	15
(punctum (culminans (eclipticae,	10	4	15	0	11	4	44	0
declinatio australis,		19	16	0		9	49	0
distantia puncti culminantis a vertice		60	42	0		51	15	0
angulus meridiani et eclipticae		76	14	0		68	30	0
distantia puncti culm. a luna	0	17	30	8	1	16	56	0

puncto culminante magis orientali quam synodo in semicirculo ascendente, et synodo in quadrante occidentali eclipticae.

www.libtool.com.cn


unde trianguli.



		G.		
ang.	C	76	14	0
latus	CZ	60	42	0
	CS	17	30	8
	NZ	57	53	0
	NC	22	59	0
	NS	40	29	0
	SZ	66	9	0
distantia lunae a vertice		67	50	0
angulus S parall.			21	0
parallax. longitud.				
tertia parallax. longitud.				
posterior tempore motu				
decrescente in quadrante			24	19
occidentali eclipticae,				
differentia			3	19
tollenda ab horario				
lunae vero			28	57
restat horarius lunae apparens			24	38

P 502

unde trianguli.



		G.		
ang.	C	68	30	0
latus	CZ	51	15	0
	CS	46	56	8
	NZ	46	31	0
	NC	16	23	0
	NS	63	19	0
	SZ	71	60	0
distantia lunae a vertice		49	44	0
angulus S parall.			36	0
parallax. longitud.				
tertia parall. longitud.				
prior tempore, motu				
crescente in quadrante			24	19
occidentali eclipticae,				
differentia			11	41
tollenda ab horario				
lunae vero			27	57
restat horarius lunae apparens			17	16

www.libtool.com.cn

analogia
ut 24. 38. ad 3600
ita scrupula mediae durationis
H
30. 9. ad 4451. 1. 14. 11.
tempus incidentiae


analogia
ut 17. 16. ad 3600
ita scrupula mediae durationis 30. 9
H
ad 6286 1 44 46
tempus emersionis

tota duratio eclipsis.

H. 2. 58. 57.

in meridiano dato duabus horis ante Nicaenum visa synodus accurata sive eclipsis visae medium.				in meridiano Nicaeno duabus horis redditis			
Decembris die 30, hora	2	16	8	medium die 30, hora	4	16	5
tolle pro incidentia	1	14	11				
initium die 30, hora	1	1	57	initium hora	3	1	57
adde pro emersione	1	44	46				
finis die 30, hora	4	0	54	finis hora	6	0	54
post meridiem.				post meridiem.			

P 508 *Typus eclipseos.*



H
emersio BD 1 44 46 incidentia BC H 1 14 11

probatio per quadrata.

			radix	quadratum
AC summa semidd.	30	48	1848	3415104
AB arcus inter centra	6	19	379	143641
tolle minus quadratum a maiori. restat			1809	3271463
			cuius radix est	30. 9

idem supra probatum per logarithmos in durationc.

www.libtool.com.cn

X. Ex epilogismo huius eclipsis tam accurate et per singula quasi momenta examinatae, manifestum est eam ipsam esse quam Pachymeres designavit, et iam patere omnes illas circumstantias, quae in eius descriptione obscurae adeo et incomprehensibiles videbantur.

In primis enim certum est eam factam anno Christi 1255, mensis Decembris die 30, proindeque non pertinere ad Theodori Lascaris obitum, qui mense Augusto circa autumnum anno Christi 1259 contigit, sed ad eius solemnem inaugurationem aut coronationem, quae facta est sub finem anni 1255.

Facta est Nicaeae in Bithynia circa horam a meridie tertiam, et apparens eius initium non duobus integris minutis horam tertiam praetergressum est. facta est sub finem diei sextae post coronationem Theodori. ex coniectura enim probabili supra a nobis exposita Theodorus est coronatus imperator ipso die natali Christi domini, ut ex gemina celebritate dies magis solemnis ageretur; et post dies sex mensis Decembris 30 facta eclipsis idcirco dicitur ab historico die sexta contigisse: neque enim alius apparet dies, qui sextus haberi possit vel mensis vel hebdomadae, quandoquidem facta est eclipsis die quinto hebdomadae, eo anno cyclo solis 4, litera Dominicali C. adde quod Pachymeres diem Veneris non ἕκτην ἡμέραν sed παρασκευήν appellare solitus est.

Tenebras autem ita profundas ut sua obscuritate omnia tegerent et stellas in coelo conspicuas redderent, fecit non tam magnitudo eclipsis, quae digitos decem non attigit, quam tempus serum quo facta est, nempe circa solis occasum: accedente enim ad diurnae lucis imminutionem sole ad horizontem appropinquante, defectu luminis solaris et lunae interpositione, circa solis occasum, et toto tempore consueti crepusculi, visa est etiam profunda nox advenisse et obscuritas omnia tegere cum clara stellarum manife- P 504
statione, quod ipsum Pachymerius innuit cum ait solem circa horam tertiam diei sextae per horam obscuratum.

Unde vulgo existimatum est eclipsim per horam dumtaxat durasse, quia nonnisi per horam Nicaeae visa est, inchoata circa tertiam, et sole occidente paulo ante quartam in horizonte Nicaeno, ubi minimus arcus diurnus non multum excedit horas octo circa solstitium brumale, poli altitudine supra horizontem graduum quadraginta unius cum dimidio, eadem prope cum Romana.

Et quamvis alio meridiano quam Nicaeno usus sim ad magis integram et exactam eclipsis investigationem, calculus tamen eodem prope redit; nec discrimen ullum notabile invehit levis aliqua mutatio latitudinis lunae, ut neque parallaxis aut refractionis in distantia ab horizonte. quare satis convenit reductio, quam adhibui dati meridiani ad Nicaenum, ut intelligatur qualis tota Nicaeae partim visa partim latens extiterit.

www.libtool.com.cn

XI. Caeterum ut nihil merito desideretur ad perfectam eorum quae ad hanc eclipsim pertinent intelligentiam, restat demonstrandum nullum alium solis defectum circa obitum Theodori contigisse, cui Pachymeris descriptio convenire possit. et hoc quidem sic demonstratur.

Certum est ex legibus astronomicis anno Christi 1259, quo Theodorus diem clausit, extremum mense Augusto novilunium tam medium quam verum contigisse nocte media inter decimum nonum et vigesimum diem eiusdem mensis; et quamvis interdiu extitisset, eclipticum tamen non fuisset, quia medius motus latitudinis lunae sign. 3 G. 17. 86. 51. longissime terminos ecliptico praetergreditur.

Constat quoque iuxta easdem leges aliud novilunium ecliptica eodem anno ante mensem Augustum et Theodori mortem nullum extitisse praeterquam in mense Aprili die 23, medio motu latitudinis lunae S. 0. G. 15. 4. 22. intra terminos possibiles. quod etiam quia Nicaeae paulo ante mediam noctem celebratum est, solis defectum visibilem non exhibuit. quamobrem nullus eo anno solis defectus aptus fuit ad significandam aut nuntiandam Theodori mortem: multo minus, si quis contigerit annis superioribus, nisi is dumtaxat qui in aditu eius imperii a Pachymere assumptus et tam horrendus designatus est, qui et a nobis hic suis certis characteribus insignitus et ad finem anni post Christum 1255 positus.

Ad cuius chronologiae confirmationem tuto referri possunt aliae duae apud Nicephorum Gregoram l. 9 Hist. c. ultimo observatae eclipses circa mortem Andronici Senioris, altera lunae eo ipso die quo eum mori contigit, 12 Februarii anno Christi 1332, altera solis, quae tot diebus mortem imperatoris praecessit, quot ipse annis in vivis fuerat. ἐπισκόπησις, inquit, ἡλιακὴ τοσαύτας ἡμέρας προειληφυῖα τὴν αὐτοῦ τελευτήν, ὅσα καὶ αὐτὸς ἦν ἔτη τὰ πάντα βεβιωκώς. dies agnoscendi sunt 74: totidem enim Andronicus annos vixit, qui 50 fere regnavit. septuaginta autem et quatuor dies inter illas eclipses intercesserunt: nam solis quidem facta est 30 die Novembris anno Christi 1331 in novilunio, quod tunc extitit, lunae vero in plenilunio, quod contigit anno sequente 12 Februarii. et ita eas tabulae nostrae repraesentant. et Calvisius in Chronologia anno Christi 1331 et 1332 priorem observat 30 Novembris die festo S. Andreae, et post dies 74 secutam ait Andronici mortem die 12 Februarii, nulla mentione eclipsis lunae habita, cum tamen Nicephorum auctorem laudet, qui utriusque diserte meminit et utramque ponit inter signa mortem imperatoris divinitus praenuntiantia, cum ait προσημεῖα πολλὰ προεμήνυσαν, quo similiter modo Pachymeres voluit defectum solis a se descriptum, et a nobis affixum in aditu imperii Theo-

www.libtool.com.cn

deri, breve illud et minime fortunatum portendisse, cum dixit *δ δὴ προσήμενέ τι σημεῖον. ἥλιος γάρ* etc.

XII. Ex qua duorum auctorum, quorum eclipses exposui, de earum significatione sententia, ad calcem dissertationis in qua P 505
hactenus historicum et astronomum agere me oportuit, quaeso ut mihi liceat tantisper agere theologum, et circa significationes defectionum utriusque luminaris definire breviter, at solide, quid Christianus homo debeat aut possit vel sentire legitime vel in usum adhibere sine vitio timiditatis aut sine noxa superstitionis, quorum alterum humanae fortitudini, alterum Christianae religioni repugnat.

Unum igitur hoc pronuntio, eclipses solis et lunae esse defectus naturales, vel luminis in ipsa luna in umbram terrae incurrente, vel radiorum solis in terra, Luna se inter utrumque iniiciente. tam naturales autem et ordinatae sunt coniunctiones et oppositiones eclipticae, quam sunt ipsi motus luminarium et syzygiae non eclipticae, quam sunt dies et noctes, quam solstitia et aequinoctia, quam menses et anni: pendent enim haec omnia simili modo a prima lege et ordinatione conditoris, quam coelis et sideribus praescripsit ab initio molitor deus, quam legem constantem et inviolatam res creatae conservant; quae causa est cur eclipses praedicantur infallibiliter a peritis cum circumstantiis magnitudinis et durationis, habita exactissima ratione temporum et locorum, in quibus illae contingunt. accedit quod numerus eclipsium magnus sit et occursus frequens: quatuor, interdum et plures per singulos annos fiunt, et iam a mundi exordio plus quam vicesies mille numerari possunt.

Eadem porro providentia, quae fecit in mundo duo haec luminaria magna, *luminare maius, ut praeesset diei, et luminare minus, ut praeesset nocti, ut lucerent super terram et dividerent lucem a tenebris* (Genes. 1), eadem pariter sua bonitate et sapientia motus eorum et conversiones ordinavit ad felicem mundi gubernationem, ad electorum salutem et suam gloriam; nec dubium quin ipsas coniunctiones et oppositiones, solis et lunae defectus et illuminationes, constituerit in numero pondere et mensura, quam sciebat et volebat humano generi ad salutem et felicitatem profuturam.

XIII. Ex hoc uno pronuntiato tollitur admirabilitas et vulgi quidam stupor, qui eclipses consequitur: oritur enim ex ignorantia cum quadam novitate et raritate apud eos qui nec earum causas intelligunt nec eas saepius observarunt, cum contra sapientes et docti eas suis temporibus securi expectent, et occasione in commodum conversa effectu bene utantur, et perniciem, si qua creditur imminere, totam in hostes derivent.

Ita olim Sulpitius Gallus, ut referunt Livius l. 44 et Plut. in Paulo Aemilio, de insigni defectione lunae, quam praeviderat

www.libtool.com.cn

in exercitu Romano, in quo tribunus sub imperatore Aemilio Paulo militabat, concione habita suos ad pugnam instruxit docuitque causas eclipsium et certos eventus suis temporibus necessarios, tam felici eventu ut ab eis abstulerit vanum illum timorem qui ex rei novitate et insolentia oriri solet ignorantibus, et eum pugnandi ardorem edoctis et vincendi cupidis iniecit ex que plena victoria Romanis evenit, cum contra in castris Macedonum novitas et ignorantia fecerit res ut ea prodigii instar haberetur, et eclipsis visa existimata sit praenuntia fugae et defectionis Persei, quam Macedoniae clades est consecuta.

Ita nuper Christophorus Columbus anno Christi 1493, cum alimentorum inopia laboraret, nec posset a Iamaicensibus, apud quos classis Hispana, cui praecrat, appulerat, vi et precibus auxilium impetrare, usus est scientia proximae eclipsis, et barbaris eius ignaris pestem impendentem, nisi opem ferrent, minatus diem et horam defectionis lunae edixit, quo illi prodigio perculsi et gravius aliquid metuentes ad Columbum quasi sua inhumanitate offensum copioso instructi commeatu supplices venerunt, et veniam facilius quam sperabant sua liberalitate impetrarunt.

P 506 Ita Claudius imperator, ut habet Dio l. 6, cum vereretur ne solis defectio futura die suo natali anno imperii quinto tumultum Romae pareret ex ignorantia et novitate iuncta vano timori et opinioni vulgi, quod ea signa essent principibus infausta, publico edicto notum voluit ante aliquot dies deliquium illud futurum, insuper et causas eius, quantitatem et durationem exposuit tam distincte et intelligibiliter, ut eo viso nemo timeret aut miraretur, omnes imperatoris sapientiam venerarentur.

XIV. Tollitur praeterea inanis illa opinio, quod eclipses orbi noceant, quod clades pestes et bella regnis importent, quod vastitatem et subversiones imperiorum ac religionis vel efficiant vel praenuntient. damnum enim quodcumque creat eclipsis in modica iactura lucis et benefici influxus non admodum diuturna consistit. plus saepe unica nox aut dies pluvius mundo lucis amicae et benignarum influentiarum eripit quam eclipses decem, et sapienter visus est agere Pericles, referente Plutarcho in eius vita, qui navis imperatoriae gubernatorem eclipsi solis territum, in medio victoriae cursu moras trahentem, chlamyde involvit, et interrogavit an quid ex eo velamine sentiret incommodi, eoque negante ullum se sensisse, docuit nullum maius a sole per lunam interpositam velato timendum esse, et paulo quidem maius esse coelum et diuturniores fore tenebras, sed solem non multo post suo splendori sine alio incommodo redditum iri; quod cum factum esset, cursum classis felicem nacta est.

Non ita Nicias aut doctus aut felix, qui vel imperitia vel superstitione ab eclipsi lunae territus, veritus classem portu edu-

www.libtool.com.cn
cere, sibi suisque perniciem creavit, ut Plutarchus narrat in eius vita et Thuc. l. 7.

Felicius Agathocles et acutius, dum classem in Africam traiiceret et horrenda solis defectio intercederet, suis metu dejectis, nil timendum a prodigio professus est iis qui iam in cursu essent: si deliquium antequam portu solvissent contigisset, timendum forte videri, sed euntibus et praeterea minus fortunatis Siculis nihil adversi metuendum; iis autem ad quos ibatur, et florentibus Chartaginiensibus fortunae mutationem, si qua ex talibus signis portendebatur, esse pertimescendam.

Non nocent eclipses, nisi quod noceant opinantibus; nihil ex se mali fundunt sol et luna magis in oppositionibus et synodis quam extra illas. condita sunt haec sidera a bono domino et parente universi clementissimo, gubernantur manu sapientissima ad filiorum commoda et salutem. defectiones quando contingunt, naturales sunt et innoxiae. non pestes generant, non bella cient, non mortes principum annuntiant, non temporum calamitates aut regnorum conversiones minantur.

Ab ipso mundi exordio eclipses, ut modo fiunt, eademque lege et ordine et numero fiebant; et si Keplero creditur, sol ipse fons lucis et bonorum omnium, mundi oculus beneficus, conditus est in eclipsi subiecta luna in primo gradu Cancri, in aestivo solstitio multis Africae regionibus solis aspectum impediente. quis ita sentiens credat eclipses noxias, et solem ipsum in tanta sui et mundi infelicitate ab optimo parente deo creatum?

XV. Certe ante bella et pestes fiebant eclipses, ante reges natos, ante provinciarum et regnorum divisionem in illa antediluvianorum longaevitate pace et sanitate tam diuturna eclipses fiebant, et tunc erant innocentes. unde et quando noxiae esse coeperunt? unde malignos influxus, quos postea tam frequentes afflarunt, accepere?

Prima omnium, quae in Graeca historia describitur eclipsis solis, narrata ab Herodot. l. 1, Medos et Lydos pugnantes invenit et conciliavit. Alexandro faustissima fuit eclipsis lunae, quae ante postremam eius de Dario victoriam contigit. profuit Caesari solis illa quae in transitu Rubiconis, alea de imperio retinendo iacta, facta est, de qua Dio l. 4. profuit et illa quae P 507
Pharsalicam pugnam praecessit; quae si Pompeio funesta dicitur, cur non aeque Caesari fortunata dicenda est?

Non occidit Augustum ecclipsis lunae, quae quadraginta post eius mortem diebus visa est; immo eius occasione Drusus rebellantes in Pannonia Romanas legiones ad fidem et obsequium revocavit. et si quis advertere velit, plures forte cum eventibus fortunatis quam cum sinistris eclipses coniunctas numerabit.

In fatis Romuli prosperis et urbis felicitate positae sunt eclipses duae solares, in conceptu illius una, in huius funda-

www.libtool.com.cn
mentis altera vel inventae vel affictae. ita videlicet innocentes eclipses et indifferentes habitae sunt, ut aliis faustae, aliis noxiae et malorum praenuntiae viderentur; ita eas quisque ad sua vota convertit.

Multae luminarium defectiones annotatae sunt mortibus imperatorum, plures post mortem et in exordiis notari potuerunt; multae praecesserunt clades regnorum, vastitates populorum, bellorum et morborum perniciem, plures consecutae sunt: atque ut consequentes causae non dicantur bonorum, quae finibus malorum annexa sunt, ita nec praecedentes haberi debent fontes malorum vel indices, si quae cum illis concurrant. medii sunt hi luminarium defectus inter bona et mala rerum humanarum; nullos in eas influxus habent; connectuntur quidem cum illis, sed casu, non efficientia, mera contingentia, non necessitate.

Necessariae sunt omnes eclipses solis et lunae, et necessariis intervallis distinctae, ordinatae inter sese, et ita quodammodo concatenatae ut sint infallibiles et inevitabiles: humani autem casus, pestes, bella, mortes principum plane contingentes et solutae cohaerent accidentibus et circumstantiis, quae ut ex hominum libera voluntate et fortuito causarum concursu pendent, ita mutationi sunt obnoxiae, et anteverti vel impediri possunt. quam ergo incongruum et irrationale facere res necessarias et immutabiles causas effectuum contingentium et mutabilium?

XVI. Tam facile dici posset ortum solis aut occasum lunae causam esse iurgiorum et contentionum, quae vel interdiu vel noctu contingunt, quam eclipses morborum et calamitatum, quae post illas fiunt. certe aequinoctiis et solstitiis, quae quater in anno lege certa fiunt et temporum vices sua diversitate formant et distinguunt, causa posset adscribi cur pestes et bella, cur clades regnorum et seditiones populorum eveniant. tam innocentes habendae sunt coniunctiones solis et lunae defectionibus obnoxiae, quam quae sunt ab eis immunes. omnia quidem plenilunia et novilunia magnas invehunt in orbem mutationes, sed necessarias et ad felicem mundi statum sapienter a deo ordinatas. ver aestas autumnus hiems ex solis et lunae diversis conversionibus oriuntur, et iis necessariis ad temporum commoditatem et hominum felicitatem, quae semper eadem lege, quam initio rerum conditor constituit, cursum tenuerunt et tenebunt. quis sapiens iis adscribat saeculorum calamitates? quis eorum malignitatem in adversa regnorum fortuna accusat? quis proditionis, quis laesae maiestatis condemnat?

Excusentur igitur synodi luminarium eclipticae, quae non minus necessariae neque minus ad bonum universi a deo ordinatae. absolvantur ab opinione maleficentiae, quae non plus malignitatis habent, quae non plus virium ad mutationem aëris et humorum sortitae sunt.

www.libtool.com.cn

Ex dictis intelligitur quae fides habenda sit astrologorum genti circa eclipsium diritatem et effectuum ex iis consequentium malignitatem. sunt qui maleficas earum vires provinciis et urbibus specialiter adscribunt, et duodecim zodiaci signis in quatuor quadrantes distributis nocere volunt eclipses iis praecipue mundi partibus, quae subiectae sunt signo cuius in regione eclipsis fiat, et effectuum vitia pro eclipsis magnitudine ad plures menses atque etiam annos extendunt.

Sunt qui in eclipsibus rationem planetarum praecipuam haberi volunt, et iis maxime hominibus labem timendam affirmant, quorum in horoscopo iidem qui eclipsibus dominantur planetae, P 506 praesertim si malignioris naturae sunt, ut Mars et Saturnus, et a Iove Venere et Mercurio vis eorum malefica non refringatur.

Sunt qui pro variis domibus coelestibus, in quibus eclipses fiunt, distinguunt malorum varia genera et personarum, quibus ea mala impendent. in nona domo significationem seditionum et mutationes religionum fieri asserunt; in quinta agrorum sterilitates, fames et pestes portendi, aulicis fortunae ludibria, praegnantibus feminis partus infelicitatem nuntiari; in quarta domo Saturno et Marte cum eclipsi convenientibus vastitates urbium et dominorum mutationem significari. et haec quidem, aliaque non meliora, tanta confidentia quidam pronuntiant, quasi certo futura essent, et tam certae eorum causae iis creduntur, ut personas etiam singulares sexu professione et dignitate aliisque propriis conditionibus designent, et ipsis nominibus appellare, si tuto possent, profiteantur.

XVII. In hoc genere praefidentiae peccat in primis Cyprianus Leovitius in descriptione et pictura eclipseon quae ab anno 1554 usque ad 1605 contigerunt, ubi earum significationem plane secundum regulas astrologiae iudiciariae describit. quod et praestant post Ptolemaeum Cardanus, Iunctinus, Origanus, et alii ephemeridum scriptores, ut artis iudiciariae professores plerique omnes. contra quos nihil ego modo. sufficiat quod de eclipsibus hic pronuntiavi, eas ex necessario et a deo ordinato solis et lunae occursu vel oppositione innocenti prodire; quarum auctorem accusant ii impie qui eas tot malorum causas haberi volunt, et se ipsos impietate artis infamis et humanis divinisque legibus interdictae contaminant.

Liceat infidelibus, aut quid sit eclipsis ignorantibus, lunae, ut putant, laboribus opitulari. liceat tintinnabulis et aeris sono quam possunt vehementissimo terrere draconem, qui cum luna congreditur. liceat mulierculis sagis et maleficis, quae lunae amores ambiunt aut vendunt favores, eam e tenebris emergentem vel salutare redeuntem vel proclamare victricem. Christianis et deum timentibus et eruditis nefas accusare deum in operibus tam praeclaris et beneficis solis et lunae, existimando temere

www.libtool.com.cn
synodos eorum etiam eclipticos vel efficere vel nuntiare calamitates orbis terrarum, vel omnes vel maxime perniciosas.

Sed negari non potest quin multi defectus solis et lunae cum calamitatibus publicis et morte principum saepe concurrant. sed confitendum quoque longe plures et eclipses sine iis casibus et infelices rerum eventus sine eclipsibus contigisse. concursus admittitur in aliquibus, in nullis causa probatur, in omnibus contingentia, et merus casus agnoscendus est.

XVIII. At quid prohibet deum ad incutiendum hominibus suae maiestatis salutarem reverentiam eclipses adhibere, easque velut faces funereas ostentare, si non causas, saltem praenuntias cladium generalium, et tubas bellorum, quibus mundum affligere et corrigere constituit? nil quidem id fieri prohibet, sed et nihil persuadet; et si quando id deus fecerit, quis audeat ubi, quando et quoties deus id efficiat profiteri? cui deus suum ea de re consilium aperuit? res plane mira, nec divino consilio vacat, quod in tota sacra scriptura nullius omnino eclipsis mentio fit, cum tamen in populo dei nec mortes principum nec bella nec calamitates decssent. non deerat sensus miseriarum, non deerant oculi ad eclipses videndas cum publicis cladibus coniunctas. deerat forte providentia, et suae gentis salutis negligens non admonebat attendere ad signa tam visibilia, quae tam patenter quam certo suae iracundiae et hominum castigationi praemittebat? profuisset id quidem Iudaeorum genti, et Christianis non obesset. sed consilium dei absconditum a saeculis, et ipsis prophetis non revelatum, ars iudiciaria penetravit scilicet, et in coelo scriptum docet, sed duntaxat intellectum legere scientibus? nugae merae. in hoc ergo pietas et sapientia Christiana conquiescit, quod eclipses sint defectus naturales solis et lunae, quae nullam ha-
P 509 beant non modo certam sed ne quidem probabilem efficientiae, vel significationis cum publicis calamitatibus aut morte principum connexionem, multoque minus cum fortuna et eventibus liberis privatorum.

Hoc autem magnum commodum eclipses solis et lunae in historiam temporum important, quod ex earum tenebris sua ipsa obscuritate manifestis lux magna saepe rebus gestis accedat. vix enim melioribus indiciis initia regnorum, nativitates principum, victoriae illustres, aliaque scitu et commendatione posteritatis digna probantur, quam eclipsibus. chronologia regum Persarum, Cyri et Alexandri monarchia, et connexio profanae historiae cum sacra maxime illustratur per eclipseon certos eventus. tota series historiae Graecorum, et fundatio Romanae reipublicae, ut et gesta Iulii Caesaris, Augusti et aliorum imperatorum nihil habent certius quam quod defectionibus solis aut lunae constituitur.

www.libtool.com.cn

Atque de ipsis eclipsibus, quas gemina dissertatione epilogismis definivi, hoc possum merito profiteri, eas fundare solidissime rationem temporum circa quae contigerunt quae sine illis obscura admodum est et magnis difficultatibus implicata. unde hoc ipso nomine gratias patri luminum et immortales habendas reor, quod de tenebris lucem proferat, et ex solis ac lunae defectionibus historicae veritatis lumen educat. ipsi gloria in saecula saeculorum. Amen.

Hactenus P. Grantami.

CAPUT IV.

Statuitur tempus mortis Theodori, coronationis Palaeologi, receptae e Latinis Constantinopolis, et excaecationis pupilli Ioannis.

I. Erit hoc de quo hactenus tam multis actum est, solare deliquium, insigniens illustri charactere articulum ipsum temporis, unde nostra haec proficiscitur historia, erit, inquam, nobis instar alte collucentis phari portum unde solvimus monstrantis, quem inter eundum respicientes metiri subinde progressuum spatia quesamus et cursus universi numeros exequi, non contemnendo vel ad solatium fructumque animi vel ad erroris praecautionem usu. experimentum capere primum libet in Theodori morte et regni spatio, de quibus accuratissimus Acropolita sic scriptum reliquit in Hist. p. 85 ed. Reg. *ἐκεῖνος μὲν οὖν οὕτω βιώσας, καὶ μήπω ὅλους τέτταρας ἐνιαυτοὺς αὐτοκρατορήσας, κατὰ Νοέμβριον γὰρ ἄρξας ἐν Αὐγούστῳ μηνὶ τὸ τέλος ἔσχηκε τῆς ζωῆς.* vides ibi testimonio viri gravissimi, referentis quae praesens spectaverat, Theodorum solos quatuor nec plenos annos imperasse. acclamatum enim Novembri mense, vivendi pariter et imperandi finem Augusto mense fecisse. igitur cum certo sit certius anno eum Christi 1255 mortuo tertio kal. Novembres Ioanni patri subrogatum, procerum et militum acclamatione subvectioneque in clypeo, deinde sub finem Decembris solemni ritu a novo patriarcha Arsenio coronatum, manifestum est anno eum Christi 1259 vivere simul et regnare desiisse. hic enim annus a 1255 quartus est.

II. Quo anni tempore decesserit, satis exprimit Pachymeres, dum id evenisse ait *τοῦ χρόνου πρὸς τὸ φθινοπωρινὸν ἀποκλίνοντος*, *inclinante in autumnum anno*, hoc est, per aestatem quidem, sed iam senescentem et adventanti autumno concedentem sensim. quadrat ea nota temporis apte in Augustum mensem; quo re ipsa extinctum Theodorum Acropolita, ut diximus, affirmat. in duobus exceptione maioribus et concordibus firmatum testibus pro fixo et indubitato debet haberi. seditio secuta exer-

www.libtool.com.cn
citus et Muzalonum caedes Magnesiae in templo Sosandrorum,
P 510 dum iusta Theodoro eidem funebria persolvuntur, perpetrata, nona post mortem Theodori die contigit. clare hoc Gregoras et Pachymeres asserunt. Prior l. 3 p. 30 ed. Basil. sic loquitur de ista caede: *ἐννάτη μὲν γὰρ ἡμέρα παρῆν μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ βασιλέως.* cui consonans noster initio c. 19 l. 1 *τέως δ' οὖν*, inquit, *ἡ περὶ τῷ ἀποιχομένῳ ἐννάτη κειμένῳ παρῆν* etc. et hoc ergo pro constanti tenendum, licet Acropolita de die taceat, nono post mortem Theodori die Muzalones furore militum oppressos in templo et obtruncatos periisse. deliberatio inde de tutela pueri principis, electio ad id Michaëlis Palaeologi, huius per gradus ad imperium adreptio, dum primum magni ducis titulo insignitur, deinde tanquam ad demandatum munus rite gerendum necessaria potestate despotae ornatur. denique pupillo principi collega in imperio decernitur. haec, inquam, et variae interim a Palaeologo et huius studiosis exercitae ambitionis artes istis honoribus a clero et patriarcha, a senatu et populo eblandiendis, facile trium et quod excurrit mensium spatium exigunt, quo sub finem Decembris impetrari omnium ordinum consensu potuerit ut in proximas kalendas Ianuarias indiceretur novi imperatoris Michaëlis Palaeologi acclamatio solemnis. hoc sic noster exprimit sub finem capitis 29 l. 1: *ὥριστο μὲν οὖν ἡ ἡμέρα τῆς ἀναῤῥήσεως ἑκατομβαιῶνος νουμηνία τῆς τότε τρεχούσης δευτέρας ἐπινεμήσεως praefinita est dies acclamationis kalendae Ianuariae currentis tunc secundae indictionis.* fuit hic dies primus anni Christi 1260, qui cum sit periodi Iulianae 5973, indictionis numerum habuit tertium, sed a Septembri duntaxat inchoandum. unde recte convenit quod scribit noster historicus, indictionem tunc adhuc secundam cucurrisse.

III. Post coronatum Palaeologum, qui maxime illustris eventus contigit, fuit recuperatio regiae urbis dudum occupatae insessaeque a Latinis. quare digna est res cuius patratae tempus paulo diligentius exploretur. narrat illam noster l. 2 c. 26—8, prae cunctis aliis in isto argumento versatis copiose ac diligenter. de tempore haec solum tradit sub finem c. 27, captam urbem a Caesare Alexio Strategopulo die Sanctae Annae matri deiparae sacra quinta et vigesima mensis Iulii: nam eo die Graeci S. Annae memoriam, pridie quam Latini soleant, colunt. annum exprimit Georgius Acropolita, cuius in hoc eventu finem historiae suae defigentis verba haec leguntur p. 100 ed. Reg. *καὶ ἡ Κωνσταντίνου προνοίᾳ θεοῦ αὖθις ὑπὸ χεῖρα τοῦ βασιλέως τῶν Ῥωμαίων ἐγένετο κατὰ λόγον δίκαιόν τε καὶ προσήκοντα Ἰουλίου εἰκοστὴν καὶ πεμπτὴν ἄγοντος, οὔσης ἐπινεμήσεως τετάρτης, καὶ ἀπὸ γενέσεως κόσμου ἔτους ὄντος ,ϛψξθ', ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν κρατουμένη χρόνους πεντήκοντα καὶ ὀκτώ. et Constantinopolis providentia dei rursus sub manu imperatoris Romanorum fuit, prout*

www.libtool.com.cn
iustum et conveniens erat, Iulii mensis die quinto et vigesimo, indictione quarta, anno ab orbe condito 6769, *postquam in potestate hostium fuisset annis quinquaginta octo.* sic Acropolita, accurato et ad nostras exacte rationes quadrante calculo. ut annus mundi aerae vulgaris Graecorum ad Christi annum redigatur, perpetua methodo tollendi ex summa sunt 5508. igitur annus ab Acropolita indicatus mundi 6769 idem fuit cum anno aerae nostrae Christianae 1261. est hic periodi Iulianae 5974, quae summa divisa per quindecim dat numerum indictionis quartum. spatium quoque detentae a Latinis urbis adamussim rectae chronologiae exactum ab Acropolita proditur. superius quippe c. 2 vidimus captam a Latinis Constantinopolim anno Christi 1203. cum autem nunc definiamus receptam a Graecis eandem fuisse urbem anno Christi 1261, qui ex 61 3 subtraxerit, exacte reperiet 58 annos dominii Latinorum in regia Graecorum civitate.

IV. Restat ultimum ex propositis caput epochae certae illigandum excaecatio pueri Ioannis. eam noster pro facinoris atrocitate tragice deplorans l. 3 c. 10, unicam temporis circumstantiam notat, dum tam immanem carnificinam in pupillo innocente, pro imperatore Romanorum iam agnito, exercitam horrendo ausu memorat die omnium sanctissima, anniversaria videlicet natalis Christi. annum investigare nos oportet. ut quam proxi- P 511
me post initum a Michaële Palaeologo imperium id opinemur factum, subigit ipse Pachymeres, qui cum modo laudato c. 10 l. 3 scripserit Ioannem Theodori imperatoris heredem, quando excaecatus est, fuisse *παιδίον ἁπαλὸν καὶ μηδὲν ἔτι σχεδὸν τελέως ἢ τὸ χαίρειν ἢ τὸ λυπεῖσθαι μαθὸν, καί γ' ἐν ἴσῳ τιθέμενον τό τ' ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι*, et paulo inferius *τοῦ βρέφους μικρὸν ὑπερβεβηκὸς παιδίον.* iam tamen l. 1 c. 13 affirmaverat eundem, cum est eius pater Theodorus mortuus, fuisse novennem. huic enim aetati si tres quatuorve anni accederent, iam is prope pubertatem attigisset, quando est excaecatus, nec sane dici posset puerulus paulum modo infantiam excedens: et imperandi ac parendi, gaudendi dolendique discrimen ignorans. immo si recte rationes ponimus, quantumcumque festinemus in repraesentando crudeli regii pueri supplicio, vix poterimus assequi ut verisimile reddamus quod de tam immatura teneritudine pueruli, quando est excaecatus, affirmatur a nostro. fingamus enim vel primo ipso sui principatus anno saevitum tam atrociter a Michaële Palaeologo in pupillum insontem. cum in annus, ut diximus, fuerit Christi 1260, si iam tum, quando Theodorus Ioannis pupilli pater Augusto mense anni 1259 vivere desiit, ipse iam novennis fuerat, ut Pachymeres asserit, utique 25 Decembris die anni 1260, sexto decimo videlicet post mense, undecennis fuisse debuerat, cuius aetatis pueri, praesertim educati regie, haud so-

www.libtool.com.cn
lent gaudendi dolendique ignorare discrimen. haec mihi causa opinandi est parum exacte proditam a Pachymere Ioannis pueri aetatem in patris morte. potiusque assentior Georgio Acropolitae, qui c. 75 suae Historiae, relata morte Theodori, de hoc eius filio sic scribit: *ὁ μὲν υἱὸς τοῦ βασιλέως Θεοδώρου ὁ Ἰωάννης πάνυ ἀφῆλιξ ἐνύγχανεν ὢν ἐν τῷ καιρῷ τῆς τελευτῆς τοῦ βασιλέως καὶ πατρός· οὔπω γὰρ τελείων ἐνιαυτῶν ὑπῆρχεν ὀκτώ. ac filius quidem imperatoris Theodori Ioannes valde immaturae fuit aetatis, quando imperator eius pater est mortuus: annum quippe nondum octavum impleverat.* ita ille. hoc omnino tenendum. certum porro est ante receptam Constantinopolim et solemnem Michaëlis Palaeologi Augusti in eam ingressum, qui die 15 mensis Augusti anno 1261 peractus est, non fuisse puerum Ioannem excaecatum. multa enim quae Pachymeres a c. 38 l. 2 ad 9 l. 3 memorat, omnino post captam urbem et ante Ioannem excaecatum contigisse oportuit. quia vero nec numero nec genere illa talia sunt ut maius quadrimestri spatium exigere videantur, plane censeo huius eiusdem anni 1261 die octavo kal. Ianuarias, Christi nempe, ut Pachymeres tradit, natali, iussu barbaro tutoris et collegae Michaëlis Palaeologi Ioannem Augustum puerum paulo maiorem novenni fuisse luminibus orbatum et in aeternam custodiam arcis Dacybitzae conditum, sexto anno vertente ab inauguratione patris eius Theodori, tali, ut vidimus, die sacris in templo ceremoniis peracta.

CAPUT V.

Chronologia Patriarcharum, Arsenii, Nicephori, et iterum Arsenii, qui sub Michaële Palaeologo sedem Constantinopolitanam tenuerunt.

I. Multa sunt in tempore ingressus, exitus, in spatiis vitae ac sedis horum patriarcharum ita confusa, ut viris etiam magnis non occasionem modo sed necessitatem errandi obiecerint. atqui non ut illi, horum quae primum modo produntur destituti luce monumentorum, citra culpam et reprehensionis iustae meritum in his titubasse potuerunt, nobis item, si quid offenderimus, similis veniae conditio ac spes ostenditur. quare, nisi de-
P 512 bere volumus mulctam negligentiae nomine, annitendum est nobis et pro virili contendendum in isto semel sic purgando loco, ut eum deinceps vel mediocris attentio legentis inoffenso queat vestigio decurrere. hoc deinceps conabimur. sedem Constantinopolitanam imperante Michaële Palaeologo quinque omnino patriarchae tenuerunt; quorum unus etiam Arsenius illi ecclesiae bis praefuit. priorem huius patriarchatum ab anno Christi 1255 procedere tam certum est, quam illo ipso anno Theodorum Lascarim Iuniorem imperare coepisse; quod capitibus libri huius tertio

www.libtool.com.cn
et quarto demonstravimus. etenim, ut diserte oculatus testis et auctor cuiusvis rei locuples Acropolita Georgius tradit, acclamatus imperator Theodorus post patris Ioannis mortem, quae illo Christi anno 1255 tertio kal. Novembres contigit, curam omnium primam posuit in providendo ecclesiae pastore, quam patriarcha Manuël paulo ante Ioannem eius patrem moriens reliquerat viduam. ac si spatia rebus ea occasione actis congrua dimetimur, certo intelligemus non potuisse Arsenii evectionem ad patriarchatum ante mensem eius anni ultimum fieri. nam penultimo Novembri persolutis decessori parenti funebribus iustis, deliberatio de patriarcha inita est a Theodoro. primumque multis circumspectis in Nicephoro Blemmida, quo philosophiae magistro novus imperator usus fuerat, designatio consedit. verum illo, postquam longe absens invitatus est per nuntios, honorem detrectante, nova inquisitio digni tali loco viri desiit in Arsenio; qui oblatam dignitatem libenter admittens ex monasterio ad lacum Apolloniadis sito, ubi vitam religiosam exercebat, Nicaeam profectus, ibi spatio hebdomadis unius (non unius diei, ut perperam ponitur apud Spondanum) unius, inquam, hebdomadis spatio diaconus sacerdos et patriarcha ordinatus est. idemque mox ritibus in ecclesia consuetis Theodorum eundem imperatorem coronavit.

II. Nemo non videt in his facile consumi debuisse intervallum sesquimenstruum, ut vix tandem sub medium Decembrem possessionem adire patriarchatus Arsenius potuerit. quia porro, ut notat Acropolita, Theodorus imperator evocatus Adrianopolim instantibus causis, expedire se Nicaeae festinabat necessaria ceremonia inaugurationis suae, quae prima ei apta se obtulit dies (fuit ea Christi natalis), in ea sacris primum operante patriarcha solemnem in templo coronationem accepit die 25 Decembris, a qua die, quae sexta est numerata, Decembris 30 horrenda solis eclipsi fuit insignis. habemus ex his initium sedis Arsenii omni firmitate constitutum in mense Decembri anni 1255 a Christo nato. perseveravit inde ille in tranquilla functionis patriarchatus usque ad mortem Theodori imperatoris, quae mense Augusto anni Christi 1259 evenit, necnon usque ad evectionem in imperium Michaëlis Palaeologi, quem et coronavit, et quidem solum, contra quam statutum fuerat; quod fuit initium deiiciendi ab spe imperii redigendique in ordinem infelicis pueri Ioannis iam Augusti. coronationem istam Palaeologi probabiliter conferimus in Februarium anni Christi 1260. non longo post eam tempore Arsenius sera ductus poenitentia facilitatis suae, qua permiserat omitti coronationem pupilli principis eius potissimum fidei a patre moriente commendati, Nicaea fugiens in monasterium dictum Paschasii secessit, ibique privatam agere vitam instituit. hoc videtur factum mense Martio dicti anni 1260. nam eius rei nuntius perlatus ad imperatorem Michaëlem dicitur, quo tempore is

www.libtool.com.cn

traiicere Hellespontum parabat ad visendam Selybriam a suis captam paulo ante. ita Pachymeres l. 2 c. 16. recte hoc quadrat in principium Aprilis, vernam nimirum tempestatem, qua reges solent ad bella procedere, ut Scriptura loquitur. nam ut docet idem historicus, Constantinopoleos oppugnationem Michaël animo versabat, quam re ipsa est aggressus insequenti aestate. tunc autem is itinere cogitato supersedens, dedit operam rebus ecclesiae, ibidem ubi tunc erat Nymphaei persistens, congreganda synodo quae de Arsenii secessu statueret. synodus Nicetam
P 513 quendam ad Arsenium mittit. is ab Arsenio renuntiat cedere illum patriarchatu. hic finis fuit prioris Arsenii sedis. quae cum desierit Aprili anni 1260 et coeperit Decembri anni 1255, quatuor annorum et praeterea totidem fere mensium fuerit oportet.

III. In eius locum substitutus statim est Nicephorus tunc Ephesi metropolita. cur statim id factum credam causa est, quia festinabat in procinctu ad expeditionem urgentem imperator; et ipse Nicephorus cupidissime assentiens nullam moram interposuit electioni suae. narrantur haec c. 16 et 16 l. 2, ubi et dicitur eodem tempore decessisse Nymphaeo imperatorem quidem Callipolim versus cum exercitu ad Constantinopolim oppugnandam, novum vero patriarcham Nicephorum Nicaeam, quae cum esset tunc urbs regia, Latinis Constantinopolim tenentibus, in ea solitus erat Graecus Constantinopolitanus patriarcha diversari. initium patriarchatus Nicephori verisimiliter confertur in finem Aprilis aut initium Maii anni supra memorati 1260. narrat inde Pachymeres l. 2 c. 20 diuturnam et irritam oppugnationem Galatae, in qua imperator consumpsit aestatem. eoque ad eum Nicephorus patriarcha, pertaesus Nicaeensium, quorum Arsenio addictorum odia in se irasque nulla delinire arte potuerat, se contulit, spe ingrediendi cum ipso Augusto urbem mox, ut credebatur, capiendam. sed cum obsidionem solvere coactus imperator Nymphaeum se recepisset, secutus eum illuc Nicephorus ibi est mortuus sub autumnum, ut apparet, aut hiemis initium eiusdem anni 1260. quare illius patriarchatus haud fere longior septimestri aut octimestri fuit. hinc vacavit sedes annum circiter, anxie deliberante imperatore quem ad rationes meditatae expunctionis pupilli accommodatum ei praeficeret, quoad tandem in Arsenii revocationem consensit, cuius in praeteritione coronationis Ioannis pueri patientiam expertus speravit etiam eo facili usurum in exauctoratione quam parabat eiusdem. contigit interim capi urbem, et imperatorem in eam invehi solemni pompa, ibique fixo iam domicilio, Arsenium denuo electum a synodo missis legatis invitasse ad resumendam melioribus auspiciis abdicatam olim potestatem. quibus ille assentiens in urbem venit et sedis patriarchalis possessionem rursus adiit, l. 3 c. 2.

IV. Arsenii restitutionem non multo post captam urbem contigisse inde argumentum duci potest, quod in secunda coronatione Michaëlis ab Arsenio delinito donis et honoribus libenter celebrata, proxima dominica post resumptum patriarchatum, Alexio Strategopulo Caesari, qui urbem ceperat, eximius et plane extraordinarius honos est habitus, ut statim post Augustos qui coronabantur, hoc est Michaëlem Palaeologum et Theodoram eius coniugem, nominaretur in synaptis, hoc est in litaniis et precibus publicis. refertur hoc a Pachymere l. 3 c. 2 sub finem, ubi recte observat historicus fuisse hanc quandam exauctorationem pupilli Ioannis, astutissimi imperatoris blanditiis et artibus impetratam a simplici nimium patriarcha, non providente tum videlicet quo haec pertinerent. in quo ut fucus fieret seni, ut ex caeteris apparet, suspicaci, et cui salus dignitasque pupilli Ioannis, eius peculiari curae commissi, erat, ut oportuit et res deinde monstrarunt, longe carissima, quis non videt fuisse necesse ut gratia flagrans Alexii Caesaris, in recentissima videlicet memoria heroici facinoris quo rem Romanam imperii metropoli recuperanda incomparabili beneficio sibi devinxisset, rationes pupilli principis, cui praeferebatur, et multas alias tam inusitatum hominis non imperantis honorem dissuadentes considerationes eluctaretur. igitur cum urbem ab Alexio captam statuerimus die 25 Iulii anni 1261, ingressum vero in eam solemni pompa Michaëlem Augustum 18 kal. Septemb. eiusdem anni, die sacro deiparae assumptae docet Acropolita c. 88, dicere valde verisimiliter possumus resumptum ab Arsenio regimen patriarchalis sedis sub finem Augusti mensis et Michaëlis coronationem sub initium Septembris celebratam. in quo si quis vitilitigare velit, tamen idem id in longum differre non poterit. cum enim certo definierimus superius c. 4 n. 4 Ioannem Augustum puerum excaecatum fuisse die Christi natali huius anni 1261, et manifestum sit inter coronationem Michaëlis et excaecationem Ioannis idoneum quodpiam temporis spatium intercessisse, haud utique multo ultra fixam a nobis initi secundum ab Arsenio patriarchatus epocham licebit quantumvis arguto coniecturis evagari. P 514

V. Habemus initium secundi patriarchatus Arsenii. restat finis eiusdem indagandus. narrat Pachymeres l. 3 c. 14 Arsenium patriarcham audita Ioannis excaecatione anathema in eius auctorem Michaëlem Augustum intorsisse. id factum oportuit circa initium anni Christi 1268, cum primum nempe vulgata fama est facti atrocis. cap. deinde 19 dicitur Michaëlem, postquam videlicet aliquandiu ignominiam meritissimae poenae tacitus tulerat, petiisse supplicem ab Arsenio solutionem anathematis, nec tamen, licet diu et vehementer institisset, impetrare potuisse. multa dehinc narrantur novem reliquis capitibus libri tertii, quae illo intervallo frustra petitae absolutionis ab excom-

www.libtool.com.cn

munications contigerunt. haec prout in synopsi chronologica digessimus, facile trium annorum spatium explent. quando iam desperans Michaël quidquam sua causa facturum Arsenium, ad episcopos de statu rerum suarum eam orationem habuit, quae c. 1 l. 4 recitatur. in ea quasi fundamenta iacta sunt depositionis Arsenii. ad quam ut processum fuerit, docere historicus incipit l. 4 c. 3, ubi accusatio in patriarcham cupide ab imperatore accepta memoratur. damnatio Arsenii et exauctoratio iudicio synodi decreta refertur c. 6. executio porro sententiae et eiectio Arsenii e sede et urbe perscribitur c. 8. oratio, de qua diximus, imperatoris habita videtur sub initium anni 1268, cum iam per annos tres excommunicationis, qua fuisset illigatus statim post excaecationem Ioannis pueri, solutionem nequidquam flagitasset. post orationem illam, quae velut clarigatio quaedam fuit terrendo, si fieri posset, patriarchae praemissa, secutae sunt deliberationes episcoporum et officia multorum ex ipsis ad patriarcham pro Augusto supplice, tum ultima huius Iosephi sui confessarii ad Arsenium allegatio. quae cum nihil proficerent, tandem sub initium Aprilis Arsenio lis est intentata, oblato contra illum libello. de hac re verba Pachymeris notanda sunt c. illo 3 l. 4 sic scribentis: *τότε τοίνυν βοηδρομιῶνος ἑσταμένου καὶ συνήθων νηστειῶν τελουμένων ἑορτῆς ἀγομένης ἣν ἀκάθιστον σύνηθες ὀνομάζειν. tunc igitur sub initium Aprilis solemnis ieiunii tempore, dum festum ageretur quod Acathistum vulgo nominant.* datum contra patriarcham libellum accusatorium consequenter narrat. diximus in Glossario verbo *Ἀκάθιστος*, festum illud solitum fuisse celebrari sabbato quintae hebdomadae veri ieiunii dierum quadraginta, sexdecim diebus ante Pascha. cum autem, ut est manifestum, non quolibet anno sabbatum quintae hebdomadis quadragesimae in Aprilis initium incideret, apparet his verbis contineri characterem anni quem quaerimus. ordo rerum gestarum in synopsi expansus ducit nos ad annum Christi 1266. nam hic annus fuit periodi Iulianae 5979, cycli solis 15, cycli lunae 11. horum cyclorum certissimo indicio habemus Pascha illo anno fuisse Aprilis 18. unde retrocedendo ad sabbatum quintae hebdomadae quadragesimae ac festum Acathistum, reperimus id incidisse in tertium Aprilis, qui dies aptissime congruit in illam mentionem *ἑσταμένου βοηδρομιῶνος* incipientis Aprilis.

VI. Mora iudicii totius a prima delatione ad executionem sententiae et deportationem damnati ad insulam duorum fuit fere mensium, siquidem docet Pachymeres l. 4 c. 8 extrusum per ministros imperatoris patriarchali palatio Arsenium nocte *circiter extrema mensis Maii. νὺξ ἦν περί που τὰ τελευταῖα πυανεψιῶνος.* sic scribit hoc loco noster istud nomen, cum alibi constanter *πυανεψιῶνα* Maium vocet. sed utcumque variet scriptura vocabuli, res est quidem ipsa minime dubia Maium hic indicari.

quare certo ex his licet definire spatium secundi patriarchatus Arsenii, qui a mense Septembri anni Christi 1261 ad finem Maii 1266 per annos quatuor et menses praeterea circiter novem duravit. ut semel absolvamus de Arsenio, mortis eius diem historicus noster expressit l. 5 c. 20 his verbis: *ἐπράττετο μὲν οὖν ταῦτα ἐλαφηβολιῶνος ἕκτῃ μηνὸς τοῦ ἐπιόντος ἔτους, τοῦ πατριάρχου Ἀρσενίου πρότερον ἢ ταῦτα γενέσθαι ἡμερῶν ἓξ κατὰ τὴν νῆσον μεταλλάξαντος εἴτ' οὖν τριακοστῇ γαμηλιῶνος μηνός. haec gesta sunt* (nempe ignominiosa traductio Holoboli) *ineunte anno* (ob initium videlicet indictionis a Septembri) *die sexta Octobris, Patriarcha Arsenio sex prius diebus quam haec fierent in insula mortuo.* in his nullus apparet character certi anni. quare ad illius indagationem alia grassandum est via. narraverat ibi Pachymeres causam primam irae imperatoris in Holobolum extitisse ex huius praecipiti quadam eruptione indignationis in imperatorem, cui cum inservire coepisset in negotio conciliationis ecclesiarum, suggerendis ex historia aut lectione patrum argumentis ad eam suadendam aptis, repente institutum et sententiam mutaverit, offensus quod in quodam coetu, ubi aliis sessionis honorem imperator tribuisset, ipsum solum reliquisset stantem. unde ille interrogatus de re quae tractabatur, praeterquam speratis et prius ostensis contraria omnia respondit, etiam Augusto exprobravit excaecationem pueri Ioannis. unde imperatore vehementissime commoto, Holobolus sibi metuens in asylum ecclesiae confugerit, sed inde blandis imperatoris suasionibus extractus, relegatus Nicaeam fuerit in monasterium Hyacinthi. scribit autem ibidem Pachymeres, ab ista relegatione nondum anno expleto, vocatum Nicaea Constantinopolim Holobolum ab imperatore ad dirum supplicium fuisse. igitur si potuerimus definire tempus illius conventus, quo suam gravem in perniciem ruit Holobolus intemperantia irae et linguae, statuere licebit de vero tempore cum supplicii de Holobolo sumpti tum mortis Arsenii. atqui speramus istius quidem voti nos fore compotes. nam conventus iste videtur ille idem fuisse quem descripsit Pachymeres c. 12 libri eiusdem 5, ubi tradit intentum imperatorem adducendis in suam de pace ineunda cum Latina ecclesia sententiam, aversis ab eo consilio praesulibus Graecis, congregato apud se patriarcha cum episcopis et praecipuis ex clero, institisse ut in eam conciliationem assensum darent, allegandis rationibus quas ei suggesserant docti homines, archidiaconus Meliteniota, Georgius Cyprius protapostolarius, et rhetor ecclesiae Holobolus, qui omnes aderant, pro se quisque negotium iuvantes, quamquam, ut ibi submonet historicus, Holobolus quidem non ex animi sui sententia, sed in speciem dumtaxat nec studio sincero. esse hunc coetum eundem suadet personarum identitas et rei tractatae in utroque: nam Meliteniota Cyprius et Holobolus utrobique memorantur

P 515

www.libtool.com

adhibiti ad iuvandum imperatorem in convincendis fautoribus schismatis. nec obstat quod illo c. 20 posterioris temporis memoriam exequitur: nam diserte ibidem admonet, quod ibi narrat, actum superius, sed ibi memorari ob similitudinem rerum. conventus porro ille c. 12 narratus significatur ibidem habitus, postquam legati Gregorii X pontificis Romani Constantinopolim advenerant. non potuerunt autem illi eo pervenisse prius quam sub finem anni 1272, siquidem literae quas eis perferendas ad Michaëlem imperatorem is pontifex dedit, recitatae a Raynaldo illo anno n. 25, scriptae sunt 9 kal. Novemb. eius quem dixi anni apud urbem veterem, ubi Gregorius tunc erat. sub initium igitur anni 1273 fuerit habitus is coetus, quo gratiam apud imperatorem suam Holobolus perdidit. ex quo tempore nondum anno evoluto, retractus Constantinopolim tam diras ibi (quae c. 20 describuntur) contumaciae suae poenas dederit sexta die Octobris anni 1273, mortuo ante sex dies in insula Oxea, ubi dudum exulabat, Arsenio, quem inde intelligimus post suam e secundo patriarchatu eiectionem vixisse annis septem, et quatuor insuper mensibus.

CAPUT VI.

Chronologia Patriarcharum Germani, Iosephi, et Ioannis Vecci, qui post Arsenium, imperante Michaële Palaeologo, sedem Constantinopolitanam tenuerunt. tempus missae legationis ad papam.

P 516 I. Post amotum Arsenium Germanus ex Adrianopolitana sede in Constantinopolitanam translatus et patriarcha declaratus est *mense Iunio die festo Sancti Spiritus*, ut loquitur Pachymeres l. 4 c. 13: *μηνὸς μαιμακτηριῶνός ἐν τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἑορτῇ*. libenter hoc differrem in annum sequentem. nam inter exauctorationem Arsenii et promotionem Germani multa commemorat Pachymeres capitibus 9 10 et 11 l. 4, quae in angustias paucissimorum dierum inter extremum Maium et Iunium incuntem intercedentium aegerrime videntur posse compingi. fuit, ut diximus, hoc anno, quo est exauctoratus Arsenius, Pascha 18 Aprilis, et consequenter Pentecoste, quam hic vocat noster *ἑορτὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος*, 6 Iunii. sententia depositionis perlata in Arsenium et executioni mandata est *περὶ που τὰ τελευταῖα τοῦ πυανεπῶνος circiter extrema mensis Maii*, ut clare tradit noster c. 8 l. 4. Germanus porro inauguratus patriarcha, ex eodem auctore, est die Pentecostes, hoc est, sexto Iunii. medium spatium non plus octo aut decem dierum fuisse oportuit. et tamen docet indicatis locis Pachymeres primum electionem successuri Arsenio liberis suffragiis synodi relictam ab imperatore, unde sit

www.libtool.com.cn

consequens morum congregatos patres maturae inquisitioni idoneam sumpsisse. deinde ubi suffragia in Germanum convenissent, recusasse ipsum admittere honorem, nec nisi urgentibus et saepius iteratis imperatoris eum ad hoc quotidie adeuntis instantiis denique inclinatum assensisse. praeterea meminit ibi auctor factionis validae conflatae Arsenio faventium, quae tam vehementer invaluerit cum manifesto periculo publicae quietis, ut necesse habuerit imperator longa eam et accurata concione compescere conari. denique narrat datam esse operam ut reliqui Orientales patriarchae, Alexandrinus et Antiochenus, electionem Arsenii probarent; quam ad rem verisimile sit missum ad eos rei factae nuntium, et expectatum videlicet eorum responsum re adhuc integra ante subrogationem novi patriarchae in locum expulsi. his de causis propenderem equidem ad differendam Germani electionem in annum sequentem; quod per characterem hoc loco memoratum licet. nam aeque illo anno Christi 1267, cum cyclus solis fuerit 16 et lunae 11, qui dant Pascha 17 Aprilis, Pentecoste pertingit in mensem Iunium, quintum eius diem occupans. quia tamen, quod statim ostendemus, certo constat Germanum eundem patriarchatu cessisse die 14 Septembris huius eiusdem anni 1267, unde esset consequens non plus eum tribus mensibus cum dimidio in sede perstitisse, si quem tanta patriarchatus Germani brevitas offendet, poterit is per me credere patres synodi, quo tempore Arsenii causam cognoverunt, disquisivisse simul de successore, si forte, quod prenum factu apparebat, ille amoveretur; quare statim ac sententiam in Arsenium tulerunt, suffragia in Germani electionem dare potuerint. de conflato Arsenianorum schismate quod narratur, inchoatum id pendente iudicio Arsenii, caeterum factionis corroborationem usque ad periculum publicum, licet post Germani evectionem extiterit, ex occasione per prolepsim antea a Pachymere relatam. postremo missos quidem statim nuntios indicaturos depositionem Arsenii ad Alexandrinum et Antiochenum patriarchas, sed eorum reditum minime expectatum. non enim illi patriarchae habere putabantur in tali negotio ius suffragii: alioqui ne damnatio quidem ante nutum eorum praecipitari debuisset, quod factum tamen constat. summa sit in medio relinqui a me coeperitne Germani patriarchatus anno 1266 an sequenti; propendere tamen magis in quam maximam sedis eius brevitatem, utique in qua facilius rationem invenio cur ab eo volente et parato imperator anathemate solvi se non curaverit. P 517

II. Finem patriarchatus Germani eiusdem ponit Pachymeres l. 4 c. 21 die festo exaltationis sanctae crucis mense Septembri; quo die sit illum celebratis, ut solemnitas poscebat, divinis in templo officiis, sub vesperam patriarchio cedentem, ad suas quas

www.libtool.com.cn
habebat in Manganis cellulas se recepisse, nec postea ullis se adduci precibus sivisse ad ullum usum abdicatae dignitatis. unde ad successoris inquisitionem conversae cum imperatoris tum antistitum curae sunt: quae anno id contigerit, ex successoris electione brevi post secuta intelligendum est; quae cum, ut mox demonstrabitur, peracta fuerit die 28 Decembris anni desinentis a Christo nato 1267, pro constanti est habendum perstitisse Germanum in patriarchatu vel a sexto Iunii anni 1266 ad quartum decimum Septembris anni 1267 per annum unum et menses praeterea quatuor cum dimidio, vel a quinto Iunii anni 1267 ad 14 Septembrem eiusdem anni per menses tres et dies novem. postque ipsius spontaneam abdicationem sedem vacasse tribus mensibus, et diebus praeterea quatuordecim, usque ad designationem successoris; septemdecim vero usque ad eiusdem inaugurationem, quae kalendis Ianuariis anni 1268 celebrata rite est, prout deinceps ostendemus. scribit noster c. 23 l. 4 Iosephum monasterii Galesii praefectum confessarium imperatoris legitimo suffragiorum numero electum probante ac studente maxime imperatore, designatum fuisse patriarcham *μηνὸς ἀκτροφορεῶνος εἰκοστῇ ὀγδοῇ τῆς δευτέρας ἐπινεμήσεως τοῦ ,ϛψοϛ΄ ἔτους mensis Decembris vigesima octava, decimae indictionis, anni* 6775. moxque addit fuisse ordinatum kal. Ianuariis anni sequentis *ἑκατομβαιῶνος δὲ νουμηνίᾳ χειροτονηθεὶς εἰς ἀρχιερέας τετέλεσθαι.* annus aerae mundi Graecorum reducitur ad vulgarem aerae nostrae Christi detractione 5508. fuit ergo is annus Christi 1267, periodi vero Iulianae 5980. qui numerus divisus in quindecim indicat indictionem eius anni characteristicam, decimam, prout Pachymeres notavit. unde dubium esse non potest quin patriarchatus Iosephi Galesii a kal. Ianuarii anni Christi 1268 procedat.

III. Ubi desierit, modo definiam. refert Pachymeres l. 5 c. 17 Iosephum, qui se promulgatis palam literis iureiurando obstrinxisset ad nunquam assentiendum conciliationi cum Latinis, ab imperatore aegre id ferente persuasum migrare patriarchalibus aedibus, secessisse in monasterium Periblepti, pollicitum se renuntiaturum patriarchatui, si de concordia ecclesiarum Romae conveniretur a legatis eo ad hoc missis; interim quasi privatum victurum. postea cum legati pace composita redissent, indicatum esse videri sedem vacare, cessione conditionata Iosephi iam in absolutam transeunte, positione conditionis unde pendebat. quocirca itum in suffragia novae electionis. iste secessus patriarchae Iosephi contigit, ut noster ibi distincte tradit, die 11 Ianuarii, secundae indictionis, anni 6782, *ἑνδεκάτῃ μηνὸς ἑκατομβαιῶνος δευτέρας ἐπινεμήσεως τοῦ ,ϛψπβ΄ ἔτους.* fuit hic annus Christi 1274, per. Iul. 5987, qui revera numeravit indictionem

www.libtool.com.cn

secundam, qualem nullus ex quatuordecim praecedentibus et totidem secutis habere potuit, ut periculum nullum sit ne annus tam ipsi propria insignitus nota cum alio quopiam confundatur aut mutetur. in ista porro suspensione res fuerunt ferme per annum, quoad legatis pacem a Romano pontifice conventam stipulatamque referentibus, comitia sunt indicta novo creando patriarchae. quod non contigit ante sequentem annum, ut docet nos historici nostri locus modo considerandus.

IV. De Ioannis Vecci Iosepho subrogati electione, quam et statim inchoatam post legatorum Roma reditum et celeriter transactam apparet, sic scribit Pachymeres c. 24 l. 5. *ὁ Βέκκος εἰκοστῇ μὲν καὶ ἕκτῃ Ἰουνεψιῶνος μηνὸς κατὰ τὴν ἑορτὴν τῶν ἁγίων* P 518 *πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ πατριάρχης προβέβληται. δευτέρᾳ δὲ Μαιμακτηριῶνος τῇ ἐπιούσῃ κυριακῇ, ἐν ἐπισήμῳ ἡμέρᾳ τοῦ πνεύματος, τὰ τοῦ πνεύματος δέχεται καὶ τελειοῦται ἀρχιερεύς. Veccus sexta et vigesima Maii mensis, in festo sanctorum patrum Nicaeensium patriarcha electus est. secunda vero Iunii dominica hebdomadis vertentis, insigni die Sancti Spiritus gratiam Spiritus percepit, ordinatus rite patriarcha.* hi characteres unice designant annum Christi 1275, periodi Iulianae 5988, quo cyclus solis numeratus est 24, lit. dominicalis fuit F, cyclus lunae currebat 3. quae notae festum Paschae conferunt in 14 Aprilis, dominicam vero Pentecostes in 2 Iunii. unde patet a prima successione Iosephi ad initum a Vecco patriarchatum intercessisse menses solidos sexdecim cum diebus octodecim. anno praecedenti Christi 1274 si quis suspicari vellet Vecci creationem factam, frustra esset ob characteres diversissimos: nam cyclos is annus habuit solis 23, lunae 2, qui dant Pascha 1 Aprilis et Pentecostem 20 Maii, et litera dominicalis eiusdem anni G diem secundum Iunii facit sabbatum, cum dominicam fuisse oportuerit quo anno est Veccus in patriarchalem Constantinopoleos evectus sedem. huius finis, quoniam Michaëlis Palaeologi funere posterior extra huius historiae limitem exit, nostrae considerationis nunc quidem non est.

V. Restat ultimum quod proposuimus hic tractandum. tempus quo missa Roma est a Michaële Augusto insignis legatio ad absolvendum negotium conciliationis ecclesiarum, qua Germanus expatriarcha et Georgius Acropolita feliciter functi sunt, charactere non dubio insignitum legitur c. 21 l. 5. ait illic historicus solvisse duabus triremibus legatos paci conficiendae destinatos, paratis iam ad eam ex parte Graecorum omnibus. hi fuerunt, ut c. 17 superius dixerat, partim ecclesiastici partim senatorii. priores Germanus nuper patriarcha et episcopus Nicaeae Theophanes, alii magnus logotheta Acropolita, praeses vestiarii Panaretus et magnus interpres Berrhoeota. triremium

www.libtool.com.cn

alteram conscenderunt Panaretus et Berrhoeota cum donis imperatoris ad pontificem, in altera duo episcopi cum Acropolita fuerunt. altum petierunt, ait loco laudato noster c. 21 l. 5 *Κρονίου ἀρχομένου μηνός*. est haud dubie Pachymeri *Κρόνιος* Martius, prout est huius l. c. 1 demonstratum. pergit dicere conflictatos eos parum prospera tempestate pervenisse in sinum Laconicum, ubi est promontorium Maleae, *λήγοντος τοῦ μηνός*, hoc est eodem mense desinente, ultima eius decade: notum est enim Graecos partiri menses in tres decadas. primam vocant *ἀρχομένου* sive *ἱσταμένου*, secundam *μεσοῦντος*, tertiam *φθίνοντος* sive, ut hic noster, *λήγοντος μηνός*. addit ibi vehementi iactatas procella triremes ambas primum dissociatas vi venti fuisse, deinde alteram illarum, qua Panaretus et Berrhoeota vehebant, misere fractam et submersam, aliam salvam appulisse ad Methonae portum; idque contigisse *πέμπτῃ μεγάλῃ*, hoc est feria quinta hebdomadae maioris, qua coena domini celebratur ab ecclesia. ex his oportuit illo anno feriam quintam in coena domini mense Martio fuisse, et quidem aliquo die decadis ultimae mensis istius. non potuit ille annus esse alius ab anno Christi iuxta vulgarem aeram 1273. manifestum hoc est ex serie narratarum hac historia rerum. nam superiori Christi 1272 coepit sedere Gregorius X, qui primus mentionem concordiae intulerat, postquam in Syria electum se absentem a Cardinalibus cognovit. deinde iam coronatus legatos Constantinopolim ad id negotium urgendum miserat. hi strenue rem egerunt, pro virili Augusto cooperante; quae referuntur hoc libro a c. 11 ad 17. haec annum facile Gregorii 1, Christi 1272, expleverunt. dispositis utcumque omnibus ex parte Graecorum missi sunt legati, de quibus agimus, circa initium anni, Gregorii Pontificatus secundi, Christi 1273. nec tardius potuerunt: alioqui Gregorium non reperissent Romae, qui hoc anno inde discessit versus Galliam, ut ibi concilium oecumenicum Lugduni celebraret. habitum id concilium
P 519 est anno sequenti Christi 1274, praesente illic pontifice, et legatis Graecorum iam cum ecclesia Romana conciliatorum ibidem comparentibus. quae conciliatio cum per hanc legationem perpetrata fuerit, evidens est eam prius obitam et renuntiatam Constantinopoli fuisse quam sacra synodus Lugduni inchoaretur. quadrat autem unice ad hoc ipsum character hoc loco indicatus feriae quintae maioris hebdomadae incidentis in postremos dies Martii, siquidem hic annus Christi 1273 fuit periodi Iulianae 5986, cyclum solis habens 22, cyclum vero lunae sive aureum numerum 2, literam dominicalem A; quae notae Pascha illius anni defigunt in 26 Martii. fuit ergo feria quinta in coena domini die 23 Martii eiusdem. quare verax et exacta deprehenditur historici narratio et chronologia nostra confirmatur.

www.libtool.com.cn

CAPUT VII.

De eclipsi solis a Gregora memorata, qua stabilita hactenus chronologia firmatur.

I. Hactenus chronologiam nostram indicatis a Pachymere characteribus, quantum licuit, munivimus. non est autem negligenda opportunitas quam nobis benignam offert insignis Nicephori Gregorae locus eiusdem coelesti quoque solaris maximi deliquii suffragio roborandae. scribit is auctor Historiae suae l. 4 p. 51 ed. Basil., postquam narravit abdicationem Germani, Iosephi subrogationem in eius locum, et ab hoc indultam imperatori Michaëli Palaeologo solutionem anathematis quo dudum fuerat ab Arsenio devinctus ob excaecatum Ioannem pupillum, scribit, inquam, in hunc modum: *κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἐπεσκότησεν ἡ σελήνη τὸν ἥλιον ἄρτι τὴν τῶν διδύμων τετάρτην παραλλάττοντα, περὶ ὥραν πρὸ μεσημβρίας τρίτην τῆς εἰκοστῆς πέμπτης ἡμέρας τοῦ μαΐου, τοῦ ,ϛψοέ ἔτους. ἦν μὲν οὖν ἡ πᾶσα ἔκλειψις δακτύλων ἔγγιστα δυωκαίδεκα, τοσοῦτον δὲ κατὰ τὸν μέσον τῆς ἐκλείψεως χρόνον ἐγεγόνει τὸ σκότος περὶ τὴν γῆν ὡς καὶ πολλοὺς τῶν ἀστέρων φανῆναι. sub hoc tempus obscuravit luna solem quartam Geminorum transmittentem gradum, circa horam ante meridiem tertiam quintae ac vigesimae diei Maii, anni* 6785. *fuit porro tota eclipsis digitorum proxime duodecim. tantae autem sub medium deliquii tempus tenebrae circa terram extiterunt, ut et multas stellarum apparerent.* ita Gregoras describit insignem prorsus et horrendam solis defectionem Constantinopoli visam paulo antequam exauctoraretur Germanus et Iosephus in eius locum substituendus eligeretur. quod utrumque illo anno a Gregora indicato aerae Graecorum 6785, hoc est aerae nostrae 1267, evenisse nos quoque ostendimus superius n. 2 c. 6. quare si demonstrare potuerimus fide tabularum et ratiociniis astronomicis solis deliquium tam notabile in urbe tam frequenti circa meridiem spectatum, cum omnibus eius memoratis circumstantiis, illo revera fuisse commissum anno, nemo non videt magnum inde firmamentum accessurum et ratiociniis nostris et fidei historicorum quorum auctoritate nitimur. haec me spes impulit ad rogandum per literas R. P. Iacobum Grantami societatis nostrae, Lutetiae Parisiorum degentem, ut dignaretur istius eclipsis calculos ponere. fecit ille pro sua et eruditione et humanitate praestantibus diligentissime, prout ex eius ad me missa, quam hic adscribam, exercitatione astronomica patebit.

II. Iacobi Grantami e societate Iesu epilogismus novilunii ecliptici anno Christi 1267, 25. Maii, iuxta tabulas subsidiarias Rudolfinas ad meridianum Constantinopolitanum revocatas. annus is est communis, non bissextilis.

www.libtool.com.cn

P 520 *Novilunium medium.*

	D.	H.		
Maii	24	10	50	13
	D.	H.		
tempus apog. sol. lun.	14	11	32	7
intervallum a novilun.	21	0	41	54
motus intervallo respondens tollendus	S. 0	G. 29	15	38
locus apogaei solis	3	0	1	36
primus locus solis	2	9	45	58
prima distantia luminarium sole longius progresso	0	5	27	43
tempus apogaei lunae proximum novilunio	D. 165	H. 7	51	27
intervallum	7	6	21	22
motus intervallo respondens	S.	G.		
addendus	3	0	43	42
locus apogaei lunae	11	3	34	35
primus locus lunae	2	4	18	15
tempus prosthaphaereticum addendum		H. 10	41	10

Novilunium verum.


	D.	H.		
Maii	24	21	31	23
pro correctione.	S.	G.		
ad primum locum solis adde	0	0	25	28
fit secundus locus solis	2	10	11	26
secunda distantia luminarium, luna longius progressa	0	0	3	1
pro correctione.				
ad primum locum lunae, addendum	S. 0	G. 5	56	12
fit secundus locus lunae ad secundum solis locum revocandus	2	10	14	27
tempus correctioni respondens tollendum			5	51
pro aequatione perfecta temporis, addenda				32


Novilunium perfecte correctum et aequatum.

in meridiano tabularum, Maii	24	21	26	4
post meridiem.		H.		
in meridiano Constantinopolitano additis		1	28	0
post mediam noctem fit dies Maii	25	10	54	4

www.libtool.com.cn

hoc tempore et loco Zodiaci facta est vera synodus: quo autem sit visa, tam minus accurata quam accurata, per triangulos et parallaxes ostenditur in sequentibus. P 521





Tres priores parallaxes.			Tres posteriores parallaxes.		
altitudinis	25	10	altitudinis	28	30
latitudinis	23	40	latitudinis	23	52
longitudinis	8	33	longitudinis	15	35
in synodo vera.			in synodo visa minus accurata.		

In triangulo ZCN rectangulo in N. Gr. 90 ecliptica.

		G.				G.	
ang.	C	75	28	ang.	C	74	45
latus	CZ	24	14	latus	CZ	24	29
	NZ	23	24		NZ	23	33
	NC	6	26		NC	6	50

In triangulo ZSN rectangulo in N.

		G.				G.	
latus	NS	9	18	latus	NS	10	58
	SZ	25	6		SZ	29	13
ang.	S	99	31	ang.	S	54	58

	D.	H.		
primo tempore parallactico	0	9	16	0
sublato a vera synodo	25	10	54	4
restat visa synodus minus accurata			H.	
Maii die	25	10	44	48
secundo tempore parallactico	0	0	52	14
sublato a vera synodo	25	10	54	4
restat visa synodus accurata Maii	25	10	1	50

locus lunae; qui et solis, in synodo vera

	S.	G.		
	2	10	11	26

www.libtool.com.cn

tolle motum respondentem tempori parallactico accurato	29	7		
restat locus lunae in synodo visa accurata	S. 2	G. 9	42	19
ex hoc tolle locum nodi ☊	8	14	26	33
restat verus motus latitudinis	5	25	15	46
P 522 unde vera latitudo borealis sive arcus inter centra	27	10		
e tertia parallaxi latitudinis	24	48		
tollenda: et restat visa latitudo seu arcus inter centra	2	22		

Quantitas eclipsis.

Ex summa semidiametrorum	31	41
tolle visam latitudinem sive arcum inter centra	2	22
restat quantitas eclipsis	29	19

in scrupulis 1759
quae multiplicata per 6 faciunt 10554
quae divisa per semidiametrum solis 900
dant digitos 11
restant 654
quae faciunt digiti unius partes 40
quantitas ergo eclipsis est digiti undecim cum quadraginta partibus duodecimi.

Duratio eclipsis.

Duratio huius eclipsis exacte definietur ex scrupulis mediae durationis 31 35 per horarium lunae motum in incidentia et emersione compositis, ut consequitur.


In incidentia.


locus lunae una hora ante visam synodum accuratam	S. 2	G. 9	8	4
	D.	H.		
tempus Maii	25	9	1	50

In emersione.

locus lunae una hora post visam synodum accuratam	S. 2	G. 10	16	34
	D.	H.		
tempus Maii	25	11	1	50

www.libtool.com.cn





Tres parallaxes.				Tres parallaxes.				
altitudinis		25	30	altitudinis		25	30	
latitudinis		24	0	latitudinis		20	30	
longitudinis		8	37	longitudinis		15	10	
ang. C	92 75	33	16	ang. C	92 86	32	11	P 523
latus CZ		24	9 41	latus CZ		19	39 2	
NZ		23	21	NZ		19	36 0	
NC		6	24	NC		1	14 0	
NS		7	49	NS		18	56 42	
SZ		24	33	SZ		23	55 ,	
ang. S		72	32	SC		12	44 translato S in Occid.	
SC		14	13	ang. S		55	52	

tertia parallaxis longitudinis 48 11, quae visae synodo accuratae respondet, comparanda cum parallaxi longitudinis inventa.

In incidentia.

tertia parallaxis longitudinis	48	11
parallaxis longitudinis in incidentia prior tempore	8	37
differentia motu crescenti admodum celeriter	39	34
hanc differentiam adde horario vero lunae a sole	29	28
fit motus horarius apparens velocissimus	69	2

Analogia.

Ut hic motus apparens 69. 2. 4142 ad unam horam 3600, ita scrupula mediae durationis 31. 35. 1895 ad tempus incidentiae 1647. 27. 27.

www.libtool.com.cn

In emersione.

tertia parallaxis longitudinis	48	11
parallaxis longit. in emersione posteriori tempore	15	10
differentia motu valde decrescente	33	1
hanc differentiam adde horario vero lunae a sole	29	28
fit motus horarius apparens velocissimus	62	29

Analogia.


Ut hic motus apparens 62 29 ad 3600, ita scrupula mediae durationis 31 35 ad tempus emersionis 30 20

Integra duratio 57 47

	D.	H.		
initium	25	9	34	23
medium eclipsis (Maii	25	10	1	50
finis	25	10	32	10

Constantinopoli post mediam noctem.

P 524 emersio AD Septentrio incidentia AC



Meridies

Typus eclipseos

in triangulo ABC rectangulo in A.

ex summa semidiametrorum	31	41	BC
tolle arcum inter centra	2	22	AB
habes scrupulos mediae durationis	31	35	AC

III. Ex hoc epilogismo clarissimum fit in eclipsi descripta reperiri characteres a Nicephoro Gregora designatos, annum a mundo condito 6775, id est Christi 1267, Maii diem 25, horam ante meridiem 3, et digitos prope 12, unde tanta obscuritas in

terra ut stellae in coelo apparerent. at deficit una illustris, nota loci solis in Zodiaco: ponit enim Nicephorus gradum 4 Geminorum, noster autem calculus 10. sed in eo Nicephorus manifeste hallucinatur, secutus non astronomicas leges, sed popularem putandi rationem et communem errorem iungentium aequinoctium vernum, seu primum gradum Arietis, cum 21 Martii; quemadmodum iam a concilio Nicaeno in usu id erat, non observato, saltem non correcto, vitio antecessionis aequinoctii versus initium Ianuarii unius diei per centum triginta circiter annos. qui error postea correctus est anno Christi 1582, sublatis 10 diebus, quibus initium Arietis Martii vigesimum primum praecesserat. et revera a concilio Nicaeno habito anno Christi 325 usque ad tempus huius eclipsis anno Christi 1267 anni fluxerunt 942, pro quibus Nicephorus sex gradus antecessionis Geminorum usurpavit, cum merito septem integros numerare potuisset. Sethus Calvisius in Chronolog. anno Christi 1267 hanc eclipsim notavit, eodem anno et die quo Nicephorus; eumque circa 4 gradum Geminorum iure corrigit: sed contigisse ait hora 11. 9. 21 post mediam noctem, tardius multo quam velit Nicephorus qui 3 ante meridiem scribit; cum quo belle calculus noster convenit. numerat autem Calvisius digitos obscurationis 11. 52, fere ut nos et Nicephorus proxime ad totalem. feriam quoque quartam rite designat. et probat cyclus solis 16, litera B Keplerus in tabulis Rudolfinis p. 98 eiusdem eclipseos mentionem facit, et ostendit recte a Calvisio Nicephorum reprehendi, et cum eo ponit grad. 10. 59 Geminorum, paulo liberalior in minutis. porro de duratione huius eclipsis neque Nicephorus neque Calvisius aut Keplerus quidquam affirmant. et vero quanta ea fuerit, ad fidem historiae aut temporis rationem nihil refert, probatis aliis certissimis notis. verum ne ea ad integrum exactumque epilogismum desideretur, magna diligentia eam consignavi. et ne quis brevitatem non integrae horae in eclipsi prope totali nimiam reprehendat, velocissimum lunae motum apparentem circa 3 parallaxem longitudinis, tam in incidentia crescendo valde in quadrante Orientali eclipticae, quam in emersione multum decrescendo in quadrante Occidentali, quaeso ut mecum attendat, et desinet mirari. P 525
haec in gratiam R. P. Possini; qui viri amici laborem gratum, si placet, habebit, et eum deo in suis orationibus et sanctissimis sacrificiis commendatum habebit.

IV. Hactenus R. P. Iacobus Grantami. cui adiungam quod consultus a me de eclipsi eadem R. P. Ioannes Baptista Ricciolus, statim humanissime respondit hisce plane verbis.

Aera Constantinopolitana supponit completos fuisse mundi annos 5508 ante usitatam Christi aeram. quare annus 6775 aerae Constantinopolitanae est aerae Christianae 1267.

www.libtool.com.cn

Anno Christi 1267 cyclus lunae seu aureus numerus fuit 14, epacta 3, novilunium civile inter 25 et 26 Maii. cyclus solis fuit 16, litera dominicalis B et dies 25 Maii incidit in feriam quartam.

Anno eodem 1267, die 25 Maii, novilunium verum Constantinopoli fuit sesquihora ante meridiem: sed ob parallaxim longitudinis fuit hora 3, minutis 5, ante meridiem sole et luna versantibus in gradu 12 Geminorum. latitudo lunae Borealis et vera fuit minutorum 19. 8. sed apparens ob parallaxim latitudinis fuit Australis et minutorum 3. 8. summa autem semidiametrorum solis et lunae fuit minutorum 30. 40. et solis diameter integra minutorum 31. 38. ideoque digiti ecliptici 11. 25. sed eo quod radii solis oblique in terram incidentes aliorsum procul a vertice Constantinopolis reflecterentur, nec multum aërem supra positum illustrarent, visa est eclipsis paene totalis, et stellae horizonti propiores aliaeque conspici potuerunt.

Ex mea Geographia reformata suppono altitudinem poli Constantinopolis esse grad. 42. 56, et longitudinem a Palma insula Fortunatarum gr. 54. 36.

Quid sibi velit Gregoras, aut quibus ex ephemeridibus hauserit solem fuisse tunc in quarto gradu seu parte Geminorum, penitus ignoro. licet enim tabulae astronomicae insignium mathematicorum paucis aliquot minutis dissidere possint a meis, multis tamen gradibus nullae. certe enim anno illo 1267 sol ingrediebatur in signa Zodiaci diebus 9 aut 10 citius quam nunc post correctionem Gregorianam kalendarii. nunc autem ingreditur Geminos die 22 aut 23 Maii. ergo tunc die 13 aut 14 circiter. atque adeo die 25 Maii erat iam in 11 vel 12 gradu Geminorum.

Haec ille. habes, lector, eruditissimorum hominum et praestantium astronomorum circa eclipsim a Nicephoro Gregora memoratam iudicia et ratiocinia, quae tantam eius notitiam suppeditant quanta optari fere potest, certe quae abunde sufficiat ad usum nostrum insigniendi anni quo Germano abdicante Iosephus patriarcha est creatus, tam luculento charactere, ut in eo a caeteris discernendo labi deinceps aut vel titubare quisquam nequeat.

CAPUT VIII.

Andronici, qui Michaëli Augusto primogenitus, in imperio collega et post eius obitum successor fuit, aetas, coniugii et evectionis in imperium tempus, caeterorumque eius actorum chronologia.

I. Michaëli Palaeologo qui successit in imperio Andronicus, senior ab historicis posterioribus dictus ex comparatione cum ipsius nepote Andronico iuniore, avi in imperio collega, quicum

graves et rei Romanae perniciosissimas inimicitias exercuit, in Cantacuseni praesertim historia narratas, Andronicus, inquam, P 526
Senior Michaëlis Palaeologi prioris primogenitus, imperii collega et post patris mortem successor, quando natus sit, qua aetate uxorem duxerit, quo anno particeps factus fuerit Augustae potestatis, incertum faciunt variae ac male inter sese cohaerentes cum Pachymeris tum Gregorae et aliorum qui de illius rebus scripserunt affirmationes. quare operae pretium me facturum statui, si evolvendae ex ambagibus et certo, quoad licebit, digerendae ordine rerum ipsius hac historia memoratarum chronologiae capitis huius operam impenderem. prima omnium statuenda est epocha natalis Andronici huius, perplexis Pachymeris et Gregorae assertionibus nutans. scribit Pachymeres l. 3 c. 7 Theodoram Michaëlis Palaeologi uxorem, cum comperisset virum suum cogitare de se repudianda adsciscendaque loco eius in coniugem Anna Alamana Ioannis Batatzae olim Augusti vidua, graviter, ut par erat, id ferentem, expostulasse quod se coronatam iam Augustam sine ulla causa imperator vellet dimittere, postquam ei iam Augusto peperisset filios, primum quidem Manuëlem qui cito perierat, deinde vero Andronicum adhuc superstitem, quem pater regie nutribat, denique tertium postquam in urbem Constantinopolim e Latinis receptam imperator migraverat, illic in purpura natum Constantinum nomine, cognomento Porphyrogenitum. *ἡ βασιλὶς Θεοδώρα χαλεπῶς εἶχεν ἐνέγκαι, εἰ δέσποινα ἑστεμμένη οὖσα καὶ γνησία γυνή, ὑπ' ἀνδρί τε τῷ βασιλεῖ τεκοῦσα παῖδας, καὶ πρῶτον μὲν ἀποιχόμενον ἄλλον, τὸν Μανουήλ, εἶτα δὲ καὶ τὸν περιόντα Ἀνδρόνικον, ὃν βασιλικῶς ὁ πατὴρ τρέφοι.* ex his videtur posse colligi sensisse Pachymerem Andronicum, immo et praeterea Manuëlem prius mortuum, post initum a Michaële Palaeologo imperium natos, ut sic illos mater eorum Theodora viro iam imperanti, *ἀνδρὶ τῷ βασιλεῖ*, pepererit.

II. Atqui hoc quidem repugnat ipsi primum Pachymeri affirmanti Andronicum annos natum quatuor et viginti patri morienti successisse. si enim is patre iam imperante, et quidem secundus post Manuëlem in infantia mortuum, natus est, cum Michaël, ut est demonstratum, imperare coeperit kal. Ianuar. anni Christi 1260, venire in lucem non potuit ante annum Christi 1261, imperii Palaeologi secundum; et consequenter, quando idem Palaeologus Michaël anno, ut cap. sequenti demonstrabitur, Christi 1282 mortuus est, Andronicus non nisi annorum unius et viginti esse potuisset. pugnat id etiam cum eo quod Gregoras scribit l. 4 p. 40, Michaëlem, cum solemni pompa Constantinopolim a suis recuperatam ingressus est, Andronicum filium iam tum bimulum duxisse. *εἶναι πρὸς τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων ἅμα τῇ συζύγῳ δεσποίνῃ καὶ τῷ υἱῷ Ἀνδρονίκῳ τῷ νέῳ βασιλεῖ δεύτερον ἔτος ἄγοντι τῆς ἡλικίας.* certissimo enim statuimus superius ingressum

Michaëlem Palaeologum urbem paulo prius a suis captam die 15 Augusti anni Christi 1261, quo tempore ut duorum annorum puer Andronicus fuerit, oportuit eum natum saltem initio anni Christi 1260. quod dici nequit, cum ante illum patri iam imperanti natus fuerit primogenitus eius, Manuël in cunis mortuus. necessario igitur agnoscenda πρόληψις est in illis verbis ὑπ' ἀνδρὶ τῷ βασιλεῖ, ut nequaquam Theodora significare voluerit se viro suo iam imperanti Manuëlem et Andronicum peperisse: sed appellationem imperatoris, quae suo marito tunc cum illa haec dicebat conveniret, tribuisse, licet illa non pertineret ad id tempus quo illa Manuëlem et Andronicum enixa fuerat.

III. Sed aliquid certius de anno natali Andronici Senioris statuere licebit ex tempore ipsius obitus, sicubi satis certo id definitum reperire potuerimus. legimus apud Ioannem Cantacuzenum (l. 2 c. 28 p. 228 ed. Reg.) hunc Andronicum, qui abdicato imperio factus monachus Antonii nomen assumpserat, in monasterio mortuum esse *mense Februario, indictione* 15, *anno quadragesimo supra sexies millesimum et octingentesimum, natum annos septuaginta duos.* si ex numero 6840 annorum 72 demas annos, supererit annus aerae Graecorum 6768, quo fuisse natum oportuit eum qui annis duobus maior septuagenario anno 6840
P 527 diem obierit. est hic annus 6768 mundi iuxta Graecos idem quem nos in aera Christiana numeramus 1260; qui fuit, ut vidimus, primus imperii Michaëlis. eius anni principio si editus in lucem Andronicus est, habere locum utcumque potest quod ex Gregora retulimus, eo bimulo, sive secundum aetatis annum agente, δεύτερον ἔτος ἄγοντι τῆς ἡλικίας, contigisse ingressum triumphalem Michaëlis eius patris in urbem regiam paulo ante de Latinis receptam. sed non potest cum hoc quadrare quod scribit Pachymeres in historia imperii Andronici l. 1 c. 1, eum quando patri successit, annos aetatis numerasse quatuor supra viginti. verba sunt de illo Pachymeris haec ipsa: τῷ τοι καὶ νέος ὢν ὁ ὑπολειφθεὶς βασιλεύς, ἔτη γεγονὼς τέσσαρα πρὸς τοῖς εἴκοσι τηνικάδε. nam cum ab anno Christi 1260 ad 1282, quorum priori coepisse imperare, posteriori obiisse Michaëlem Palaeologum certo demonstravimus, manifestum sit intercedere annos dumtaxat duos et viginti, patet promovendum ulterius toto biennio natalem Andronici necessario esse, si vera de ipsius, quando capessivit imperii habenas solus, aetate Pachymeres scripserit. nam quod idem c. ult. l. 6 huius quam nunc edimus historiae Michaëlem Palaeologum tradit imperasse annis viginti quatuor, accommodari forte ad veritatem id posset vel ea ratione quam disseremus c. sq. n. 3, vel intelligendo numeratum illic eius imperium ab eius celebri praedictione quam Thessalonicae biennio ante acceperat, voce *Marpou* de coelo missa, ut narratur l. 1 c. 11. sed hoc ad aetatem Andronici trahi non potest, nec excussri aliter ab errore Pa-

www.libtool.com.cn

chymeres, si vere natum eum putavit quo anno coepit imperare pater eius.

IV. Existimo tamen vera illic Pachymerem et ex certa publicaque notitia scripsisse, errasse vero Cantacuzenum in subducendis annis Andronici Senioris, qui aetatis non 72, ut ille affirmat, sed 74 vitae finem invenerit. huius assertionis habemus auctorem eidem Andronico familiarissimum extremis vitae temporibus Nicephorum Gregoram, apud quem cum legamus c. ult. l. 9 p. 209 ed. Bas. confabulari se quotidie cum Andronico tunc monacho otiosissime solitum, atque adeo ipsa nocte qua est mortuus multas horas suavissimi colloquii cum eo duxisse, facile credere possumus rescivisse ex eo ipsum quae de illius annorum numero notavit in monodia de Andronici obitu initio l. 10 p. 214 his plane verbis: *τέταρτον μὲν ἤδη καὶ ἑβδομηκοστὸν ἔτος ἀπὸ γενέσεως αὐτῷ τελευτῶντι ἠνύετο quartus et septuagesimus annus a nativitate ipsi morienti absolvebatur.* quae verba non tantum vixisse illum annis 74, sed etiam illos explevisse significant. cum autem sit mortuus die 12 Februarii, ut idem Gregoras affirmat sub finem l. 9, vel 14, ut anonymus annotavit ad marginem loci Cantacuzeni, quem paulo ante retulimus, cogimur dicere natum fuisse Andronicum sub initium anni Christi 1258. ac ne quis suspicetur irrepsisse errorem in notas numerales apud Gregoram, qui tamen extense ac sine notarum compendiis annum septuagesimum quartum aetatis Andronici exprimit, etiam aliunde manifestum est ex animi sui certa sententia id affirmasse illum auctorem. ait is nimirum initio c. ult. l. 9, inter alia signa quae portenderunt obitum Andronici Senioris, visam solis eclipsin, quae totidem diebus quot ipse annis vixerat eius mortem praecesserit. commissum spectatumque est id novilunium eclipticum ultimo Novembris anni Christi 1331. ex quo si numeres unum et triginta Decembris, totidem Ianuarii, duodecim Februarii dies, exacte conficies summam dierum septuaginta quatuor, parem numero annorum vitae ipsius, ut scripsit Gregoras, tacite hic revocans quod alias dixerat, Andronicum, quando cum patre primum ingressus est Constantinopolim, secundum aetatis annum egisse; cum ex hoc quod nunc ex certiori testimonio affirmat, manifestum sit ipsi tunc quartum aetatis ab aliquot iam mensibus currere coepisse, quippe in lucem edito circa initium anni Christi 1258. id quod non parum praeterea confirmatur ex tempore nuptiarum Theodorae matris Andronici cum eius patre Michaële, ab Acropolita notato, hic enim historiae suae c. 51 refert Ioannem Ducam imperatorem P 523
collocasse Michaëli Palaeologo, in gratiam recepto interventu Manuëlis patriarchae, Theodoram fratris sui olim defuncti Isaacii Ducae sebastocratoris filiam. necesse est dicere factum id fuisse sub finem anni Christi 1254 vel sequentis initium, quo post multorum mensium languorem Ioannes Augustus Octobri mense diem

www.libtool.com.cn
obiit. est autem incredibile fecundam alioqui mulierem viro aevi pleni, quippe annorum duodetriginta cum duxit uxorem iuveni, sex totis primis coniugii annis nullam prolem edidisse. quocirca existimo Mannëlem primogenitum, qui deinde infans obiit, ipsis natum anno Christi 1256, Andronicum vero biennio post, primis mensibus, ut dixi, anni Christi 1258. quo posito prona deinde facilitate apta caeterorum Andronici actorum in serie huius historiae dispositio succedit. nam quod ante mentionem electi in papam Gregorii X refert c. 28 l. 4 Pachymeres, Andronico iam in virum adulto, hoc est in puberem et coniugio maturam educto aetatem, patrem eius uxorem quaerere coepisse, bene quadrat in annum Christi 1271, sedis vacantis post mortem Clementis Quarti tertium; quo nimirum Andronicus quintum decimum agebat aetatis annum. nuptias ipsas Andronici cum Anna regis Pannoniae filia, capite eodem memoratas, ad annum sequentem Christi 1272 referimus. unde assumptio Andronici eiusdem in consortium imperii a patre Augusto facta, et solemnis coronatio Andronici et Annae novorum Augustorum, quam Pachymeres altero a nuptiis anno celebratam ibidem tradit, ad annum Christi 1273 Andronici duodevigesimum pertinet.

CAPUT IX.

Statuitur tempus obitus Michaëlis Palaeologi et numerus annorum eius imperii. appendix de anno captae a Persis Heracleae Ponti.

I. Utrumque caput ad discussionem hic propositum molesta opinionum varietate perplexum est. ut enim omittam vulgaria chronica, quorum in quibusdam vidi principium imperii Andronici Senioris, quod statim a morte Michaëlis eius patris incepit, consignatum anno Christi 1294, et ipsi Michaëli sex et triginta imperii annos attributos, Spondanus obiisse Michaëlem anno Christi 1283 ponit, et principatum tenuisse annis viginti quatuor refert ex Gregora, ut ait; apud quem tamen loco ab eo laudato id non reperio, sed tantum mortuum Michaëlem anno mundi iuxta computum Graecorum 6791, aetatis suae 58. ὁ μὲν δὴ βασιλεὺς (verba sunt Gregorae de Michaële Palaeologo scribentis) περὶ οὓς εἰρήκειμεν τόπους παρ' ἐλπίδα τῆς οἰκείας ἔτυχε τελευτῆς κατὰ τὸ ἑξακισχιλιοστὸν ἑπτακοσιοστὸν ἐνενηκοστὸν πρῶτον ἔτος, ἀπὸ καὶ πεντήκοντα ἐτῶν τυγχάνων. hoc est: *imperator circa illa quae diximus loca praeter spem vitae suae finem invenit, anno sexies millesimo septingentesimo nonagesimo primo, agens aetatis annum quinquagesimum octavum.* ita Gregoras.

II. At noster Pachymeres l. 6 c. 36 huius operis sic scribit de die obitus Michaëlis. ἡμέρα ἦν παρασκευὴ ἑνδεκάτη σεπτεμβρο-

www.libtool.com.cn
ριῶνος τοῦ ,ςψγα' ἔτους. *feria erat sexta undecima Decembris anni* 6791. ac in anno quidem magno consensu Gregoras, ut vidimus, praetereaque Phrantzes cum Pachymere conveniunt, ut dubitari de hoc non debeat, cum sit tamen vehemens causa dubitandi ex circumstantia diei parasceues sive feriae sextae illo anno incurrentis in undecimam Decembris diem. est annus aerae mundi Graecorum 6791 Christi 1283, hoc est per. Iul. 6996, quo fuit cyclus solis 4, numerus aureus 11, indictio pariter 11. cyclus porro solis 4 literam indicat dominicam C, quae cum insigniat diem duodecimum Decembris, undecimus necessario fuerit sabbatum, non autem parasceue sive sexta feria, qualem cum tamen P 529
illo anno fuisse tradit pro certissimo et vulgo notissimo Pachymeres. igitur anno Christi 1282 mori Michaëlem Palaeologum oportuit, quo cyclus solis 3 literam dominicae indicem dedit D: haec enim litera diem Decembris tertium decimum afficiens, tertium retro undecimum fuisse sextam feriam demonstrat. quid ergo? dicemus errasse Graecos historicos in anno mortis Michaëlis, et pro 6790 sequentem 6791 indicasse? ne cogamur hoc dicere, duplex huius explicandae perplexitatis suppetit ratio. aut enim labentis iam anni 6790 et paucos duntaxat extremi Decembris dies reliquos trahentis rationem non habendam populus et historici censentes, obitum eius ex anno mox sequenti, 6791, quo is videlicet innotuit, insigniendum putaverunt, neglecto discrimine nullius momenti ad civilem aestimationem, quae fere minutam ἀκρίβειαν respuit. aut, quod verisimilius reor, annorum mundi et aerae suae principium, item ut indictionis, a Septembri Graeci repetebant. unde iam tum annus mundi iuxta ipsos 6791 coeperat a mense fere tertio, cum anni Christi 1282 mensis ultimus December volvebatur. ut vere dixerint Pachymeres Gregoras et Phrantzes obiisse Michaëlem anno 6791, nec vere tamen scripserint Spondanus et Rainaldus eundem anno Christi 1283 fato functum, cum illo anno dies Decembris undecima, qua efflavit animam, sabbatum, non sexta feria fuerit.

III. Hoc igitur existimamus pro indubitato tenendum, anno Christi 1282, die 11 Decembris Michaëlem Palaeologum vivendi et imperandi finem fecisse. quamdiu imperaverit disquirendum restat. diserte Pachymeres Hist. c. ultimo imperasse Michaëlem asserit annis viginti quatuor; idque ipsum, ut palam notum, antea posuerat c. 21 l. 4. atqui hoc quidem aegre conciliatur cum iis quae iam omni firmitate constituimus, nimirum coronatum eum ritu solemni Augustum primum fuisse kalendis Ianuarii anni Christi 1260, vivere autem desiisse 11 Decembris anni Christi 1282. nam ex his apparet manifestum imperasse illum a die inaugurationis suae annos omnino viginti tres, minus viginti diebus. dici tamen potest non usquequaque aberrasse a vero Pachymerem, quem

www.libtool.com.cn
verisimile est id retulisse quod vulgo ferebatur. solet autem populus in numerandis annis accuratam et minutam aspernari diligentiam; nec fere dubitat decem, exempli gratia, ei principi annos tribuere, quem constet nonum excessisse. minime item putat necessarium ab inaugurationis die primum initium regni ducere, ubi supremam potestatem antea illum exercuisse palam est. itaque imperium Michaëlis Palaeologi iam ex eo tempore numerari potuit quo is tutor Ioannis est declaratus; quod contigit paulo post Muzalonum caedem, qui nono die ab obitu Theodori Augusti sunt interfecti. mors Theodori ex Acropolita in Augustum mensem incidit, opinor desinentem, cum Pachymeres eam conferat in confinia aestatis et autumni. a Septembri ergo anni Christi 1259 imperii habenas Michaël sumpserit, quas tenuit ducis magni, deinde despotae titulo, donec sub finem Decembris ad imperii cum pupillo collegium eveheretur. revera igitur imperavit super annos viginti tres expletos duobus fere mensibus, ut si de annis inchoatis sermo sit, negari nequeat 24 eius imperii annos numerari potuisse. in hunc modum Pachymerem quidem ab errore vindicamus: Phrantzem, qui mortem Michaëlis coniungit cum indictione 14, *ἀλογιστίας* absolvere non possumus. certissimum enim est anno Christi 1282, quo Michaëlem constat mortuum, indictionem 10 fuisse numeratam.

IV. Hactenus versati chronologica methodo sumus in epochis huius historiae figendis, quae certo aliquo insigniri charactere potuerunt: caeteras quarum statuendarum in prudenti coniectura tota spes sita est, hic singillatim exequi nec otium est nec operae fuerit pretium. satis sit eas, uti et acta hoc opere memorata praecipua, verisimili ratione in ordinem digestas, certis in abaco chronologico annis assignare. quod antequam aggredimur, describen-
P 530 dam hic duxi annotatiunculam lectoris, ut apparet, accurati adscriptam in Barberino optimo codice ad oram exteriorem, e regione verborum illorum c. 27 l. 4: *τῶν χωρῶν κατεχομένων τοῖς Πέρσαις, πάλαι ἂν ταῖς χώραις καὶ αὐτὰ συναπώλοντο.* ad haec, signo indice apposito, sic ex adverso scriptum manu antiquissima et scripturae codicis, quantum iudicari aspectu potest, aequali, scribitur

ὡς ἀληθῶς εἴρηκας ....
πόσα μου ἄγιε .....
γὰρ τῶν Περσῶν ἐπι ...
καὶ τῇ ἀμελείᾳ τω ....
τούντων συνελ .....
τοῖς Πέρσαις, καὶ ἡ κατὰ
τὸν Πόντον Ἡράκλεια ἑάλω
ἐν μηνὶ Ἰουλίῳ δ. N...
τοῦ ,ϛωξή ἔτους.

quae desunt, resecta fuerant cultro librario. ea nos in hunc modum restitui posse putabamus

ὡς ἀληθῶς εἴρηκας δέσποτά μου ἅγιε. καὶ τῇ γὰρ τῶν Περσῶν ἐπιθέσει, καὶ τῇ ἀμελείᾳ τῶν κρατούντων συνελθούσῃ τοῖς Πέρσαις, καὶ ἡ κατὰ τὸν Πόντον Ἡράκλεια ἑάλω ἐν μηνὶ Ἰουλίῳ δ. Ν ιγ' τοῦ ,ϛωξή' ἔτους.

haec sic latine sonant. *ut vere dixisti, domine mi sancte. etenim incursione Persarum, et negligentia imperantium cooperante Persis, etiam Heraclea ad Pontum sita capta est mense Iulio, die* 4, *indictione* 13, *anni* 6868.

Est hic annus Christi 1360, per. Iulianae 6073, quo numerata est indictio 13. indictionem ἐπινέμησιν Graeci vocant, et nomen istud ἐπινεμήσεως hic nota illa *N* compendiose indicatur, resecto mox numero ιγ, hoc est 13, qualem exigit ille annus. nondum reperi alibi notatam hanc expugnationem Heracleae; cuius ideo fortasse non erit inutile qualemcumque istam hinc notitiam sumpsisse. alloquitur porro, ne hoc lectorem moretur, quicumque is fuit, auctor annotatiunculae historicum ipsum Georgium Pachymerem, quem ἅγιον δεσπότην sanctum dominum vocat utpote sacerdotem et in ecclesiastica constitutum dignitate.

CAPUT X. P 531

Synopsis chronologica praecipuarum rerum hac historia memoratarum, eas assignans annis suis.

Anni Chr.	Romanorum Pontificum.	Imperatorum Orientis.
	Alexandri IV.	Ioannis Batatzae.
1255	1	33

Moritur imperator Ioannes Ducas Batatza prope Nymphaeum 8 kal. Novemb. Georg. Acropol. Hist. c. 52. vide l. 3 Observationum nostrarum c. 2.

Filius eius Theodorus, Lascaris a matre dictus, proclamatur imperator consensu procerum et populi. Acrop.

Recusante patriarchatum Nicephoro Blemmida, Arsenius e monasterio ad lacum Apolloniadis accersitus fit patriarcha. idem Acrop.

Is coronat Theodorum die Christi natali. Observ. Pach. l. 3 c. 2 n. 3.

Sexto post die, 30 Decembris, eclipsis solis horrenda Nicaeae cernitur hora 3 post meridiem. Pachym. l. 1 c. 13. vide superius c. 2 n. 4 et totum c. 3.

www.libtool.com.cn

Anni Chr.	Romanorum Pont. Alex. IV.	Imp. Or. Theodori Lasc. Ian.	
1256	2	1	Expeditio Theodori Lascaris in Occidentem contra Constantinum regem Bulgariae et Michaëlem despotam, quem utrumque sui terrore ad pacem adigit. Acropol. Hist. n. 56 et sq. Gregoras l. 3 p. 26. Sub autumnum huius anni Michaël Palaeologus magnus conostaulus Nicaeae relictus ut rebus per imperatoris absentiam praeesset, cum comperisset Cotys cuiusdam indicio excaecationem sibi parari, cum ipso indice fugit in Persidem. Pachym. l. 1 c. 9 p. 12. Ibi a Sultane Romanis quibusdam copiis praefectus contra Scythas strenue rem gerit. Gregoras l. 3 p. 27. Pachym. p. 13.
1257	3	2	Michaël Palaeologus agente Iconiensi praesule ab imperatore revocatus e Perside benigne ab ipso excipitur, et magni conostauli dignitatem recipit. Gregoras l. 3 p. 28. Pachym. l. 1 c. 9 p. 13.
1258	4	3	Michaël Palaeologus mittitur in Occidentem cum exercitu, et bene ac feliciter pugnat. Pachymer. 1 10. fusius Acropolita Historiae n. 70. Theodorus imperator atra bile laborans Martham Michaëlis Palaeologi sororem diro supplicio excruciat, et metuens ne ideo frater eius rebellaret, per Chadenum in Occidentem missum deduci Palaeologum ad se vinctum curat. Pachym. 1 11 a p. 15 ad 19. Auguria imperii Michaëli Palaeologo, dum caperetur et vinctus duceretur, oblata. Pachym. p. 15 et 16. P 532 Michaël Palaeologus educitur e carcere et recipitur in gratiam ab imperatore. Pachymer. p. 17 et 19.
1259	5	4	Imperator Theodorus moritur mense Augusto, anno ad autumnum vergente. Acropol. n. 74 p. 85. Gregoras l. 3 p. 29. Pach. p. 19 et 20. Phrantzes 1 3 p. 41.

Anni Chr.	Romanorum Pont. Alex. IV.	Imp. Or. Theodori Lasc. Iun.	
1259	5	4	relictis impuberi filio tutoribus Arsenio patriarcha et Georgio Muzalone protovestiario. Nono die ab imperatoris obitu, dum ei iusta funebria in templo Sosandrorum Magnesiae redduntur, Georgius Muzalo tutor Ioannis principis cum fratre Theodoro trucidatur ab exercitu in seditionem concitato. Gregoras p. 30 et 31. Phrantzes 1 3 p. 42. Pachym. fusissime a p. 31 ad 36. Michaël Palaeologus declaratur tutor pueri principis, et fit dux magnus. Pachym. a p. 38. Idem largitione sibi conciliat studia hominum. ibid. p. 40 et sq. Creatur despota a p. 43 ad 47. Impetrat denique summum imperii honorem p. 48. Extremo autumno huius anni princeps Achaiae suppetias profectus ad Michaëlem Occidentis despotam rebellantem capitur a ducibus Romanis, praelio victus proditione Ioannis Nothi. Pachym. a p. 50. Gregoras p. 35.
1260	6	Michaëlis Palaeol. 1	Kalendis Ianuarii Michaël Palaeologus rite acclamatur imperator, collega principis pupilli cuius erat tutor. Pachym. p. 61. Gregoras initio l. 4 p. 36. Acropolita Hist. n. 77 p. 89. Phrantzes 1 4 p. 43. Michaël Occidentis despota, auxiliis a Manfredo genero rege Siciliae acceptis, Romanos ad Tricoryphum acie vincit et Caesarem Alexium Strategopulum capit. Pachym. 1 32. Alexius Caesar brevi liber dimissus ad Palaeologum imperatorem redit. Pachym. 1 32. Palaeologus nondum coronatus limitem Orientalem visit et arces praesidiis firmat, usus ad hoc consilio et opera Chadeni apud ipsum gratiosi, sed in eo quidem negotio parum providi: ex iis enim quae tunc egit secuta deinde est arcium illius

www.libtool.com.cn

Anni Chr.	Romanorum Pont. Alex. IV.	Imp. Or. Michaelis Palaeol.	
			limitis iactura. Pachym. partim 2 6 p. 68, partim 1 5 p. 8.
1260	6	1	Decreta coronatione solemni duorum Augustorum inter sacra per patriarcham celebranda, pervicit contra pacta Palaeologus arte magna et vehementi ambitu ut ipse solus coronaretur, praeterito puero. Pachym. 2 7 et 8 p. 64 et sq.
P 533			Arsenius patriarcha Nicaea fugiens patriarchatu cedit, subrogatus in eius locum Nicephorus Ephesi episcopus. Pachym. 2 15 et 16.
			Capta Selybria imp. Michaël Palaeologus Galatam oppugnat longo tempore, frustra. 2 20.
			Soluta obsidione redit Nymphaeum, ubi Nicephorus patriarcha moritur. 2 22. Obs. 3 5 3.
1261	7	2	Alexander IV pontifex max. moritur Viterbii octavo kal. Iunii, postquam sedisset annos 6, menses 5, dies 4. sedes vacavit post eius obitum tribus mens. et trib. dieb.
	Urb. IV. ann. 1.		Quarto kal. Septembris creatus est pontifex Iacobus Pantaleo Gallus, et pridie Nonas coronatus assumpsit nomen Urbani, eius appellationis IV.
			Chalyphas Persidis victus a Tocharis auro in os infuso necatur. Pachym. 2 24.
			Sultane ob socordiam contempto duo ex eius optimatibus, Basilici nomine, ad Michaëlem Aug. transfugiunt. ibid.
			Ipse postremo Sultan cum liberis ad imperatorem supplex confugit. ibid.
			Alexius Strategopulus Caesar in Occiduum tractum despota illic rursus rebellare moliente cum exercitu missus, et urbem obiter tentare iussus, eam cepit ope Thelematariorum, Latinis in Daphnusiae oppugnatione occupatis. Pachym. 2 26 sqq.
			Recuperant Constantinopolim Graeci die 25 Iulii sacra apud ipsos S. Annae matri deiparae. ibid.

www.libtool.com.cn

Anni Chr.	Romanorum Pont. Urb. IV.	Imp. Or. Michaëlis Palaeol.	
1261	1	2	Imperator Michaël Palaeologus ingreditur urbem Constantinopolim die 15 Augusti assumptae deiparae sacra, ipse pedes sequens triumphalem currum quo imago eiusdem deiparae a S. Luca depicta portabatur. Pachym. 2 31. Acrop. c. 88. Arsenius restituitur in patriarchatum et exceptus Constantinopoli Palaeologum iterum solemniter coronat. Pachym. 3 2. Imperator legatos Romam mittit. 2 36. Cum Tocharis et Aethiopibus foedera icit. 3 3. Pupillum Ioannem collegam suum novennem excaecat die Christi natali, et in arcem Dacibytzam perpetuo custodiendum includit. 3 10. Holobolum improbare ausum excaecationem Ioannis dire mutilat. 3 11.
1262	2	3	Arsenius patriarcha imperatorem excommunicat ob excaecatum Ioannem. 3 14. Zygeni sive Montani contra Michaëlem imperatorem rebellantes in gratiam cuiusdam pueri caeci, quem Ioannem Theodori filium esse credebant, aegre tandem domantur. Pachym. 3 12 et 13.
1263	3	4	Triremes imperatoris insulas eripiunt Latinis. c. 15. P 534 Imperator legatos ad papam mittit. c. 18.
1264	4	5	Expeditio Ioannis despotae fratris imperatoris in Occidentem, qua Michaël despota coactus est pacem facere. Pachym. 3 20. Cometa apparet mensibus aestivis. Pachym. 3 23. Urbanus papa moritur Perusii 6 Nonas Octobris. Spondan. hoc anno n. 9, ex antiquis auctoribus quos laudat. absolvit annum tertium sedis, et inchoavit quartum per dies triginta quatuor.

Ann. Chr.	Romanorum Pont. Clem. IV.	Imp. Or. Michaëlis Palaeol.	
1265	1	6	Cardinales Perusii congregati post quadrimestrem contentionem tandem convenerunt in electionem ad pontificatum Guidonis Grossi Galli Cardinalis absentis. qui postmodum Perusium adveniens, indeque cum Cardinalibus Viterbium profectus, ibi consecratus est pontifex octavo kal. Martii, die cathedrae S. Petri, et Clemens eius nominis Quartus nuncupatus. Spond. ex antiquioribus monumentis, hoc anno n. 1. Sultan Azatinus, qui ex Perside profectus ad Michaëlem Augustum ab eo parum officiose tractabatur, elapsus et coniungens se Tocharis, tantum non oppressit imperatorem imparatum. Pachym. 3 25. Patriarcha imperatorem obiurgat, quod bella cum Christianis gereret, pacem cum infidelibus coleret. ib. c. 26. Foedus inter imperatorem et Michaëlem despotam affinitate sancitur. ib. c. 28.
1266	2	7	Imperator cum frustra per triennium petiisset absolutionem excommunicationis a patriarcha Arsenio, de eius duritie queritur oratione ad episcopos habita. Pachym. 4 1. Ultimae ea de re imperatoris preces ad Arsenium per Iosephum Augusti confessarium delatae et reiectae. ib. c. 2. Libellus accusationis in Arsenium datus imperatori et cupide acceptus. ib. c. 3. Damnatio et depositio Arsenii. c. 4, 6 et 7. Eiectio eius et deportatio in insulam. c. 8. Successeritne statim Germanus in locum Arsenii, an post annum vertentem, in ambiguo reliqui superius c. 6 n. 1, magis inclinans in dilationem propter causas illic indicatas, distinctius mox exponendas sq. an. Arsenianorum factio conflatur et invalescit. colligitur ex Pachym. 4 11 et 19 et locis aliis.

www.libtool.com.cn

Anni Chr.	Romanorum Pont. Clem. IV.	Imp. Or. Michaëlis Palaeol.	
1266	2	7	Coniuratio deprehensa in Augustum, cuius suspicione etiam Arsenius exul aspergitur: sed ille innocentiam suam probat. ib. c. 15.
1267	3	8	Imperator Arsenianorum schisma reprimere conatur. eius ea de re ad populum oratio. Pachym. 4 11. P 535

Hoc anno translatum Germanum e sede Adrianopolitana in Constantinopolitanam verisimilius puto.

Nam id ne factum existimem anno superiori, facit primum, quod cum Arsenii iudicium absolutum fuerit sub finem Maii, ut diserte tradit Pachymeres, spatium quod inde ad diem Pentecostes, quo idem inauguratum Germanum affirmat, cum non potuerit esse plus quam octo dierum, angustius est quam ut capere possit inquisitionem et deliberationem synodi, tum suffragiis in electionem Germani perlatis, longam eius nec nisi per multos dies iteratis imperatoris precibus victam denique recusationem. credibile etiam est cunctabundum alioqui et circumspectare cuncta solitum imperatorem haud statim ausum substituere alium Arsenio, priusquam mora et experientia comperisset id se tuto et citra publicam offensionem facturum. ac cum perlato nuntio de assensu Antiocheni patriarchae, a quo ut viciniori timeri plus poterat quam ab Alexandrino toto mari diviso, animatus ad audendum fuisset, retardatum tamen metu factionis Arsenianorum, numero et viribus augescentis, quam ad compescendam variis artibus incubuit. existimans autem invalescere illam anarchia et longa vacatione sedis, populo pastorem amotum ideo fortasse requirente quod praesentem qualemcumque non videret, decreverit Germanum promovere, fidum sibi et vulgo, ut apparebat, gratiosum hominem. quo in patriarchalem evecto thronum, cum nihilo segnius Arsenianorum studia flagrare pergerent, absolutionem ab eo dare licet parato noluerit

www.libtool.com.cn

Anni Chr.	Romanorum Pont. Clem. IV.	Imp. Or. Michaëlis Palaeol.	
1267	3	8	accipere, clandestinisque egerit artibus ut Germano post tres menses abdicanti Iosephus subrogaretur, adversus cuius electionem nihil tale quale Germano obiiciebatur excipi posse confideret. quare ab illo denique reconciliari ecclesiae voluerit. quod minime distulisset a Germano impetrare, si iam is a Pentecoste superioris anni patriarcha inauguratus sesquiannum fere integrum in ea dignitate perstitisset. Quinta igitur die Iunii, quae hoc anno 1267 cycli sol. 16, lun. 11 Pentecoste fuit, patriarcha creatus est Germanus; et transactis in eo honore quatuor fere mensibus cum dimidio, die demum 14 Septemb. abdicavit, prout narrat noster 4 21. initium patriarchatus Germani funestatum quodammodo est tristi augurio deliquii solaris, quod horribile Constantinopoli apparuit 25 Maii, duodecim diebus ante inaugurationem ipsius, ut videri potuerit brevitatem et infelicitatem huius patriarchatus praesignificatam ostento eius simili quo brevitatem pariter et infelicitatem imperii Theodori Lascaris eo nomine secundi praesignatam fuisse creditum est. memoratur ista eclipsis a Niceph. Gregora l. 4
			P 536 p. 51 ed. Bas. vide supra c. 7 huius libri, ubi epilogismum istius novilunii ecliptici a R. P. Iacobo Grantami astronomica methodo expansum damus. Sub finem huius anni, die 28 Decembris, Iosephus Galesii monasterio praepositus, confessarius imperatoris, iusta synodi suffragia ad patriarchatum tulit. Pachym. 4 23.
1268	4	9	Kal. Ianuariis Iosephus quarto kalendas rite electus, consecratus patriarcha est. Pachym. 4 24. Die 2 Februarii festo Hypapantes solvitur anathemate a novo patriarcha Michael imperator. ib. c. 25.

www.libtool.com.cn

Ann. Chr.	Romanorum Pont. Clem. IV.	Imp. Or. Michaëlis Palaeol.	
1268	4	9	Tarchaniota filius Marthae sororis imperatoris coniugem ducit filiam Ioannis fratris despotae Occidentis. ib. c. 26. Die 29 Novembris Clemens IV papa moritur Viterbii. Spond. ex antiq. monum. hoc anno n. 12.
1269	Sed. Vac. 1	10	Orientales provinciae imperii Persarum incursionibus desolantur. Pachym. 4 27. Arsenianorum schisma magis magisque invalescit. ib. c. 28. Carolus frater S. Ludovici regis Franciae, acie victo anno superiori Conradino ad lacum Fucinum, pacificam iam possessionem inchoat regni Neapolitani et Siculi, ac Balduini filio Constantinopoli profugi in generum adscito auxilia promittens Michaëli Palaeologo curam iniicit. indicat haec Pachym. variis locis, 3 8 et 86, 4 29, et alibi. Hyacinthi factio et Pantepoptenorum monachorum pro Arsenio pugnantium ecclesiam turbat. 4 19 et 28. Carolus rex Siciliae classem armat ad Constantinopolim recuperandam. 5 8. varii contra istum metum imperatoris apparatus. ib. et mox c. 10.
1270	2	11	Per hos annos enituit virtus bellica Ioannis despotae fratris imperatoris, variis successibus expeditionum prosperarum in Orientales et Occiduos tractus probata. 3 21 et alibi. Tarchaniota magnus Conostaulus, imperatoris ex Martha sorore nepos, contra avunculum rebellat, ad Ioannem socerum despotae Occidentis fratrem transfugiens, Tocharis prius in regiones imperio subditas evocatis, qui caedibus et rapinis eas vastarunt. 4 30. Imperator legatos ad S. Ludovicum Francorum regem mittit, qui eum in Africa Tunetum obsidentem inveniunt et eius morti intersunt.

www.libtool.com.cn

P 537 · Anni Chr.	Romanorum Pont. Sed. Vac.	Imp. Or. Michaëlis Palaeol.	
1271	3	12	Ioannis Ducae in arce Patrarum obsessi stratagema insigne, quo Ioannis despotae fratris imperatoris victorem exercitum profligat, ipso ignominiose fugere compulso. 4 31. Philanthropenus adiuvante Ioanne despota classem Latinam vincit. c. 32. Legatio a Michaële imperatore in Pannoniam missa ad petendam regis Pannoniae filiam in sponsam Andronico suo primogenito. c. 29. Cardinales Viterbii congregati tandem conveniunt in electionem Thealdi archidiaconi Leodiensis in Romanum pontificem.
1272	Greg. X. 1	13	Nuptiae Andronici filii Michaëlis imp. cum Anna filia regis Pannoniae in templo S. Sophiae a Iosepho patriarcha celebrantur. 4 29. Ioannes despota frater imperatoris sensim in ordinem redactus insignia despoticae dignitatis ultro deponit. ib. Patriarchae Iosephi profectio in Orientis provincias ad schisma ibi coërcendum frustra suscepta. eius ibi cum Nicephoro Blemmida congressus. 5 2. Thealdus in Syria commorans audito nuntio suae electionis in Romanum pontificem, Michaëlem imperatorem ad pacem ecclesiarum conciliandam invitat. quod is libenter audit, urgente a Carolo metu. 5 11. Regi Bulgarorum Constantino Maria Eulogiae filia sororis imp. nubit. 5 3.
1273	2	14	Thealdus Romam appulsus ibi consecratur pontifex 6 kal. April. et nomen assumit Gregorii X. Legati a Gregorio X Constantinopolim missi ad negotium conciliandae pacis inter ecclesiam Latinam et Graecam magno illic conatu rem promovent. 5 11. Imperator ecclesiasticos Graecos urget ad pacem. c. 12. Holobolum graviter multat. c. 20.

www.libtool.com.cn

Anni Chr.	Romanorum Pont. Greg. X.	Imp. Or. Michaëlis Palaeol.	
1273	2	14	Ioannem Veccum prae caeteris reluctantem condit in carcerem. c. 13. Pertinaces in schismate recusationis suae causas in libellum coniiciunt, quem imperatori offerunt. c. 14. Arsenius in exilio moritur 30 Septemb. c. 20. Dyrrhachium subito et vehementi terrae motu nocte una destruitur habitatoribus oppressis. 5 7. Affinitas imperatoris designata cum principe Serbiae disturbatur. 5 6. Andronicus adsciscitur a patre in collegam imperii, et cum Anna uxore coronatur. 4 19. Imperator affinitatem et foedus contrahit cum Noga Tocharorum principe, data ipsi in uxorem Euphrosyne sua filia notha. 5 4. Pontifex exoratus a Graecis Carolum Siciliae regem impedit ab inferendo Constantinopol. bello. 5 26.
1274	3	15	Ioannes Veccus lectis diligenter patrum scriptis et ecclesiasticis monumentis schismaticam sententiam ultro deponit, et in procuranda ecclesiarum concordia strenue imperatori cooperatur. 5 15. P 538 Schismatici Iosepho patriarchae persuadent ut scripto publico declaret, iureiurando interposito, se nunquam in pacem ecclesiarum consensurum. 5 16. Imperator magna ecclesiasticorum parte in suam sententiam attracta, legatos mittit Romam ad pacem ecclesiarum componendam, cum patriarcha ita interim transigens, ut ipse patriarchali palatio excederet, pollicitus etiam se throno cessurum, si de pace cum papa conveniretur. 5 17 et 21. Eulogia soror imperatoris enixe favens schismaticis a fratre avertitur, quod is pacem ecclesiarum promoveret; ac per filiam Mariam Constantinum Bulgarorum regem in eum concitat. 5 3, et 6 1. Legati imperatoris mutuos a Gregorio pontifice legatos adducentes autumno Con-

www.libtool.com.cn

Anni Chr.	Romanorum Pont. Greg. X.	Imp. Or. Michaëlis Palaeol.	
1274	3	15	stantinopolim perveniunt, ubi pax ecclesiarum concluditur, Gregorio inter sacra proclamato summo pontifice Apostolicae sedis et oecumenico papa. § 22. Germanus olim patriarcha cum Theophane Nicaeno et Georgio Acropolita legati imperatoris ad concilium Lugdunense missi eo perveniunt die 24 Iunii. Acta concil. Lugdun.
1275	4	16	Acres inter Graecos dissensiones circa pacem cum Latinis. § 23. Ioannes Veccus patriarcha eligitur in locum Iosephi. c. 24. Imperator acribus suppliciis saevit in obstinatos schismaticos. c. 19 et 20. Icarius ad imperatorem transfugiens et ab eo classi praepositus bene rem gerit. c. 27. Ioannes Veccus scribere contra schismaticos cogitur c. 28. Iosephus expatriarcha Chelam in exilium deportatur. c. 29. Genuenses invito imperatore transire Hellespontum ausi capiuntur et male multantur. c. 30.
1276	Innoc. V.	17	Gregorius X Papa moritur Arretii die 10 Ianuarii. Spond. ex antiquis monum. Eligitur in eius locum Petrus de Tarantasia ord. praedicatorum. Romae consecratur pontifex die 22 Febr. nomine assumpto Innocentii eius appellationis V. Moritur quarto post mense die 22 Iunii. Post 19 dies creatur in eius locum pontifex Othobonus Fliscus, dictus Hadrianus V. sed is electus 12 Iulii, obiit die 18 Augusti. Suffectus huic Viterbii est die 13 Septemb. Ioannes Petrus Lusitanus, Cardinalis antea Tusculanus dictus. is nomen assumpsit Ioannis, quem Onuphrius XX, Platina XXII, Spond. et alii quos sequimur XXI numerant. Hic legatos ad Michaëlem Palaeologum ab Innocentio quinto destinatos, episco-
P 539	Ioann. XXI.		

www.libtool.com.cn

Anni Chr.	Romanorum Pont. Io. XXI.	Imp. Or. Michaëlis Palaeol.	
1276		17	pos Ferentinum et Taurinensem cum duobus fratribus ord. praedicatorum, proficisci Constantinopolim iussit, ibique confirmationem et observationem eorum quae legati Michaëlis imper. in concilio Lugdunensi promiserant exigere. Spondanus ex antiqu. n. 8 huius anni. Constantinus rex Bulgariae, instigante uxore, bellum in Romanos movet. 6 1. Eulogia soror imperatoris schismaticorum princeps et malae causae vehementissima patrona. ib. Maria Bulgariae regina, Eulogiae filia, matris exemplo et hortatu patriarchas Orientis et Sultanem Aegypti concitare in imperatorem conatur, quod is pacem ecclesiarum procurasset et tueretur. ib.
1277	Nicol. III. 1	18	Ioannes XXI pont. max. Viterbii moritur ex vulneribus acceptis ruina camerae, quae illum noctu dormientem oppresserat, die 15, aut ut alii tradunt, 20 Maii. Post sex menses sedis vacantis electus est in pontificem Romanum Ioannes Caietanus patria Romanus, gente Ursinus, die 25 Novembris, vocatus in pontificatu Nicolaus eius nominis Tertius. Spond. et Odor. ex Antiq. Maria Bulgariae regina Sphentisthlabum Mysiae principem adoptionis simulatione deceptum proditorie interficit. 6 2. Lachanas subulcus armata rusticorum manu Tocharos Bulgariam incursantes reprimit, Constantinum Bulgariae regem acie vincit et occidit. 6 3. Mense Aprili huius anni Michaël imper. et Andronicus eius filius et imperii collega solemni formula fidem et obedientiam Rom. pontifici iurant. Regest. Nicolai 3.
1278	2	19	Michaël imperator Asanem in generum adscitum regem Bulgariae fieri curat. 6 4. Michaëli Occidentis despotae aliam filiam collocat. c. 5. Maria Constantini Bulgariae regis vidua Lachanae olim subulco nubit. c. 7.

www.libtool.com.cn

	Anni Chr.	Romanorum Pont. Nicol. III.	Imp. Or. Michaëlis Palaeol.	
	1278	2	19	Nicolaus pont. legatos episcopum Grossetanum cum tribus religiosis ordinis Minorum ad Michaëlem et Andronicum ad consummandum negotium pacis ecclesiarum mittit. Regest. Nicol. III n. 143 usque ad 153.
P 540	1279	3	20	Legati a Michaële imperatore ad pontificem pervenerunt gratulantes ei pontificatum et obedientiam profitentes. attulerunt iidem literas a Ioanne Vecco patriarcha, quibus Nicolaum se agnoscere declarabat *pastorum pastorem omniumque praesulem supereminentem praelatorum.* addebant legati imperatorem quidem pro viribus conatum omnes Graecos ad pacem ecclesiarum amplectendam adigere, verum multos e suis propinquis aliisque potentibus acriter obstare, adeo ut in apertam rebellionem schisma erupisset; et congregata pseudosynodo centum monachorum cum aliquot abbatibus et octo episcopis anathema intortum in patriarcham et se. nec sibi vires ad manum esse quibus tam potentem factionem opprimeret. quare boni consuleret pontifex, arte se ac moderatione in hoc negotio uti potius quam vi aperta: sic enim videri necesse metu maioris mali. Regest. Nic. III. n. 156 et sq.

His ita praemunitis apud pontificem imperator Ioannem Veccum patriarcham, cui sciebat infensissimos esse schismaticos, ut eos sic deliniret, vexare aggreditur accusationibus in eum admittendis. hunc enim annum designant illa Pachymeris verba 6 10: *iam autem evolutis annis quatuor ex quo Ioannes patriarchatus honore praecellebat, mense Februario septimae indictionis, graves in eum accusationes a quibusdam e clero conflantur, mendaces illae quidem et plane inanes, non tamen eiusmodi quas aegre imperator admitteret.* numeravit hic annus indictionem septimam; et cum superius c. 6 n. 4 demonstratum sit Ioannem Veccum patriarchatus possessionem adiisse die 2 Iunii anno 1275, utique is hoc anno 1279 eius

www.libtool.com.cn

Anni Chr.	Romanorum Pont. Nicol. III.	Imp. Or. Michaëlis Palaeol.
1279	3	20

dignitatis quartum explebat. crediderim Michaëlem pro suo more circumspectissime agendi, iam ab huius anni principio aut fine praecedentis, cum decrevisset Vecco, cuius libertate offendebatur, negotium facessere, ne id Romanus pontifex sequiorem in partem interpretaretur, hac eum de qua diximus legatione praeoccupare studuisse, sicque iam securum ab ea parte, quae suis rationibus congruere putabat in patriarcham egisse, narrata a Pachymere 6 10 et tribus sequentibus. caeterum videtur, simul accusari coeptus est Veccus et aversus ab eo imperatoris animus palam se prodere (quod noster ait factum mense Februario 7 indictionis, hoc est huius anni 1279), expeditus Romam celer nuntius, qui ad pontificem pervenerit paulo post quam audita fuerat superior legatio imperatoris. eo vero accepto nuntio motum pontificem statim ad imperatores legatos expedivisse, iussos festinare quantum possent et subvenire quam primum Vecco laboranti. hos legatos Pachymeres occurrisse imperatori scribit 6 14 revertenti Hadrianopolim; iisque ut satisfaceret, Veccum, qui pertaesus vexationum patriarchatu cessisse videbatur, in eo rursum stabilire decrevisse. moxque Constantinopolim cum legatis profectum, iis gestis quae a c. 14 ad 17 narrantur, accommodata ad ita satisfaciendum legatis, ut schismatici tamen non exasperarentur; denique, ut c. 17 dicitur, *die sexta mensis Augusti* eiusdem indictionis (nempe prius memoratae septimae, quae huius anni 1279 character est) Veccum in palatium patriarchale solemni pompa reduxisse. p 541

Unum in his reperio perplexitatis inextricabilis, quod statim Pachymeres adiungit *datam fuisse operam concinnando scripto quo papae (is tunc erat Urbanus) super mandatis per legatos renuntiatis satisfieret.* itane vero anno 1279 sedebat Romae Urbanus papa? an non est manifestissimum Nicolaum Tertium iam a 25

www.libtool.com.cn

Anni Chr.	Romanorum Pont. Nicol. III.	Imp. Or. Michaelis Palaeol.	
1279	3	20	Novembris anni 1277 creatum fuisse pontificem, sedisseque inde annos integros duos ac menses praeterea novem, hoc est usque ad mensem Augustum anni sequentis 1280, quo est mortuus. suspicari non licet mendum librarii: nam in mss codicibus optimis clarissime legitur *Οὐρβάνος δὲ τότ' ἦν*. existimo ergo errorem esse Pachymeris ipsius, ex eo forte ortum, quod cum Nicolaum Tertium pontificem *Οὐρσῖνον* frequentius nomine familiae clarissimae ex qua erat ortus appellari audiret, et recordaretur Urbani IV, qui quo tempore ipse in urbem Constantinopolim recens e Latinis recuperatam anni 1261 rediit, Romanae ecclesiae praeesse diceretur, *Οὐρσῖνον* cum *Οὐρβάνῳ* confuderit et Nicolaum appellari putaverit Urbanum. Idem Nicolaus pontifex hoc anno moritur. vide Spondan. Odoricum et alios. Hoc eodem anno Lachanas acie victus a Tocharis est, Maria vero eius uxor imperatori tradita. Asan autem gener imperatoris admissus Ternobum regni Bulgariae possessionem adiit. Pachym. 6 8. Videtur ad hunc annum pertinere quod narrat Pachym. 6 18 de duobus episcopis Graecis accusatis de pertinacia in schismate et ad papam ab imperatore missis ut punirentur; qui ab eo (videlicet Nicolao Tertio) remissi cum honore fuerint in suas ecclesias.
1280	Mart. IV. 1	21	Simon de Bria Card. creatus pontifex assumit nomen Martini vulgo quarti numerati, cum revera secundus eius nominis fuerit, quod duo post primum interiecti Marini, non Martini appellati fuerint. Spond. ex Antiquioribus. Andronicus alter Augustus expeditione iam anno superiori in Orientales imperii tractus suscepta, hoc anno urbem Tralles antea dirutam instauravit frequentavitque colonia, novo nomine Andronicopoleos. sed a Persis novam munitionem suo limiti

www.libtool.com.cn

Anni Chr.	Romanorum Pont. Mart. IV.	Imp. Or. Michaëlis Palaeol.	
			vicinam suspectam habentibus inopinato P 542 obsessa siti ad deditionem compulsa est. Pachym. 6 20 et 21.
1280	1	21	Imperator Michaël alterum filium Constantinum Porphyrogenitum cum copiis in Occidentem mittens, ipse cum exercitu Prusam se confert. c. 22.
			Audita Prusae creatione Martini IV imperator legatos ad eum mittit. c. 30.
			Bulgari concitante quodam Tertere ab Asane novo rege aversi, dum ab eo defectionem machinantur, ipse rebus suis diffidens Ternobo aufugit, vituperatus eo nomine ab Augusto socero. Terteres vacuum regni solium occupat. c. 9.
			Lachanas, qui Asane Ternobi dominante magnas Bulgaris et Romanis clades intulerat, faventibus illi parum benevolis Bulgarorum in Asanem studiis, ubi Tertere iam regnante difficiliorem experitur recuperationem eius regni, ad Nogam Tocharorum principem supplex confugit, auxilia postulans. venit eodem Asan simili de causa, barbaro utrumque suspendente spebus incertis: sed ad extremum Lachanas a Noga inter epulas trucidatus est. c. 9 et 19.
			Imperator suppliciis atrocibus in schismaticos saevit. c. 24 ad 27.
			Alios praeterea sine causa suspectos male multat. in his Pachomium grammaticum, quem excaecari iubet ob quoddam vaticinium de eius nomine vulgatum. c. 24.
1281	2	22	Redeunt ad imperatorem missi ab eo prius ad Martinum pontificem legati, referentes se pessime exceptos a pontifice offenso in Michaëlem, quod negotium pacis ecclesiarum non bona fide promoveret verba dare contentus. fuit et alia causa non memorata Pachymeri, quod Michaël, conciliante Ioanne Procyda, foedus inivisset cum rege Aragonum contra Carolum. quam ob causam anathema pontifex in

www.libtool.com.cn


	Anni Chr.	Romanorum Pont. Mart. IV.	Imp. Or. Michaëlis Palaeol.	
	1281	2	22	Michaëlem intorsit constitutione promulgata Urbeveteri 14 kalend. Decembris anni sui pontificatus primi, hoc est huius 1281. quae extat apud Odoricum, et in Lect. Antiqu. Canisii, et in Bullario tom. 1 in Martino IV. Pachym. 6 30. Carolus rex Siciliae detectis pontifici artificiis Graecorum, facultatem impetrat bellum inferendi Michaëli, idque aggreditur infeliciter, copiis eius apud Bellagrada profligatis. 6 32. Anna uxor Andronici Augusti moritur. 6 28. imperator Michaël indignans ob ea quae audierat in se dicta factaque a Martino papa, eius inter sacra commemorationem prohibet. tamen re melius considerata persistere in iis quae decreverat pro pace ecclesiarum statuit. 6 30.
P 543	1282	3	23	Lazorum princeps Ioannes studiose invitatus ab imperatore Michaële, et tandem adductus ad affinitatem cum eo admittendam, filiam Michaëlis imperatoris ducit uxorem Constantinopoli mense Septembris. 6 34. Ioannes sebastocrator in imperatorem rebellans terras eius incursionibus vexat. 6 35. Contra eum imperator Tocharos evocat. ib. Mense Novembri movet imperator cum exercitu occursurus Tocharis quos evocaverat, et versus Thraciam progreditur, Augusta frustra reclamante. c. 35. Conscensa nave periclitatus in mari Michaël imperator cum Andronico filio aegre tandem Rhaedestum appellit. inde Allagen terra provectus positis ibi castris languore correptus est, ex quo die 11 Decembris feria sexta decessit, in agro Pachomii dicto; ut fides pateret oraculi, cuius eventum avertere tentaverat Pachomio excaecando, ut superius c. 24 Pachymeres narraverat.

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn





www.libtool.com.cn